SYLVESTRINAE

Summæ, nitori ſuo reſtitutæ, Pars Secunda,

Ab Reuerendo patre SYLVESTRO Prierate, abſolutiſsimo Theologo, ex ſacra Prædicatorum familia, ſacri Palatij magiſtro digniſsimo edita. Cum ARGVMENTIS huic poſtremæ editioni additis, ac INDICE bipartito, qui, uti Summa, bipartitus eſt.

Omnia, collatis ueteribus exemplaribus, multò, quàm antehac, caſtigatiora.

*

LVGDVNI,
Apud Hæredes Iacobi Iuntæ,
M. D. LII.

SYLVESTRINAE

Summæ, nitori ſuo reſtitutæ, Pars Secunda,

Ab Reuerendo patre SYLVESTRO Prierate, abſolutiſsimo Theologo, ex ſacra Prædicatorum familia, ſacri Palatij magiſtro digniſsimo edita. Cum ARGVMENTIS huic poſtremæ editioni additis, ac INDICE bipartito, qui, uti Summa, bipartitus eſt.

Omnia, collatis ueteribus exemplaribus, multò, quàm antehac, caſtigatiora.

*

LVGDVNI,
Apud Hæredes Iacobi Iuntæ,
M. D. LII.

DE IACTANTIA.

1 *Iactantia, cuius similitò hic luculentè traditur, tum verbis, tum factis constat: at quæ in verbis consistit, proprè: quæ factis, impropriè dicitur.*

2 *Iactantia, quæ & vanitatis & cupiditatis filia esse dicitur, quibus peccatum mortale efficitur tribus.*

IACTANTIA,* secundùm sanctũ Thomam secunda secundæ. quæst. cxxij. à iactando dicta, est vitiũ, quo quis se effert super id, quod in eo est, vel homines in eo esse opinantur, ad similitudinem eorum quæ vento iactare, quæ scilicet leuamus in altum. & consistit proprièin dictis: impropriè verò in factis: sicut cùm quis se effert vestibus & alijs põpis, & ex superbia oritur, sicut ex causa motiua, secũdùm eundem ibi. aliquando ex vanitate, sicut ex fame, aut ex inani gloria, scilicet frequẽtẽ: aliquando etiã finaliter procedit ex cupiditate acquirendi diuitias. vnde & à Greg. ponitur filia vtriusq; Et* vt dicit, est peccatum mortale tribus modis. Primò, quãdo est cõtra gloriã Dei, sicut dixit Tyrus, Eze. xxviij. Deus ego sum. Et multi se iactant de peccatis mortalibus. Secundò, cũ est contra honorẽ aut charitatem proximi, scilicet in notabile præiudicium. Tertiò, quãdo procedit ex superbia quæ sit mortale peccatum, vel ex inani gloria mortali: ad de aut generaliter ex quocunque mortali fine.

DE IEIVNIO, ET Abstinentia.

1 *Ieiunium ab ieiuno intestino dictum, quandoq; impropriè & secundùm spiritum, quandoq; proprie ũsumitur, & ad corporis macerationem refertur.*

2 *Ieiunium, iuxta triplicem legis, scilicet naturæ, veteris, & humanæ differentiã, tripartitum est, ad ieunandi autem causas relatum, bipartitum: sicuti etiam cùm ad ciborum delectum refertur.*

3 *Ieiunij natura, etẽ & ecclesiæ quidnam sit, clarè ostenditur: quorũ autè usus aut esus ipsum dissoluat, subinde traditur. Definitio aũt ab Isidoro tradita, qualiter supplenda, perfici ac intelligi debeat, ibidem habetur: quibus Gofredi similitudo ieiunij ad idem sibi vendicatur.*

4 *Ieiunij, an sub præceptũ ecclesiæ, consilij aut prohibitionẽ, & quibus diebus cadat. Ieiunij autẽ ad peccati emendationẽ expectatã, aut satisfactionẽ, relatũ ad legis naturæ præcepta: temporis autẽ ac ieiunandi rationis definitio, ad iuris positiui dispositionem pertinet. At in quibus Scriptura nihil certi statuit, in his populi mos, Dei mos est.*

5 *Quibus temporibus ex ecclesiæ præscripto ieiunare quis obstringi dicatur. Et an ieiunij pentecost. & quod exultationis dicitur, sit de præcepto. Et quid de eo, quod in aduentu Dominico fieri solet, ac pariter Rogationum tempore.*

6 *Ieiunare diebus Dominicis, an sit peccatum.*

7 *Cõsuetudo num adstatis diebus ieiunandũ quem obliget, aut eũdẽ a ieiunio excuset, et soluat. Et an ad nõ indigenas, et trãsmeantes, aut ibidem inhabitandi causa considentes, porrigatur. Et quid de consuetudine laicorum, num clericos liget.*

8 *Consuetudo in his, quæ indicta sunt, ieiunijs, nihil potest. Et id: quatenus accipiendum, ex Panor. Cuius limitationes vicissim ab Authore limitantur.*

9 *Ieiunij integritas in quibus cõsistat. & qua ratione ieiunãdũ, i aut quo modo respectu unicæ comestionis ieiunij perfringatur. Et num lectores, aut seruitijs præstãdis destinati, prægustãtes: aut propter instantẽ necessitatẽ a mẽsa secedentes mox regressuri, ieiunij ob repetitam comestionem infringere dicantur. Et quid de eo qui aut unũ, aut cereuisiam sub noctem, aut mane bibit, aut electuaria delectationis causa comedit.*

10 *Comestio sero sima, si quando id fieri expediat, quibus cauere debet.*

11 *Ieiunium quo ad edendi horam definitũ, qualiter obseruandũ sit. vbi dies artificialis primum in duodecim horas, deinde in quatuor partium dimensionem diuideretur.*

12 *Ieiunanti quenam ad comestionem hora desinita sit. Et qui horam præuenit, nũ peccato se illiget. num. 13. Et quid si differatur. nu. 14.*

13 *Ieiunanti carnium esus interdictus. Et quid de ouis, lacte, caseo, & similibus. In his autẽ ad cõsuetudinem, quæ lex in hoc habetur, maximè spectandum.*

14 *Quorum ac caseorum quibus usus sit concessus, an lardi quoque usus concessus intelligatur. Et quid de Britomb. qua burgaro uesci consueuerunt.*

15 *A ieiunio, qui ætate, labore, aliáue causa rõnabili soluti sunt, à carnibus, lacticinijs & ouis ex uoluptate tempore Quadragesimæ sibiipsis non temperantes, ad morem peccant. Quod locum habet & in alijs ecclesiæ ieiunijs.*

16 *Præceptũ ieiunij quãmam ætatẽ liget. Et tibi quòd auricularis sacerdotis, aut Prælati insubditos arbitrio committendum, num quis ex habitudine ad ieiunium potens sit.*

17 *Ieiunia ex præcepto indicta, num transferri, redimi, aut cõmutari ex superioris permissione dispensationeue, aut sine ea possint. Et an alius à Papa soluere ac dispensare queat. Et quid de his quæ ex uoto suscepta sunt. Et ibidem regula super solutione ieiunij. num. 20.*

18 *Obligati ad ecclesiæ ieiunium, si citra canonis solutionem illud uiolent, uũ mortaliter, & quoties peccent. Et quid si de ieiunio non cogitans illud infregerit. num certè, quod diei reliquũ est, si ieiunarit, noxa eximetur.*

19 *Ieiunij infractor, an alio die ieiunare teneatur. Et nũ quoties, quo die ieiunium uiolarit, comedat, toties noxius sit.*

20 *A ieiunio quinam liberi ac immunes sint. Et quæ causæ excusationem præstent. usque ad nume. 27.*

21 *Peregrinatio nõ necessaria à ieiunio nudo xõ liberat: nec excusantur operarũ suarũ locatores, qui hac lege conducti sunt, si ieiunij non obseruent. Et ibidẽ circa artifices & operarios Engeuij Papæ, circa ieiuniorum non obseruationem, modificatio.*

22 *Fœminæ quãquãm uotiuis & uoluntarijs ieiunijs, maritis ipsis renitentibus, excusationem mereantur, non tamẽ quæ in his quæ ab ecclesia indicta sunt, nisi euitandi ac depellendi scãdali causa maritis audientes sint.*

23 *Prædicatio non necessaria à ieiunio prædicantẽ non eximit. Et an qui ex uegrandi maceratione & corporis attenuatione ad opera ex officio debita impoteus redditur, peccet.*

24 *Carnes die Veneris comestæ, sine infirmitatis aut alia iusta ratione, peccatũ est. Et quid si eodẽ die Natales Dominici occurrant. Et quid si quis uoti reus est, de non eodẽ die carnibus edendis, an certè in Domini natalibus uesci citra solutionẽ possit. Et qui uouit oua non comesse, an & carnes quoq; non esse uouisse intelligendus sit.*

25 *In Francia ac Catalonia die sabbati carnibus uesci ex cõsuetudine ac usu receptũ est: at qui alio se transferat, ubi is mos receptus non sit, si uescantur, peccant. Et qui eò cõmigrat, ubi id receptũ est, uescentes peccati participes non fiunt, quãlibet apud se id receptum non sit.*

IEIVNIVM,* secũdũ Pan. in rubr. de ob. ieiu. dicitur à quodã intestino sic vocato, eò q; vt plurimũ vacuũ sit & exinanitũ. & sumit quandoq; impropriè & spiritualiter: & sic est abstinẽtia à vitijs, secũdũ illud Isa. lviij. Nõne hoc est ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, &c. & pprie siue corporaliter: & sic est subtractio vel priuatio cibi ac potus. Ieiunium aũt propriè est multiplex.

2 Nam* si diuidatur secũdum leges, quibus indicit, est triplex. ¶ Primũ, est ieiuniũ legis naturalis, quod est quoddam generale, id est, subtractio cibi ac potus, non habẽs determinatũ modũ, vel diem, vel horã comedendi, vel cibi quantitatẽ: sed secundũ quod rõ dictat ad carnẽ domãdam. ¶ Secundũ, est legis veteris, in qua erat ceremoniale præceptum ieiunandi certis diebus, ex causis quas ponit Hierony. dist. lxxvj. c. ieiunium. ad quod modò nõ tenentur: quia ceremonialia cessauerũt. ¶ Tertiũ, est legis humanæ: de quo infrà per totũ. Si verò diuidat secundũ causas ieiunãdi, sic est duplex, vt dicit secũda secundæ, quæst. cxlvij & iiij. dist. q. iij. art. j. quæst. ij. scilicet luctus, id est cũ amaritudine peccatorũ & præsentis vitę, & exultationis. q̃ duo sic intelligo, vt ieiuniũ luctus sit ad satisfaciendũ pro peccatis prẹteritis, vel ad cauẽdũ futura. Ieiuniũ verò exultationis sit ad mentẽ in diuina leuandã. ¶ Si verò diuidat secundũ modos abstinendi à cibis, sic etiã est duplex, scilicet naturæ & ecclesiæ. secũda secũdæ.
3 q. clxvij. & iiij. dist. viij. q. j. art. iiij. Est* aũt ieiunium naturæ, quo quis ieiunus dicitur ante cibũ sumptũ illa die: etiã si postea pluries comesturus sit: quod quia dicit ex priuatione cibi præassumpti, ideo quælibet cibi sumptio hoc ieiuniũ soluit. Ieiuniũ verò ecclesiæ est, quo dicitur quis ieiunãs secũdũ modũ ab ecclesia institutũ ad carnis afflictionẽ: quod quidẽ manet etiã post vnicã comestionẽ: nec soluitur nisi per secundã sumptionem illorũ, quę in cibũ & refectionẽ de se cõsueuerũt assumi: ideóq; ea quæ propter alios cibos accipi cõsueuerũt, vel digerendos, sicut electuaria, vel deducẽdos per mẽbra, sicut potus vini aut aquæ, hoc ieiuniũ nõ soluũt, quãuis nutriãt aliquo mõ, hæc ex illo. Et sic patet secũdùm mentẽ eius quõ ieiuniũ ecclesiæ debeat diffiniri & glossari, vel perfici diffinitio Isidori dicẽtis, ꝙ ieiuniũ est parsimonia victus abstinentiáq; ciborũ: quia scilicet addendũ est, secũdùm ordinationẽ vel consuetudinem ecclesię, id est, semel tantũ in die naturali sumendo cibum per modum cibi. & satis concordat Panor. vbi suprà, & similiter Gofr. dicens ꝙ est subtractio prandij, & post cœnã cuiuslibet cibi priuatio vsq; in diẽ sequentẽ: & abstinentia à carnibus & trahentibus seminalẽ originẽ ab ipsis: vt à lacte, caseo & ouis. quæ diffinitio elicitur ex distin. iiij. c. deniq;. & recitat ac declarat à Panor. vbi suprà. Pro quo etiã aduerte primò, ꝙ secũdũ Gregorium, prandium in hora nona apud antiquos vocabatur cœna, qa scilicet nulla cibatio sequebatur: & secũdò ꝙ abstinentia à carnibus & reliquis competit solũ ieiunio Quadragesimali: alijs autẽ ieiunijs secundùm consuetudinem regionis: quod Isido-
4 rus notauit in parsimonia ciborũ. ¶ Primò* verò quærit, vtrum & quando siue quibus diebus ieiunium cadat sub præcepto ecclesiæ, vel sub consilio, vel sub ꝓhibitione? Et dicit Sanct. Thomas, secunda secundæ, quæstio. cxlvij. quòd ieiuniũ inquãtum pertinet ad necessitatem correctionis peccati, vel satisfactionis in pœnitẽtia, vel ad eleuationẽ mentis in spiritualia: sic in communi cadit sub præcepto legis naturæ: sed determinatio tẽporis & modi ieiunandi cadit sub præcepto iuris positiui: qa ab ecclesia sic statutũ est, scilicet vt aliquibus diebus fideles ieiunent. quod patet. Primò, quia dicitur dist. xj. quòd in his rebus in quibus nihil certũ Scriptura statuit, mos populi mos Dei: nec refert vtrũ volũtas principis verbis aut factis declaretur. ff. de legi. l. de quibus. vnde obligat rõnabilis & præscripta cõsuetudo: distinct. ij. cap. illud. & cap. illa. Secundò, quia hoc videtur expresse præcipi, de consecr. distinct. iij. nõ licet. & cap. nõ oportet. & cap.
5 placuit. & distinct. v. quadragesima. ¶ Quibus* autẽ diebus ex mãdato ecclesię quis teneatur ieiunare: dico ꝙ in frà scriptis. Primò in Quadragesima tota, exceptis dominicis diebus, de cõsecr. dist. v. quadragesima. & de consecra. dist. iij. nõ liceat. Secũdò, in quatuor temporibus. dist. lxxvj. statuimus. de quibus in hoc versu, Vult crux, Lucia, cinis, & charismata dia, Vt ieiunetur quartæ sequẽs feria. id est, ieiunium quatuor temporũ celebretur prima quarta feria, quæ sequitur festũ sanctæ Crucis de mense Septembris, & festũ sanctæ Luciæ, & cinerum, & Pentecosten. Tertiò, in vigilia Pẽtecostes, vt nõ distin. lxxvj. cap. de ieiunio. & licet Grat. eadẽ distin. in §. necessario. teneat ꝙ sit de cõsilio, verius tamẽ est quòd sit de precepto, secundùm Ioan. glos. ibi in d. §. & allegat d. c. de ieiunio. Sed ego dico primò ꝙ non est de præcepto ex iure canonico scripto, vt tenet Grat. quia secundũ S. Tho. secunda secundæ, quæst. cxlvij. art. v. ad tertium. ieiunium exultationis nõ est in præcepto ecclesiæ: & tale est non solũ quod est in vigilia Pentecostes, sed & quod euenit intra octauas eiusdẽ: vt idem dicit in iiij. dist. xv. quæst. iij. arti. iij. q. j. ad quintũ. Dico secũdò ꝙ est de præcepto: vt dicit Ioã. nõ ex rõne eius, sed propter generalẽ cõsuetudinẽ fidelium. Quartò in vigilia natiuitatis Domini nostri Iesu Christi: extrà eo. c. j. Quintò in vigilia Assumptionis beatæ Mariæ: vt in d. c. j. non autem in vigilia natiuitatis eiusdem, secundùm Petr. de Palu. & cõmuniter Doct. licet Archi. in secunda parte. tit. vj. dubitet. Sextò in vigilia Io. Baptistę, & Laurentij, & Omnium Sanctorum ex generali ecclesiæ consuetudine, secundùm Innocentium & communiter Docto. licet nullo iure inueniatur expressum. Septimò, in omnibus vigilijs duodecim Apostolorũ: præter vigiliam Philippi & Iacobi ac Ioã. Euangelistæ, extrà eo. cõsilium nostrum. & sunt hæ, scilicet Sancti Mathiæ, de qua suprà, Bissextus. Petri, Pauli, Iacobi, Bartolomæi, Simonis & Iudæ, Andreæ, & Thomæ. dicit tamen Pet. de Pal. ꝙ vigilia Bartholomęi, Iacobi & Mathiæ est de præcepto solum vbi est consuetudo: sed primũ est tutius, cõmunius & magis iuridicum. Si tamen prædictarũ vigiliarum aliqua in Dominica euenerit sabbato præcedenti ieiunanda est. extrà eod. cap. j. & ij. Ex consilio autem, & nõ de præcepto ecclesiæ ieiuniũ indicitur in Aduẽtu Domini, secundũ communẽ opinionẽ doctorum: de quo in c. consiliũ. extrà eod. & in Rogationibus. de quo in c. rogationes. de consec. di. iij. & in quarta ac sexta feria, vt in c. ieiunia. ead. di. & in omnib. sabbatis, vt in c. sabbato. ea.
6 dist. Ex* prohibitione verò ecclesiæ quis ieiunare nõ debet in diẽ dominico, de cõs. di. v. quadragesima. vbi dies dominicales subtrahũtur ab obseruãtia ieiunij quadragesimalis: & à fortiori in alijs tẽporibus: & dist. xxx. si quis presbyter. Vnde S. Thom. in iiij. dist. xv. & ij. ij. q. cxlvij. dicit, ꝙ qui ea die ieiunaret quasi agens cõtra cõsuetudinẽ populi Christiani, vel ex superstitione, peccaret. quod intelligo de ieiunãte ad afflictionẽ: quia ieiuniũ luctus nõ licet tẽpore lætitię, id est tẽpore Paschali, vel in Dominica: vt dicit ij. ij. vbi s. Secus si qs ieiunaret sine scãdalo ieiunio exultationis: quia nõ peccaret: & idem si ieiunaret ad sanitatẽ, vel studiũ, vel ad mortificationẽ corporis, quę differri nõ potest propter præsentẽ carnis petulantiã, vel
7 huiusmodi. ¶ Secundò quæritur, qñ quis circa ieiunium obligetur, vel deobligetur, seu excusetur ex cõsuetudine? Et dico duo. ¶ Primũ. Secũdũ Pet. de Pal. in iiij. dist. xv. ad ieiunia cõsuetudinaria ipsa cõsuetudo ligat, et si scriptu-

ra non

nõ dicat. arg. c. in his rebus. dist. xj. vnde si in aliqua diœcesi cõsueuit certo die ieiunari, tenentur ieiunare illi de diœcesi siue indigenæ: sicut & si episcopus ieiuniũ indiceret. Alienigenæ verò si veniunt animo habitãdi, ex tũc ligantur ieiunio cõsuetudinario sicut & scripto. si autẽ transeant solùm, nõ ligantur consuetudinibus & statutis terræ, licet in comedẽdo cauere debeant à scandalo: qa si esca fratrẽ meum, & c. arg. dist. xij. illa. Secundũ Archi. tamen consuetudo laicorũ non ligat clericos, nec clericorũ secularium religiosos, quia distincti sunt modi abstinẽtiæ inter hos tres status: & plures abstinentias habẽt clerici quàm laici, & religiosi quàm clerici seculares. vnde nõ oportet, ꝙ ad eorũ ieiunia ligentur, quorũ etiam cõsuetudinibus à suis ieiunijs non absoluuntur, secundũ regulam iuris, Quem non honoro, nec onero. ¶ Secun-
8 dum.* Vbi ieiunium est iure statutum, Host. in c. ij. extrà, eo. dicit, ꝙ in ieiunijs solẽnibus, id est, per ecclesiam indictis, nihil potest facere cõsuetudo. quod Pan. verũ limitat primò quantum ad ieiunium tollendum ex toto sine causa rationabili: secus quãtum ad interpretationẽ qualiter sit explendũ, puta quo ad cibos, horam, collationẽ, & huiusmodi: qa consuetudo est optima legũ interpres. Et secũdò, nisi papa sciret & toleraret. vnde in d. c. ij. facit magnũ festum de quadam glos. ibi dicente ꝙ consuetudo est ieiuniorũ relaxatiua. Ego verò primam limitationem approbo, & similiter secundã, concurrentibus duobus. Primò, ꝙ papa toleret sine reclamatiõe: secus vbi reclamaret ꝑ ꝑdicatores, sicut vbiq; facit de ieiunio Quadragesimæ, quod à minori parte fideliũ seruatur, & tamẽ cõsuetudo non excusat. Secundò, ꝙ consuetudo talis sit apud timoratos, & nõ eos qui non ieiunant, credẽtes tamen & scientes se ieiunio obligatos: quia nõ est cõsuetudo, sed corruptela. Vnde secũdũ Archi. excusantur indigenæ terræ, vbi viri timorati nõ ieiunant in vigilijs Iacobi, Bartholomæi, & Mathiæ: nõ autem, si non ieiunent ribaldi: & similiter excusantur à ieiunio suæ terræ alienigenæ, aliò se transferentes animo habitandi: non autẽ si transeant solùm, sicut nec ad illius terræ ieiunia ligãtur.
9 ¶ Tertiò, * cùm de integritate ieiunij, secũdùm Rich. in iiij. tria sint, scilicet comestio vnica, determinata hora comedendi, & abstinentia à carnibus, ouis & lacticinijs in Quadragesima: quæritur qualiter sit ieiunandũ, vel frangatur ieiuniũ quãtum ad vnitatem comestionis? Et dico multa. ¶ Primum. Circa istud varia fuit doctorũ opinio: nam aliqui dicunt nullo iure caueri ꝙ semel tantùm in die ieiunij comedatur, & cõsequenter licere pluries in die comedere sine fractione ieiunij, modò fiat ex causa rationabili, & secundũ consuetudinẽ eorũ quibus conuiuitur. quam opinionẽ sequitur Pan. in rub. de obser. ieiu. quia, inquit, cùm nõ habeamus ius specificũ, recurrendũ est ad consuetudinẽ loci. & facit c. vtinã. dist. lxxix. ex quo infert ad collationem serotinam, vt j. particu. iij. Pro hac opinione facit quod not. Innoc. in d. rubr. ꝙ prãdere pluries in die est cõtra consuetudinem approbatã ecclesiæ: & sic videtur sentire, ꝙ nõ sit cõtra ius specificum. & idẽ ibi dicit, ꝙ Cistercienses licitè statuerũt, ꝙ seruitores in die ieiunij aliquid sumant, scilicet ante prandiũ. item, ꝙ seruientes dominis faciendo credentiã ieiunium nõ soluunt. Alij verò dicunt, ꝙ geminata comestio ieiuniũ soluit: quia ecclesiæ vniuersalis cõsuetudo, quę pro lege habenda est, sic obtinuit vt semel tantũ comedatur. quã opinionem sequitur Gofr. & communiter Theologi in iiij. dist. xv. Pro hac facit, ꝙ fideles cõmuniter pluries in die bibunt sine cõscientia frangendi ieiunium, nõ autẽ pluries comedunt. Sanct. Tho. autẽ has opiniones concordat, dicens, ꝙ ieiuniũ soluitur si comedatur pluries per modũ cibi: non autem si per modum medicinæ, id est, ad reparandũ ne potus noceat, vt Archid. doctè & elegãter exponit. Igitur nõ frangunt ieiuniũ propter pluralitatẽ comestionum, qui comedunt in ordine ad potum, vt infrà particula iij. nec lectores aut seruitores prægustantes, aut qui surgunt à mensa propter instantem necessitatẽ denuò regressuri vt prandeant: quia tota est vna comestio & vna mensa, secundũ Rod. scilicet proter continuũ exercitium circa prandiũ, vel ex intentione interrumpẽtis: nec facientes credẽtiã quo ad carnes in Quadragesima: quia hoc nõ est per modũ cibi: nec qui mane vel serò bibit vinũ vel ceruisiam, aut comedit electuaria delectationis causa secundũ Rich. quia scilicet hoc nõ sit per modũ cibi. nec secundùm Pet. de Pal. qui non propter famem aut voluptatẽ, sed timore deficiendi præ anxietate in die ieiunij ficus, vel porrectam, vel aliquid huiusmodi prælibaret ante horã comestionis, quasi per modũ medicinæ. Frãgit verò ieiuniũ quicũq; aliquid comestibile vel potabile sumeret extra prandiũ in fraudẽ. i. ad subleuãdã non quidẽ debilitatem, sed famem, vt ponit Archi. quia iste ex sua intentiõe pluries cibatur sumẽdo aliquid ꝑ modũ cibi. ¶ Secũdũ. Licet potus aliquomodo nutriat, tamẽ secundũ Sanct. Tho. quia magis sumitur ad corporis alterationẽ & digestionem ciborum quàm ad nutrimentum, licitũ est ieiunãtibus pluries intra diem vnam potare: licet immoderãtia circa hoc possit esse peccatũ, & meritum ieiunij perdere. Et idẽ dicit Pet. de Pal. scilicet ꝙ potus ieiuniũ non soluit, siue post siue ante prandium: nisi fiat in fraudẽ, id est, ad subleuandam famem. Et idem Alber. & Pet. & Rich. dicens de bono & æquo magis abstinẽdũ esse à potu vini, ceruisiæ, & huiusmodi in mane quàm in sero: quia tunc vt plurimũ nocet stomacho ieiuno. Et si, vt isti dicũt, licitus est mane potus etiã vini sine fraude: licitũ etiã aliquid sumere pro stramẽto potus ne obsit, modò cesset omnis fraus circa intẽtionẽ, & indiscretio circa quãtitatẽ. Et hoc expresse tenet Sanc. Tho. in iiij. dist. xv. in quæst. de ieiunio. art. iiij. q. licet nõ loquatur de pane & fructibus vel herbis, quæ cõmuniter veniunt in cibũ hominis, sed de electuarijs & huiusmodi me-
10 dicinalibus. ¶ Tertiũ.* De collatione serotina generaliter sciendũ est, ꝙ quædã sunt, quæ nec sumũtur nec sunt ordinata principaliter ad nutriẽdũ, licet nutriant aliqualiter, vt potus etiã vini, & electuaria, & aliæ medicinæ & huiusmodi: de quibus intelligitur, ꝙ ex sensualitate sumpta nõ frangũt ieiuniũ. quædam verò sunt ordinata principaliter ad nutriendũ, quæ in cibũ sumi consueuerunt, vt panis: & secũdũ Pet. de Pal. & fructus & herbæ, principaliter panis. De primis ergo & de secũdis, excepto pane, nõ est dubiũ, ꝙ licitè de sero sumũtur causa medicinæ, id est, ne noceat potus: licet nõ ꝑ modũ cibi. sed & si nõ sumãtur per modũ medicinæ secũdũ Arch. piè interpretandũ est ratione cõsuetudinis, quæ ea de causa videtur introducta. qđ etiã sentit Pan. quia cõsuetudini standũ est, ex quo ius non est in oppositũ: quod secundũ eos limitatur, nisi fiat excessus in quantitate vltra cõsuetũm, vel nisi fiat in fraudẽ, id est, studiosè ad nutriendũ cõtra famẽ. secus si stante quantitate cõsueta fiat ad aliũ rationabilẽ finem: puta ad dormiendũ, ad sustentandũ naturã, aut vocẽ conseruandam, & huiusmodi: imò & si ex sensualitate, imò ex ratione famis, secundũ mentem Panor.

quia sufficit nõ exire terminos cõsuetudinis. vnde dicit
Direc.secundũ quosdam posse statui, vt in ieiunio eccle
siæ bis comederetur, sed parũ. De pane tamẽ dicit Archi.
ꝙ eius bucella ieiunium soluit.sed ex Sanct.Tho.& Pet.
de Pal.& alijs doctor.præcipuis hæc distinctio panis ab
alijs, quæ veniũt in cibũ hominis, haberi non potest nisi
de cõgruo.vnde quia circa hoc legẽ aliam præter cõsue
tudinem non habemus, dico, ꝙ vbi est consuetudo, licitè
sumitur panis, si aliud nõ habetur: vel si habetur, illud sto
macho nocet, vel nõ reparat sufficiẽter cõtra potum. Imò
etiam licet eo casu vbi est cõsuetudo de nõ sumendo pa
nem: quia in foro conscientiæ consuetudo non obligat,
nisi inquantũ legislator intendit, vt patet ex dictis suprà
Consuetudo.§.xiij.qui non intendit vt sine pane bibas,
quãdo sine pane potus, quo indiges, obesset: vt qa fruct⁹
nõ habes: vel si habes, nõ habes stomachum fructibus op
11 portunum. ¶ Quartò,* quæritur qualiter ieiunandum sit
quantum ad horam comedendi? Et dico multa. ¶ Primũ.
Dies artificialis secũdũ Astrologos habet duodecim ho
ras inæquales, quarũ extrema sunt ortus & occasus Solis:
medium verò ad quod sexta terminatur, est punctus meri-
diei. Totam autẽ diem artificialem partimur in quatuor
partes equales, quarũ due sunt ante meridiẽ, & due post:
& quarũ quælibet continet horas tres: ex quo fit vt horas
numeremus per triplicitates, id est, accipiẽdo extrema il
larũ quatuor partiũ, & dicendo, tertia, sexta, nona, & duo
decima. Et sic factũ est vt primũ trium horarum spatium
post meridiẽ dicatur hora nona: & aliud immediatè præ-
cedens dicatur hora sexta, ita, ꝙ hora sexta finitur in pũ-
12 cto meridiei: & ibi incipit nona. ¶* Secundũ. In iure scri
pto nulla hora est determinata comedendi in die ieiu-
nij, nisi hora vesperorũ tẽpore quadragesimali: vt de cõ
secr.dist.j.solẽt.& per Pan.in rub.de obser. ieiu. vnde in
hoc consuetudo est lex & statutũ ecclesiæ: & hoc secũdũ
omnes est, vt hora nona comedatur. Sed quia hora nona
dicitur & in prin.& in fi.San.Tho.in iiij.dist.xv. q.iij.vi-
detur velle, ꝙ in omni ieiunio prandendũ sit hora nona
cõpleta, id est, hora tertia post meridiẽ: quod Pet.de Pal.
verũ dicit quo ad ieiunium quadragesimale tãtùm: quo
ad alia verò dicit licitũ esse prãdere in principio nonæ,
id est, in meridie: sed quia hîc lex est cõsuetudo, cõsuetu
dini standũ est populi Dei in omni ieiunio, vt in meri-
die, nõ per astrolabiũ, sed grosso modo cõputato come
13 datur. dist.xj.in his. ¶* Tertium. Præuenire notabiliter
horã comedendi ex causa rationabili, secundùm Inn.in
rub.de obser.ieiu.nõ est peccatũ: & sic dicit debere intel
ligi c.solent.de consec.dist.j.quod intelligo verũ in his
qui sunt obligati ieiunare, si interueniat superioris pos
sibilis haberi cõmodè dispẽsatio. Sine causa verò ratio-
nabili præuenire horam etiam per notabile spatiũ, Sum.
Ang.dicit esse veniale tantũ, allegans §.aliàs ea demum.
xxv.dist.vbi dicit Ang.ꝙ si qs corpore sanus alijs ieiunã
tibus prandere voluerit, scilicet ante horam, est peccatũ
veniale. sed vt dicit ibi gl.Augu.loquitur de ieiunijs vo-
luntarijs, nõ de necessarijs. vnde secundùm Pet. de Palu.
est mortale.& idẽ dicit gloss.in d.§.aliàs.& videtur esset
textũ in d.c.solent.quod licet secundum d. Sum.loquatur
de consilio, tamẽ hoc nec certum est nec probabile. Po-
test tamen secundũ Petr.de Palu.circa horam dispensari
propter debilitatẽ, vel lectionẽ, vl iter, aut alias pias cau
14 sas. ¶ Quartum.* Tardare ieiunium post nonã, quãtum-
cunque tardetur, non est peccatum, secundùm omnes do
15 cto, nisi fieret ex aliqua superstitione. ¶ Quintò * quæ-
ritur, qualiter sit ieiunandum quantum ad abstinentiam
carnium & huiusmodi? Et dico multa. ¶ Primũ. Esus car-
niũ in omni ecclesiastico ieiunio interdictus est, & illud
frangit secundũ omnes doc. esus verò ouorum & lactici
niorum interdictus est in quadragesima: vt dis.iiij.deni-
que.nõ autem in alijs ieiunijs, secundùm Pet.de Palu. &
San.Th.& communiter doc.nisi consuetudo hoc habeat,
quam vbiq; seruandã in ieiunijs dicit August.Ambro. &
Hier.dist.xij.illa.& dist.lxxvj.vtinã.vnde in omnibus ieiu
nijs, præter Quadragesimam, ista comedi possunt, vbi cõ
suetudo est, ꝙ comedantur. Vnde secundũ Pet. de Pal. is
cui iniunctum est ieiunare simpliciter, non tenetur nisi à
carnibus abstinere. Sed & si alicubi sit consuetudo, ꝙ nõ
comedantur, Sum.Ang.nõ putat frãgi ieiunium si come-
dantur nõ ex gulositate, sed ex causa rationabili. Sed qa
consuetudo in his est lex, dico, ꝙ ex hoc ieiuniũ frangi-
tur: nec excusatur comedens à mortali, nisi sicut excusat
16 ieiunium frangens: de quo j.§.ix. ¶ Secundum.* Tenet
Host.in Sum.eo tit.ꝙ cuicunque conceditur vsus ouorũ
& casei, cõcessus intelligit vsus sagiminis siue lardi: arg.
c.presbyter.dist.lxxxij.& ibi gl. & idem Pan in c.consu-
luit.de Iudæ.licet tunc non sit licitum vti carnibus: quia
quasi mutando formam videtur rei substantia immutata.
¶ Tertium. Secundùm Pet.de Palu. Britones comedẽtes
in Quadragesima butyrũ, videntur excusari: quia in illis
partibus, in quibus ecclesia dispẽsare põt, sciẽdo & dis-
simulãdo dispensat: si tamen ita dissimulat, ꝙ nec punit
excõmunicatione, nec prohibet verbo. alioquin cùm ad
correctionẽ teneatur, participaret in crimine. vnde forni
cationẽ simplicẽ etsi non puniat, prædicat tamẽ esse illi-
citã. Vnde cùm ecclesia sileat, nec eis prohibeat, nec præ
dicet eos male facere, etsi aliud priuilegiũ non habeat,
17 excusantur. hæc ex illo. ¶ Quartum.* Secundùm Archid.
qui excusatur à ieiunio propter ætatẽ, vel laborẽ, vel aliã
causam rationabilẽ, & potest in Quadragesima vti qua-
dragesimalibus cibis: & vtitur carne, lacticinijs vel ouis
ex voluptate, vel incuria, mortaliter peccat. & idem dicit
de quocunq; comedẽte carnes in alijs ieiunijs ecclesiæ:
18 ¶ Sextò* quærit, qñ, id est, qua ætate ex præcepto sit ieiu
nandũ? Et dico duo, quantum scilicet ad iuuentutem &
senectutẽ. ¶ Primũ. Qua ætate incipiat quis obligari ieiu
nio. Io. Andr. Inn. super c.cõsiliũ.de obseruantia ieiunio-
rum. multas recitat opi.in nulla se firmans. Opinio autẽ
Inno.in rub.de obser.ieiu. est, ꝙ teneantur omnes sanæ
mentis, doli capaces, potentes ieiunare, cùm peccare pos
sint, & peccata deflere.de delic.pue.c.j.& idẽ videtur te-
nere Suppl.tanquã tutius contra Ros.& Sum. Ange. Sed
veritas & communis opinio est, quam ponit San.Tho.&
Pet.de Pal.& Arch.ꝙ post finẽ tertij septẽnij, id est, post
xxj.annum: quia licet antea teneatur quis carnẽ subiuga
re spiritui, nõ tamen per hoc mediũ, propter indigentes
multo cibo ad nutrimentũ & augmentum. Nec tamẽ est
simile secundũ Pet.de indigentibus multo cibo ad gene
rationẽ: quia diebus ieiunij cõiuges abstinere debent à
coitu, & semel in anno sufficit fœcundare, & cum ieiunio
plus abundat semẽ quàm sit necesse. Quia tamẽ circa il-
lud tẽpus quidã alijs sunt fortiores, secundũ eũdem Pet.
de Pal. relinquitur arbitrio cõfessoris & cõsilio medici-
næ ieiunare vel nõ: & in religionibus descriptioni pla-
torũ, secũdũ Veruec. Professi tñ regulã, in qua præceptũ
est aliquibus diebus ieiunare, ad hoc obligantur ante di
ctam ætatem. ¶ Secundum. In senibus nullum tempus ab
aliquo determinatum est, in quo ab obligatione ieiu-
nij

nij absoluant: vnde excusari possunt eo modo quo infir
mi & debiles, de quibus est eadẽ ratio, secũdũ Innocẽ.&
Hostien. ratione verò senectutis tantùm non excusantur, si
sint ad ieiunium fortes. Rich. tamẽ in iiij. dicit non ob-
ligari nimiùm senes, id est decrepitos: quia ꝑpter debili
tatem caloris indigẽt crebrò refici: cuiusmodi sunt regu
lariter qui septuagesimũ annum compleuerunt secundũ
medicos: & gl.in proœmio vj.ad quod facit illud psalmi,
Anni nostri in ipsis septuaginta annis.& l.fi.C.q ætate.li.
x: iuncta l.ij.§.fi.ff.de decur.vbi maior lxx.annis excusat
à muneribus personalibus, & à fortiori à ieiunio, quod
19 est maximũ onus. ¶ * Septimò quæritur, vtrum ieiunia,
quæ sunt de præcepto, transferri possint aut redimi vel
cõmutari cũ dispẽsatione vel sine? Et dico multa. ¶ Pri-
mum. Ieiunia ab ecclesia præcepta de die in diẽ transfer
ri possunt ex causa, secundũ Inno.in d.rub. sicut si festum
accidit secunda feria, vigilia ieiunatur in sabbato, & nõ
in dominica: extrà eo.c.j.& ita pari ratione si vigilia ac-
cidat in festo solẽni, ꝑpter eius venerationẽ põt priori
die ieiuniũ explicari, sicut in Frãcia vbi sunt ecclesiæ san
cti Quintini, vigilia omniũ sanctorũ ieiunatur die præce
dẽti: quod Pan. in d.rub. limitat, modò fiat authoritate
episcopi: arg.c.ij.de obser.ieiu.in fi. ¶ Secundũ. Quantũ
ad redemptionem ieiuniorum ecclesiæ Innoc.& Pan.in
d.rub.tenent ꝙ aliquis citra papam dispensare non po-
test, nisi causa sit in debẽte ieiunare: ex causa aũt potest
episcopus dispensare, & in bonũ aliud cõpẽsare: & cau-
sa satis sufficiens est debilitas personæ ex defectu naturę,
vel exteriori proueniẽs exercitio: imò secũdũ Archi. est
etiam vtilitas publica: puta bona & necessaria prædica-
tio, vel discursus ꝑpter necessitatẽ vel vtilitatẽ ecclesiæ.
quã ieiunij cõmutationẽ Sum.Ros. intelligit nõ posse fie
ri propria authoritate: quod verũ est, vbi dubiũ esset an
causa excusaret à ieiunio necne: secus vbi esset manife-
stum: vt j.§.ix. In ieiunijs autẽ ad quæ quis se voto obli-
gauit, dispensare potest episcopus, etiã sine cã existente,
in vouente, modò illud, in quod fit cõmutatio, sit melius,
id est, acceptius Deo: vt in c.j.de vot. Quæ verò imponun
tur in pœnitẽtia, redimi possunt authoritate superioris,
vel etiã æqualis cõfessoris: de quo s.Cõfessio.j.§.xxvij.
20 ¶* Tertiũ. Quantum ad dispensationẽ super solutione
ieiunij talis regula seruãda videtur ex mẽte omniũ doct.
Si certũ est ꝙ quis ieiunare nõ possit, ex causæ euiden-
tia potest quis ieiuniũ propria authoritate dimittere se-
cundũ Veruec.& omnes. Si verò sit dubiũ, consulendus
est vir bon⁹ & peritus, puta medic⁹ aut cõfessor vel ali⁹.
& si iudicio eius causa est euidẽs, iterũ potest quis pro-
pria authoritate dimittere, secũdũ mentem eiusdẽ Ver-
uec. quia eo casu causa est euidẽs: si verò ipse sit dubius,
oportet adire superiorẽ, id est, episcopũ vel propriũ sa-
cerdotẽ, qui declarare põt authoritatiuè dispensando in
dubio. Limita tamẽ totã regulam cessante scandalo, quia
etiã causa extante euidente in se vel aliquibus, si inde a-
liqui scandalizarẽtur, petẽda esset dispensatio. ¶ Quar-
tum. Superior à quo in ieiunio ecclesiæ huiusmodi dis-
pẽsatio petẽda est, secũdũ Host.in c.consilium.eo.tit.est
episcopus, nec sufficit licẽtia simplicis sacerdotis etiã ex
iusta cã, nisi summa necessitas immineat, ita ꝙ sine pe-
riculo ad episcopũ recursus haberi nõ possit. Rod. autẽ
sentire videtur ꝙ hoc possit proprius sacerdos q est iu-
dex ordinarius cõsciẽtiæ: quia dicit ꝙ arbitrio boni viri
potius quàm per doctrinã generalẽ limitandum est pro
quanta necessitate ieiunium sit soluendũ. S.Tho. autem
in iiij.dist.xv.tenet ꝙ sacerdos põt dispẽsare, & prælatus
in religione: adde verò tu ꝙ medicus potest declarare:
& similiter quantũ ad carnes comedẽdas diebus prohibi
tis: peccat tamẽ medicus sine causa rationabili, vel saltẽ
dubia, secundũ Arch. talia mãdãs: arg.xxiij.q.j.quid cul-
21 patur. ¶* Octauò quæritur, vtrũ obligati ad ieiuniũ eccle
siæ, & illud sine dispẽsatione soluentes, peccent mortali-
ter, & quoties? Et dico multa. ¶ Primum. Secũdũ Card.in
cle.j.de obser.ieiun. frangens ieiuniũ ecclesiæ ad quod
tenet, nõ peccat mortaliter, nisi ex cõtemptu vel inobe-
dientia hoc faciat: puta qa nõ vult se subijcere præcepto.
& dicit hoc tenere Archi.in §.aliàs ea demũ.distin.xxv.
qui tamẽ ibi recitat Ioã.de Fan. hoc tenentẽ. Et istã opi-
nionem sequit Sum.Ang. cõtra Ros.& Suppl. addens, vel
nec ex cõsuetudine, vt j. Inobedientia. S.Tho. verò dicit
ꝙ peccat mortaliter, q hoc facit ex contẽptu, vel sic quod
impediatur finis quẽ intendit legislator: nõ autẽ qui ex
causa rationabili. & intendit secundũ Archi. illud quod
sentit Pe.de Pal.& gl.in d.§.alias.& cõmunis opinio, sci
licet ꝙ hoc nõ est mortale, nisi ex contemptu, vel scien-
ter sine causa rationabili vera vel æstimata. vnde secun-
dũ Pet.de Pal. si hoc fiat ex causa sufficienti, nõ est pecca
tũ: si ex causa non sufficienti, sed supple, quæ credat suffi
ciens, est veniale: vt legentes Instituta in completorio si
sine causa, est mortale, si aduertit esse diẽ ieiunij. ¶ Secũ
dum. Secundùm Pet.de Pal. qui mane comedit de ieiu-
nio nõ aduertens: si quidẽ scire tenebatur ꝙ esset ieiu-
nium, nõ excusat à fractione eius, nec tamen eadẽ die ie
iunare tenetur, cùm iam sit, inquit, obligatus ad ieiunan
dũ in alia, & si nõ liceret sibi plus comedere, nimiũ gra-
uaretur: nec cum toto hoc esset ieiuniũ propter nimiam
anticipationẽ: sed si nõ tenebatur scire, nõ reputatur fra
ctio ieiunij. vnde ac si esset ieiunus, potest illa die ieiu-
nare comedendo sua hora pro prandio: qa ieiuniũ ho-
mini indictum nõ soluit nisi per actum humanũ, qui re-
quirit intentionẽ & deliberationem veram vel præsum
22 ptam. hæc ex illo. sed vide particula sequẽti. ¶* Tertium.
Qui non ieiunat vna die, licet videatur ad ieiunium te-
neri in alia, per Pet.de Pal.& tex.in c.j.de obs.ieiun. tamẽ
dico oppositum per c.ij.eod.titu. vbi ieiunium frangen-
tibus non imponitur vt alio die ieiunent. ad quod facit
quod no. Inno. in c.j.de cele.mis.de eo qui officiũ dimi-
sit, qui illud resumere non tenetur: quasi sit seruitus cu-
iuscũq; diei. Nam si teneor præstare operas certo tempo
re, & impedior: nõ sum obligatus alio tẽpore: quia non
sunt eædẽ operæ, sed variantur ex tempore: vt est textus
no.in l.si nõ fortẽ.§.libertus.ff.de cõdictione indeb.& si
relinquitur mihi vsusfructus per bienniũ proximè futu-
rum, & impedior: nõ possum petere vsumfructũ alterius
biẽnij: qa nõ est idẽ vsusfructus. l.si vsusfructus mihi.ff.
de vsufruct.& redi.& habit.& tex.c.j.debet intelligi de
translatione faciẽda ex causa propter solẽnitatẽ. ¶ Quar
tum. Fractor ieiunij ꝑ qualibet vice qua comedit in die
ieiunij vltra vnã vicem, peccat mortaliter, secũdũ Ioã.de
Neap.in quolib. qa istud præceptũ reducit ad negatiua,
scilicet ne comedas nisi semel: quod verũ esset, si nouo
cõtemptu semper comederet. aliàs aũt verius & cõius est
dictũ Durã.in iiij.ꝙ tãtùm semel peccat mortaliter, ali-
ter obligaretur ad impossibile: qa ex quo semel ieiuniũ
fregit, illa die ieiunare nõ põt in Quadragesima: tamen
secus vbi ieiunare põt alia die: vnde quot dies qs omit-
23 tit, tot peccata cõmittit. ¶* Nonò quæritur, quæ sint per
sonæ excusatæ, vel causæ rationabiles excusantes à ieiu-

nio:Et dico multa.¶Primũ.Ad cognoſcẽdũ quis poſsit & teneatur,vel nõ poſsit,ſiue nõ teneatur ieiunare,accipienda eſt regula,& maximè quæ ex S.Tho.in iiij.colligitur,talis ſcilicet,ꝙ quilibet põt & debet cõſeruare ſibi vitam & robur neceſſarium ad ea,quæ ſibi incumbũt faciẽda.neceſſariò pro vita vel officio.vel ſocietate conuentium,vel reſpectu eorũ quæ facere põt meliora ieiunio:intelligendo tamẽ primò ꝙ incumbere dicitur neceſſariò aliquid,& quãdo aliàs eſſet notabile damnũ.vel incõmodũ:& ſecundò intelligendo de officio & ſocietate,quã quis relinquere nõ poteſt ſine periculo vel incõmodo:vt quia fortè incideret in latrones,ſi ſolus eſſet: vel qa vix poſſet viuere ſi officiũ deſereret:vt curſor,vel laborator,& huiuſmodi:& tertiò ꝙ in omnib⁹ dubijs circa prędicta ſtandum eſt arbitrio boni viri:vt dictũ eſt ſuprà §.vij.particu.iij.¶Secundũ.Iuxta mentem S.Th.ij.ij.q.cxlvij.& iiij.diſt.xv.peregrinantes,aut multum laborãtes,quibus neceſsitas imminet tũc faciendi magnas dietas,vel multũ laborandi,ſi volunt ſe & ſuos ſuſtẽtare,vel nõ incurrere notabile detrimentum ſui ſtatus,& cum labore,vel itinere non poſſunt obſeruare ieiuniũ,excuſantur:aliàs ſi poſſent vtraq; facere cõmodè,tenentur ieiunare:& ſimiliter ſi poſſunt iter differre,& ſubtrahere, vel minuere laborẽ,ita vt poſsint ieiunare ſine detrimẽto ſui ſtat⁹.Et*addit Pet.de Pal.ꝙ ſi peregrinatio nõ eſt neceſſaria,peccat illã aggrediens indiſcretè,id eſt,eo tẽpore quo ieiunandũ eſt:ea tamen aggreſſa licet incompoſsibile ieiuniũ frangere:ſicut licet infirmo ex ſua culpa durante infirmitate.Addit etiam S.Tho.ꝙ nolentes conducere operarios,niſi ieiunium frangant,nõ ſunt immunes à culpa,niſi fortè ſit cauſa neceſſaria quæ feſtinationẽ operis expoſcat:itẽ ꝙ ex parte operantis intentio maioris lucri nõ neceſſarij nõ excuſat.Adde ꝙ Eugeni⁹ iiij.anno M.cccc.xl.circa hoc fecit magnam modificationem,indulgens ꝙ artifices laborioſa opera exercentes, & ruſtici,ſiue diuites ſint ſiue pauperes nõ teneãtur ad ieiuniũ ſub ꝓcepto:vt refert Sum.Roſ.& aliàs à viris doctis audiui.Quod autem de laboratoribus dixit S.Tho. intellige etiam de itinerantibus cauſa lucri. ¶Tertium. Curſores,ſi hoc exigit ſuum currere,præteritum vel futurum,excuſantur à ieiunio:& hoc ſecundũ Pet.de Pal.non ſolùm ſi ſine tali officio viuere nõ poſſent,quia tũc excuſaret paupertas:ſed etiam ſi aliter poſſent viuere,ſed nõ æquè bene:quia aliud eſt de illis qui ad certum diẽ ſe locant,qui non debent ſe locare,niſi tunc poſſent ieiunare,ſi aliàs habẽt vnde viuat:aliud de eo qui locat ſe ad totũ annũ,& ad totale ſeruitiũ,quia ſi exciperet ꝙ nũquã dieb⁹ ieiunij.itineraret,nõ inueniret receptorẽ.¶Quartum.Excuſantur etiam pauperes,qui ſufficientem cibum ꝓ vna refectione habere non poſſunt,& ſimiliter quãdo propter præcedentem inediam ieiunium nunc ferre nõ poſſunt,ſecundùm S.Tho.ij.ij.vbi ſuprà.Sub quo etiã ſecundùm Archid.videtur poſſe comprehẽdi illos,qui nec poſſunt parare,nec habẽt parãtes neceſſaria ad ieiuniũ. ¶Quintum.Excuſantur ſimiliter ſecũdùm Veruec.prægnãtes & lactantes,ſi debilitas eas impediat:vel ſi ex hoc timetur de periculo earum,aut aborſũ vel defectu alimẽti pueri:imò ieiunium debent dimittere.¶Sextum.Excuſantur etiam infirmi & debiles,qui ſi neceſſariũ cibũ vna vice ſumerent,obeſſet:pro quo tamen ſtatur arbitrio boni viri,ſecũdũ Archi.¶Septimum.Excuſantur etiã ſenes & paruuli,vt ſuprà dictum eſt,§.vj.¶*Octauũ.Excuſantur etiam vxores,ſecundùm Inn.& Pan.in rub.de ob.ieiu. contradicentibus viris quo ad ieiunia votiua ſeu volũtaria.xxxiij.q.vlt.manifeſtum.nõ autem quo ad indicta ab eccleſia:quia magis vicario Dei obediendũ eſt,quàm maritis iniuſtè præcipientibus.xj.q.iij.Iulianus.niſi inde inter ipſos & maritos ſcandalum oriretur:puta verbera,blaſphemiæ,odia notabilia:quia tũc ſaltem ex licentia ſacerdotis poterunt frangere.ar.c.vt conſtitueretur.diſt.50.in ſi,quia præceptum iuris poſitiui nõ obligat aliquẽ.cum ſcandalo:vt in c.ij.de no.oper.nunc,& c.nihil.de ꝓfcri.

26 ¶*Nonum.Excuſantur etiam prędicatores,ſi eorum prędicatio ſit neceſſaria ex officio,puta ex obedientia,vt patet ex dicta maxima:vel etiam ſi non ſit neceſſaria ex officio,ſed tamen ſit neceſſaria ex carentia prędicantiũ,aut magna ſiue excellenti vtilitate:quia ieiuniũ alia opa meliora nõ impedit,dicente S.Tho.in iiij.ꝙ ſi abſtinentia ſit tãta,ꝙ homo ab operibus vtiliorib⁹ impediat,quãuis ad ea de neceſsitate nõ teneatur,indiſcretũ eſt ieiuniũ, etſi non illicitum.Et in quinto quolibeto,art.xviij.dicit ꝙ ſi quis in tãtum virtutẽ naturæ debilitat per ieiuniũ & alia huiuſmodi,ꝙ non ſufficiat debita opera exequi: puta prædicator prædicare,doctor docere,cantor cantare, & ſic de alijs,abſq; dubio peccat.hęc ille,q loquit̃ de prędicãtibus & docentibus ex debito.Si autẽ aliquis volũtarie prædicet,id eſt,nõ miſſus:aut ideo miſſus,qa vult mitti,& ſua prædicatio non ſit neceſſaria,quia alij ſunt qui æquè bene poſſunt ſupplere vel melius,nõ video quomodo ſit tut⁹ ſi ieiuniũ frangat:quia nõ eſt neceſsitas,vnde

27 talis debet alijs operibus vacare.¶*Decimò generaliter quæritur,quid iuris de abſtinentijs alijs à ieiunio?Et dico multa.¶Primũ.Comedere carnes ſexta feria ſine cauſa infirmitatis eſt mortale.de conſe.diſt.iij.de eſu carniũ.quod tamẽ fallit ſi ſit dies natiuitatis Domini, quia tũc licitè ab omnib⁹ comedũtur,niſi ab his qui voto vel regulari obſeruãtia ad nõ comedendũ tenerẽtur.de obſer.ieiun.c.ſi.& multo magis quãdo natalè eſt in die ſabbati.Ex quibus elici poteſt,primò ꝙ die feſto nõ ſolũ ſpiritualiter,ſed etiam corporaliter poſſumus honeſtè lætari in cibis & veſtibus ad ſolennitatem diei.& ſecundò ꝙ prælatus in religione potens diſpenſare in eſu carniũ, põt cũ ſuo ſubdito diſpẽſare fẽria ſexta ſi ſit natale:quia cùm ibi ſint duæ prohibitiones,ſcilicet eccleſiæ & religionis,ſublata prima per eccleſiã ſtat ſolùm ſecũda,ſup quã põt prælatus.Nec obſtat ꝙ eccleſia cũ iſtis nõ diſpenſat: quia verum eſt quãtũ ad obligationẽ voti & religionis: nõ quo ad obligationẽ eccleſiæ.vnde ſi cũ tali fiat diſpẽſatio in voto,iã poterit comedere carnes,ſi deinde natale veniat in fẽria ſexta.¶Secundũ.Qui vouit nõ comedere ouа in fẽria ſexta,ſi ſit dies natalis Domini,nõ poteſt ſecũdũ aliquos comedere carnes,quia abſtinentia ouorũ includit abſtinentiam carnium,nõ econuerſo.Vnde qui vouit abſtinere ab ouis,etiã vouit abſtinere à carnibus. Ego diſtinguo:quia ſi habitualiter intẽdebat ſe eo caſu velle priuare carnibus,vt quia ſi hoc memoriæ occurriſſet,hoc deliberaſſet,nõ põt comedere.Si verò intẽdebat ſe nõ priuare,poteſt:quia tantũ obligatur,quãtũ intẽdebat.Si verò nõ ſcit diſcernere vtrũ ſic vel ſic,nõ comederet,non propter dictam rationẽ,quæ potius eſt ad oppoſitum,quia priuans ſe minus dilecto,nõ priuat ſe dilecto magis:ſed iõ,qa in dubijs tenẽda eſt via ſecurior.de ſpõ. iuuenis. ſed quia hoc nõ eſt neceſſariũ,ſed ſufficit eligere tutã:iõ cõtra faciẽs nõ eſſet iudicãdus de mortali,niſi

28 fortè rõne erroneæ cõſcientiæ.¶*Tertiũ.Comedere carnes ſabbato vbi nõ ẽ cõſuetũ,ẽ mortale.de cõſe.diſ. v. qa dies

dies.non aũt vbi eſt conſuetudo comedendi:vt in Francia,Catalonia,& alijs partibus:quia ſtabitur conſuetudini.diſ.xij.illa autem.& idẽ Pan.in c.ij.extrà eo.Ad c.autẽ, ſabbato.de cõſe.di.v.dic quòd loquit̃ de conſilio,ſicut canetur de die Mercurij:& idẽ de c.quia dies.de cõſe.diſt. iij.de quo vide gl.in c.de eſu.de cõſecra.diſt.iij.in quo habetur,quod ibi de eſu carnium dicitur,incipere diem à termino cœnę,eſt conſilium.ſecũdũ Dir.autem, incipit à media nocte præcedente vigiliam,& durat vſque ad aliam mediam noctem ſequentem.¶Quartum.Qui carnes die ſabbati in ſuis partib⁹ comedere cõſueuerũt,comedendo in partibus alijs,vbi hoc nõ eſt cõſuetũ,ſecundùm Dir.peccant.d.c.quia dies.xij.diſt.illa.à contrario ſenſu:quia qui de patria vbi hoc nõ eſt cõſuetum,veniũt ad illam vbi hoc eſt conſuetum animo habitandi ſcilicet totaliter,comedendo non peccant:niſi adſtringantur voto vel abſtinẽtia regulari:extrà eo.c.fi.Multa etiam pertinentia ad abſtinentiam à carnibus,habes infrà. Religio, per totum.

DE IGNORANTIA.

1 *Ignorantia,quæ propriè ſcientiæ priuatio eſt,nonnunquam & neſcientia,& error,latius ſumpto nerbo,dicitur.Et ea quoque tripertita eſt.*

2 *Quæ propriè ignorantia dicitur,eadem quoque intra genera diducitur.Aut enim bona,aut mala,aut neutro modo,& indifferens eſt.*

3 *Ignorantia mala multiplex quoque dicitur:idq; tum ex parte rei ignoratæ,tũ ex ꝑte actus,quẽ ignorans elicit,aut ignorat, & denique ex parte ignorãtis.Et unaquæque ſecundùm ius, aut factũ,circa quæ uerſatur,multifariam ſecernitur.Et ibi clarè quid unumquodq;.*

4 *Ignorãtiæ primo,ſecundo,ac tertio modis acceptæ,qui ſint effectus.*

5 *Ignorantiæ ex parte ignorantis,multiplex eſt differẽtia,cuius partes identidem diuiſiones ac ſubdiuiſiones recipiunt.Quibus etiam alia quoque ſpecies additur,quæ prauæ electionis dicitur,ex qua malus omnis ignorans cenſetur.Dicitur autẽ proprię ex cauſa peccati uenens inconſideratio.* 1

6 *Scire quiſq; ea tenetur,ſine quorũ cognitione actũ ex officio aut præcepto debitum nemo recte exercere poteſt.Vnde quæ ſi dei ſunt & iuris uniuerſalia præcepta,ſcire omnis homo tenetur:quo ad alia uerò,quiſque ſingulatim quæ ad officiũ uel ſtatũ ſuum pertinẽt,ſcire debet.Et quid de præceptis eccleſiæ,& de horum intellectu,*

7 *Ignorantiã peccati cauſam eſſe poſſe,non tamen quamlibet. Ea autem peccati cauſa eſſe dicitur,quæ ſcientiam actus peccati prohibitoriam tollit.*

8 *Ignorantia nõ quæuis peccatũ eſt,ſed ea,quæ eorum quæ quis* 2 *ſcire tenetur.Nec ignorans quouis tempore actu peccat,ſed tũ demum cùm ſcientiam acquirendi tempus eſt.*

9 *Ignorantia quantum ad legem diuinam pertinet quatenus excuſare dicatur.Et quæ ſint in hoc conſideranda.*

10 *Ignorantia non excuſat à peccato in parte illud minuẽdo.Et ibidem quòd illa ſola peccatũ minuere põt,quæ peccati eſt ratio,ea tamen à peccato ex toto non excuſat,quoniam eatenus uoluntarium peccatũ minuit,quatenus uoluntarium quoque minuit. Quæ ſi uolũtarium non minuat,nec peccatũ quoque minuet. Quot modis autem ignorantia peccatum minuens cõtingere poſſit,hic apertè traditur.*

11 *Ignorantia facti à iuris pœna in animæ foro quatenus ac quomodo excuſet, aut id minimè,elegãti diſtinctione planũ facit. Et qui diligentiam circa factum adhibet,ſi quid præter agẽtis propoſitum contingat,imputari ipſi non debet.*

12 *Ignorantia iuris,quomodo à pœna eiuſdem iuris in animæ foro excuſet,aut contrà.*

13 *Ignorans ſummi Pontificis cõſtitutionẽ ex negligẽtia,an ſi cõtra illam faciat,excuſetur à culpa,abs qua excuſatur,ſi ſufficienti impedimẽto diſtrictus,illã ſcire nequiuerit.Et qui uult ignorantiam ad deuitandam pœnam probare,audiendus eſt. Quod limitat,niſi ſint prælati,officiales, & medici,& huiuſmodi,qui ea exercere habent,quorum ignorantia notabile dãnum proximo illatura eſt.*

14 *Ignorantia in humano iudicio,ſiue foro contentioſo,qualiter à pœna excuſet.Et qui agit cõtra aut Dei,aut naturæ legem, pœnam legis poſitiuæ annexam ignorans,ex huiuſmodi ignorãtia eam effugit.*

15 *Sententys per ſtatuta ordinariorum,an ignorantes ligentur. Et ibidem huius declaratio & limitatio.Et ſubinde ſi Papæ generalis cõſtitutio aut ſtatutum factum damnatiũ includat, qui contra facit,regulariter ob ignorantiã non excuſatur.*

16 *Mulieres ac monachi ab ignorantia iuris excuſationẽ minimè habent,quãdo ipſius iuris quotannis in locis ubi agunt, publicatio fit.Et ibidem argumentum à contrario ſenſu apud Canoniſtas nõ perpetuum eſſe.*

17 *Scoti fundamẽtum,quo Summa Roſella aduerſus Ang.Sum. uſa eſt,cõuellitur.Et ſubinde,qualiter regula,quæ habet,quòd facti,non iuris ignorantia excuſet,intelligi debeat.*

18 *Conſtitutio generalis uel prouincialis,ubi in contra facientibus dolũ expreſsim,aut tacitè requirit,in ignorantibus locum nõ habet,quoniam ab eius pœna excuſantur,quãquã factio damnatum huiuſmodi conſtitutio contineat.*

19 *Conſtitutionem,aut ſtatutum dolũ expreſsè requirere,aut tacitè,qualiter intelligatur.Et quid ſi ignorãs in leui,aut leuiſſima fuerit culpa,qualiter tũ puniatur,criãlitérne,an ciuiliter.*

20 *Iuris ignorantiã quo ad fructũs cõſecutionẽ bonam fidem nõ adimere.Et huius ibidem limitatio.Legis aũt aut iuris ignorãtia poſt tempus abs quo ligare occœpit,non præſumitur.*

21 *Concluſiones deciſiuæ ex his,quæ de ignorantia dicta ſint,quænam colligantur.Et ibidem de his,qui aduerſus extrauagan. Pauli,ambitioſe.committunt.*

I stratas, vel in castris, vt transeuntes prędentur. ¶ Secundi est eorum, qui sunt nocturni populatores agrorũ. i. secundùm Inno. qui nocte agros populantur & vastant: siue etiam secundũ Pan. qui noctu obsident stratas. tales enim abstrahi ab ecclesia possunt. xvij. q. iiij. sicut. & extrà eo. in ter alia. ¶ Tertium est eorum, qui maleficiũ aliquod enorme committũt in cœmeterio vel ecclesia sub spe, ꝙ ab illa defendantur. quod secũdùm Hio. semper præsumitur, nisi probetur contrariũ, qui ab eadẽ ecclesia non defendũtur. extrà eo. immunitatẽ. nec etiã ab alia si ad eã confugiant, secundũ Veruec. quia cùm vna sit per orbem ecclesia, licet sint multę particulares, qui facit iniuriam vni ecclesiæ, omnibus facit. Contrariũ tamen de consuetudine seruatur apud aliquos, fortè putantes secundũ eundem, ꝙ sicut minor vtitur suo priuilegio cõtra alium minorẽ: ita vna ecclesia contra aliã. Et licet d. c. immunitatẽ. loquatur de homicidio & mutilatione, tamẽ secundũ Pan. ibi locũ habet in omnibus alijs grauibus delictis propter idẽtitatẽ rationis. vnde secus in nõ enormib* ibi cõmissis: quia gaudet. Si autẽ cõmisit quis maleficiũ in ecclesia vel cœmeterio, sed nõ sub prædicta spe, secundũ Pan. nõ defenditur: aliàs non habet locũ ratio illius c. quæ est in ecclesia vel cœmeterio delinquere sub dicta spe. Qui etiã sub prædicta spe extra ecclesiã vel cœmiteriũ delinquit, gaudet immun. tate: arg. d. c. immunitatẽ. & de hoc etiã vide ff. seq. partic. v. ¶ Quartũ genus secundũ Pet. de Ancha. est raptorũ virginum, adulterorũ, & homicidarũ, per auth. de man. prin. ff. ꝙ si delinquentes. tamẽ cõiter tenetur, & verius, ꝙ illa authen. per ius canonicũ est correcta, & ꝙ solum excipiãtur prædicta tria genera: & quartũ quod excipiatur secũdùm quid, id est, seruorũ, qui si præstita à domino cautione de impunitate exire nolint de ecclesia, inuiti cõpelluntur, & redduntur domino. xvij. q. iiij. id cõsituimus. & extrà eo. inter. ¶ Tertiò quæritur, qui gaudeãt prædicta immunitate cõfugij? Et dico in genere ꝙ omnes, prædictis exceptis, etiã Iudei & Pagani, secundũ Host. Bern. & Inno. sed quia de multis potest esse dubiũ, multa specialiter dico. ¶ Primum. Iudeus ad ecclesiã fugiens gaudet ista immunitate, secundũ gl. in d. c. inter alia. de immu. eccl. & Inn. & Host. & Barn. & Veruec. secundũ glo. verò *in* l. j. C. de *his qui* ad eccl. confug. non gaudet. & hoc Pan. in d. c. inter. dicit esse verius: quia lex prædicta inducit præsumptionẽ iuris & de iure, contra quam nõ admittitur probatio. dist. l. ferrum. quia confugit nõ propter zelũ fidei, sed propter euasionẽ debitorũ *vel* criminũ. Sum. verò Angel. *contra* Supple. tenentem indistincte ꝙ gaudet, distinguit, quia gaudet si petit baptismũ, aliàs nõ: quia videtur euenisse vt effugiat, nõ causa fidei. Sed ego dico cũ prima opinione indistinctè, ꝙ gaudet: quia gratiosam constitutionẽ nõ excipientẽ eum, nos restringere nõ debemus: maximè quia motiuũ aliorũ est friuolũ: quia malefactores ad ecclesiã confugiẽtes iure defendendi pro maiori parte confugiũt timore pœnarũ, quàm zelo fidei vel religionis. ¶ Secundũ. De Pagano idẽ quod de Iudæo tenet Inn. Bern. & Host. & Veruec. ꝙ gaudet. & ita tenet, nõ obstãte ꝙ Pan. videtur velle vbi suprà, ꝙ solus catholicus gaudeat. De excõicato verò licet quidã dubitent, tamẽ idẽ sentit Verue. quod de prædictis. & hoc tene: quia lex eum nõ excipit: licet idẽ Verue. sequendam dicat in hoc consuetudinem approbatam. Et idem puto de hæretico quantum ad maleficia alia ab hæresi. ¶ Tertium. Clerici & religiosi hac immunitate non gaudent, secundũ Pan. in d. c. inter alia. si iudex ecclesiasticus causa disciplinæ vult eos de ecclesia extrahere & flagellare, vel in carcerem trudere: quod apertissima ratione probatur, præsertim in religiosis, qui rarò aut nunquam exeunt claustrum monasterij: quia in monasterio secundũ eorum regulam & iura cõia per superiores possunt in monasterio arceri,

verberari,& incarcerari,& si op⁹ est de monasterio expelli,& in arctiori detrudi:vt in c.vniuersitatis.de sent.excō. ¶ Quartum.Fugientes ad ecclesiā tempore belli gaudent hac immunitate,si eam nō incastellarunt,aut inde non pugnarunt.ar.c.fi.eo.tit.nec capi debent res eorū ibidem rē positæ,nisi essent de nō gaudētibus hac immunitate.xvij. qō iiij.sicut antiquitus. ¶ Quintum.Retentus & sub iuramento redeundi dimissus,si fugiat ad ecclesiam, secundū Ioan.And.in addit.ad Spe.de iureiurand.nō redibit, si in iustē detinebatur:maximè si imminet periculū mortis vel mutilationis, sed petet absolutionē à iuramento. Si verò iustē detinebatur,cōpellendus est redire:vt voluit Bart.in l.relegati.ff.de pœ.Non tamen debet pati ecclesia vt inuitas abstrahatur,nisi præstita cautione de impunitate mortis,vel mutilationis. ¶*Sextū.Fugiēs ad ecclesiā propter debitū,an isto priuilegio gaudeat? Pan.in d.c.inter alia. extrà eo.dicit, ꝙ Legistæ in l.præsenti.C. de his qui ad eccle.cōfu.distinguūt.Nam si debitū est propter tributū,sciicet debitū principi, vt in auth. de mand.princip. §. publi corum verò tributorū.& ibi no.in gl.secūdū Pet.vt refert Cy.tenet ꝙ non extrahetur,sed ibi citabitur:& si se defenderit,bene quidē:sinautē,procedetur ad missionē in possessionem bonorum.& ita intelligitur d.authen.& placet Pan.quia nō potuit Imperator per ius suum nouissimum præiudicare immunitati ecclesiæ per canones cōcessæ.Si verò debitum est propter aliud,nō extrahetur inuitus,secundùm omnes in d.l.præsenti. sed in modo procedendi sunt opiniones.Sed mihi placet opinio Iac.de Rau.dicentis, ꝙ dabitur sibi securitas standi & exeūdi extra ecclesiā per xxx.dies,intra quos respōdebit aduocatus ad iudiciū, & iudex si dabit sententiā cōtra eum,condemnabit ꝙ aut redeat ad ecclesiam,aut sententiæ pareat. Et cum hac opi. transit Cyn.& adde,ꝙ si nullo modo vult exire,constituet procuratorē. ¶*Quartò quæritur,quomodo ab ecclesia defendi debet,qui ad illam cōfugit in casu,in quo est iure defensandus? Et dico,ꝙ exceptis prædictis casibus,de quibus dictum est §.ij.qualitercunq; aliter grauiter deliquerit,debent ecclesiæ rectores seruare illi vitam & membra, imò etiam immunitatē ab omni corporali tormento, seu pœna corporis afflictiua.xvij.q.iiij.cōstituit. & poterūt illū petenti concedere:recepta prius super impunitate eius idonea cautione,scilicet vel iuratoria tantùm.xvij. q. iiij. id cōstituimus.vel fideiussoria & pœnali,si timeatur ꝙ peens iuramentū non seruet.arg.de rest.spo.ex transmissa. super eo quod fecit is qui confugit:aliàs legitimè puniendus.extrà eo.inter alia.Porrò quandiu est in ecclesia, nec extrahendus,nec vestis aut victualia illi neganda, nec molestandus.C.de his qui ad ecc.confug.l.præsenti.Quòd si quis cōtrafecerit,sciat se crimine læsæ maiestatis irretitū, vel vltimo supplicio puniendū.d.l.præsenti.& eo.tit. l.ij. Ad requisita naturæ debitis exeat locis:ita tamē,ꝙ ad domos alias non accedat.vij.q.iiij. diffiniuit.tunc enim capi posset.Igitur sicut dicit Pan.in d.c. inter alia.talis nō consequitur prorsus remissionē: sed tantum quātum ad duo principaliter.primò vt inde violenter extrahi non possit. secundò vt amplius de illo delicto damnari non possit ad mortē,aut aliam pœnā corporis afflictiuā,sed poterit damnari pecuniariter, & aliter quàm in persona: & dum est in ecclesia,poterit agi cōtra eum non solùm ciuiliter, sed etiā criminaliter secundū eum.Et aduerte,ꝙ licet exeat de ecclesia, ex quo semel confugit ad eam,iam non potest de illo maleficio corporaliter damnari.secundū gl.o.in c.reū. xvij.q.iiij.& fuit sententia Hugon.& sequitur ibidē Archa. ¶*Quintò quæritur,quis prouidebit ibi confugienti de expensis? Et dicunt quidam indistinctè ꝙ ecclesia: vt in l. præsenti.in fi.sicut rector carceris prouidebit captiuis.C. de epis.audient.iudices.& hoc notatur xvij.q.iiij.diffiniuit.Sed melius Pan.in d.c.inter alia.distinguit post Hug. & Arch.quia aut ille habet propriū:& sibi prouidebit.aut nō habet:& victum manibus quæret.aut neutrū potest:& prouidebit ecclesia,tanquam pauperi.Et adde,ꝙ si habet propriū,& eo vti nō potest,& ecclesia illi subuenerit:tenetur ad restitutionē vbi sua poterit rehabere:arg.eorū quę dicit S. Thom.quinto quolibet. arti. xvij. ¶*Sextò quæritur,quis sit huius immunitatis violator,quasi faciēs violētiam in ecclesia? Et dico planū esse de eo qui locū sacrū ingreditur,inde violenter confugam abducens:sed citra alios,de quibus est dubiū,dico multa. ¶ Primū. Qui existens extra cœmeteriū vel ecclesiā trahit violenter cū qui est intra per partē chlamydis exterius existentē, offendit hanc immunitatē,secundùm Vincen.in c.fi.eo.tit.nam & sic trahens clericum,incideret in canonē:secus secundùm Gofr.si quis de loco immunitatis trahat volentē ad mortē vel aliam pœnā:quia canon solam violentiā condemnat, quæ nō fit volēti.adde etiam si dolo decipitur. Et idē Pa. ¶ Secundum. Qui existens in loco immunitatis percutit existentē extrà,secundùm Pan.in c.fi.eo.ti.violat ecclesiæ immunitatē:quia delictum fuit ibi principiatū, licet alibi cōsummatū:& habet locū c.fi.eo.ti.vt scilicet non defendat ab ecclesia,supple nisi probet se id nō admisisse ea spe vt protegeretur ab ecclesia.Bar.*autem in l.quod ait.ff.de adult.dicit, ꝙ portans aliquē de platea extra plateā, & ibi illum percutiēs,nō punitur tanquam percutiēs in platea. & ibi dicit, ꝙ quādo initium & finis loci & temporis sunt illicita,fauore rei inspicimus finē,vt de vtroque puniatur. Sed quādo principiū est licitum,habens causam licitam,illud principiū inspicimus. pro quo facit optimè l. qui eum maior.ff.de bon.lib. Et per hoc soluitur dicta quæstio & sequēs.Pone,ꝙ aliquis insultauit aliquem in platea,& fugauit eum extra plateā,ibiq; percussit:non videtur eū percutere in platea. Pone aliū casum.* Stante statuto, ꝙ quis sine pœna possit in sua possessione percutere eum qui illā ingreditur:si ingrediēte meam possessionē aggredior,& extra illā prosequor fugiētē,ibiq; eum percutio,licitè percutio,seu occido:quia initiū licitū fuit. Tene menti prædicta.hæc ex illo.qui etiā ex d.l.quod ait.infert, ꝙ in malefi cis dicitur incontinenti fieri,quod fit vno impetu, licet duret per horas illa rixa.Sed tamen dictū Bar.est verū vbi sunt plures actiones,vt aggressio,sequutio,& percussio: dictum verò Pan.vbi est vna tantùm, puta vnus motus teli proiecti,q incipit in vno loco,in alio finitur. ¶*Tertium. Qui existēs in ecclesia mandat delictū cōmitti extra ecclesiā: vel contrà existēs extra ecclesiā mādat delictū cōmitti in ecclesia:vtrū violet immunitatē,vel gaudeat immunitate confugiēs nēcne? Dicēdū est ꝙ ista quæstio depēdet ab illa,*vbi dicitur delinquere mādator,in loco.f.vbi māda uit,an vbi delictū fuit expletū? Et dico, ꝙ text.in c.pastoralis.de re iud.in ver.desipisceret.iūcta glo.videtur innuere ꝙ ibi delictū cōmittat, vbi illud sequitur vel expletur: qa ibi dicitur ꝙ citatio facta intra fines Imperij,citatum extra Imperiū constitutū non arctauit.& ita sentit Bart.in l.si vt proponitur.ff.de fideiuss.& in l.nō solū. §.si mādato.ff.de iureiurand.Sed tamen dic, ꝙ attribuetur factum in loco vbi mandatur,quādo exequēs exequitur necessitate iuris. ¶*Septimò quæritur,vtrū violenter in casu illicito cōfugam extrahēs de ecclesia teneatur illū restituere? Et dicit Pan.

Pan.in d.c.inter alia.cū Bar.in l.præsenti.C.de his qui ad eccle.confu.ꝙ de iure potest petere se restitui pristinæ libertati,cùm de facto sit priuatus.&concor.Old.consi.liij. eti: ecclesia potest agere,cū sit spoliata:vt ī c.miror.xvij. q.iij. vbi dicitur ꝙ ecclesia debet p excōmunicationē ad restitutionem compellere extrahentē,ac etiā interdicere ne à tota domo sua recipiantur oblationes.quod procedit etiā in extrahēte seruū.Nec euitat ista restitutionē,etiam si sit dominus volens præstare iuramētum vel cautionē de impunitate: qa iniuriæ satisfieri debet ecclesiæ: & iuramētum ante extractionem præstari debet,& nō postea.Et facit hoc ad quæstionem,an captus in alieno territorio peti possit? Et dico quòd sic,per d.c.minor.& firmat Bar.in l.fi cui.ff.de accu. ¶*Octauò quæritur,qua pœna punitur qui tales extrahit violenter,aut constringit, vel negat requiē, vel vestes,vel victum? Et dico ꝙ de iure ciuili incurrit crimē læsæ maiestatis,vltimo supplicio feriendus.d.l.præsenti.iure verò canonico debet excōicari,& cōdemnari pecuniariter,& imponi sibi publica pœnitentia,nec restitui cōmunioni,nisi restituat extractū:vt in d.c.minor. iūcto c.fi quis contumax.& c.quisq;.& quod ibi not.xvij.q.iiij

1 *Impensæ triplices,necessariæ,utiles, uoluntariæ,& quando repetantur.*

IMPENSAE*ab impendendo secundū Azo.sunt triplices,scilicet necessariæ,id est,quibus nō factis res erat peritura,vel futura lōgè deterior.l.impēse.ff.de verb.sig.vtiles,id est,quib⁹ nō factis res nō erat peritura:sed eis factis melior efficitur:vt si fiat in domo fenestra.& volū tarię,id est,quibus non factis res nō erat peritura,nec eis factis est melior,sed amœnior: vt si fiant in domo picturæ. Voluntariæ nō repetūtur,nec deducūt,sicut necessariæ & vtiles: sed licitū est abradere sine læsione prioris status,si abrasæ possunt mihi aliquā vtilitatem afferre:alioquin non licet, sed sibi imputet qui fecit:quia donasse videtur iuris fictione. Vide suprà, Expensæ. 1

IMPEDIMENTVM quo ad matrimonium, vide infrà Matrimonium vj.vij & viij.

¶ Imperator,vide Papa. §.x.item ſ.Electio iij. §.iiij. & v.

IMPERIVM merum est habere gladij potestatē ad animaduertēdū in facinorosos homines, quod & potestas appellatur. Imperiū verò mistū in danda possessiōe cōsistit:vt in l.imperium.ff.de iur.om.iud.vbi gl.vide.De iuramento Imperatoris coronandi.j.Iuramentum.j. ad fin. 2

1 *Impossibile quot modis dicatur.*

IMPOSSIBILE* dicitur,quod fieri aut esse nō potest: & hoc dupliciter,scilicet primò qa simpliciter fieri non potest,siue de facto,vt cœlū sit terra:siue de iure, vt ꝙ homo furetur:& secūdò quia fieri quidem pōt,sed cum difficultate,vt quòd claud⁹ velociter currat: sicut inuisibile dicitur,quod cum difficultate videtur.vnde iuridice impossibile dicitur tripliciter. primò quod nō potest fieri iustè. xxiiij.q.ij.sane.el j.& est in arg.ꝙ illud possum⁹, quod de iure possumus.secundò quod non potest fieri commodè. & sic dist.lxj.Catanēsis ecclesiæ.ff.de verbo.signifi.l. nepos Proculo.tertiò quod non potest fieri honestè: vt decondi.insti.l.filius.vide etiam ſ.Facere. 3

1 *Impubes quis dicatur.*

2 *Impubes an sit aliquando testis,& qualiter torqueatur.*

IMPVBES*à pube,id est,à pubentia corporis dictus:qa hæc loca primò lanuginem ducūt.de despon.impub.puberes.dicitur masculus donec compleuerit xiiij.annū, fœmina verò xij.C.quando tut.vel cur.l.fi.& Insti. quib.mo. fi.tu.in prin.quod Sum.Ang. verū dicit quo ad tutelā, nō quo ad matrimoniū contrahēdum: sed tādiu est impubes masculus vel fœmina,quādiu generare non pōt.vt in d.c. puberes.ī tex.& in gl.Sed hoc nō bene dicit: quia illud c. loqtur de pubertate naturaliter:quæ qa cōmuniter ī xiiij. anno quo ad masculum,& in xij.quo ad fœminā completur, ideò iuridicè loquēdo etiā in dicto termino cōplet: vt patet in c.ex literis.de despō.impu.& ita cū Ray.& cōter alijs Doc. tenet Ros.*Impubes autē secūdū Bar.in l.talis.C.de his quib.vt indi.licet non sit idoneus testis ī maleficijs:vt in l.in testimoniū.ff.de test.tamē hoc est verum quantū ad plenā pbationē,sed ad iudiciū bene pōt examinari:& sic dictū eius est sufficiēs iudiciū.Nō debet etiā impubes torqueri,terreri tn̄ solet,& habena vel ferula cedi.ff.ad senatusco.Sillanianum.l.j. §. impubere. Non pōt etiam impubes vel furiosus cōmittere capitalem fraudē: id est,non potest mereri pœnā,qua capite puniēdus sit.ff. de ædil.edict.l.cùm autem. §.j.& facit C.de falsimone.l.j.

¶ INANIS GLORIA,infrà Vana gloria.

¶ INCANTATIO,vide infrà Sortilegium ij.

¶ INCARCERATVS,vide suprà Carcer.

DE INCENDIARIO ET INCENDIO.

1 *Incendiarius quis dicatur.*

2 *Incendiarij pœna ciuilis & canonica.*

3 *Incendiarius quid restituere teneatur.*

4 *Igne si quis quid eripiat,an restituat.*

5 *Domum uicini diruēs ob appropinquans incendiū,an teneatur.*

INCENDIARIVS*propriè,secundū Ray. Gof. & Hosti.est,qui authoritate propria incēdit ciuitatē,villā,māsionem,segetem,& similia aliena incēdit malo studio,puta odio aut vindicta.xxiij.q.vlt.pelsimā.xij.q.ij.cùm deuotissimam.de iniur.si quis domū.& similiter qui ad hoc dedit mandatū,auxiliū,vel cōsiliū sciēter:vt in d.c.pessimū. Non ergo est incendiarius,qui hoc facit authoritate potētis indicere bellū:nec q in domo vel segete propria, nisi ex dolo,vt incēderet aliena,secūdū gl.Ray. peccaret tn̄ abutēdo re sua:nec q malo studio,sed casu vel negligētia: quia licet ex negligētia teneatur ad interesse:vt de iniu.c. fi.non tn̄ tenetur pœna incēdiarij,nisi fuerit culpa tā lata, vt luxuriæ aut dolo sit proxima:vt in l.pen.ff.de incēd.& concor.Gof.& Host. ¶ Primò verò quæritur,*quæ sit pœna incēdiarij? Et dico, ꝙ de iure ciuili est,vt ipse igne cremetur,vel subijciatur bestijs,si humiliori loco existens id fecerit:si verò in aliquo gradu, capite punit, aut deportatur in insulā.ff.de incēd.l.q ædes.& l.vlt.& pe.& ff.de pœnis.l.capitaliū.ff.ad l.Cor.de sic.l.si quis dolo.De iure verò canonico incēdiarius ecclesiæ vel religiosi loci,aut cœmeterij vel spatij priuilegiati in circuito ecclesiæ,est ipso iure excōicatus,post denūtiationē à solo papa absoluēd⁹, vt dictū est ſ.Excōicatio vij.excōmunicatione vij.Incēdiarius verò aliorum locorū cū mādantibus,consulentib⁹, & fauētibus,est excōmunicandus.xxiij.q.viij.si quis mēbrorum.& c.pessimā.qui etiā à solo papa post denuntiationē absoluunt:vt dictū est vbi ſ.imo tales alicubi ipso facto habentur pro excōmunicatis ex cōsuetudine,licet re vera sine cōstitutione aut sniā excōmunicatio non feratur:vt ſ. Excōmunicatio vij. §.vij.*Vltra hoc autē qui scienter & volūtariè facit,vel ex culpa lata,tenet de omni dāno.de ī iur.si egressus.cū c.sequēti.& facit l.si fortuitu.ff.de incē. & nō solùm de damno incēdij, sed etiā rerum perditarū causa incēdij:arg.c.fi.de iniur.Si verò culpa fuit leuis aut leuissima,similiter tenetur ad restitutionē,si de huiusmodi culpis tenebatur,de quo ſ.Culpa. §.iiij. nō tn̄ creditur peccasse mortaliter.Si verò de cōtingētibus nihil omisit,

4 nõ tenetur.¶*Secundò q̃ritur,vtrũ rapiẽs bona eorum,q patiũtur incendiũ,teneatur ad restitutionẽ?Et dico,ꝙ sic, de iniur.si quis domũ.nisi haberẽtur ꝓ derelictis:puta qa ignis tãtum inuoluit,ꝙ nullus sine periculo vitæ potest il lis succurrere,& domin⁹ relinquebat illa incẽdio:quo ca su rapiẽs nõ tenetur restituere necessariò:arg.l.si qs mer
5 ces.ff.ꝓ derelicto.¶Tertiò quæritur, vtrũ euertẽs domũ vicini,timẽs suæ ex incẽdio,teneat̃ ad restitutionẽ?Et dicit Dir.tit.de incẽdiarijs,ꝙ nõ,si met⁹ erat iustus,puta qa iam ignis peruenerat ad domũ vicini,vel ꝓbabiliter dubitatur:vt quia tẽpus erat ventosum,& huiũsmodi.l.iij.§. qđ ait ꝑtor.ff.de incẽ.Vnde dicit text.in l. si alius fecerit.§.est & alia exceptio.ff.quod vi aut clam. ꝙ nullã iniuriã aut damnũ dare videtur æquè perituris ædib⁹. & facit l.si qs fumo.§.quod dicit̃.ff.ad l. Aquil.Si verò nõ fuit iustus metus:& tũc nõ tenetur ad damnũ simplũ,secũdũ Host. q tñ addit,ꝙ si à vicinitate dom⁹ alicuius diruta est iusto metu incẽdij,ꝙ iudex ex officio & summa æqtate facere debet,vt ei qsq; vicinorũ satisfaciat pro sua pte. arg.l.j.§. æqssimũ.ff.ad l.Rhod.de iac.& l.interdũ.ff.q po.ĩ pig.ha.

¶INCERTORVM restitutio declaratur infrà Restitutio.viij.per totum.

¶INCESTVS, infrà Luxuria.

1 *Incorrigibilis de facto,& de iure quando quis dicatur.*

1 INCORRIGIBILIS*dicit̃ qui corrigi non põt.qđ dupliciter est, scilicet de facto,& iuridicè. Incorrigibilis de facto dicit̃ dupliciter,scilicet simpliciter: & sic quo ad vitia nullus est in via:qa sunt volũtaria.& secũdũ qd,siue difficulter: & sic est is qui assueuit vitia,aut ex cõplexiõe naturali inclinatur ad illa:quia difficile est cõsuetudinem aut naturalẽ sensualitatis ĩclinationẽ euincere.Incorrigibilis verò iuridicè est,de quo iura & Iuristæ loquũtur.Incorrigibilis igitur secũdũ Bal.dicitur,q iudici nõ paret in extremo iurisdictionis, quod est snĩa. Cõtumax verò,qui nõ paret in principio,quod est citatio. Secũdũ Ant. verò de Butr.dicit̃ incorrigibilis, qui postquã penitus est condẽnatus,iterũ fertur ad idẽ crimen.de sentẽ.exc.vt famæ. Et licet non faciat pœnitentiã,nõ dicitur ꝓpterea incorrigibilis,nisi reuertatur ad delictũ simile vel peius, nec faciat sui præsentiã iudici:vt lit.nõ cõtest.quoniã frequenter,§.j.quia dum facit sui presentiam vt iudex possit eum appræhendere,non est incorrigibilis:quia ecclesia adhuc habet quid vltra faciat.de iudi.cùm non ab homine.

1 *Indefinita quando æquipolleat uniuersali.*

1 INDEFINITA* propositio, scilicet cuius depositũ est nomen appellatiuũ sine signo vniuersali & particulari, vt, venditor tenetur de re vel euictione: aliquando sumit̃ pro vniuersali in iure,vt cùm lex dicit,fur est puniẽd⁹:qđ patet ex omnibus legib⁹ sic loquẽtib⁹,cũ eorũ intellectu, quia natura legis est,omnia,in quibus est mediũ suũ, eadem regula concludere:cùm vbi est eadẽ ratio, idem ius debeat esse.ff.ad leg.Aquil.l.illud.Itẽ qua ratione detraheret vnus de ista lege,& alius:& sic esset frustratoria.Differt tamen indefinita ab vniuersali,secundũ Bar.quia vniuersalis cõpræhẽdit oĩa ex suo ꝓprio significato:non autẽ indefinita,sed ex sua ratione,iuris interpretatione. vñ vniuersaliter tenetur ly hæres,cũ dicitur,ꝓmitto,ꝙ heres meus nõ tibi obstabit:id est,nullus hæres meus.ff.de ver. ob.l.ij.§.si.aliàs nõ esset certitudo,de quo diceret̃:& similiter ly seruos meos textores:dicendo,Lego seruos meos textores:& omnes sunt textores, id est, lego oẽs seruos textores,non aũt omnes simpliciter.l.præallegata.quia ly textores,restringit ab alijs. Et vniuersaliter omnis indefinita legis vel canonis ius tradere intendentis æquipollet vniuersali,si lege vel canone non definitur,id est,limitat̃. xxxj.q.j.quod si dormierit.quod Io.An.limitat si eadẽ ratio sit omniũ particulariũ in vniuerso cõpræhẽsorũ: aliàs nõ.Vnde si legatur lana,non continetur tincta in legato. l.si cui.in prin.ff.de leg.iij.sed si legatur omnis lana, etiã tincta cedit legato.l.pediculis.§.Labeo.ff.de auro & arg. leg.in c.vt circa.de elect.lib.vj.Similiter ẽt, secũdũ alios, si obligo bona mea,nõ significat vniuersaliter: quia supellex,filij naturales,& cõcubina nõ continent̃: qa ex natura istarũ rerũ quis ita ad illas afficitur, ꝙ nunquã vel raro ea obligat:& consequenter in obligatione eas noluit cõpræhendere,imò nec compræhẽduntur,si dicatur, omnia bona mea: quia significatum sumitur ex verbis & communi modo agendi seu obligandi,cùm debeant verba deseruire intentioni,nõ econtrario.xxiij.q.v.humanæ aures.xxviij.dist.sedulo.j.q.j.Marcion.de verb.sig.intelligentia.

DE INDICIIS.

1 *Indicium quid,& quotuplex.*
2 *Indicium qualiter probetur.*
3 *Indicium unum,an sufficiat ad torturam.*
4 *Indicia non sufficiunt,nisi reo detur eorum copia.*
5 *Fama an sit sufficiens indicium,& an cum uno teste probet.*
6 *Socius criminis quale contra socium faciat indicium.*
7 *Testes singulares an faciant indicium uel probationem.*

1 INDICIVM* dictum ab indicando seu notificando,est mediũ intellectuale veritatis eliciẽdæ ex aliqua singulari circunstantia insurgens.C.de rei vendi.l.indicia.& melius in l,si.C.de proba.vide s̃.Fama.§.vij. Indiciũ aũt plenũ,secundũ Bar,in l.ea quidẽ.C.de accu. est diuinatio rei per signa sufficiẽtia,per quæ animus in aliquo tanquã vero quiescit,& plus inuestigare nõ curat:vt d.l.indicia. Semiplenum verò est præsumptio fortiter mouẽs animum ad aliquod credẽdũ vel dicẽdũ: de quo in l. cùm ꝓbatio. ff.de proba.Pro quo nota,ꝙ triplex est indiciũ, scilicet leue,abijciẽdum,violentũ,quod probationẽ facit,& probabile,quod mediat inter hæc,& facit præsumptionẽ, & sufficit ad torturam.de quo ĩ.Inquisitio.j.§.xj.in fi.& Inquisitio ij.§.ix.Adde secũdùm Paridem de Puteo in suo tractatu de syndicatu,quòd indicium, cui frequenter contingit abesse veritatem, est leue.argu.in l. non homo.C. vñ cogn.Est verò graue,si ei frequẽter veritatẽ cõtingit adesse:& æquiparatur ꝑsumptioni iuris:vt no.per Cy.in l.me-
2 tum.ff.de dolo.¶*Primò verò q̃ritur, qualiter ꝓbetur indicium?Et dico,ꝙ ad minus p duos testes,vt est glo.& ibi Doct.in l.si.C.famil.ercis.& Bart.in l.si.ff.de quæst.& Angel.in l.quod met.cau. & Bald.in l. quũ proponebatur.ff. de leg.ij.& vt reo præiudicẽt, oportet testes citare atq; iurare:aliter nõ præiudicãt:vt not.in l.si quis.ff.de adulter.
3 ¶Secundò quæritur,* vtrum sufficiat indicium vnum ad procedendũ contra aliquem,maximè ad torturã?Et dico ꝙ non regulariter,sed oportet quòd sint plura:vt not.gl. & Bart.in l.j.occisorum.ff.ad Sillania.& Bal.in l.cõgruit. ff.de offi.præsi.Teneret tamẽ processus,si nõ opponeretur,quãuis plura non præcessissent indicia:sed tamen damnari nõ posset,etiã si in tormentis esset cõfessus,& post ea ratificauit:vt est tex.cum glo. & ibi Bartol.in l.pen. de quæst.secus si sponte & sine tortura esset confessus, secundùm Pet. de Ancha.in clemen.j.de homici. Aliquãdo tamen sufficit vnum indicium,puta testis vn⁹ integer & bonæ famæ,& omni exceptione maior,id est,nulla exceptione repellibilis,secundùm Pan.in c.j. de confes.& in cap.j. de testi.qui testificatur, quòd vidit aliquem cõmittere ta

le ma

le maleficium:& tunc potest poni ad torturã ad inquirendum:vt dicit Pan.in c.cùm in cõtemplatione.de regu.iur. & not.gl.& Doct. in l.siquis.C.ad l. Iul. maie. & Bar. in l. j.§.ij.& l.maritus.& l.pe.ff.de quæs.& Bal.in l. si.C.fami. er.& Sali.in l.fina.C.de quæstionib.& Ange.in l.fin.ff. de quæsti.Sed intellige si testificatur super facto:vt, vidi Titium occidere.secus si super indicio:vt,vidi Titiũ cũ gladio euaginato,de quo Barto.in l.fin.C. fami.ercis. & in d. l.si.de quæst.& Pan.in c.tertio loco.de prob.& in c. super eo.el ij.de testi. Et similiter cõfessio extraiudicialis rei,si est homo malæ vitæ & cõditionis: vt dicit Bar. in l. fin.de quæst. Item si iuuenis inuenitur exire de domo pulchræ mulieris: vel cum ea inuentus est in locis secretis & aptis ad fornicandũ:vt no.in c.literis.de presum.& huiusmodi. & ita videtur arbitrio iudicis relinquendũ,quãdo iudiciũ vnum sufficiat,maximè si procedit ex officio suo. Conclusiue ergo no.dictum Pan.in d.c.cùm in cõtemplatione. & Bar.in l.si.de quæst.ꝙ quæ indicia sufficiãt ad questionẽ, nõ potest dari certa doctrina:sed relinquendũ est iudicis arbitrio.& similiter eius arbitrio relinquitur, vtrum sufficiat indiciũ vnũ, vel plura requirãtur,secundùm Ange.in lib.de malefi.Adde etiã, ꝙ duo indicia leuia constituunt vnum sufficiens ad torturã,secũdũ Bar.in l.si.ff. de quæst.
4 ¶Tertiò quæritur,*vtrũ sufficiãt indicia, si reo nõ detur copia & aduocato suo?Et dico,ꝙ non:vt l.custodias.& ibi gl.Bar.Ang.& Imo.ff.de publi.iudi.quod limitat Ang. in l.si vacãtia.C.de bo.vacã.nisi qñ iudex procedit ex mero officio suo,& nõ ad querelã:vt no.do.Anto.in c.qualiter
5 & quãdo.el ij.de accusa.¶Quartò quæritur,*vtrum fama sit sufficiẽs indiciũ?Et dico,ꝙ nõ.s.quo ad torturã,secũdũ Barto.in l.j.§. idẽ Cornelio.ff.de quæst.nisi iungatur cũ alijs indicijs.Fama tamen cum vno teste in ciuilibus facit plenã probationẽ,vt in c.veniẽs.el j.de test. Secus in criminalibus:& ipsa sola aliquãdo inducit purgationẽ canonicam: vt ĩ.Infamia.§.ij.Aliqui tamẽ volũt,ꝙ infamia vehemẽs faciat indiciũ sufficiẽs:de quo vide Paridem vbi s̃.
6 ¶Quintò queritur,*vtrũ particeps criminis interrogat⁹, vel sua spõte dicẽs,faciat indicium cõtra sociũ?Et dico, ꝙ non:vt no.Bar.in l.j.§.si seruus.ff.de quæst. maxime cùm omne indiciũ debeat probari per duos testes:vt §.j.dictũ est.Similiter nec pater,nec filius,aut alij commensales,de quibus in l.parẽtes & liberi.C.de testa.vt no.Bart.in d.§. idem Cornelio.& hoc,qñ nulla alia indicia vrgẽtia præcedant.Et ideò socius de socio non est interrogãdus.l.final. C.de accus.Fallit in assassinis:vt no.gl.in l.non ideo minus.C.de accus.& in delictis in offensam generalitatis: vt no.Bar.in l.reperi.ff.de quæst.sicut sunt latrones,& huiusmodi:vide ĩ.Inquisitio.§.iij.partic.v.Vnde licet vnus testis omni exceptione maior deponens directè super facto principali,puta qa vidit cõmitti tale maleficiũ,faciat indicium sufficiẽs ad torturã,vt dictũ est §.ij tamen supradictus socius,ex quo suũ crimẽ est cõfessus,est infamis, saltẽ infamia facti,ideoque non est testis omni exceptione maior.Vnde Bald.in c.j.§.sacramentũ.de cõsue.rec.feu.dicit illud dictum.s.vnum testem facere indicium,debere intelligi,si est vitæ probatæ,vel bonæ opinionis:nec potest haberi suspect⁹ familiaritate, vel mala fama,aut alia causa iudicis arbitrio:ideò,secundũ eum,infamis infamia facti nõ est idoneus testis:vt no.etiã ipse Bald.in si.C.de requi.re. per no.ibi per gl.quod tamen fallit,qñ de crimine agitur ciuiliter,secũdũ Pan.in c.quoniam.de testi. de quo vide suprà,Causa.§.v.Si verò agatur criminaliter, vide eũdem in c.j.de cõfes.& dic,ꝙ tunc materia est per Legistas & Canonistas inuoluta:& fortè dici posset, ꝙ particeps criminis tunc facit indiciũ dupliciter. primò, quãdo sine socio delictum cõmitti non potuit,vt fornicatio,& sodomia:& non apparet ratio quare magis nominet hũc sociũ, quàm illũ.& secũdò generaliter, quãdo ex cõiecturis tollitur illa præsumptio,qua ratione infamiæ suspectus est de veritate:vt quia nõ est astutus,nec subornat⁹,nec impœnitẽs, & res est verisimilis,& huiusmodi,quæ iudicis arbitrio relinquũtur:& maximè si procedit ex officio suo.& ita sentit Bal.in c.j.in §.sacramentũ.de cõs.recti feu.s.ꝙ stetur iudicis arbitrio.& tertiò in casibus,in quibus potest quis interrogari de socijs,secundùm Ang.& Paridem vbi suprà. Quando autẽ possit quis interrogari de socijs, vide Pan. in c.j.de confessi.& in c.quoniã.de testib.¶Sextò quæri-
7 tur,*quid si essent duo,vel tres testes singulares,iuxta dicenda ĩ.Testis.§.iij.Et dico,ꝙ nullomodo coniungi possunt ad faciendũ indicium,nisi aliquis sit testis omni exceptione maior,vt dictum est §.ij.& v.& multò minus ad faciendam probationẽ.Ratio,quia cùm duo testes requirãtur regulariter,vt dictũ est,tales nõ sufficiunt: quia vnũquodque dictum de per se imperfectũ est.& ita no.Bal.in l.si quis ex argẽtarijs.§.j.ff.de eden.& patet per not.p do. Anto.in c.licet.de testi.dum loquitur de probatione per testes singulares.Nec obstat,ꝙ vnus testis deponẽs super facto principali,iungatur cum probatione famæ:vt probatur in l.iij.§.eiusdẽ.ff.de testi.& per Bar.in l.admonendi. ff.de iureiur.Istud enim est,quia hic est perfectum.s. vnus testis integer,vt dictũ est,& fama,quæ faciũt perfectũ indiciũ:vt no.Bar.in l.de minore.§.si plures.ff.de quæst.Itẽ nõ obstat,ꝙ duæ probationes semiplenæ diuersi generis cõiungãtur ad vnam plenã faciendã,iuxta not.Bart.in d.l. admonẽdi.quia illud verũ est,quãdo cõiunguntur ad eũdem actum:sed diuersæ probationes diuersorũ actuum & generum nunquã ad faciendam plenam probationem cõiunguntur.Iste est casus,& ita deducit Bal.in l.obseruare. C.quorum ap.non re.& posuit do.Anto.in c.veniens.el j. de testi.Ex quibus infertur,ꝙ due mulieres dicẽtes se peccasse cum aliquo, iungi non possunt ad faciendũ indiciũ perfectum,nec ad arctandũ ad veritatem dicendum,etiam cum aliquibus coniecturis,maximè cùm deponãt de delicto in earum corpore perpetrato,iuxta notata per Barto. in l.si quis in graui.ff.ad senatusconsul. Sillanianum. vbi dicit,quòd nullum faciũt iudicium.& idem Ang.in l.ij.C. de calumniatoribus.

INDIGNATIO est iræ filia,quæ audire aut videre non valet eum cui irascitur:& communiter est veniale: mortale verò per accidens:vt fortè ratione scãdali,vel quia negat loquelam aut respõsum, vel huiusmodi,in casu,in quo diuino præcepto tenetur. de quo vide suprà Charitas.§. quarto & quinto.

¶INDVCIAE secundũ gloss.sum.iij.quæstione secũda,sunt quintuplices.Vide ibi.

DE INDVEGENTIIS.

1 *Indulgentia uariè sumitur.& nu.3.*
2 *Indulgentiæ an sit aliquando ius commune.*
4 *Indulgentiarum quæ est ratio,& quod fundamentum.*
5 *Indulgentiæ ad quid ualeãt,& qua mensura. & nu.6.7.& 8.*
9 *Indulgentias quis possit dare & nu.11.& seq.*
10 *Ecclesia cui congregationi assimilatur.*
12 *Sacerdos an concedere possit indulgentias.*
13 *Episcopus nondum consecratus an concedat indulgentias.*
14 *Indulgentias quãdo cõcedãt prælati hominibus sibi nõ subditis.*
15 *Indulgentiæ à prælato concessæ ultra summam,an sint nullæ.*

Indul

16 *Indulgentiæ an expirent morte concedentis.*
17 *Indulgentiæ reuocatio an debeat notificari.*
18 *Indulgentiam quibus ex causis facere liceat.*
19 *Indulgentiæ ut alicui prosint, quid requiratur. & nu.* vi.
20 *Confessio an requiratur ad obtinendam indulgentiam.*
21 *Indulgentiarum clausulæ qualiter sint exponendæ.*
23 *Indulgentia an tollere possit pœnitentiam iniunctam.*
24 *Indulgentia plenaria à quo & quando detur.*
25 *Articulus mortis qualiter intelligatur ad obtinendã indulgẽtiã.*
26 *Confiteri qualiter debeat quis in articulo mortis ad obtinẽdam plenam indulgentiam.*
27 *Venialia non confessa an impediant effectum indulgentiæ.*
28 *Forma absolutionis plenariæ.*
29 *Sacerdotem non oportet esse eum, qui plenã remissionem confitenti dat uirtute bullæ.*
30 *Satisfacere an debeat quis, ut habeat indulgentiam.*
31 *Electio confessoris qualiter intelligatur.*
32 *Peccatum mortale tempore impletionis indulti an impediat indulgentiam.*
33 *Indulgentiam plenariam assequutus mox uolat ad cœlum.*
34 *Religiosi prædicates indulgẽtias indiscretas, qualiter puniãtur.*

INDVLGENTIA nobis per scripturam minimè innotuit: licet inducatur illud ij. Cor. j. Si quid donaui vobis. sed nec per dicta antiquorum doctorum, sed modernorum. Dicitur enim Gregor. indulgentiã septennem in stationibus Romæ posuisse: & quia ecclesia hoc facit & seruat, credendum est ita esse: quia regitur Spiritu sancto.

1 *Indulgentia ergo ab indulgeo dicta est, quod multa significat. Primò scilicet gratiæ collationẽ: sicut papa alicui dicitur potestatẽ aliquam indulsisse. Secundò assiduitatẽ alicuius exercitij, vel operis: vt idẽ sit ĩdulgere quod operam dare: sicut dicitur quis indulgere gulæ. & tertiò remissionẽ debiti vel actionis, cuius habetur ius aduersus aliquem: sicut qui habet actionẽ iniuriarũ aut pecuniarũ indulget per remissionẽ: & Deus indulgere peccata dicitur. Igitur per aliquã similitudinem ad prædicta indulgentia multa significat. de quo vide Arch. & Gem. in c. indulgentiæ. de pœ. & re. libro vj. à quibus solùm dissentio in hoc,*

2 *quia indulgentiã dicunt aliquando vocari ius cõmune. xxiij. q. ij. interfectores. & xxxv, q. vj. de incestuosis. sed hoc non dicitur propriè: sed quod aliquando fuit indulgẽtia, bene potest esse ius commune, secundùm gl. in d. c. interfectores.*

3 *Vnde dico, ꝙ indulgentia primò significat cõfessionem gratiæ: vt lite pen. c. fi. de priuil. dudum. & secũdò, ipsam alicuius operis assiduitatẽ, licet alio modo, quàm verbũ. & tertiò, proprijssimè significat remissionẽ siue relaxationẽ debiti ex parte eius cui indulgetur, siue actiõis ex parte indulgẽtis: siue relaxat actionẽ in iuris rigore dispensando: vt dist. lxxvij. c, fin. in fine. de elect. dudum. el ij. siue pœnã, ad quã quis ei obligatur, ij. q. iij. si quẽ. ſ. vnde. Et quia quãtum ad effectũ idẽ est remittere debitũ, & dare vnde illud soluatur: inde quartò dicitur indulgẽtia donatio illius, quo quis debitũ soluit: sicut si factor, vel œconomus alicui⁹ magni dñi de thesauris, quos habuit à dño vel seruis eius, eo volẽte daret debitori eiusdẽ domini vnde solueret illi, vel offerret ipsi domino pro eo, diceretur debitũ indulgere: nõ quia indulgeat, sed quia fecit, vt illi debitũ nõ imputetur à dño, ac si esset remissum. & sic sumitur indulgẽtia in proposito, vt patebit ꝑ S. Th. statim.*

ſ *Vnde indulgẽtia nõ est remisio pœnæ, vt diffinit Summ. Ang. nec relaxatio eiusdẽ, vt dicit Sum. Ros. qa ecclesia facit indulgẽtias quantũ ad omnes pœnas, & tamẽ nõ absoluit ab omni pœna. Vnde S. Thom. in iiij. dist. ij. q. j. art. iij. q. j. ad secundũ, soluens illud motiuum, quia inferior ipso papa absoluere nõ potest à pœna, ad quam superior liganit, id est, Deus: dicit, ꝙ iste, qui indulgentiã suscipit, non absoluitur, simpliciter loquendo, à debito pœnæ: sed datur sibi vnde debitum soluat. Est ergo indulgentia ecclesiastica, donatio alicuius sumpti de thesauro spirituali ecclesiæ facta peccatori, vt inde satisfaciat Deo pœnarũ cre-*

4 *ditori. & hoc clarius patebit ſ. seq.* ¶ *Primò verò quæritur, quid est fundamẽtũ & ratio faciẽdi huiusmodi indulgẽtias? Et dicit S. Th. vbi ſ. sic: Ratio quare valere possũt indulgẽtię, est vnitas corporis mystici, in qua multi ĩ operibus pœnitẽtiæ supererogauerũt ad mẽsurã debitorum suorũ, & multas tribulationes iniustè sustinuerũt patienter, per quas multitudo pœnarũ poterat expiari, si eis deberẽt. Quorum meritorũ tanta est copia, ꝙ omnem pœnam debitã nũc viuentibus excedũt: & præcipuè propter meritũ Christi, quod etsi in sacramẽtis operetur, non tamen eius efficacia in sacramẽtis includitur: sed sua infinitate efficaciã sacramẽtorũ excedit. Dictũ est autẽ suprà, ꝙ vnus pro alio satisfacere potest. Sancti aũt, in quibus superabundantia operum satisfactionis inuenitur, nõ determinatè pro isto, qui remissione indiget, huiusmodi opera fecerunt: aliàs absq; omni indulgẽtia remissionẽ consequeretur, sed cõmuniter pro tota ecclesia: sicut Apostol⁹ dicit se implereea, quæ desunt passioni Christi in corpore suo pro eccl'ia, ad quam scribit ij. Cor. j. & sic prędicta merita sunt cõmunia toti ecclesiæ. Ea autẽ quæ sunt cõia multitudini alicui, distribuũtur singulis de multitudine secundũ arbitriũ eius qui multitudini præest. Vnde sicut aliquis cõsequeretur remissionẽ pœnæ, si alius pro eo satisfaceret: ita si ei satisfactio alterius sibi per eũ, qui potest, distribuatur. hęc ille. & est cõmunis opinio Theologorum in iiij. dist. xx. & Canonistarũ in c. indulgẽtię. de pœ. & re. lib. vj. & cle. vnica, de reli. & ve. sanct. & in d. c. quod autem. Sum. autẽ Ang. ab isto fundameto declinãs dicit cũ Francis. de Mairo. ꝙ cùm merita sanctorũ sint vltra cõdignum remunerata à Deo & exhausta, dantur solùm ex merito Christi & passionis eius. Sed istud argumentũ fuit solutũ antequã factũ à Pet. de Palu. in iiij. ea. di. fic dicẽte, opus bonũ pœnale sanctorũ dupliciter considerari potest, primò. ſ. inquã tum meritoriũ: & sic non transgreditur personã merentis: nisi solum meritum Christi, qui sibi & alijs meruit: & sic nullus plus meruit, quàm acceperit, vel acceptur⁹ sit in seipso. Et secũdò inquantũ est satisfactoria: & sic multi sancti plus satisfecerunt, quàm debuerũt. Quia ergo sancti plus sustinuerũt, quàm meruerint, & nõ solùm animo merẽdi, sed etiã satisfaciendi: & pro se quidem primò, deinde pro omnibus indigentibus secũdũ intentionem ecclesię, &c. hæc ille. Ex cuius dictis & sancti Th. elice, ꝙ actu aut virtute tripliciter sancti fecerũt opera satisfactoria. Primò ꝑ se. Secũdò pro aliquibus determinatis personis vna vl' pluribus. Tertiò, pro eccl'ia. Adde secundùm eundem, ꝙ liberatio à pœna tota, vel parte eius est in sacramẽtis & indulgẽtijs: sed in indulgẽtijs ex solutione, in sacramẽtis ex mera liberalitate Dei: quia dicere, ꝙ in eis Deus nihil remittat nisi inquantũ sibi soluitur, aut de thesauro cõmuni ecclię, aut de thesauro cordis, vel corporis, vl' auris, est dicere Deũ minus liberalem. hęc ex illo.* ¶ *Secũdò quæritur,*

5 *vtrũ indulgentiæ valeant, & ad quid, seu quæ pœnæ per indulgentias remittantur? Et dicit S. Tho. vbi suprà, ꝙ ab omnibus cõceditur, indulgẽtias aliquid valere: qa impiũ esset dicere, ꝙ ecclesia aliquid vanè faceret: sed ad qd valeant, fuerũt multę opiniones, vt colligitur ab ipo ibi, & à glo. in c. quod autẽ. de pœn. & remiſ. Sed omnes aut sunt ita absurdę, ꝙ nec reprobare nec recitare eas dignũ est: vl' reducunt ad illam quam Sanct. Doctor ibi recitat, & quæ dicit, ꝙ non valent ad absoluendum à reatu pœnæ, quam quis in purgatorio secundùm iudicium Dei meretur: sed valent ad absoluendũ ab obligatione, qua sacerdos obligauit pœnitentem ad pœnã aliquã, vel ad quã etiam ordinatur ex canonũ statutis. Sed hæc opinio, inquit, nõ videt vera. primò, quia est expresse contra priuilegiũ Petro datum: vt quod in terra remitteret, remitteretur & in cœlo. Vnde remissio, quæ fit quantũ ad forum ecclesiæ, valet ẽt quantũ ad forum Dei. Et præterea ecclesia huiusmodi indulgentias faciens, magis damnificaret quàm iuuaret: qa remitteret ad pœnas grauiores. i. purgatorij, absoluendo ab iniunctis. Et ideo aliter dicendum, ꝙ valent & quantũ ad forum ecclesiæ, & quantum ad forum Dei ad remissionem pœnæ residuæ post contritionem & confessionẽ & absolutionem, siue sit iniuncta, siue nõ. hæc ille, id est, siue sit iniũcta per sacerdotẽ vel canones, siue non sit ab eis iniuncta, sed à Deo iniungenda. Et hæc est vera & cõmunis opinio, quã sequitur Gof. Io. And. & Pan. in d. c. quod autem. & communiter alij Canonistæ ibi, & Theologi in*

6 *iiij. dist. xx.* ¶ *Tertiò quæritur* quantum indulgentiæ valent in remittendo prædictam pœnam? Et dicit San. Tho. de hoc multas esse opiniones.* ¶ *Prima dicit, ꝙ indulgentiarum valor mensuratur secundùm internam susciptentis deuotionem, nec valent quantum prædicantur: sed ecclesia pronuntiat, vt quadam pia fraude homines ad bene faciendum alliciat. Sed cõtra, quia sicut scriptura iam nõ haberet robur authoritatis, si in ea deprehẽderet aliquid falsitatis, secundùm Aug. in epistola ad Hiero. ita & ecclesia nõ haberet.* ¶ *Secũda dicit, ꝙ tantũ valẽt quantũ ꝓnũtiantur secundùm iustam æstimationem: non tamen dantis indulgentiã, qui fortè minus æstimat quod dat: aut recipientis, qui minus parũ æstimare posset quod datur: sed secundũ iudicium bonorum pensata cõditione ꝑsonæ & vtilitate & necessitate ecclesiæ. Sed hæc opinio stare non potest. Primò quia secundũ hoc indulgentiæ non valerẽt ad remissionẽ, sed magis ad quandam commutationẽ: & præterea prædicator ecclesiæ nõ excusaretur à mẽdacio: cùm quandoq; indulgentia ꝑdicetur longe maior quàm iusta æstimatio posit acquirere, pensatis omnibus prædictis: sicut cùm adeunti vnam ecclesiam dant septem anni, cuiusmodi indulgentias Greg. Romę instituit in stationibus. Adde, ꝙ aliquando pro re minore prædicatur indulgẽtia maior, & pro eadem aliquãdo maior, aliquã minor.* ¶ *Tertia dicit, ꝙ quãtitas remissionis nõ mensuratur secundùm deuotionem suscipiẽtis tãtùm, nec eius quod datur: sed secundũ causam pro qua indulgentia datur: ad quã secundùm quod homo accedit, secundùm hoc cõsequitur remissionem indulgentiæ: vt in toto vel in parte. Sed contrà, quia secundũ hoc saluari non põt ecclesiæ cõsuetudo, quæ pro eadẽ causa interdum maiorem interdũ minorẽ indulgentiam ponit: sicut rebus eodẽmodo se habẽtibus visitantibus vnã ecclesiam aliquãdo annus, aliquãdo dies quadraginta dantur, prout gratiam facere voluerit papa ĩ*

7 *dulgentiam concedens.* Et ideo dicendũ quòd quãtitas effectus consequitur quantitatem causæ: causa autem effectiua remissionis pœnæ in indulgẽtijs nõ est deuotio aut labor, aut datũ recipientis, vel causa pro qua fiũt, sed abũdantia meritorũ ecclesiæ, quæ sufficit ad totam pœnã expiandam: vnde non oportet ad aliquod illorũ proportionare quantitatem remissionis, sed ad merita ecclesiæ, quę semper superabundant: ideoq; secundũ quod applicatur ad istum, remissionem cõsequitur. Ad hoc autem, ꝙ isti applicẽtur, requiritur authoritas dispẽsandi huiusmodi thesaurum, & vnio eius, cui dispensatur, ad eum, qui merebatur: quod est per charitatẽ: & ratio dispensandi, secundùm quã seruatur intentio eorũ, qui opera meritoria fecerũt, qui fecerũt ad honorẽ Dei & vtilitatẽ ecclesiæ in generali: vnde omnis causa vergens in vtilitatẽ ecclesiæ & honorem Dei est ratio sufficiẽs indulgẽtias faciẽdi: vnde & dari possunt pro tẽporalib⁹, nõ simpliciter, sed ordinatis ad spiritualia: puta repressionẽ inimicoꝝ ecclesiæ pacẽ eius perturbantiũ, constructionem ecclesiarũ, & põtium, & huiusmodi: vnde nõ datur ibi spirituale pro tẽporali, sed ꝙ spirituali. Et ideo dicẽdum est, ꝙ indulgentiæ simpliciter tantum valent, quantũ ꝑdicantur, modò ex parte dãtis sit authoritas, ex parte recipientis charitas, & ex parte causæ pietas: quæ honorẽ Dei & vtilitatem ꝓximi cõsequẽdit: & in arbitrio dantis est taxare quantũ de pœna per indulgentiam remittatur: quia ista remissio est effectus clauis iurisdictionis, cùm nõ pertineat ad clauẽ ordinis, vt dicetur. Talis aũt effect⁹ subiacet hominis arbitrio: nõ autem effect⁹ clauis ordinis. necin hoc fit nimis magnũ forũ de misericordia Dei, aut diuinæ iustitiæ derogatur: quia nihil de pœna dimittitur, sed pœna vni⁹ alteri cõputatur. Si tamẽ quis inordinatè remittat, ita, ꝙ homines quasi ꝙ nihilo ab operibus pœnitẽtiæ reuocẽtur, peccat faciens tales indulgentias: & nihilominus quis plenã indulgẽtiam cõsequitur. hæc ex San. Tho. Ex quibus patet, ꝙ si dicitur indulgẽtia esse decẽ dierum, valet decem dies: & si cẽtũ, valet centũ: & generaliter tantũ valet quantum sonat, modò adsint illa tria, quæ dicit San. Tho. & adde quartũ qđ ipse tanquã manifestũ tacuit, ꝙ seruetur forma cõcessionis. i. fiat id quod mandatur, & sub cuius cõditione indulgentia cõceditur.* ¶ *Quartò queritur,* quomodo intelligendus sit iste valor decẽ aut cẽtum dierũ, vl' huiusmodi? Et dico, ꝙ secundũ cõmunẽ doctrinam, præcipuè Albert. & Pisa. & Archi. & est mẽs San. Th. cùm dicitur, ꝙ tantum valent quãtum sonant, intelligitur, ꝙ si dicũtur dies esse centũ, & sunt tantùm nonaginta, sed sunt centum valẽtes tãtum ad remissionem pœnæ, quãtum cẽtum dies pœnitẽtiæ secundũ taxationem factam à iure vel sacerdote vel iustitia diuina: quia isti dies nõ sunt dies cœli seu purgatorij, sed mũdi. Et intendit, ꝙ isti dies centum tantum valẽt, quantũ si quis cẽtum diebus faceret pœnitẽtiã, secũdùm cõmunẽ iuris vel sacerdotũ vel iustitiæ diuinæ ipositionem factam vel faciẽdam, intelligẽdo, ꝙ ista taxatio fiat secũdùm diuinã iustitiam principaliter: secundũ canones verò ad arbitrium sacerdotum secundario, inquãtũ taxãt secundùm iustitiam Dei nõ declinãdo ad minus, quia valerent plus, nec excedendo in plus, quia valerẽt minus: licet ad illud plus iusto impositũ iam nõ teneret peccator: quia esset illi remissum, nõ ratione indulgẽtiæ, quæ non datur nisi in ordine ad verũ reatũ pœnæ, & nõ existimatum: sed ex implicita volũtate imponẽtis, qui superueniẽte indulgẽtia nõ intẽdit ligare ad aliquid, si fortè plus iusto per errorẽ imposuit. Isti autem dies sic taxati nõ valẽt præcisè cẽtũ purgatorij: quia cùm forũ sit diuersum, fortè ꝙ dies non respondet diei, sed paucis diebus põt quis hic soluere pœnitẽtiã ibi lõgo tẽpore peragẽdam: ideoq;, secundũ prædictos, cẽtum dies indulgẽtiæ æquipollẽtes cẽtum diebus pœnitẽtiæ nõ sunt dies purgatorij. ſ. quãtum est ex intentione ecclesiæ, siue isti dies respõdeãt illis, siue non. Vnde secundùm Veruc. in iiij. distĩ. xx. & Pisanum &*

communem doctrinam, ſicut centum dies pœnitẽtię plus valent vni quàm alij ratione maioris deuotionis: ita & cẽtum dies indulgentiæ, ita ſcilicet, ꝙ vnus per hoc abolere poterit magnũ tempus purgatorij, puta annum: aliꝰ verò paruum, puta dimidium annum: quod tamen locum habere non videtur vbi plenariè datur, vel pro aliqua determinata parte peccatorũ: puta tertia, vel dimidia, & huiuſmodi. Cum opinione prædictorum tranſit Supple. & Summa Roſel. ſed Sum. Angel. diſſentit. Tũ ad hoc, ꝙ illi dies plus valeant vni quàm alteri ratione maioris deuotionis: quia, inquit, videtur derogare verbis indulgentiæ, cùm dicatur, quòd datur indulgentia tot annorum, & debeant intelligi de annis veræ & optimæ pœnitẽtiæ faciendæ: quia verba in potiori ſignificato ſunt intelligẽda, & latiſsimè in beneficio Principis. de verb. ſigni. c. olim tibi. Sed iſtud ſuum motiuũ nihil eſt: quia quæ dicit de latiſsima intellectione verborum, verũ eſt, ſi hoc patitur intentio Principis, per verba & alia indicia deprehenſa: quod non eſt in propoſito: quia cùm dicit papa, centum dies de iniunctis ſibi pœnitentijs relaxamus: loquitur de pœnitẽtia explenda per iſtum, & non de optima explebili per alium deuotiorem. ¶ Quintò quæritur de indulgẽtia ex parte dãtis, quis ſcilicet & qualiter eam dare poſsit & debeat? Et dico multa. ¶ Primum, Sanct. Tho. in iſta quæſt. fundamentum tribuit in quarto ſenten. vbi ſ. art. iiij. q. j. ſic virtualiter dicens, Indulgentiæ habent effectum ſecũdùm quod opera ſatisfactoria vnius computantur alteri, non ſolùm ex vi charitatis, ſed intẽtione operantis aliquo modo ad illum directa. Sed intentio alterius ad alterum poteſt tripliciter dirigi. Primò in ſingulari: ſicut cùm quis pro alio determinate ſatisfacit: & ſic quilibet poteſt alteri ſua opera communicare. Et ſecundò in ſpeciali: vt cùm quis orat pro ſua congregatione & familiaribus & benefactoribus: & ad hoc ordinat etiam ſua opera ſatisfactoria: & ſic qui congregationi præeſt, poteſt illa alteri communicare, applicando intentionẽ illorũ qui ſunt de cõgregatione ſua, ad hũc determinati. Tertiò i generali. ſicut cùm quis opera ſua ordinat ad bonũ eccleſię in generali: & ſic q̃ præeſt eccleſiæ generaliter, poteſt opera illa applicare cõmunicando intentionem ſuam ad hunc vel illum. Et quia homo eſt pars congregationis, & congregatio eccleſię: ideo in intentione priuati boni includitur intentio boni congregationis, & boni totius eccleſiæ: ideo qui præeſt eccleſiæ, poteſt communicare ea, quæ ſunt congregationis, & huius hominis: & qui præeſt congregationi, ea q̃ ſunt huius hominis: ſed non conuertitur. Sed neq; prima communicatio, neq; ſecunda, indulgentia dicitur, ſed ſolùm tertia, propter duo. Primò, quia per illas communicationes quamuis homo ſoluatur à reatu pœnæ quãtum ad Deum: tamen ſi ſoluitur à debito faciẽdi ſatisfactionẽ iniũctam, ad quam obligatus eſt ex præcepto eccleſiæ, à quo etiã debito abſoluitur per ſecũdam. Secũdò quia in vna perſona vel in vna congregatione nõ eſt indeficientia meritorũ, vt ſibi & omnib⁹ alijs valere poſsit: vnde iſte nõ abſoluitur à pœna debita pro tota, niſi tantùm determinatè ꝓ eo fiat, quantũ debeat: ſed in eccleſia tota eſt indeficiẽtia meritorum præcipuè propter meritũ Chriſti: ideoq; ſolus ille, qui præficitur eccleſiæ, poteſt indulgẽtiã facere.* Sed cùm eccleſia ſit congregatio fideliũ, congregatio aũt hominũ ſit duplex, ſcilicet œconomica, vt eorũ qui ſunt de vna familia: & politica, vt eorum qui ſunt de vno populo: eccleſia aſsimilatur cõgregationi politicæ: qa ipſe populus eccleſia dicitur: ſed conuentus diuerſi vel parochię in vna diœceſi, ſimiliter cõgregationi in diuerſis familijs vel officijs. Et ideo ſolus epiſcopus propriè prælatus eccleſię dicitur: ideoq; ipſe ſolus quaſi ſp ſolus annulũ eccleſię recipit: ideoq; ſolus habet plenã poteſtatẽ in diſpẽſatione ſacramẽtorum, & iuriſdictionẽ in foro cauſarum, quaſi perſona publica: alij autẽ ſecundùm quod illis ab illo cõmittitur. Sed ſacerdotes, qui plebibus ꝓficiũtur, nõ ſunt ſimpliciter prælati, ſed quaſi coadiutores: vnde in cõſecratione ſacerdotum epiſcopus dicit, Quantò fragiliores ſum⁹, tantò magis his auxilijs indigemus. propter quod etiã nõ omnia ſacramenta diſpenſant. Vnde ſacerdotes parochiales vel abbates, aut alij huiuſmodi prelati nõ poſſent huiuſmodi indulgentias facere. hæc ille, qui intendit, ꝙ hoc poteſt papa ex ꝓpria authoritate, epiſcopus verò eo ipſo ꝙ eſt epiſcop⁹ ex commiſsione generali papę hoc poteſt particulariter in ordine ad ſubditos ſuos, reliqui verò ſolùm ex commiſsione ſpeciali. & hoc etiam innuit Hoſtiẽ. ¶* Secundum. Secundùm Doctor. in c. quod autem. & in c. cùm ex eo. de pœniten. & remiſ. indulgẽtiam concedere poteſt, primò ſolus papa plenariè in toto orbe, qa ſolus aſſumptus eſt in plenitudine poteſtatis. d. c. cùm ex eo. & xxiiij. q. j. quodcunq;. & ſecundò legati domini papæ poſſunt concedere poteſtatẽ in terminis ſuæ legationis, ſicut & ſtatuta perpetua facere. de offi. legati. c. fina. in tex. & in glo. Et tertiò archiepiſcopus in ſua prouincia, & epiſcopus in ſua diœceſi, modò non excedant ſummam dierum quadraginta, etiam ſi detur à pluribus, vel vnum annũ in dedicatione Baſilicæ, & non plus, etiã ſi dedicetur à pluribus. vt in d. cùm ex eo. & c. noſtro. eod. tit. & not. Cardi. in clemen. ij. de pœniten. & remiſ. quod Inno. in d. c. cùm ex eo. limitat niſi in foro pœnitẽtiali, in quo poterunt concedere plures annos, modò faciãt diſcretè. & idem Gemi. in c. indulgentia. de pœniten. & remiſ. lib. vj. & idem Ioã. Andr. Et quartò alij prælati inferiores, ſiue ſeculares, ſiue regulares, vt abbates, & huiuſmodi, ex ſpeciali cõceſſiõe, aut priuilegio, vel cauſa legitima, puta præſcriptione, nõ aliter, vt in capit. accedentibus. de exceſsib. prælat. qa hoc eſt dignitatis epiſcopalis, vt in tex. in d. capitu. accedentibus. poſſunt tamen communicare bona ſui collegij.* Et quintò omnes ſacerdotes in foro pœnitentiali dare poſſunt indulgẽtiam his, quos poſſunt abſoluere, ſecundùm Summam Angel. & Roſel. contra Supple. quæ adducit ad hoc multos Doctores. Sed ex præmiſsis patet hoc eſſe impoſsibile propriè loquendo. Doctores autem, quos allegat, nihil aliud ſentiũt, niſi quòd ſacerdos poteſt pœnam debitã minuere peccatori, nõ applicãdo merita per modum *indulgentiæ*, ſed augẽdo erubeſcentiam & contritionem virtute clauium, & exhibẽdo miniſterium in ſacramento in quo Deus aliquid remittit, & orãdo pro peccatore, & etiam minuẽdo pœnã canonum, & ab alio iniũctam, in caſu, quo minui & mutari poteſt quãtum ad aliquid particulariter iniũctũ, ſed nõ ſic quin verè peccator teneatur ad illud, aut ad æquiualẽs ſi illud remit hic vꝰ in purgatorio, quod facit indulgẽtia. ¶ Tertiũ.* Electus & confirmatus in epiſcopum, ſed nõdum cõſecratus, cõcedere poteſt indulgẽtias, ſi eſt presbyter, ſecundùm Hoſtien. in c. accedẽtibus. & nõ aliter. Ioan. autem Calderi. poſt Sanctum Thomam tenet, quòd etiam ſi nõ ſit ſacerdos, hoc poteſt. & idem in legato. & idem Pan. quia poſſe concedere has *indulgentias, conſequitur iuriſdictionem*, quam diaconi, & alij non ſacerdotes poſſunt habere: vel cõmiſſam, ſicut legati, vel ordinariã, ſicut electi, licet non conſecrati in epiſcopos aut ſacerdotes. vt in cap. ex tranſmiſſa.

miſſa. de elect. nec tollitur per peccatũ dicta poteſtas quãdiu ab eccleſia tolerantur, ſecundũ Rayn. & Hoſt. & facit c. dictum eſt. j. q. j. ¶ Quartum.* Non poſſunt autem dicti prælati indulgentias concedere non ſubditis ſuis. vnde ſecundùm Pet. de Palu. preciſi, quia non habẽt ſubditos, nõ poſſunt indulgentiam facere. Fallit quod dictũ eſt in duobus caſibus. Primò in c. noſtro. de pœnitẽtijs & remiſ. vbi archiepiſcopi cõcedunt ſimpliciter per totam prouinciã, licet nõ *ſint eius* ſubditi, niſi in caſib⁹ iure expreſsis: quod tamen intellige quo ad non habentes ibi domiciliũ. Secũdò quando illi, qui volũt eas accipere, habent licentiam à proprio epiſcopo, ſecundũ aliquos: vt no. Inno. in c. quod autem. de pœ. & re. imò ſecundùm alios de licẽtia proprij ſacerdotis parochialis. & cùm hoc trãſit Hoſt. Gul. in Spe. dicit tutius eſſe, ꝙ habeatur cõſenſus epiſcopi: & ſufficit, ſecundùm eum, cõſenſus metropolitani. d. c. noſtro. Addit etiam idẽ Gul. ibi, ꝙ ex cauſa poteſt epiſcopus ſtatuens *in* ſua diœceſi concedere vt indulgentiæ ſuæ profint veniẽtibus de diœceſi aliena, cũ epiſcopi ſcilicet proprij cõſenſu. & facit d. c. qđ autẽ nõ tamẽ poſſet cõcedere, ꝙ indulgẽtiæ ab alijs epiſcopis in eius diœceſi cõceſſæ valeãt: qa in primo caſu illuc accedentes quodam modo forum conſequuntur. de foro cõpe. Romana. §. cõtrahẽtes. lib. vj. in ſecũdo verò aliena diœceſim, vt ibi iudicẽt, ingrediũtur, in qua alienũ parochianũ ligare aut ſoluere non poſſunt: aliòquin vnus epiſcopus poſſet cẽtum annos indirectè cõcedere. Ex quo patet, ꝙ literæ habitæ à diuerſis epiſcopis dãtibus indulgẽtias his, qui aliquib⁹ faciũt eleemoſynas, nõ valẽt, niſi ſubſint epiſcopo facienti, vel habeãt licentiã à proprio epiſcopo, vel ſacerdote, vt tales indulgẽtiæ eis ꝓſint. de ſo. cõpe. ſignificaſti. de pœ. & re. quod aũt. vbi dicit Pan. ꝙ tutũ & valde expediẽs eſt, vt volẽs peregrinari, & pia loca viſitare, licentiã habeat à proprio iudice participãdi indulgẽtijs alienis. quod tamẽ de indulgẽtijs papæ non intelligitur. ix. q. iij. cuncta. ¶ Quintum.* Si dicti prelati concedũt indulgẽtias vltra dictam ſummam, nõ valẽt: vt in c. indulgẽtiæ. de pœni. & re. li. vj. quod gl. ibi intelligit quo ad exceſſum, non quo ad terminũ conceſſum: ſed Gemi. in c. fi. eod. ti. & lib. dicit ſecundùm Io. Mo. ꝙ talis indulgẽtia eſt omnino nulla: per tex. qui dicit, Ita tamẽ, ꝙ ſtatutum generalis concilij non excedatur: & cõſequẽter videtur poteſtas eorum limitata in tantum, ꝙ ſi ſtatutũ excederent, poteſtatem nõ haberent: & ſic videretur facta à nõ habẽte poteſtatem. Sed prima opinio eſt verior: qa vt dicit Io. And. hic eſt quædã liberalitas. & *in his & in dona*tionibus dicimus, ꝙ valẽt pro parte vſq; ad modũ legitimum, & in reſiduo nõ. & hoc videtur approbare Pan. in ſimili de quinquageſima epiſcopi, aut centeſima: de quo ſuprà Donatio primò. §. xviij. ¶ Sextum. Si in largitione indulgentiæ cõcurrunt *multi*, puta archiepiſcopus & epiſcop⁹: vt quia vterq; eã dat ſacriẽtibus tale qd, puta qa vterq; in cõſecratione alicuius baſilicæ dat annum: dico ſecundùm Hoſt. in d. c. ex eo. & Dir. in libr. j. ꝙ ſubditi epiſcopi habebunt vtrãq;, puta biẽnium: alij verò comprouincia les alterã tãtùm, ſcilicet archiepiſcopalem. Si verò epiſcopus dedit xl. dies indulgẽtiæ, & ſucceſſor eius totidẽ, non valet vtrãq;, ſecundùm Gemi. in c. fin. de pœn. & re. lib. vj. ex mẽte Io. An. in addi. Spe. quia per talem multiplicationem veniri poſſet contra conſiliũ c. cũ ex eo. ſ. allegatum.

¶ Septimum.* Indulgẽtiæ durãt poſt mortẽ concedentis, ſecundùm Innoc. in c. quod trãſlationẽ. de offic. leg. & facit quod no. Lap. in c. fi. de reſcrip. lib. vj. & ſequitur Gemi. ibi. & ſimiliter facit quod no. gl. & Doc. in c. cùm ad hoc. de cle. non re. & Lau. in cle. fi. de elec. Et facit ad literas, ꝙ ſaluus conductus non expirat morte concedẽtis. pro quo etiam vide glo. ſingularem in c. cùm ex eo. de elect. lib. vj. Nec obſt. l. h. ff. de pœ. quia loquitur in pœnalibus. & idẽ dicit gloſſ. in c. fi. de offic. leg. de indulgentijs, quas legati cõcedunt ſubueniẽtibus ad reparationem põtium, vel loci religioſi: quia durante poſt finitam *legationem*, quemad modum & eorum ſtatuta: etiam ſi in eis cõtineatur pœna excommunicationis. & cõſentit ibi Pan. Secus de indulgẽtia ſeu licentia, puta eligẽdi ſibi confeſſorem, vel non reſidendi in beneficio: ſed tenet, ꝙ expirat morte cõcedẽtis, ſeu finito eius officio: niſi facta *cum cauſæ cognitiõe*, & conſenſu ſui capituli: quia eſt in præiudicium eccleſiæ. Et ſic tene, ꝙ in cõceſsione præiudicatiua gratia cõceſſa per inferiores papa ſine cauſæ cognitione expirat: ſed ſecus ſi cõcederetur à papa, vel nõ eſſet alteri præiudicatiua: addẽ, vel cõcederetur authoritate papę: vt ſuprà Gratia. §. ij. Et ſic cõcordant Docto. Et idem dic de indulgentijs aliorum prelatorum, ſecũdùm Petrũ de Palude, ꝙ ſcilicet non finiũtur morte *concedentium*, niſi per accidens ſubſequatur alia eiuſdem rationis, quæ priorem nõ compatiatur, vt ſuprà particula priore: deſtructo totaliter loco, vt reædificatiõe indigeat. Et ratio eſſe poteſt, quia conceduntur authoritate papæ: & nõ præiudicãt. ¶ Octauum.* Reuocatio indulgentiæ ante certificationem nõ nocet, ſecundùm Gemi. de conceſsione præbẽ. c. j. lib. vj. ſed ipſa durat quouſq; certificati fuerint illi, quibus conceſſa eſt: niſi in reuocatione eſſet clauſula decreti, vel quid ſimile, per quod expreſsè appareret de volũtate papæ cõtraria. Et huius exemplũ eſt: quia olim Calliſtus cõceſsit indulgentiã dantibus ſubſidium, &c. quam ſucceſſor reuocauit: & tamen ſecũdũ doct. in d. c. j. illi qui ſubſidium dederũt medio tempore, ſcilicet à die reuocationis vſq; ad diem notitiæ, illã habuerunt. De priuilegio autem, vtrũ ſumat vires ſtatim à cõceſsione, infrà Priuilegiũ. §. vlti. ¶ Nonum. Quæſtoribus indulgẽtiæ dandæ ſunt ſub forma, quæ habetur in d. c. cùm ex eo. ¶ Sextò quæritur,* quibus ex cauſis poſsit quis facere indulgentiam? Et dico multa. ¶ Primũ. Secundũ communiter doc. *fieri* poteſt *indulgẽtia pro Dei laude & gloria*, quæ præcipuè relucet in ſanctis eius, qui honorãtur in cõſtructione eccleſiarum, & commemoratione ſuarũ virtutum. Et ideo rectè datur indulgentia ædificãtibus eccleſias, celebrãtibus feſta ſanctorũ, aſtantibus prædicationi & diuinis officijs. Item pro communi *vtilitate*: vt *fidei* defenſione, terræ ſanctæ, promotione ſtudij, & huiuſmodi. ¶ Secundum. Poteſt etiam dari pro ſpiritualibus tantùm: ſicut Inno. quartus dedit orãtibus pro rege Frãciæ indulgentiam decem dierum: vt refert S. Tho. in quarto. non autem pro temporalibus tantùm: ſed vt *ordinantur ad ſpiritualia*, vt dictum eſt. ¶ Tertium. Non poteſt autem dari pro remiſsione iniuriarum: quia ſecundùm S. Bonauent. in hac datione debet attendi aliquid, quod ſit meræ volũtatis, & nõ neceſsitatis, cuiuſmodi eſt dicta remiſsio. ¶ Septimò quæritur,* quot requirantur ad hoc vt indulgentię aliquibus valeant? Et dico multa. ¶ Primum. Secundùm Petrum de Palude requiruntur quatuor. Duo quidem ex parte dãtis: primò ſcilicet authoritas, de qua ſuprà. §. v. particula ſecũda. non autem requiritur bonitas, quia, vt dicit ſanctus Thomas, poteſtas faciendi indulgentias conſequitur iuriſdictionem, quæ per peccatum mortale non amittitur: & ſecundò cauſa rationabilis, id eſt, opus ad honorem Dei, vel ad vtilitatem eccleſiæ, ſeu proximi. Ex quo

quo infert Arch.& S. Tho.quòd papa non potest ad libitum eu acuare purgatorium:quia hoc esset indiscretum & irrationabile. Ad hoc autem,quòd indulgẽtia valeat,requiritur causa cõueniens,vt dicit S.Th.in iiij.di.xlv.Et similiter duo ex parte suscipiẽtis: primò scilicet vt sit in statu merendi,id est,in charitate.vnde nõ valent existẽtibus in mortali,saltẽ pro tũc:quia manente causa,id est, culpa vel offensa,effectus,id est,reatus pœnæ tolli non potest.Secũdò vt faciat illud,pro quo indulgentia datur:volũtas autẽ faciendi illud,sufficit quidem quantum ad mereri augmẽtum gratiæ,vel gloriæ,sed non quantũ ad remissionẽ pœnæ seu adeptionẽ indulgentiæ,secundùm S.Tho.& Petr. Sum.aũt Ange.ponit alia duo.primò.scilicet,q̃ accipiens credat ecclesiam habere hanc authoritatem:sed hoc reducit ad esse in charitate.Secundò,q̃ sit subditus dantis: sed
20 hoc reducitur ad habere authoritatẽ. ¶ *Secundum.** Confessio actualis nõ requiritur necessariò,etiã de mortalib⁹, quãtum est ex natura talis cõcessionis, secundùm omnes: sed sufficit cõtritio,quæ non est sine charitate:requiritur verò actualis cõfessio si hoc intendit indulgẽtiæ largitor. Vtrum hoc intendat,vel non intendat,cùm dicit, verè confessis & contritis:licet probabiliter aliqui dicant,q̃ sic, ita q̃ intendit dare solũ his qui post confessionem non inciderunt in mortale:mihi tamen probabilius videtur,q̃ intendat dare omnibus quibus potest,si semel in anno sunt cõfessi,vel volunt cõfiteri,id est,omnibus qui sunt in charitate,facientibus id,pro quo datur:quia papa nõ largitur indulgentiam,vt suppono,principaliter vt inducat ad cõfessionem,sed ad aliud,puta eleemosynã,vel huiusmodi. Vnde quod dicitur,confessis,intelligitur secundũ Pet.de Pa.in proposito:vel,secundùm alios,quod tamẽ fortè idẽ
22 est,intelligitur cõfessis secũdùm statutum ecclesiæ,id est, semel in anno,adde,vel cõfiteri volentibus.Et hãc opinionẽ expressè tenet Pan.in c.omnis.de pœ.& re.& Io.An.in d.c.quod autẽ.& gl.in cle.vnica.de reliq.& ve.sanct.Imo. & Card.ibidẽ,& sic fuit responsum,& declaratũ in cõcilio Constantiensi,sicut habetur in quodã libello scripto manu reuerẽdi quondã patris fratris Ioãnis de Galophia ordinis Prædic.viri docti & veridici.debet tamẽ quisq; cõfiteri:qa plerunq; homines maximè seculares credunt se cõtritos,& sunt solùm attriti:qui tamen per confessionẽ de attritis fiũt cõtriti. ¶ Tertiũ.Charitas actualis necessariò requiritur de mente docto. qui indistinctè dicunt requiri charitatem. Arch.tamẽ ex hoc,q̃ aliquando dicit,& cõfessis,vel qui intra mẽsem fuerint cõfessi,arguit, q̃ videatur ex mente & pactione cõcedẽtis,q̃ qui nõ est in statu merendi,recedẽte fictione effectũ recipiat.quod quia est possibile,& ex concedentis voluntate dependens,piũ est dicere,quòd sit verum:quia,vt dicit gl.in d.cle.vnica,huiusmodi cõcessiones nõ decet nec expedit amarè interpretari: tum etiã quia verisimile est,q̃ cõcedẽs sic virtualiter intẽdat:& sic exprimeret,si de hoc cogitaret:qa verisimile est, q̃ intendat his,qui faciunt id,pro quo datur indulgentia, eam valere omnimodo quo est possibile. Et ideo nullus, quãtuncũq; in mortali existẽs,cesset ab indulgentia capiẽda:quia fortè aliquãdo conteretur, & illam consequetur.
21 ¶ Septimò quæritur,*quib⁹ indulgẽtiæ valere possint?Et dico multa. ¶ Primum.Existẽtibus in mortali indulgentię non valẽt quantũ ad remissionem pœnæ,secũdũ omnes: imò nec ad acquirẽdam gratiam,secundùm S.Tho. quanuis hoc aliqui dixerint:quia licet merita per indulgentiã dispẽsata ad hoc possint valere,nõ tamẽ ꝓpter hoc dispẽsantur,sed determinatè ad remissionẽ pœnæ.Si aũt fieret communicatio per hunc modum,facio te participem meritorũ totius ecclesiæ,vel vnius cõgregationis,aut specialis personæ:sic valere posset ad merendũ aliquid ei, q̃ est in mortali.hæc ille: ¶ Secundum.Valent aũt secundùm S. Tho. etiam religiosis, si obseruent tenorẽ bullæ: vt scilicet de licentia prælatorũ dent aliquid aut faciant:quia nõ sunt peioris conditionis quàm alij:nõ tamẽ per eas remittũtur illis impositæ in foro capituli:qa illud nõ est pœnitẽtiale,sed iudiciale.Nec tamẽ oportet religiosos exire claustra pro indulgẽtijs:quia licet illæ plus valeant quo ad remissionem culpæ, q̃ obseruãtia,econtrario tamẽ est quo ad acquisitionẽ præmij,quod est meli⁹.hæc ex illo. ¶ Tertium.Valẽt etiam,secundũ eundẽ in quarto;di.xlv. defunctis,si cõtinetur in tenore bullarũ,modò ꝓ eis faciat aliquis qđ mãdatur:vtrũ aũt eis valeãt per modum indulgẽtiæ,vel sũffragij,modò non est curandum. ¶ Quartũ: Prælato autẽ,qui illas cõcessit,etiã si faciat id,pro quo cõcessit,nõ valent,secundũ Vin.in d.c.cùm ex eo.& Gul.in Spe. & Arch.in d.c.indulgentiæ.C.ne quis in cau.fu.l.j.& l.inquisitio.C. de solu.Sed verius S.Tho.& alij Theologi in quarto dist.xx.dicunt,q̃ licet principaliter nõ possit sibi prælatus indulgentiã dare:quia scilicet non habet causam vt se prouocet ad ea,quæ vergũt ĩ Dei honorẽ,& vtilitatẽ ecclesiæ,gratia cuius dantur indulgentiæ: quia horum cura est illi commissa:tamẽ data alijs vti potest sub eadẽ forma.& idẽ tenet Gaspar.in d.c.nostro.& sequitur Gem. in d.c.indulgentiæ.de pœ.& re.li.vj.& facit quod no.docto. in c.per venerabilẽ.q.ſi.sint legi. vbi princeps legitimare potest filios suos non tãquam pater, sed tanquã princeps. & sic gaudet priuilegio,quo & cæteri participes. ¶ Octauò quæritur,*quomodo intelligẽda sunt multa,quæ circa indulgẽtias dicũtur & fiũt? Et dico multa. ¶ Primũ.Cùm datur indulgẽtia porrigẽtibus manus adiutrices, vel dãtibus auxiliũ,aut facientibus hoc vel illud,secundũ S.Tho. & S.Bo.intelligitur si hoc faciant secundùm quod eis conuenit.Vnde si pauper dando vnũ denarium totam assequitur:non tamẽ idem erit de diuite,qui dando obolum non dicitur dare auxiliũ:pro quãta tamẽ parte faciet id, quod mãdatur,pro tanta habebit indulgẽtiam, vt innuit vterq; eorum,licet aliqui sentiãt contrarium.Prædicta tamẽ intellige quãdo mãdatur aliquid generaliter & indeterminate:secus si determinatè:vt dare aureũ, vel dicere semel Aue Maria:qa in talibus nõ exquiritur decentia personæ, vel status,sed effectus operis impositi. ¶ Secũdũ.Cùm dat facientibus certũ quid determinatè,vel etiã generaliter & indeterminatè quantũ ad ipsam indulgẽtiam & remissionem pœnæ,nõ refert vtrũ illud fiat cũ magno labore, vel sine:quia indulgentia nõ proportionatur labori,sed meritis dispẽsantis:licet referat quãtũ ad meritũ. Vnde dicit S. Thom.in quarto,q̃ clerici & alij ecclesiæ vicini æqualiter habẽt indulgẽtiã sicut aduenę,nisi aliquid exprimat in forma,sed non æqualiter merentur. ¶ Tertium.Cũ datur indulgentia facientibus certum quid,puta visitantibus aliquam ecclesiã,si determinetur tẽpus,puta à vespera ad vesperã,vel vsq; ad tale tempus,secundũ S.Th.intelligitur facientibus semel tantùm:sed si sit perpetua,intelligitur toties quoties:sicut ĩ ecclesia bea.Petri Romæ est indulgẽtia perẽnis x.dierũ.& cõsentit Io.Cal.alle.c.j.de fil.presby.li. vj.& c.non potest.de præb.lib.vj.& sequitur Io.An.& Gemi.Inn.tamen & Gul.in Spe.tenent,q̃ etiam si tempus est determinatũ,intelligitur toties quoties. Et hoc sequitur Sũ.Ang.& Rosel.cõtra Supple.Sed opinio beati Thomę practicatur,& est in cõsuetudinẽ,q̃ est optima legũ interpres:

pres:vnde & communiter illam approbãt doct. in c.fi.de pœnit.& re.lib.vj.& sequitur Albe.& Feli. in suo tract.de indulgentia. ¶ Quartum.Cùm datur indulgentia aliquorum dierum,vel temporum,forma inspicienda est. Nam si dicitur xl.dies.vel annos de iniunctis pœnitẽtijs, remittũ
24 tur solùm pœnæ iniunctæ à sacerdote in foro pœnitentiæ.si xl.dies simpliciter,sic remittuntur pœnæ xl. diebus peragẽdæ ex taxatione diuinæ iustitiæ,vel canonũ,aut sacerdotis conformiter ad illã, id est, claue non errante. Si dicitur,peccatorũ, de quibus fuerint ore confessi:secundùm aliquos non remittũtur non confessa:siue quia sunt oblita, siue quia sunt admissa post cõfessionẽ. sufficit tamen quo ad oblita,secundũ Archi.confessio generalis.Si dicitur,tertiæ partis peccatorũ: illa ita remittitur in foro ecclesiæ & Dei, ac si per pœnitentiã esset abolita. quorũ omniũ fundamentũ est, quia tantum valent,quantum sonant.nõ sunt tamẽ amarè,sed piè interpretandæ, vt dictũ est. ¶ Quintũ.Dies vel anni indulgentiæ an sint vtiles,vel *continui*.Pan.post Host.in c.cùm ex eo.de pœ.& re.dicit q̃ dies sunt vtiles, anni verò continui. Et vult dicere,q̃ si alicui iniunctũ est ieiunare xl.dies cõtinuè,vel etiam interpolatè,accepta indulgentia xl.dierũ erit absolutus. Si verò iniuncta est pœnitentia annalis,etiã si non sit continuè,sed certis diebus septimanæ peragendo: puta,ieiunãdo sexta feria,qđ est ieiunare lij.dies in anno, illa aboleri non potest per indulgentiam totidem dierum,sed solùm per annalẽ:quod verũ puto quãdo datur annus indulgentiæ,quo ad pœnas iniunctas: si aũt daretur annus simpliciter,puto q̃ esset vtilis: ita q̃ cui iniunctum est ieiunare duobus annis alternatis diebus,habito vno anno indulgẽtiæ simpliciter, absolutus est : quia idem est vnus annus,
23 quod dies ccclxv. ¶ Nonò*quæritur,vtrũ is,qui indulgẽtiam pœnitentiarũ iniunctarum rite cõsecutus est,teneatur illas explere:puta,si alicui iniuncta erat pœnitentia septennis,& indulgentiã septennẽ assecutus est? Et dico q̃ non : quia per contritionẽ pœna æterna dimittitur, & in temporalem cõmutatur.de pœ.dist.j.verbũ. Temporalis verò per satisfactionẽ,aut per indulgentiã, quę illi æquipollet. vnde per indulgẽtialem satisfactionem eneruatur pœnitentialis satisfactio:vt d.c.quod autem.Et ibi Pan.reprobat opinionẽ dicentiũ indulgentias prodesse, quo ad pœnitentias hic iniunctas, dũmodo sacerdos iniungens hoc concedat,vt cõpensari possit pœnitentia cum indulgentia, & nõ aliter: dicens, q̃ dicta opinio nimis restringit potestatem,& effectũ indulgentiarũ: quia cùm proficiscãtur ex thesauro ecclesiæ,cuius potestatẽ habet Papa, prodesse debẽt omnibus,quibus ille cõcedit,vel alius ab
27 eo habens potestatẽ.vnde nõ est necessaria licentia sacerdotis.Non tamen propter indulgentias cessandum est in hac vita ab operibus pœnitentiæ, secundũ S.Tho. & cõmuniter omnes Doct.tum quia,vt dicit S.Th.opera pœnitentiæ non solùm sunt in satisfactionẽ,sed etiam in remediũ cõtra peccata, præcipuè, quia interdũ quis debet
28 plura,quàm credat: tũ etiã quia nescitur an sacerdos pœnitentiã debitã totam iniunxerit:& consequenter ad aliquid eius nõ iniunctũ, & per indulgentiã ex consequenti aliquando non relaxatũ teneamur. Summa tamen Ros. innixa gl.in c.mensurã.de pœ.dist.j.dicit q̃ sufficit pœna minor iniuncta à suo ordinario iudice, siue sacerdote, si hoc fecit animo dispẽsandi:& similiter si per errorẽ fecit, & credebat peritus. Sed ista nõ bene dicũtur loquẽdo de ea, quę est minor debito post remissionẽ, quã fecit Deus authoritatiuè in sacramẽto pœnitẽtiæ, vel homo per modos dictos suprà §. vi.particu.ij. in fi. vel cõsimiles. & hoc patet per S.Tho. ¶ Decimò quæritur *specialiter*, quid iuris de indulgentia plenaria, maximè in articulo mortis?Et dico multa peristringendo breuiter, de quibus
24 diffusè Archi.in iij.parte.tit.x.c.iij. §.iiij.& v. ¶*Primũ. Indulgentia plenaria solùm à summis põtificibus datur: primò omnibus certũ locũ visitantibus simpliciter,id est, omni tempore,vt de sepulcro Domini.Secũdò omnibus visitantibus certũ locũ certa die intra annũ: vt de ecclesia sanctæ Mariæ angelorũ Ferrariæ ordinis prędicatorũ: & in bauma beatæ Peccatricis per Eugeniũ quartũ : & istæ perpetuò durant,nisi reuocẽtur. Tertiò omnibus facientibus certũ opus: vt assumentibus crucẽ contra infideles. Quartò certis nominatis personis in vita,vel in morte facientibus certo tẽpore in bulla taxato aliqđ opus : & hoc sine dubio durat post mortẽ concedẽtis,per reg.decet cõcessum à principe beneficiũ esse mansurũ.lib.vj.Quintò visitantibus certas ecclesias vrbis certis diebus tẽpore Iubilæi,quę indulgẽtia plenaria vulgariter dicitur de culpa & pœna.quod propriè nõ est verũ,quia solus Deus culpã remittit, sed ideo sic dicitur, quia ibi remittitur culpa à Deo in contritione,quę præexigitur: & pœna à Papa per
25 indulgentiã,quę subsequitur. ¶ Secũdũ.*Articulus mortis in hac materia,nisi aliud exprimatur,nõ est articul⁹ verus, quo scilicet quis moritur: sed præsumptus, quo quis æstimatur secũdũ commune iudicium moriturus:sicut & in extrema vnctione.Vnde qui in articulo præsumpto absoluitur, cõsequitur effectũ indulgẽtiæ, & gratia expirat in posterũ.qđ non esset,si in forma diceretur,& casu quo non moriaris,tibi reseruetur gratia ista in finẽ: quia tunc
26 nec effectũ cõsequitur, nec gratia expirat. ¶*Tertium. Qui in huiusmodi articulo vult huiusmodi *indulgentiã* consequi, nõ habet necessariò confiteri de peccatis aliàs confessis: nec etiã generaliter: quia remissio in tali casu facta nõ est sacramẽtalis: ideóq; peccatorũ notitiam non requirit,aut formam absolutiõis sacramẽtalis,sed præsupponit: nec hoc exprimit forma *indulti*: quia nõ dicit,ore confessus sibi:sed cõfessus simpliciter. oporteret tamẽ cõfiteri mortalia post cõfessionẽ admissa. Et si loquelam,& nõ vsum rationis amisisset, posset cõsequi remissionem pœnæ vigore indulti per signa æquipollẽtia cõfessioni: nõ autem si nullo modo potest intimare talia peccata, vt videtur:quia nũquam est ea confessus.similiter nec si vsum rationis amisit post mortale,de quo est cõtritus:quod qa sciri nõ potest, nisi quis in notorio vsq; ad illud vltimum mansisset,potest sacerdos facere quod in se est,vt illi absolutionẽ tribuat,& plenã remissionem. ¶ *Quartum.** Venialibus quoq; nõ confessis indulgẽtię valor nõ tollitur, si mortalia sunt cõfessa, & contritio de venialibus adest: quę si nõ adsit, licet nõ impediatur quis à salute,quia gratiam venialia nõ tollũt:impediretur tamen remissio pœnarum pro *venialib⁹* debitarũ: quia pœna nõ reinittitur
28 culpa remanẽte,etiam veniali. ¶ Quintum.*Forma verò absolutionis,aut remissionis plenariæ,quę ad clauẽ iurisdictiõis pertinet,nõ est sicut absolutio sacramẽtalis à peccatis, quę scilicet habet certã formã: quę nec mutari, nec ab alio,quàm à sacerdote,pferri potest cũ effectu:sed caret determinata forma:& potest sine certa forma cõcedi: vt dicẽdo,sic faciẽs sic habeat: sed tamẽ illa debet esse forma eius, quã indultum decernit. quod quia communiter habet,q̃ cõfessor plenam remissionẽ tali personę largiatur,& cõsequenter hęc debet esse forma: *Authoritate sedis apostolicæ mihi pro nũc cõmissa, concedo tibi plenariam*

riam remissionem omniũ peccatorũ tuorum, de quibus
es contritus,& ore cõfessus, preterea quæ ex confidentia
huius indulti cõmisisti. hęc ex Arch. Sed intellige,ꝙ ista
est conueniens forma: Autoritate apostolica mihi in hac
parte cõmissa,cõcedo tibi plenam indulgẽtiam omnium
peccatorũ tuorũ. Quod autem additur,de quibus &c. ve-
29 rum est solùm si hoc exprimatur in indulto. ¶*Sextum.
Non est necesse, cõcedentem hanc remissionẽ esse sacer
dotem, nisi hoc expresse in cõmissione mãdetur: quia si
dans potest nõ esse sacerdos,ergo & exequens:imò sicut
sine forma, ita & sine ministro dari põt: imò si dicatur,ꝙ
minister sit idoneus confessor,nõ addendo,sacerdos: po
test esse laicus,si sacerdos vel cleric⁹ haberi nõ potest. &
cõfessio talis facta,quę nõ est sacramẽtalis, valet ad con-1
sequendam indulgẽtiam per istũ, etiam si forma nõ vta-
30 tur,sed quibuscũq; verbis æquipollentibus. ¶*Septimũ.
Cùm in forma huiusmodi indulti cõtineatur,ꝙ satisfaciat,
si habet,alij satisfacere, intelligitur si põt. vnde si aliàs est
bene dispositus,fructũ cõsequitur indulgentiæ, & remis-
31 sionis. ¶Octauũ.*Si quis ante electionẽ cõfessoris priue-
tur vsu rationis,si in sanitate mentis constitutus dicit sibi
in tali casu velle impartiri absolutionẽ per quemcunque,
poterit sacerdos eam impẽdere quantũ ad omnia, his ex
ceptis,q̃ ex forma indulti excipiuntur: imò sufficit si hoc
habitualiter intẽdebat,licet dicto modo nõ elegerit:imò
& aliquibus videtur,ꝙ etiam laicus poterit in absentia sa
32 cerdotis. ¶Nonum. * Qui in peccato mortali explet id,
quod in huiusmodi indulto mãdatur:puta, eleemosynã,
vel peregrinationẽ: nihilominus indulgẽtiam conse-qui 3
potest,modò tẽpore remissionis siue mortis sit in gratia.
33 hæc omnia Archi. ¶Decimũ.*Qui plenariam indulgen-
tiam,ritè assequutus est,si eo instãti moreretur, euolaret
statim ad cœlum,secundũ Host.quod tamẽ secundũ Au-
gustinũ de Ancho.propter quatuor fallit. Primò si datur
indulgentia generalis de pœnis iniũctis, & maior fuerat
iniungẽda: quia talis in purgatorio luet. Secũdò,si detur
de peccatis ore cõfessis:& aliqua ex oblitione nõ fuerũt
confessa.sed intellige nõ cõfessa specialiter,nec generali
ter,secundũ Archi.quia quo ad oblita sufficit cõfessio ge
neralis. Tertiò,si post indulgentiã quis cõmittat peccatũ
mortale:quod tamẽ est cõtra casum nostrum. Quartò,si
in effectu stet aliqua culpa venialis:quia illa per indulgẽ-
34 tiam remitti nõ põt quousq; est affectus ad illam. ¶*Vn
decimò quæritur, quę pœna est religiosorũ prędicãtium
indulgentias indiscretas? Et dico de hoc haberi in clem.
religiosi. de priuileg. vbi præceptũ est eis ne hoc faciant.
Et dicũtur indiscretæ,primò secundũ gl.ibi quando sunt
quidem concessæ,sed concedi non potuerunt,scilicet de
iure.& idem Paulus:vt quia cõcedens excedit quantitatẽ.
d.c.cũ eo.& tertiò secundùm Zenzeli. quãdo probari 4
nõ possunt.arg.de proba.quoniã. & c.post cessionẽ.& de
fide instru.c.ij. Peccant igitur mortaliter,quando prędi-
cãt indiscretas primo,& secũdo modo indubitatẽ,& simi
liter tertio modo ad hũc sensum,quãdo prędicãt eas,quę
probari nõ possunt.i.nõ sunt probabiles,seu verisimiles,
sed sunt dubię:secus si essent certæ,sed probari nequirẽt.

¶INEPTA lætitia est filia gulæ, quę quando sit pec-
catum, vide Ludus. §.ij.

DE INFAMIA.

1 *Infamia quid,& quotuplex & nu.2.*
3 *Infamia quomodo contrahitur.*
4 *Infamia facti,quem habeat effectum.*
5 *Testis infamis quando admittatur.*
6 *Accusator infamis,an repellatur.*
7 *Infamia facti,quomodo tollatur.*
8 *Infamia iuris ciuilis quomodo incurratur. & nu.9.*
10 *Duo actus faciunt consuetudinem in criminibus.*
11 *Infamia canonica quomodo incurratur.*
12 *Cõfessio delicti in iudicio, an reddat quẽ infamẽ infamia iuris.*
13 *Prælatus propter dolum remotus, an efficiatur infamis.*
14 *Testis de falso condemnatus, an efficiatur infamis.*
15 *Infamia iuris,an tollat executionem ordinum.*
16 *Infamiam iuris quis tollat. & nu.18.*
17 *Papa an restituat laicum sibi non subditum.*
19 *Restitutus per Imperatorem, an egeat alia dispensatione, ut promoueatur.*

INFAMIA* dicta quasi sine fama: ab in, quod est non:
est læsæ dignitatis qualitas, vita & moribus reprobata,
per arg.à cõtrario sensũ:sicut fama est illęsæ dignitatis sta
tus,vt s.dictũ est loco suo.Vnde infamis dicitur,cuius sta
tus,vita & morib⁹ est reprobatus, sicut colligitur ff.de in
ius voc.l.sed si hac lege. §.ptor.in gl.& ff.de obse. à libe.
l.honori. & l.licet. ¶Primò*verò queritur quotuplex sit
infamia?Et dico ꝙ triplex,scilicet facti,iuris ciuilis,& iu-
ris canonici. Nam infamia sic diuiditur: quia quædã est
infamia facti proueniens ex cõi hominũ loquutione. de
qua per Bar.in l.de minore. §.tormenta.ff.de quæst.& est
qua de facto dicitur infamis,secũdũ gl.Ray.is,cuius apud
bonos, & graues opinio grauata est sup crimine aliquo.
quædã verò est infamia iuris,qua scilicet dicitur quis in-
famis à iure,quę duplex est,scilicet iuris ciuilis,& canoni
ci. ¶Secũdò*quæritur, quomodo cõtrahitur,vel incurri-
tur infamia facti?Et dico ꝙ multipliciter. Aliquãdo enim
incurritur à crimine,ita ꝙ crimen est proxima causa infa
miæ. Aliquãdo causatur ab alio:puta,quia fuit in carcera-
tus,scilicet iustè: vel ꝓpter crimẽ repulsus à testimonio.
de testi.testimoniũ. vel quia pater per verba turpia insti-
tuit eũ hæredẽ:vt dicendo,filiũ meũ proditorẽ, nequam,
& huiusmodi, hęredẽ instituo, & ei lego.C. ex quib.cau.
infa.irro.l.ea quę pater.vel p verba iudicis dicẽtis postu
lanti,calũniaris:vel,bene faceres,si ad frugẽ vitę melioris
ea conuerteres. & huiusmodi.C.eo.l.verbũ. & l.interlo-
quutio. Multis etiã aliis modis incurritur: vt generaliter
quoties apud bonos,& graues viros infamatur quis ex ali
quo facto.d.l.licet.ff.de obse.à libe.& vj.q.j.sunt plurimi.
vt no.in c.licet ex quadã.de testib. nõ autem infamiã fa-
ciunt dicta paucorũ, nec multarũ leuium personarũ,mo-
dò apud bonos,& graues nõ sit opinio læsa. Dicũtur au-
tem hi graues, q nõ sunt leues:puta, si sit homo bonæ fa-
mæ & opinionis antiquus:sicut benemeritus dicitur,qui
nõ demeruit.ff.de leg.ij.l.cùm pater. §.rogo.& l.cũ quę-
dam.in princi.& de seru.c.vno. in huiusmodi tamen cre-
do standum arbitrio iudicis. ¶Tertiò* quæritur,quem
effectum habet hęc infamia facti?Et dico primò,ꝙ repel-
lit à dignitatibus.de excess.prælat.inter dilectos.quia vili-
bus,& indignis portę dignitatũ patere nõ debẽt:similiter
nec infamibus.de regu.iur.c.infamibus.lib.vj. Et intelli-
ge secundùm Archi. de dignitatibus ecclesiasticis,& secu
laribus: quia infamis iudex esse non potest.iij.q.vij.infa-
mis.nec procurator.de iudicijs.deputati.& d.c.infamib⁹.
licet possit esse arbiter.ead.quæst.tria.ver.cognitores.

5 ¶Et secundò*repellit à testimonio in causa criminali: in
alijs autem admittuntur plus, & minus, secundùm quod
sunt infamati,vt no.Ioan.And. & Pan.in c. testimonium.
6 de testib.& in c.inquisitionis. §.penul.de accu. ¶Et*ter-
tiò ab accusando,l. qui accusare.ff. de accusa. Et quartò à
post

postulãdo.ff.de postulãdo.l.j.de qua postulatione vide j.
Postulatio.Et quintò à ꝓmotione ordinũ.de accu. omni-
potens Deus.dist.lxxxj.tantis Daniel. imò iam promotũ 11
suspendit,secundũ Inn.de postul.prælat.c.fin.de elect.su-
per eo.de renunt.nisi cùm pridẽ. ¶Et sextò inducit que-
relã inofficiosi testamenti cõtra testamentũ fratris, si infa
mẽ hæredẽ instituit, & rũpit.C.de inof.testamẽ.l. fratres.
¶Et septimò inducit purgationẽ canonicã si iudici vide-
bitur.de accus.veniens.& ibi de hoc Host.& gl.in l. nullã.
7 C.ex quib. caus. infam.ali.irrogat. ¶*Quartò quæritur,
quomodo tollitur ista infamia facti?Et dicit Panor.in c.ex
diligenti.de simo .ꝙ tollitur per contrariũ factum, vt no.
Ioan.And.vj.q.j.c.omnes.in glo.Potest etiã princeps dis-
ponere vt talis infamia non habeat effectũ:vt no.Pa. in c.
8 cùm te.de sent.& re iud. ¶*Quintò quæritur, quomodo
incurritur infamia iuris ciuilis?Et dico,ꝙ duobus modis.
Primò per iudicis ordinarij sententiã diffinitiuã criminis
publici vel aliquãdo priuati,vt furti vel iniuriarũ: non au
tem per sententiã interlocutoriam, vel etiã arbitri.l.quid
ergo. §.ex cõpromisso.ff.de his qui no.inf.& regulare est
ꝙ in criminibus publicis nõ incurratur,nisi per sentẽtiã.
l.j.ff.de his qui no.infa.& not.Dy.in d.regula,infamibus.
& Pan. in c.testimoniũ. de testib. Quæ autẽ sint crimina
publica,habes Insti.de pub.iud.per totũ.& s. Crimẽ. §.iij.
9 ¶*Et secundò incurritur ipso facto in casib. in quib. iure
cauetur ꝙ incurratur ipso facto: vt cùm Imperator militi
aufert insignia,vel aliquem in exiliũ mittit.l. quod ait. §.
ignominiosa.ff.de his qui not.infa. Et q exercẽt improbũ
fœn⁹,exigẽtes vsuras vsurarũ.iij.q.vij. §.porro. & ibi vide
multa de ista materia in tex.& in glo. Et qui deprehẽditur
in adulterio.ff.de ritu nup.l.palam. §.qui in adulterio.vel
cõtrahit simul cum duabus: vel simul habet duas sponsas.l.
quid igitur.ff.de his qui no.infa.de bigam.nuper à nobis.
Et qui locauit operas suas vt pugnaret cũ fera.ff.de postu. 13
l.j. §.bestias.secus si causa virtutis exercẽdæ. Et qui faciũt
ludos periculosos per plateas & alia loca,per dictã l.j. pro
quo etiã vide glos.in l.ij.ff.de his qui not.infam. quæ vult
ꝙ oẽs ioculatores sint infames ipso iure: quia mercedis
gratia ludibriũ sui faciũt. quod limitandũ videtur de mẽ
te Panor.in c.cùm decorẽ.de vi.& hon.cler.si quis bis exe
quatur artem illã.arg.in l.palam.de ritu.nupt.vbi habetur
mulierem dici meretricẽ,si admisit duos causa quæstus.&
facit xxv.q.ij.& approbat hoc Archid.in c.illud.xij. dist.di
cẽs ꝙ in malis actibus & in delictis sufficit binus actus ad
probandũ cõsuetudinẽ quo ad homines & animalia.C.de
epis.audien.l.nemo.Inn. tamẽ in d.c. cùm decorẽ. limitat
si hoc histriones faciant in publico.Ibi etiã innuit ꝙ con-
suetudinem nõ faciant duo actus:sed primũ est verius. Se
cus autem de locatibus operas,& arcẽdẽtibus arbores gra
tia colligendorũ fructuum,aut turres gratia capiẽdi aues:
qui non sunt infames,secundũ Bart.in d.l.j. quia fit gratia
publicæ vtilitatis.Et qui lenocinium exercet,vel filias aut
neptes ꝓstituit.l.athletas. §.ait prætor.ff.eo.& ibi de mul
10 tis alijs vide:& similiter in d. §.porro.* Ex his autem tria
notabilia patẽt. ¶Primũ,ꝙ in criminalibus binus actus in
ducit consuetudinẽ:quod facit ad casus referuatos episco
po,q̃n aliquid est in cõsuetudine. ¶Secundum,ꝙ mulier,
quæ duos admisit causa questus,est meretrix:& sic quicq̃
deinceps lucratur ,potest retinere:secus de fornicantibus
hinc inde principaliter causa libidinis:quia si recipiũt mu
nera,restituere tenentur:vt j.Restitutio. ij. ¶Tertium, ꝙ
ex duabus vicinis inducitur frequẽtatio monasteriorum.
quod est peccatũ, vel habet speciẽ peccati, nisi bene circũ

stantionetur.& hoc patet c.monasteria. de vi. & hon. cle.
¶Sextò quæritur,*quãdo incurratur infamia canonica. 11
Et dico ꝙ regulariter omnes infames secundũ leges, etiã
secũdùm canones sunt infames:vt probat text. i c.omnes.
vj.quæst.j.& not Innocen.in c.qualiter & quando.el ij.de
accusat.& similiter omnes,qui suis culpis ad ordines pro
moueri non possunt:vt in d.c.omnes.& in text.& in glos.
de quo etiã d. §. porro. & secundùm Panor. in c.ex dili-
genti.de simo.incurritur generaliter ex quolibet peccato
mortali:vt vj.q.j.infames.& ibi in glos. summa. & hæc du
rat donec sublatum sit crimen:vt in d.c.infames.& glos.in
c.illi.vj.q.j. ideoq; post pœnitentiam cessat infamia talis.
12 ¶Septimò quæritur specialiter,*vtrum confessio delicti
in iudicio reddat aliquẽ infamem infamia iuris? Et dicit
Bart.in l.infamem.ff.de pub.iudic.& not.Panor. in c.at si
clerici.de iudic.ꝙ non:quia ad infamiam videtur iudiciũ
prætorum requirere vt quis sit cõdemnat⁹ de crimine.l.j.
ff.de his qui not.infam.& in c.criminis.confessus nõ habe
tur pro condẽnato:vt in l.fi cõfessus.ff.de custod.&exhib.
reo.Vnde Bar.in l.furti.ff. de his qui not. infam. dat cau-
telam,vt quando requiritur sententia ad infamiam, solua
tur condẽnatio ante sententiã: & sic quis euadet.arg.l.si
quis reus .ff.de ꝓcura.Similiter nota aliã cautelã, scilicet
ꝙ talis non litiget per se,sed per procuratorem:quia licet
ipse cõdẽnetur,& procurator procuratorio nomine, hoc
tamẽ casu nec dominus nec procurator efficitur infamis:
vt probatur ī d.l.furti. §.si quis alieno.per tex.& gl. & ibi
Bart.hoc not.& docto.Et loquitur quãdo quis conuenitur
vt cõdemnetur actione famosa,vel ex crimine ex quo se-
quitur infamia.Prima tamẽ cautela nõ valet, vbi infamia
irrogatur ipso iure:vt in c.testimonium.de testi. quia per
solutionẽ videtur reus fateri crimen.l.ad solutionẽ.C. de
re iudica.& l.quoniam.ff.de his qui not.infam. ¶Octauò
quæritur,*vtrum efficiatur infamis prælatus remotus pro 13
pter dolum?Et dicit Pan.in c.licet.de simo. & ibi gloss. ꝙ
sic:sicut iura volunt in tutore. ¶Nonò quæritur,*vtrum 14
condemnatus de falso cõmisso in officio testificandi,effi-
ciatur infamis? Et dico ꝙ sic, si directè fuit condemnatus.
de ordi.cogn.c.cùm dilectus.in fi.Secus si directè nõ fuit
actum contra eum,sed vt repelleretur à testimonio.arg.di
cti cap.cùm dilectus.& l. Lucius. ff. de his qui not. infam.
15 ¶Decimò quæritur,*vtrũ infamia iuris tollat executionẽ
ordinum?Et dicit Panor.vbi suprà, ꝙ sic:& exercitium cu
iuscunq; dignitatis,& admit honorẽ quæsitum & quærẽ
dum, vt dicit tex.in l.infamia.C.de decurion. & ideo prę-
latus non expectet sententiã, sed resignet spõte à princi-
pio,& sic vitabit infamiã.Et secundũ eundem in c.quere-
lam. de iureiu .infamia talis priuat ipso facto dignitatib.
& honoribus citra titulos beneficiales:vt probatur ex tex.
l.ij. §.miles.ff.de his qui not.infa.vbi dicit glo.ꝙ sicut in-
famia priuat ipso facto militẽ militia,vt ibi: sic pari ratio-
ne priuat militia cœlesti in alijs dignitatibus &honorib.
Et idẽ videtur velle gl.in l.frustra.C.de restit.milit.In be-
neficialibus autẽ dicit se nõ inuenire textũ hoc dicẽtẽ: vn
de hanc spiritualẽ pœnã non debemus ponere in ipsis,ex
quo iure canonico non cauetur expresse: vt in simili dicit
gl.in c.fi.de iure pat.Fatetur tñ ꝙ collatio facta ifami ipso
iure nulla est.regula,infamib.de reg.iur.li.vj.& l.ij.C. de
digni.& facit c.inter dilectos.de excess.prela.Repellit etiã
infamia talis nõ solùm à promotione,sed etiã ab accusan-
do,testificãdo,postulando,& huiusmodi, sicut de infamia
16 facti dictũ est. ¶Vndecimò quæritur,*quis possit auferre
hãc infamiã iuris? Et dicit Pan. ī d.c.cum te.de sent. & re

iudi.ꝙ solùm.per principem tollitur quo ad illos, qui sunt sibi subiecti, non quo ad subiectos papæ, sed per ipsum papam solum: vt in l.j.ff.de postul.& in d.c.cùm te.& hoc dicrectè. Indirectè autē hoc potest aliquādo episcopus: vt dispensando in casibus sibi à iure permissis: puta condemnatus de adulterio efficitur infamis: & tamen episcopus dispensare potest super adulterio, & sic consequenter in infamia, sed non principaliter seu directè. de quo vide Bar. in d.l.j.& in l. infantem. in fin. ff. de pub. iudi. ¶ Duodecimò
17 quæritur,* vtrū papa possit restituere laicū non subiectū suæ iurisdictioni? Et dico ꝙ nō de iure. ij.q.iij. §. hinc colligitur. nisi fortè esset sibi necessarius in clericatu: & tunc ipse tantùm, & nō alius posset: de plenitudine tamen potestatis hoc potest, iuxta dicēda j. in verbo, Papa. & s. Casus. §.j. casu xliiij. Eos autē, qui de suo sunt patrimonio, restituere potest, & eos, qui iuri aliorū non subsunt, & omnes clericos: vt in c. per venerabilem. qui fil. sint legi. not. Ber. & Inno. & Host. in d.c. cùm te. Similiter tenent doct. ꝙ collegium Cardinalium potest sicut & papa, sed Pan. in d.c. cùm te. contrariū tenet, scilicet, ꝙ nō potest. quod ego ve
5 rum puto, nisi periculū esset in mora expectādi futurū pōtificem: vt in simili dictum est s. Excōmunicatio vij. excōmunicatione xiij. dub. iij. Item Excōmunicatio ix. excommunicatione xij. dub. ij. ix. seruādo. ¶ Decimotertiò quæ-
18 ritur,* vtrum reges tollere possint hanc infamiā iuris? Et dico ꝙ non, secundùm Inno. si subsunt Imperatori: sed bene illi qui superiorē non recognoscūt, secundùm do. Ant.
19 in c. cùm te. ¶ Decimo quartò quæritur,* vtrum restitutus per Imperatorem indigeat alia dispēsatione vt promoueatur? Et dicit Panor. in c. cùm te. ꝙ non, modò egerit pœnitentiam. Et idem dic de restituto per regem, qui nō subijcitur Imperatori. Qualiter autem & quando infamatis sit indicenda purgatio, infrà Purgatio, per totum.

DE INFIDELITATE ET INFIDELIBVS.

1 *Infidelitas quid & quotuplex. & nu. 2.*
3 *Infidelium acta an sint omnia peccata.*
4 *Infideles in suis ritibus an sint tolerandi.*
5 *Peccétne fidelis commercium habens cum infideli. & nu. 6.*
7 *Infidelium dominium an sit fidelibus tolerandum.*
8 *Infideles suis rebus spoliare an liceat.*
9 *Infidelis an sit testis idoneus.*
10 *Infidelium habitum an liceat assumere.*

1 INFIDELITAS* oppositā fidei, quæ est virtus theologica, secūdū S. Th. ij.ij.q.x. & Rom.x. & Aste. in Summ. dupliciter dicitur. Primò scilicet purè negatiuè, vt in his qui de fide Christi nihil vllo tēpore audierūt: & secundò cōtrariè, vt in his, qui audita fide credere recusant. in quo propriè ratio infidelitatis cōpletur. Et primo quidē modo non habet rationē culpę, sed pœnæ: qa est sequela peccati Adæ talis ignorātia diuinorū. vnde tales infideles nō damnātur propter infidelitatē, sed propter alia peccata, quæ sine fide remitti non possunt. pro quo facit illud Io. xv. Si nō uenissem, & locutus eis nō fuissem, peccatum nō haberent. s. infidelitatis ad Christū, secundū Augu. Sed secūdo modo est peccatū grauissimū, vt patet vbi s. Et isto modo nūc de infidelitate prosequimur. ¶ Primò verò quæritur, 6
2 *quot sunt species infidelitatis? Et dicit S. Tho. & Aste. vbi s. ꝙ sunt tres. Paganorū, Iudæorū, & Hereticorum, quę pessima est: quia cōtrarietas ad fidē aut est ad nōdū susceptā: & cōuenit Paganis. aut ad susceptā: & hoc dupliciter, scilicet ad susceptā in sua figura, & cōuenit Iudæis. aut ad susceptā in se: & cōuenit Hæreticis. Vnde Marani propriè sunt hæretici: qa fidē aliquādo susceperūt. ¶ Secūdò quæ-
3 ritur, vtrum omnia quæ faciunt infideles, sint peccata? Et ex San. Thom. ij. dist. xlj. & quarto, dist. xxxix. & ij.ij.q.x. & Rom. xiiij. & ex gl. ibi super illud, Omne quod nō est ex fide, peccatū est. & Aste. respondeo, ꝙ nō omnis vita vel operatio infidelium, peccatum est: sed solùm qñ faciunt aliquod opus ex infidelitate, vel relatū ad infidelitatē: qa qñ Saracenus ieiunat vt seruet legē Machometi, vel Iudæus sabbatizat, & huiusmodi, quo casu mortaliter peccāt: aliàs aūt possunt habere actus bonos ex obiecto vel circunstātijs placētes Deo: licet nullus eorū sit meritorius. ¶ Ter-
4 tiò quæritur,* vtrum infideles sint in suis omnibus, in quibus peccant, tolerandi? Et dicit S. Thom. ij.ij. vbi suprà, ꝙ ritus Iudæorum tolerantur ab ecclesia propter figuram in testimonium Christianæ veritatis: non autē ritus aliorum infidelium, nisi vt vitetur maius malum, vel facilius cōuertantur. Et idem Astensis, dicens infidelium ritus tolerari posse sine peccato: vel propter bonū inde sequens: vel pōpter malum vitandum. Vtrū autem ad fidem sint cogendi, vide suprà Baptismus. iiij. §.vj. & vij. ¶ Quartò quæritur,
5 *vtrum peccēt mortaliter fideles vendētes, vel alio titulo concedentes infidelibus aliqua: puta carnes, oliuas, & huiusmodi, quibus ad eorū ritum vtuntur? Et dico ꝙ sic, si ad hunc finem venderent: quia essent cooperatores. Si verò nō vēdant hoc fine, nec sciūt, aut probabiliter credūt vel dubitant, ꝙ vtentur ad illum finem, nullo modo peccant, per ea quæ dicta sunt s. in titulo Ars. Si verò hoc sciūt, vel probabiliter credunt, seu dubitant: Sum. Angel. in titulo, Infidelitas, videtur tenere ꝙ nō sit mortale: aliter, inquit, ecclesia eos tolerans, cùm sciat ꝙ quasi omnibus vtuntur secundùm aliquam conditionē suarum sectarum, videretur Christianis damnationis laqueū ponere. Summa verò Ros. in titulo, Iudæus secūdò, tenet ꝙ sit mortale, allegās ꝙ hic est permissio tertio modo, quæ scilicet non licet in re illicita, de quo j. Permissio. Ego autē distinguo, dicens ꝙ ex necessitate & rationabili causa vti possumus malo, id est, peccato alteri⁹ ad hoc dispositi ad bonū nostrū, modò nō cooperemur immediatè ad aliquid, quod ex sua natura sit peccatū: sicut ex causa accipio mutuum ab vsurario ab hoc parato participādo cū eo solū in acceptione & datione mutui, quę de se nō est mala. Secus autē sine causa, vel si nō sit paratus, & induco ad fœnus: vel si cooperaret in aliquo de se malo: vt in soluendo maleficiū per virtutē diaboli. Igitur ex causa rationabili licet istis vendere, puta ex magna necessitate vl vtilitate, quia sunt parati ad hoc: nec participatur in aliquo de se malo: sicut etiā ex causa rationabili emo agrū mihi valde vtilē ab eo, quem scio tota pecunia vel eius parte male vsurū, sine causa aūt nō licet: qa dare occasionē peccati sine causa, est peccatū: nō aūt cū causa: puta si mulier ad ecclesiam vadat. Dicit tamen San. Tho. ij.ij.q.clxix. arti. vlti. quòd si qua esset ars ad faciendū opera, quibus homines sine peccato vti nō possunt, artifices talia faciēdo peccant: vtpote præbētes alijs directè causam peccādi: puta si quis fabricaret idola, vel aliqua ad cultū idololatriæ pertinētia: sed loquimur de faciētibus illa intētione: cū non sit ratio quare alia causa fiāt. ¶ Quin-
6 tò quęritur,* vtrū cū infidelibus possint fideles cōuersari? Et dicit S. Tho. ij.ij. vbi s. ꝙ ad hoc non sunt prohibendi fideles in fide firmi, ita ꝙ inde magis speretur illiorū conuersio, quàm horum subuersio: sed prohibēdi sunt simplices & infirmi, ne sine magna necessitate cōuersentur cum eis. Aste. quoq; idem sapit, dicens ꝙ si ecclesia hoc interdiceret propter aliquod eorum peccatū puniendū, sic nō liceret: ū verò non interdiceret, sic distinguit vt San. Th.

Sext

7 ¶ Sextò* quæritur, vtrū permittēdi sint infideles habere
2 dominium super fideles? Et dicit San. Tho. ij.ij.q. vbi s. ꝙ non dominium nouum, sed solum antiquum, quo etiam
2 priuari possunt, vide ibi artic. x. & j. Iudæus. §. iiij. ¶* Septimò, vtrum infideles possint licitè à fidelibus reb⁹ suis spoliari? Et dicit Host. in c. quod super his. de vot. ꝙ sic, si ecclesię dominium nō recognoscūt: per illud Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. quā scilicet potestatem trāstulit in vicariū suum. Secus si ecclesiæ dominiū recognoscūt, & nō sunt infesti Christianis. 3
Pro quo est tex. cū glo. xxiij.q.vij. si de rebus. & hoc tenet Sum. Ang. sed in d.c. quod super his. tenet ꝙ nō, nisi sint infesti Christianis, vel aliter delinquāt in legē naturæ. & facit pro eo tex. xxiij.q.viij. dispar. & hoc tene: quia Sanc. Tho. ij.ij.q.lxvj. art. viij. ad secundū, dicit, ꝙ spoliari possunt suis bonis publica, & nō priuata autoritate, ea ratiōe qua secundùm leges terrenorū principum ea possident iniustè. quod supple est dupliciter, vt innuit Inno. scilicet vel quia illa subripuerūt Christianis, vel quia per dominos fideles cōdemnantur in bonis propter delicta eorū, de quibus eos punire possunt. De Iudæis autem, infrà, Iu-
9 dæus. ¶ Octauò* queritur, vtrū infidelibus sit credendum in aliorum præiudicium? Et dicit Panor. in c.j. de hære. ꝙ non: arg. d.c.j. quia ex quo sunt infideles Deo, non præsūmuntur fideles hominibus: ideò q; testes non admittūtur 4
contra Christianos. ij.q.vij. non potest. & c. Pagani. quod tamē fallit in materia hęresis: vt j. Iudęus. §. iiij. parti. viij.
10 ¶ Nonò* queritur, vtrū liceat assumere habitum infidelium, & sic se simulare infidelē? Et dicit Rodo. ꝙ sic, ex causa rationabili, sicut fecit sanctus Sebastianus: modò in tali veste nō sit aliquod signū, vel aliquis character principaliter institutus ad discernēdū professores alicuius infidelitatis: quia sic nō liceret, eo ꝙ per tale signum mentiretur cōtra fidei professionē. Sine causa verò rationabili nullo 5
modo licet. Vtrū dubitare de fide, sit mortale, siue infidelitas: vide suprà, Hęresis. j. §. iij. Vtrum etiam cum infideli bus sit disputandum, vide suprà, Disputare, per totum.

¶ INFIRMVS famulus an debeat habere sālarium, vi de s. Familia. §. ij.

INFRA aliquādo excluſiuè, aliquando inclusiuè sumitur. Vide per Inno. de fide instrumē. c. inter dilectos. & Ioan. Mon. de exce. pia. super verbo, octo. lib. vj. & Ioan. Andr. de cler. coniu.

INGENVVS est is, cui ex natiuitate competit libertas, qui non est factus liber, sed natus. Insti de inge. in prin. de ser. non or. instruendi. in glo. & sic nulli tenetur obsequi. Potest tamē libertus consequi ingenuitatem, scilicet si à domino suo non fuerit expositus.

DE INGRATITVDINE, & Ingratis.

1 *Ingratitudo an semper sit peccatū, & speciale peccatū. nu. 2.*
3 *Ingratitudinis quot sunt gradus.*
4 *Ingratitudo an sit mortale peccatum*
5 *Ingratus an debeant beneficia subtrahi.*
6 *Ingratus an excusetur ex impotentia.*

INGRATITVDO est vitiū oppositū gratiæ, siue gratitudini. vnde sicut gratitudo est virt⁹ retribuēs benefactori quod debet, ita ingratitudo est vitiū nō retribuens
1 benefactori quod debet. ¶ Primò* verò quærit, vtrū semper sit peccatum? Et dico ex S. Tho. ij.ij.q.cvij. ꝙ sic: quia cùm duplex sit debitū, scilicet legale, ad quod reddēdum inducit iustitia: & morale, ad quod inducit honestas virtutis: & qā reddit gratitudo, ingratitudo tollit hoc debitū honestatis: & cōsequēter opponitur gratitudini, quæ est
2 virtus: & consequēter est vitium & peccatum. ¶* Secūdò quæritur, vtrum sit speciale peccatum? Et dico ex Sanct. Tho. ij.ij. vbi s. & iij.q.lxxxviij. & iiij. distinct. xxij. & Pet. Aure. ꝙ ingratitudo materialiter ad Deum est in quolibet peccatum, inquantū scilicet homo facit aliquid, quod potest ad ingratitudinē pertinere: vt si quis voluptate ductus fornicationi cōsentit contra Deum benefactorem: & tunc est circunstantia: formaliter autē est, quando actualiter beneficum contemnitur, vel nō appretiatur, aut nō
3 recognoscitur: & sic est speciale peccatū. ¶ Tertiò* quæritur, quot sunt gradus ingratitudinis? Et dico ex eodē, ꝙ sicut gratitudo habet diuersos gradus, quorū primus est beneficium recognoscere: secundus, gratias & laudes agere: tertius, tribuere pro loco, & tēpore secundū propriam voluntatē. ita ingratitudo opposita habet similiter diuersos gradus. Et quia primum in generatione est, vltimum in resolutione: prim⁹ gradus ingratitudinis est non retribuere, secūdùm quod decet: secundus est dissimulare, id est, nō laudare, nec gratias agere: tertius est, nō recognoscere, siue per obliuionem, siue per quemcūque alium modū. Et quia in negatione intelligitur opposita affirmatio, ideo ad primū gradū ingratitudinis pertinet, ꝙ aliquis retribuat mala pro bonis: ad secundū ꝙ beneficium vituperet: ad tertium, ꝙ illud maleficium reputet.
4 ¶ Quartò* queritur, vtrū ingratitudo sit peccatum mortale? Et ex Sā. Tho. colligitur, quòd cū dupliciter sit quis ingratus: primò per omissionem, vt nō retribuendo, non regratiando, nō recognoscendo: & secundò per commissionem, agendo contrarium: quātum ad primum est mortale, si prætermittatur aliquid quod necessariò erat faciēdum simpliciter, vel in casu, vel ratione interioris cōtemptus: & similiter quātū ad secundū erit mortale, si aliquid fiat, quod necessariò erat omittēdum: vel ratione cōtemptus interioris. aliàs est veniale. ¶ Quintò* queritur, vtrū
5 ingratis sint beneficia subtrahenda? Et dicit s. Tho. vbi suprà, aliud esse quod ingratus dignus est pati: quia sine dubio meretur subtractionē: aliud quod beneficiū oportet facere: quia primò nō debet esse facilis ad ingratitudinē iudicandam: quia fortè beneficiato non occurrit facultas aut debita opportunitas retribuēdi. Secūdò debet tendere ad hoc, ꝙ de ingrato faciat gratum: quod quidē si non potest primo, fortè secundo beneficio faciet: sed si ille ex beneficijs multiplicatis ingratitudinē augeat, & fiat peior, debet à beneficiorū exhibitione cessare. Et idē dicit glo. in c. nō omnis. v. q. v. dicens, ꝙ si præsumitur ex beneficijs trahentes ad gratitudinē, vel ad minus malum, non sunt subtrahenda: sed si ad peiora, vel ad perseuerādum in ma-
6 lo inducitur, subtrahi debēt. ¶ Sextò,* vtrū ex impotentia possit quis ab ingratitudinis vitio excusari? Et dico: ꝙ non: quia ad debitū gratitudinis reddendū magis attenditur volūtas, quàm opus. Vnde dicit Seneca in libro, de benefic. quòd beneficium non in eo, quod fit, aut datur, consistit, sed magis in dantis, aut facientis animo. Et ideo sufficit volūtas recompēsandi, cùm deest facultas. Vtrum autem propter ingratitudinem reuocetur donatio, suprà Donatio. j. §. xiij.

IN integrū restitutio, est prioris status, vel iuris reintegratio, per quā subuenitur minoribus, & ecclesijs: vt in l.j. C. de sen. pas. & secūdùm Spe. est audientiæ reintegratio. ff. de min. l. ꝙ si minor. §. si restitutio. Et in integrū restituere, est reducere in eum statū, in quo quis erat ante læsionē. extrà eo. auditis. in gl. Quandoq; etiam per hanc subuenitur maiorib⁹ ex legitima, & iusta causa. ff. ex qui-

bus cauſ.maior. per totum. & ſic intelligitur c.ex literis. eodem titu. & c.cùm Bertoldus.de re iudica. & c.ſignificante.de pignorib.

DE INIVRIIS.

2 *Iniuria quot modis dicatur. & quot modis fiat. & nu.*
3 *Iniuriam quis faciat, ut teneatur.*
4 *Iniuriam an ſemper faciat, qui uocat furem, uel homicidam.*
5 *Iniuria non ſit matronæ, quæ in habitu meretricis eſt muenta.*
6 *Iniuriam repellere an liceat, etiam percutiendo.*
7 *Iniuriam an teneatur quis remittere.*
8 *Iniuriarum actio cui competat.*
9 *Iniuria qualiter æſtimari debeat.*
10 *Iniuriarum actio qualiter tollatur.*
11 *Iniuriæ ſatisfactio, uel condẽnatio quãdo faciat quem infamẽ.*

INIVRIA, ab in,id eſt,nõ,& ius,dicta eſt:quaſi non iure, aut cõtra ius facta:aut ſecundũ etymologiam, quaſi
1 iniqua iura.& multiplicirer dicitur. ¶ Primò*enim dicitur generaliter non iure factum,ſcilicet vt iniuria opponitur iuri priuatiuè, vel contradictoriè: vel qa nullo iure 7
precipitur,aut vetatur,vt leuare feſtucã. ¶ Secũdò ſpecialiter dicitur culpa: vt in l.Aquilia.ſcilicet vt iniuria opponitur iuri cõtrario. ¶ Tertiò dicitur iniquitas, vel iniuſtitia iudicãtis,quaſi ius iniquum, & iniuſtum: Inſti.eodem titu. in princip. ſcilicet vt iniuria conſiſtit in iuris abuſu. ¶ Quartò ſecũdũ vſum loquentiũ propriè dicitur quod fit contra alicuius honorẽ: vt ff.eod.l.j. & l.apud Labeo-
2 nem.* Et fit tribus modis:primò re,ſicut cùm manus inferuntur:vt in d.l.j.§.j.& xvij.q.iiij. ſi quis ſuadente.ſecundò verbis,ſicut conuiciãdo,aut cõtumeliando: vt in d.§. j.facit c.olim.eo.tit.c. in literis. ſicut cùm quis ad infamiã alicuius libellũ, vel famoſum carmen,aut hiſtoriam con- 8
ſcribit.ff.eod.l.lex Cornelia. §.ſi quis verborum. & idẽ ſi aliquid malo dolo fecit, vt aliquid horũ fieret:puta, dimiſit ſcripturam cadere in platea:arg.ff.de verb.ſigni.l.latę. Nec diſtinguitur vtrũ nomine ſuo, vel alterius ediderit, vel vtrum nomen expreſſerit eius,quem intendebat infamare nẽcne:modò per circunſtantias agnoſci poſſit. Eodem modo tenetur,ſi ſine ſcriptura notam,vel ſignum aliquod iſtorũ prodiderit: puta,quia veſte lugubri vtitur in alicuius iniuriam:vel cornua poſuit in porta,& huiuſmodi.ff.eo.l.item apud Labeonem. §.ait prætor.ne quid infamandi cauſa fiat.& v.q.j.quidam maligni ſpiritus. & de
3 iſta quarta eſt hic ſermo. ¶ Primò* verò quæritur, quis poſſit iniuriã facere, ſeu de iniuria teneri? Et dico, quòd ille tantùm,qui etiam pati illam poteſt: quod tamen fallit in furioſo & puero, qui nõ eſt doli capax, & in dormiente, qui eam pati poſſunt,& nõ facere. Aduertendũ eſt tamen,quòd nullus iniuriã facere poteſt, aut de iniuria tenetur,niſi ſciat,aut ſcire debeat,ſe iniuriam facere:quia ſi quis per iocum percutiat,aut dum certat,non tenetur iniuriarũ.ff.eo.l.illud. ¶ Secundò* quæritur, vtrum teneatur de iniuria is,qui vere alicui dicit,latro,fur,homicida, 9
4 & huiuſmodi?Et dicit Hoſtien.quòd non, ſi faciat animo accuſandi,aut denuntiandi delictum,& probauerit.ff.eo. l.eum qui. in princip.vbi dicitur, peccata nocẽtium notaeſſe,& expedire & oportere.& C.eod.titu.l.ſi quidem.Et idem ſi faciat excipiẽdo, vt eum repellat à teſtimonio.de teſtib.ex parte.vel ab ordine, aut beneficio.de accuſ. ſup. his. quia hoc iure cõceditur: & nemo facit iniuriam, qui vtitur iure ſuo.de elẽc.cum eccleſia Volaterrana. Si verò dicit ad infamandum tantùm, quod præſumitur, quando non habet iuſtam cauſam dicendi,iniuriam facit, & condemnãdus eſt.d.l.ſi quidem.& l.iij.C.eo.vj.q.j.ex merito. & c.deteriores.& not.Hoſt. & Ber.in c.ſi culpa. eod.titu.
5 ¶ Tertiò*quæritur, vtrũ fiat iniuria matronæ deprehenſæ in veſte meretriculari,ſi intententur? Et dico quòd nõ facit c.in audientia.de ſenten.excõ.nec iniuriatur matrimonio,ſecundùm Hoſt. & Ber. qui illud ignorauit.C.de adul.l.ſi ea.ſicut nec militiæ, qui militẽ ignorat.ff. locati.
6 l. ſi ignorans. Secus in habitu honeſto. ¶ Quartò* quæritur,vtrum poſſit quis iniuriam repellere?Et dico,quòd defendendo ſolùm ſecundùm omnes licet:ſed percutiẽdo, ſunt opiniones:quia dicit Hug. §.ſi verò ita.diſtinc.l. quòd non licet.quod Ber.& Lau.in c.ſuſcepimus. de homicid.reſtringit ad clericos: ego verò dico iuxta dicta ſuprà Bellum.ij.§.j. quòd licet etiam clericis, ſi aliter iniuria vitari non poteſt,intelligendo de perſonali cum moderamine inculpatæ tutelæ.& eſt mens Alexã.in iij.parte Sum.Si verò ſit verbalis,idem dicẽdum videtur,quod de fuga turpi, vt ſuprà, Bellum.ij.§.iij. dictum eſt. Intellige omnia dũ iniuria eſt in fieri, nõ in facto eſſe: ſed tunc dic
7 vt §.ſeq. ¶ Quintò*quæritur,vtrum iniuriam paſſus teneatur illam remittere? Et dicit glo.in c.ſi quis contriſtatus.xc.diſtin.quòd non,quo ad actionem,ſcilicet vt ei ſatisfiat.xxiij.q.iij.ſi illic.imò dicit,quòd agendo bene facit,vt ſatisfaciat.xlv.diſt.& qui.& xxiij.q.v. de occidẽdis. quia iniuriator tenetur nedum petere veniam, ſed etiam ſatisfacere de damno dato ex iniuria ſi poteſt:aliter abſolui nõ poteſt, niſi iniuriatus remittat actionem iniuriæ liberaliter,quo ad conſcientiã.Rancorem verò cordis etiã iniuriatore nõ ſatisfaciente tenetur iniuriatus dimittere. de pœn.diſt.v.c.vlti.imò nunquam debet admittere:quia non licet aliquem odire. xxiij.q.iiij. cùm in lege.xj. q.iij.
8 inter verba. ¶ Sextò*queritur,cui cõpetat,vel detur actio iniuriarum? Et dico,quòd ipſa non naſcitur ex pacto,ſed ex contumelia.l.ſi vnus.ff.eo.vnde competit ei, qui iniuriam patitur: vt not.Inſtit.eo.titu.in rubrica. contra eum, qui illam intulit,vel inferri procurauerit. Inſtit.eo.tit.§. non ſolùm. Notãdum eſt verò,qp nedum iniuria fit alicui in perſona propria, ſed etiã ſi fit filio, vel ei,quem habet in poteſtate:Inſti.eo.§. patitur. dũ tamen iniurians ſciebat eum filiumfamilias,licet ignoret cuius. Datur etiam actio filiofamilias in nomine ſuo.l.ſi filiusfamilias.ff. de actio. & obligationi. Item in ſponſam,vel vxorem: & ſic datur actio viro & mulieri:& ſi ſit filijsfamilias,etiam patri.l.j. §.vlti.ff.eo. non tamen patitur ſponſa,vel vxor iniuriam factã viro:quia vxores à viris, nõ viri ab vxoribus defenduntur.ff.eo.l.ij.de ſponſa.dicitur in l.itẽ apud Labeonem. §. ſponſum. Item datur hæredi ob iniuriã factã cadaueri defuncti,cuius eſt hæres,vel ſi fama eius ſit laceſſita.d.l.j.§.ſed ſi fortè cadaueri. Itẽ datur domino ob iniuriam atrocem factã ſeruo.d.l.item apud. §. prætor ait.& Inſtit.eo. §.ſeruus. Item datur epiſcopo pro iniuria facta clericis,& abbati ſuis monachis:vt notãtur c.parochianos. de ſentẽ.excom. ¶ Septimò*quæritur, quãti condemnabitur reus in hac actione? Et dico,quòd tanti, quanti actor iurauerit ſe nolle illam iniuriam ſuſtinuiſſe: premiſſa tamen iudicis taxatione. Inſtit.eo.tit. §.pœna.ff.eo.l.inſtitutionibus. In iſto autẽ iuramento duo modi traduntur. Nam quidam dicunt, quòd ſufficit actorẽ iurare, qp nollet lucrari tantum, vel tãtum pro eo, quòd talem iniuriã ſuſtineret. Sed alij dicunt verius, qp debet iurare ſe potius velle de ſuo perdidiſſe tãtum, vel tantum,quàm talẽ iniuriam ſuſtinuiſſe.quod Hoſtiẽ. in Summa,de iniurijs, & dam

& damno dato.videtur approbare.& Spec.eodem titulo.
10 ¶ Octauò quæritur,*quomodo tollitur vl'aboletur actio iniuriarum?Et dico qp multis modis. ¶ Primò remiſsione: vt per ſupplicationẽ aut preces. xxiij.q.iij.ſi illic.aut per pactum.ff.de pactis.l.ſi tibi decem. §.j. ¶ Secundò diſſimulatione.ff.eod.l.non ſolùm. §.j.vbi dicitur, qp ſi ſtatim paſſus iniuriam ad animũ non reuocauerit, poſtea ex pœnitentia remiſſam iniuriam non poterit recolere.& Inſtitut. eo. §.vlt.Vnde illata iniuria actor ſi per annũ vtilẽ, quando eſt per merum,aut continuũ,ſi eſt alio modo illata, nõ agit,aboletur.l.ſi cum exceptione. §.in cauſæ.ff.quod metus cauſa.& C.de iniur.& quod no.in gl.l.ſi non conuicij. poſſet tamen etiã poſt annũ agere indirectè per viam ex- 1
ceptionis:puta ſi iniuriator eſſet excõmunicatus,nõ abſolueretur,ſecundũ Hoſt.& Panor.in c.ea noſcitur. de ſentẽ. excõmunica. ¶ Tertiò,ſalutatione,deoſculatione, comeſtione,& huiuſmodi ſignis: quæ ſunt ſigna reconciliationis,ſicut ſubtractio ſignum eſt inimicitiæ: vt no.gloſſ.in c. cùm Adrianus.diſt.lxiij.& in c.cùm ſuper abbatia. de offi. deleg.quod intellige verum, niſi à principio prouocaſſet 2
aduerſarium,citare eum faciendo:quia tunc per oſculum, & prædicta ſigna non tolleretur, niſi expreſsè renũtietur, vel tranſigatur.& ſic intellige prædictam l.non ſolùm §.j. ¶ Non credo etiam, qp tollatur dicta actio, ſi homo exhibet ſigna quæ inimico exhibere tenetur neceſſariò: quia per illa non dicitur quis reconciliatus.pro quo facit quod no.Bar.in d.l.ſi tibi decem.quòd infirmus dicendo ſacerdoti ſe remittere ſibi illatã iniuriã, intelligitur remiſiſſe, odiũ,& non ſatisfactionẽ iniuriæ. ¶ Quartò tollitur,quoties quis iudicẽ incitat ad torquendũ iniuriantem,eo ipſo qp eum torquet aut cõdemnat ad vindictã:vnde aliã ſatisfactionẽ actor petere nõ poterit pro iniuria:vt eſt bonus tex.& ibi Bart.in l.ſed & ſi vnus. §.ſi ante iudicem. ff.eod. niſi proteſteris qp ex hoc nõ vis tibi præiudicari,quin pro tuo intereſſe poſsis agere actione iniuriarũ: vt l.fin.ff. de iniur. ¶ Quintò per mortẽ:quia talis actio non tranſit ad hæredem ante litis conteſtationẽ moriente iniuriato:vt l. iniuriam.ff.eod.Et hæc omnia limita vera,ſecundùm Pan. in c.olim.de iniur.quo ad actionem iniuriarum, ſed non quo ad damna & expenſas.quia per hoc non tollitur quin agere poſsit ad reſtitutionem.arg.cap.j.de iniur.& ſic ſerua in conſcientia.Et etiã ſi iniuriatus non ageret, teneretur reus ad intereſſe & damna quæ intulit, niſi velit illi remittere:vt in d.capi.j. ¶ Nota tamen ſecundũ Hoſtien. in 3
Summa.titu.de pœniten. qp ſi iniuriatus nollet cum iniuriante componere, vel nimis eum grauaret:tunc iniuriator in conſcientia tenere poſſet arbitriũ iudicis pœniten
11 tiæ.arg.cap.veniens.de iureiu.&cap.ij. de arbit.*Aduerte etiam, quòd ſi quis pœnam ſoluat pro remiſsione iniuriæ obtinendæ,efficitur infamis,niſi pactum fiat iudicis'au thoritate.ff.de his qui not.infam.l.furti. §. pactus. & not. Ioan.in dicto c.ſi illic.Similiter eſſet infamis,ſi eſſet condẽnatus per iudicẽ,ſiue ciuiliter,ſiue criminaliter agatur. ff.de his qui not.infam.l.athletas. §.vltimo. Et ideò cùm agitur contra aliquem, procuratorem cõſtituat, vel faciat compromiſſum:vt §.Infamia. §.vij. Quando autem iniuria dicetur atrox vel enormis,vide ſuprà,Enorme. §.ij. & Abſolutio quartò,in principio.

INIVSTITIA ſecundùm S.Thom.ij.ij.quæſtio. lix. & alios Theologos,eſt duplex: quædam ſcilicet illegalis oppoſita iuſtitiæ legali: & quædam conſiſtens in quadam inæqualitate oppoſita iuſtitię ſpeciali,de qua infrà.Et iſta cùm in proximi nocumẽto cõſiſtat,ex ſuo genere eſt peccatum mortale,quia eſt contra charitatem. Excuſatur tamen vt non ſit mortale vel ratione ignorantiæ,ſecundùm Philoſophũ v.Ethi.vel ratione paruitatis rei:quia deficit à ratione perfecta eius,quod eſt iniuſtũ facere, inquãtum reputari poteſt non eſſe omnino contra voluntatem eius qui hoc patitur:puta ſi quis alicui auferat vnum pomum vel aliquid tale, de quo probabile eſt quòd non lædatur, nec ei diſpliceat.

DE INOBEDIENTIA.

1 *Inobedientia conſiſtit in committendo & omittendo.*
2 *Inobedientia quando ſit ueniale peccatum, & quãdo mortale.*
3 *Lex quando obliget ad peccatum.*

INOBEDIENTIA*dicta eſt quaſi non obedientia:vnde eſt priuatio vel negatio obedientię,cõſiſtens in duobus,ſcilicet in omittendo quo ad præcepta vel mãdata affirmatiua quæ imperant opus:& in agendo quo ad negatiua quæ opus vetant: ſicut obedientia econtrario cõſiſtit in faciendo quo ad affirmatiua, & omittẽdo quo ad negatiua. Quando autẽ alicubi ſit præceptum, & quando mandatum,vel conſilium,vide infrà Præceptum. ¶ *Eſt autem duplex inobedientia,ſecundùm Sanct. Thomam, ſecunda ſecundæ.quæſt.ciiij.vna ſcilicet ſpecialis, quæ eſt contẽptus præcepti, de quo ſuprà, Contemptus. Eſt iſta, vt ibi dicit,ſemper eſt peccatum mortale.& intellige,etiam ſi nõ ſit cõtra præceptum,ſed ſolùm contra mandatũ: quia ipſe contemptus eſt formaliter ſuperbia,quæ eſt peccatũ grauiſsimum.Et alia generalis,id eſt,omnis receſſus à præcepto vel mãdato:& iſta non videtur ſemper eſſe peccatum mortale:ſed ſic videtur diſtinguendum.Aut enim eſt contra conſilium:& tunc ſi fit conſilium perfectionis,vt illud, Vade,vende omnia quæ habes:non eſt peccatum.& ſic intellige gloſſam in cap.generali.de electione.lib.vj. & iura quæ allegat.Si verò ſit conſilium reuerẽtiæ quod dicitur mandatum:vt quando ſubditus deberet facere,ſed ſuperior nõ vult præcipere:vt eſt illud,Veritatem loquiminis:ſic eſt veniale,vt notat Archidiaconus in cap.teſtamẽtum.diſt.vj.& diſt.xxv. §.alias ea demum. Aut eſt contra præceptũ.Et dupliciter:Nam aut eſt cõtra præcepta Dei, ſiue iuris diuini:aut eſt contra præcepta hominis,ſiue iuris humani,vel poſitiui.Si eſt contra præcepta Dei, ſic eſt ſemper mortale,ſi eſt ſcienter vel ex ignorantia non excuſante,facit §.porro.xxxij.diſtinct.& diſtinctio.lxxxj.ſi qui presbyteri,vbi dicitur idololatria.& xiiij.quæſtio. j. quiſquis.Si verò ſit ignorantia excuſante,de qua ſuprà, Ignorantia. §.vij.ſic nõ eſt mortale.*Si verò eſt circa precepta iuris poſitiui, diſtingue.Nam ſi talis lex ſeu præceptũ per longa tempora receptũ nõ fuit,ſciente ſuperiore & tranſgreſſores non puniente,ſic non eſt mortale. & facit quod notat Panor.in cap.cùm olim.de cleric.conſtug.vbi declarat Græcos clericos nõ peccare,licet accipiant vxores: Ex quo nota,qp quando lex generalis recipitur in vſum à certo genere perſonarum,& ab alio non recipitur: nõ obſeruantes non peccãt,ſaltem poſt temporalonga.iiij.diſt. §. leges.& quod notant doctores in cap.j.de treuga & pace. non obſtante eo quod ibi tenet Hoſt. quia loquitur quando talis ſuaricatio eſt peccatũ de ſua natura: quo caſu nõ receptio non excuſat. Secus ſi eſſent eiuſdẽ generis:& maior pars acceptaſſet:quia licet ſuperior nõ puniret, tamen pars minor nõ excuſaretur: ſed haberet locũ illud, Multa per patientiam tolerantur,&c. de præben.cum iandudũ. Idem dico ſi talis lex fuit recepta, ſed per conſuetudinem abrogata:quia non peccant inobedientes:vt ſuprà Cõſuetudo. §.ſexto.Si verò talis lex non eſt repudiata, ſeu non

accepta, nec abrogata cõsuetudine: tũc diuersa est opinio inter doctores. Nam quidam, vt Collec. in c. j. de constitutionibus. & multi alij dicunt, ℘ talis inobedientia nõ est mortale, nisi fiat ex cõtemptu. quam opinionẽ Sum. Ang. ascribit etiam beato Bern. lib. xj. de præcepto & dispen. sed non est verum: quia Bern. non loquitur de inobedientia præceptorum, sed mandatorum, vt patet intuenti. Alij verò dicunt, ℘ est mortale solùm ratione contemptus vel consuetudinis: quæ est quidam contemptus interpretat⁹. quod Sum. Ang. adscribit Richar. j. quol. quæst. xix. sed de hoc supra Contemptus. §. j. Et hanc opinionẽ Sum. Ange. sequitur contra Rosel. inobedientiam, quæ non est ex cõtemptu aut consuetudine, dicens veniale peccatum: quia non est totaliter contra sinẽ legis. sed hoc non bene dicitur: quia sequitur, ℘ scienter contrahens in gradibus ab ecclesia prohibitis, nõ ex cõtemptu, sed ex voluptate nõ peccaret mortaliter: cùm hoc nõ faciat ex cõsuetudine. quod est absurdũ, cùm sit iure excommunicatus: nec est verum quòd tunc agatur contra legis intentionẽ. Alij verò dicũt esse mortale solùm, quãdo fit scienter contra præceptũ, sic ℘ frustratur intentio præcipientis. quod tunc dicunt esse, quando fit sine causa rationabili, intellige vera vel æstimata: ita ℘ non est mortale primò nõ obedire ex ignorãtia, nisi esset affectata vel crassa: nec secũdò agẽdo præter aut cõtra verba seruãdo intentionem, ita ℘ probabiliter credi potest, ℘ si adesset legislator, nõ vellet obligare: nec tertiò etiam agendo contra intentionem & veritatẽ, nõ autem secundũ existimationem non obedientis, nisi laboraret prædicta ignorantia. & ista est vera mens Sancti Tho. in iiij. dist. xv. & secunda secundæ, quæst. cxlvij. vbi loquitur de ieiunio: vt etiam ẽ. patuit. & Panor. *in rubri. de obs.* ieiu. & Archid. distin. lxxvj. in c. vtinam. & Gemin. in c. generali. de elect. lib. vj. pro qua facit c. ij. de maior. & obed. & c. quod præcipitur. xiiij. q. j. & glos. in cap. quisquis. iiij. quæ. v. Sicut autem dictum est de præceptis statutorũ, ita dicendum est de præceptis prælatorũ & superiorum, excepto ℘ quo ad punitionem & transgressionem mitius agitur cum lege, &c. ¶ Quæ autem dicta sunt de inobediẽtia statutorum, quòd scilicet est peccatum: Henr. de Gan. iij. quolib. q. xxij. quem sequitur Summa Angelica, nõ intelligit indistinctè etiã quo ad statuta pœnalia: sed circa ea distinguit: quia aliquando ibi sunt duo præcepta: vt, statuimus ne fiat tale quid: & qui fecerit, soluat decẽ: & tũc obligant ad culpam. Aliquando vnum tantùm: vt, statuimus, ℘ qui sic fecerit, sic soluat: & sic obligat solùm ad pœnã. Sed ista distinctio est verbalis tantùm & puerilis: quia nullus apponit pœnã statuto, nisi quia vult aliquid fieri vel omitti: ideo dic indistinctè cùm S. Thoma, ℘ omnes leges humanæ obligãt in conscientia sive ad culpam, modo sint iustæ. & sic intellige Gemin. & glo. in c. vt animarum. de constitutioni. lib. vj. & not. in c. quod super his. de vot. & Ioã. Andr. in c. relatum. ne cler. vel mona. & Gemin. in c. perpetuæ. de electione. lib. vj. qui dicũt indistinctè, ℘ statutũ pœnale præceptiuum licet contineat aliam partẽ corporalem, obligat tamen ad mortale, sũprà Gabella. iij. §. viij. De hac materia infrà, Lex. §. ix. & infrà Statutum. §. j.

2

¶ INOFFICIOSVM dicitur, quod est sine officiõ, vel contra officium, id est, obsequium: vnde inofficiosum testamentum dicitur, quod est cõtra officium pietatis, vt infrà Testamentũ. j. §. vj. & inofficiosa dicitur donatio, quæ est cõtra officiũ pietatis, ad similitudinẽ inofficiosi testamẽti: vt C. eodem tit. l. j. quia scilicet per eam liberi vel parentes excluduntur à bonorũ subsidio ex proposito donãtis, vel re ipsa. quod etiam sufficit ad reuocationem, per nota. in l. si liqueat. in glo. C. eodem.

¶ INQVILINVS est, qui conducit rem vrbanã. l. erro rẽ. in glo. iuncta l. licet. C. locati. vide infrà Locatio. §. ix.

INQVIETVDO mentis est auaritiæ filia: & communiter est veniale peccatum, nisi interueniat omissio alicuius necessarij ad salutem.

DE INQVISITIONE ET INQVIrente primò in genere.

1 *Inquisitio quid & quotuplex sit.*
2 *Inquirere qui possint.*
3 *Inquisitio de quibus fiat in ciuilibus et criminalibus. & nu. se.*
5 *Inquisitio contra quem fiat.*
6 *Inquisitus an recusare possit iudicem.*
7 *Inquisitus an teneatur veritatem respondere.*
8 *Inquisitus confitens an de alijs criminosis interrogetur.*
9 *Inquisitio impugnari potest, quando deficit in substantialibus.*
10 *Inquisitionem an præcedere debeat infamia.*
11 *Inquisitionis quæ sit forma. & num. 15. & 17.*
12 *Inquisitio habet quinque substantialia.*
13 *Testes de quibus iurent & deponant in inquisitione.*
14 *Inquisitio quando fiat, & ex quibus causis.*
16 *Inquisitio ex alicuius promotione, & ex fama, differt.*
18 *Probationes quales esse debeant, vt ex inquisitione sequatur condemnatio.*
19 *Fama an faciat plenam fidem vel probationem.*
20 *Inquisitionis quis sit effectus.*

INQVISITIO ab inquirendo, importat inuestigationem alicuius incogniti: quæ & iuridica vel canonica dicitur, si fiat secundùm iura vel canones. & de eius substantia sunt quinque, vt infrà §. iij.* Est autem inquisitio triplex, secundùm quod colligitur ex Panor. in c. qualiter & quando. el ij. de accusa. scilicet generalissima, qua inquiritur super statu totius prouinciæ vel diœcesis. & generalis, qua inquiritur super statu alicuius ciuitatis, castri, vel loci: & specialis cõtra certam personam, siue ad imponendam pœnam, siue ad peccatum euitandũ ex debito officij. Vel dic ℘ est triplex. prima scilicet generalis simpliciter, id est, quãtum ad personas & delicta: vt cùm *præses* inquirit an sint homines facinorosi: de qua in l. congruit. ff. de offic. præsid. & secunda specialis simpliciter, id est, quantũ ad personas & delicta: vt cùm de certo & limitato delicto cõtra certam & limitatam personã præses vel prælatus inquirit: de qua in l. ea quidem. C. de accu. & tertia generalis simul ac specialis secũdũ quid: siue fit generalis quo ad personas, & quo ad delicta specialis: vt cũ præses inquirit contra eos, qui Titium occiderunt: de qua in l. mandatis. de condictione ob turp. caus. siue econtrario sit generalis quo ad delicta, & quo ad *personas* specialis: vt cùm potestas vel alius punitur ad syndicatum. ¶ Primò quæritur ex parte inquirentis,* quis possit inquirere? Et dico tria. ¶ Primum. Quilibet prælatus inquirere potest cõtra subditum suum: imò tenetur, ne subditorũ sanguis de manibus eius exquiratur *in die iudicij.* de offic. ordi. irrefragabili. de regul. c. vlti. facit etiam c. licet Eli. de simo. xxxvij. distinct. ligant. & dictũ cap. qualiter. el ij. ¶ Secundũ. Generaliter secũdũ Angel. de Perus. inquirere potest iudex, si est cõpetens: aliàs non tenet inquisitio. de sentent. & re iudicata. ea quę fiunt. lib. vj. Vbi sciendũ est, secũdũ ipsum, ℘ in causis meri imperij, vt sunt criminales, solus iudex habens merũ imperiũ potest inquirere: quia huius negotij ipse solus habet iurisdictionẽ. ff. de iurisd. omniũ iudi. l. iubere. incidenter autẽ etiã iudex ciuilium causarũ potest inquirere de causis meri imperij. C. de testi. l. nullum. vt cùm testis corã eo falsum deponit: quia tunc ratione ĩcidẽtis cognitionis causa meri imperij deuoluta est ad sũa iurisdictionem: & punit talis inquirens inquisitum pœna extraordinaria secundũ aliquos, vel secũdùm alios pœna ordinaria. & si clericus falsum deponat corã iudice laico, puniri quidem potest per eum. secundùm Cy. glos. in d. l. nullum, secundùm Ray. verò puniri non potest, per c. si diligenti. de for. cõpe. Et primũ dictum verum est iure ciuili antiquo: dictum verò Ray. iure canonico & ciuili nouo: vt C. de epis. & cler. l. statuimus. In causis verò ciuilib⁹ & peculiaribus spectãtibus ad publicam vtilitatẽ inquirere potest omnis iudex, ad iurisdictionẽ, officiũ, & cognitionem talis causa spectat: ad priuatam verò vtilitatem, vel ad remouẽdum tutorem vel curatorem tãquam suspectum, Romæ prætor inquirit vel subdelegatus, & in prouincia proconsul. Et cùm hodie Potestates terrarũ, in terra, quã regunt, teneant locũ præsidis, coram eis agẽda est quæstio suspecti tutoris. Ad inquirendũ tamen cõtra vsurarios, vt vsuras restituãt, inquirere possunt ordinarij locorũ, & eorum vicarij. de vsur. ad nostram. ¶ Tertium. Monachi & religiosi deputari nõ possunt à sede apostolica generales inquisitores, secundùm Pan. in c. cùm dilecti. de accus. nisi sint in dignitate. de rescrip. statutum. lib. vj. Vbi not. secũdùm eundẽ in c. causam. el j. de iudic. ℘ in statutis & odiosis monachi nõ veniũt nomine fratrũ, nec monachæ nomine sororũ. & dicuntur propriè fratres & sorores mẽdicantes: non mendicãtes verò & habitantes solitariè, monachi vel moniales appellãtur. ¶ Secundò q̃ritur, ex parte materiæ inquirẽdæ,* de quibus possit inquiri? Et dico, ℘ Ang. de Peru. vt recitat Arch. iij. parte, tit. ix. sic virtualiter dicit: Inquisitio fieri nõ põt secũdùm glos. iuris ciuilis in §. si publico. nisi in his casibus. Primò ratione iniurię illatæ presbyteris aut eorũ ministris, etiã in loco occulto existentibus. Secũdò in crimine suspecti tutoris. Tertiò in charta falsa producta corã iudice. Quartò in falso teste. Quintò in crimine notorio. Sextò in casib⁹ notatis in d. §. si publico. Sed cõtrà, inquit, quia potest ĩquiri ẽt cõtra omnem sacrilegũ, latronem, & plagiariũ. l. iiij. §. mãdatis. ff. ad leg. Iul. pecu. & cõtra faciẽtẽ seditionẽ in ciuitate, in authen. de mãd. princ. §. fi. &, vt videtur, regulariter cõtra omnem malũ hominem. de offic. præsid. l. cõgruit. Nicolaus verò de Nacta in quadã sua disputatione recedẽs ab opinione illius gl. dicit inquisitionẽ fieri posse in sex casibus, quos, ℘ regulis Bar. in d. §. si publico. sibi assumit. Primò scilicet ad denũtiationẽ officialis. f. publici ad hoc deputati: vt cùm per statutũ deputãtur in comitatu officiales, ne malèficia cõmittantur. l. diuus. de curato. Secundò propter præcedentẽ incidentẽ cognitionem: vt in falso teste. C. de testib. l. nullũ. Tertiò propter præcedẽtẽ generalem inquisitionẽ: vt scilicet inuento malefactore fiat specialis inquisitio, vt cõdemnari possit: aliàs frustra fieret. l. cõgruit. de of. præsi. Quartò vbi maleficiũ corã iudice cõmittitur: vt falsa charta. C. de probatio. l. iubem⁹. Quintò propter atrocitatẽ criminis, & iniuriã clericis factam. C. de epis. & cler. l. si quis in hoc gen⁹. Sextò propter criminis notorietatẽ: vt *in* l. ea. C. de proba. Septimò, secundũ Bar. vbicunq; sine metu calumniæ & sine solẽnitate inscriptionis procedit accusatio. sed hoc septimũ reprobat gl. quæ etiã recitatis multorũ opinionibus dicit virtualiter sic: Inquisitio fit duabus ex causis. f. ad priuatã aut ad publicam vtilitatẽ. ad priuatam aũt regulariter nõ fit inquisitio. f. ex officio: quia quæ ĩ iudicio agũtur, ad partis postulationẽ agenda sunt, non ex officio. ff. de iudi. vbi quis age. l. q femel. quod tamẽ fallit in calib⁹. Primò in suspecto tutore, quia ad vtilitatẽ populi inquiritur nullo postulãte. Secundò in donatiõe tutoris, qui dari potest ex officio nemine petente. Tertiò, quia cẽsetur ad vtilitatẽ priuatam potest inquirere. Quartò, quia & prætor similiter cõtra executores publicos ad priuatã vtilitatẽ, ne vexẽt tributis & alijs huiusmodi: vt in authen. de mand. prin. §. coges. Quintò, episcopus similiter ĩ causa vsurarũ, vt restituatur priuato, de iureiur. ad nostrã.* Ad publicam verò vtilitatẽ si fiat in quisitio, aut erit in causis ciuilibus: & tũc regula est quòd in omnibus causis merè ciuilibus & numarijs principaliter vtilitatem reipublicæ cõcernentibus procedi põt per inquisitionẽ. C. de bono. pos. l. si quis. aut *in criminalib⁹*: & tunc dãtur quatuor regulæ. ¶ Prima. Vbicunq; crimen est tale, ℘ accusando solẽnitas relaxatur: de illo potest inquiri. quod probatur. C. de accu. l. ea. quod etiã not. Inno. in c. vestra. de cohab. cler. & muli. & idẽ est quod ad denuntiationem publici officialis potest *inquiri*: quia per talem denuntiationẽ fit crimen notorij. ¶ Secũda. Vbicunque cõmittitur crimen coram iudice, ita, ℘ offẽdat pars, vel iudicis maiestas, potest inquiri de eo. quod ,pbatur C. de testi. l. nullum. Vnde si quis coram iudice producit falsum testem, vel vtitur falso instrumẽto: qa *iudicis* aures offendit & partis, meritò potest inquiri. ¶ Tertia. Vbicũq; crimen est de atrocioribus, fama publica precedẽte à fide dignis, potest inquiri. quod probatur l. iiij. §. mãdatis. ff. ad leg. Iul. pecul. quia in *istis* accusationibus iuris solennitas relaxatur. Et *inter* atrociora reputat *iniuria facta clericis*: vt C. de epis. & cle. l. si quis in hoc gen⁹. ¶ Quarta. His casibus exceptis nõ põt in criminalibus causis ingri. quod probatur per l. rescripto. §. si quis accusatus. ff. de mun. & hono. Quod intellige de iure ciuili: quia de canonico *inquiri* potest etiam *in alijs* casibus: vt *quoties* præcedit ifamia: de qua ĩ. §. iiij. vel accusatio aut denũtiatio. Vnde & idẽ Ang. dicit, ℘ de iure canonico, quo ingsitio est remedium ordinariũ. de sen. excõ. cùm dilecti. vera est sequens opinio. Nam secũdùm aliquos, duplex est inquisitio: vna principaliter ex officio iudicis nobili: alia mercenaria seu incidens ex officio iudicis mercenario seu incidẽter. Prima tribus modis fit. Primò, quãdo per famã imploratẽ: vt *in* l. iustissimos. C. de offici. rec. prouĩ. nã fama tenet locũ accusatoris: de accu. qualiter & quãdo. Secũdò, quãdo per promotorẽ pronocat. de accu. cùm oporteat. Tertiò, quãdo excitatur per publicam denũtiationẽ: vt d. l. ea. ¶ Tertiò quæritur* ex parte personæ contra quã ingritur, quid de illa iura tradiderint? Et dico multa. ¶ Primũ. Oportet inquisitum, seu personã, cõtra quam inquiritur, esse de iurisdictione inquirentis quãtũ ad articulum de quo inquiritur: aliter contra ipsum inquiri nõ potest. de foro cõpe. si diligenti. & authen. statuimus. de epis. & cler. ¶* Secundum. *Inquisitus* recusare potest *iudicẽ*, si habeat illũ suspectum: de app. cum speciali. puta quia ex odij fine ,pcedit: vel quia est criminosus. arg. iij. q. vij. iudicet. potest etiam negare infamiã pcessisse, & cõsequẽter oportebit iudicẽ primò cognoscere hoc: vnde si infamatum nõ inueneris, ,pcedere nõ poterit: aliàs sic: de appel. cùm oporteat. & c. cùm oporteat. & c. qualiter. el ij. Et licet accusator probet infamatum: nihilominus reus probare poterit, ℘ sit bonę famæ. ar. de purg. cano. c. cùm in iuuẽtute. & potẽti⁹ erit priuilegium bonæ famæ, quàm infamiæ: arg. de acc. licet. in fin. & not. Bern. in d. c. qualiter. el ij. *Ista* tamen quo ad omnia seruanda non sunt in inquisitione regulariũ: quia

facilius & liberius possunt a suis administrationibus amoueri.d.c.qualiter. quod limita, nisi infligendum sit graue præiudiciũ.arg.d.c.qualiter.in fi.in verbo,facilius & liberius. ¶* Tertium. Inquisitus an teneatur de omnibus respondere veritatem.Pet.de Pal.in iiij.dist.xix.dicit,q̃ sic, tam de se quàm de alio,quãdo certum est,iudicem inquirere in causa,in qua de iure potest:quia in iudicio mentiri est mortale. Si verò certum est quòd iustè inquirit,puta quia nõ præcesserit accusatio,nec denũtiatio,nec clamosa insinuatio,nec infamia illius, nec factum est diuulgatũ nec denuntiatũ in speciali:vt talis iacet occisus,nec scitur à quo:nõ in generali, puta tale monasteriũ est diffamatũ de religionis dissipatione: nõ tenetur nec de se nec de alio:quia ille in hoc nõ est suus iudex.Si verò sit dubiũ iuris aut facti,præsumendũ est pro iustitia iudicis, & debet homo dicere veritatẽ.hęc ex illo.Pro quo tamen aduerte q̃ ex sola denuntiatione vel notorietate facti in generali vel speciali licet iudex licitè inquirat in genere,tñ nullus tenetur fateri veritatem,etiã inquisitus in specie: quia specialiter iudex inquirere nõ potest, nisi de isto ingsito precedat ifama,vel huiusmodi:vt suprà Correctio. §.viij. ¶ Quartum.Eo ipso,q̃ quis habet aliquod crimẽ,propter quod iudex contra illum iustè inquirit,secundùm Per. de Palu.etiam de alijs criminibus potest inquirere : quia nõ propter occupationẽ peccati,sed peccatoris homo de occultis iudicare prohibetur:vnde vbi iã per vnicũ crimen est diffamat⁹,etiã de alijs debet dicere veritatem. Et similiter si socij sui sunt in statu,q̃ iustè contra eos agi potest pro vnico crimine,etiam de omnib⁹ alijs potest & debet prodere illos,quando eorũ correctionem non sperat: maximè cùm peccatũ illorum est in periculum cõmunitatis: vt quia scit eos fures & latrones & impœnitẽtes: eũ autẽ, qui iã pœnituit,accusare nõ debet,nisi iustè de eo nominatim interrogaretur.hæc ille.Et intellige in occultis:secus in his quę ꝓbari possunt:vt §. Accusatio. §.ix. ¶ Quintum.*Inquisitus & confitens propriũ delictum,an debeat vel possit de alijs criminosis interrogari.Bart.in l.repeti. ff.de quæst.distinguit:nã quædam sunt crimina, quæ principaliter in alterius offensam vel odiũ nõ committuntur: sed propter cõmittentium cõmodum:vt falsare vel fabricare monetã,latrocinia facere:& in his potest interrogari de socijs,vt probatur in l.diuus.ff.de cust.reo.& in l.,pũnciarum.C.de fer. Quædam verò cõmittũtur principaliter in odium offensi:& in istis secus:vt in d.l.repeti.& l. vlt.C.de accu.quod tamẽ fallit in casu l.prius.ff.ad Sillan. & secundũ Pan.in c.j.de confes.etiam fallit in crimine læ
9 sæ maiestatis. Sextũ.*Inquisitus potest impugnare inquisitionem,quoties deficit in aliquo de substãtialib⁹:nec ex tali inquisitione condẽnari potest,nisi cõfessus sit crimẽ, vel talem defectũ substantialium nõ opponat:quia tũc sequi potest condẽnatio,de cõfes.c.j.lib.vj. Huiusmodi aũt substantialia,secundũ Ang.de Peru.sunt quinq;,vt j. §.vj. ¶ Quartò quæritur ex parte causæ motiuæ ad inquiren-
10 dum,*vtrũ necessariò precedere debeat infamia? Et dico multa. ¶ Primũ. Fama publica & clamosa insinuatio à fide dignis procedẽs,incitat iudices ad inquirendũ,adeò, q̃ inquisitio fieri nõ potest,nisi diffamatio ꝓcedat à viris honestis,nõ maleuolis & maleficis,nõ semel, sed pluries.de simo.licet Heli.de accusa.qualiter & quãdo.el ij. vbi not. Pan.& expresse patet in tex.q̃ in prelatis.f.secularibus,oportet infamiã esse tãtam vt tolerari nõ possit sine scãda-
11 lo: vt quia infamantur de incontinẽtia: vel periculo, vt qa infamantur de hæresi vel de dilapidatione:sed contra sub ditum sufficit præcedens infamia, etiam non scandalosa: & similiter contra prælatũ regularem. ¶ Secundum.Infamiam necessariò ꝓcedere inquisitionẽ,secũdùm Ange.de Peru.& Archi.fallit primò vbi inquiritur ad remotionem prælatorum regulariũ:quia non est necesse,quòd ꝓcedat periculosa vel scãdalosa. Secũdò vbi sit præsente parte & nõ opponẽte,q̃ non præcesserit infamia,vel non legitimè. de accus.c.ij.lib.vj. Tertiò, vbi sit cõtra eũ, qui crimen est cõfessus.de confes.c.j.lib.vj.quod dupliciter potest intelligi.primò secũdũ dicta Pet. de Pal. §.priore.par.iiij.quãdo quis iustè inquiritur de vno crimine: quia inquiri potest de alijs,etiã si de illis non sit infamatus: secũdò de crimine cõfessò,sed nõ iuridicè. Quartò,vbi sit generaliter contra caput & mẽbra alicuius ecclesiæ,ciuitatis,castri, vel loci,de delicto in genere.de offi.ord.c.j.& ita tenet Hos. in Sum.Vnde hoc possunt syndicatores rectorũ,q̃ syndicant caput & membra,puta Potestatẽ,capitaneum, vel ei⁹ officiales.& ita de consuetudine seruatur.Quintò, quãdo fit ad denuntiationẽ publici officialis:de offic.ord.c.j.in fi.& ita tenet Hosti.Sextò,cùm iudex inquirit ex mero & puro officio ex sua voluntate, nõ ad instigationẽ alteri⁹: & idẽ vbi inquirit ex necessitate officij:etiã in criminali, vbi nõ est necessaria diffamatio,etiã si ex volũtate, nõ ex necessitate inquirat sine alteri⁹ petitiõe,ex mero officio, vel ad denuntiationẽ publici officialis. Adde tu septimò quando procedit aliquo accusante,& semiplenè probãte, vel apparentibus expressis indicijs: quia tũc secundũ Sã. Tho.ij-ij.q.vj.artic.j.& ij.& primo quolibeto,articu.xvj. & iudex per iuramentum,& prælatus per præceptum põt exigere veritatem.quod est inquirere. ¶ Tertiũ. De ista præcessione infamiæ Pã etiam vbi suprà sparsim sic dicit: Si inquisitio sit generalissima, non requiritur infamiam præcedere:quia ad illam tenetur prælat⁹ quolibet anno. de censib.c. cùm venerabilis.& c.Romana. eod.tit.lib.vj. Similiter nec si sit generalis,& in c.j.ff. de offi.ordin.& l. congruit.ff.de offic.presid.Similiter nec si sit specialis,id est,contra certam personam,& fiat non ad pœnam imponendam,sed ex debito officij:vt ne matrimonium cõtrahatur propter impedimentum, vel nõ promoueatur quis ad prælaturam, vel electus non cõfirmetur,si reperitur vitiosus.ad quod c.postquam.& cap.cum dilecto.& c.nihil. de elect.& c.fi.de cland.despon.& quod not.Inn.in c.j.de excess.prælat.Similiter nec si sit specialis, & fiat ad pœnã imponendam ad denũtiationem publici officialis.C. de accu.l.ea quidem.de testib.cogend.c.præterea.sed nõ de nuntiatur nisi notoria, aliàs non creditur denuntiatoribus.de quo tamen dic vt iiij.quæst.iiij.vlti.hæc ex illo.cui adde quòd etiam nõ requiritur, quòd ꝓcedat infamia,si iudex procedat ad acculationem alicuius semiplenè probantis, vel præcedẽtibus indicijs. Si autem nullum horũ præcedat,regulariter in speciali inquisitione ad pœnã requiritur infamia, qua nõ præcedente non potest inquiri, vt in d.c.qualiter & quando.& not.Panor.in c. ad nostrã. de iureiu.el ij.In casibus tamen potest inquiri, vt dictũ est particula prior.e. Adde etiam,quòd ista infamia,q̃ præcedere debet,aliquãdo à doctoribus dicit esse publica.Vnde dicit San.Tho.quolibeto xj.artic.xiij.quòd debet præcedere clamor cõgregationis:& verum est,si inquirat ad instantiam alterius.aliquãdo verò dicitur sufficere,quòd fit apud bonos & graues:& verum est si ꝓcedatur ex officio. ¶ Quintò quæritur* quæ sit forma inquisitionis? Et dico,quòd Angel.de Peru.tradit formas inquisitionum habentium aliquid specialiter:& recitat Archi.iij.parte. tit.

ix.c.

ix.c.vij.viij.ix.ex quorũ dictis colligo multa. ¶ Primum. Forma inquisitionis generalis quo ad personas,sed specialis quo ad delicta, quantum ad substantiã vel essentiã suã, includit quinq;.primò vt nominetur modus procedendi, qui est inquisitio:& secũdò persona inquirens cũ officio importante iurisdictionẽ ad inquirẽdũ: & tertiò personæ in genere,cõtra quas inquiritur:& quartò delictũ,de quo inquiritur:& quintò locus ac tempus,quibus delictũ commissum est.sic:Hæc est inquisitio,quo ad primũ:quæ fit per A.syndicum vel Potestatem talem,quo ad secundum:cõtra omnes & singulos,quo ad tertium:qui Titium occiderũt,quo ad quartum:tali loco & tempore,quo ad quintũ. ¶ Secũdũ.Forma inquisitionis generalis quo ad delicta, sed specialis quo ad personas,quantum ad substantiã, vel essentiam suam includit etiam quinq; prædicta,& eodem modo:excepto,quòd personas exprimit in specie, & delicta in genere,sic:Hæc est inquisitio,quo ad primũ:quæ fit per A.syndicum talem,quo ad secũdũ:cõtra N.olim Potestatẽ talem & ministros eius,quo ad tertiũ:super eo quod iniquè egit,quo ad quartũ:intra tale tẽpus & in tali loco, 14 puta palatio suæ residentiæ,quo ad quintum. ¶ Tertium. Forma inquisitionis specialis quo ad personas, & delicta quantũ ad substantiã,vel essentiã suam includit prædicta quinq;,ita tamẽ,q̃ personã & maleficiũ specificet inquirẽdum:& vlterius addit sextũ,id est,infamiã ꝓcedentẽ,sic: Hæc est inquisitio, quæ fit per talẽ cõtra talẽ, de eo quod fama publica ꝓcedẽte, & clamosa insinuatione referẽte, nõ quidem à maleuolis & suspectis,sed ab honestis & fide dignis,ad aures eius peruenit, quòd Titium interfecit tali tẽpore & loco. ¶ Quartũ. Inuẽtis malefactoribus specialibus per generalẽ inquisitionẽ,contra eos fit specialis inquisitio:ex qua ad condemnationẽ venitur,nõ ex generali:& omnes testes examinati in prima inquisitione,examinari debent in secũda: aliter ex primis attestationibus inquisitus dãnari nõ posset:cũ testes deposuerint eo nõ citato:& sic testimoniũ eorũ erat nullũ in eius præiudiciũ.C.
12 de testi.l.si quãdo. ¶ Sextò quæritur,*quot sint de substãtia inquisitionis? Et dico,secũdùm Arch.post Ange. de Peru.q̃ quinq;. Primò, q̃ iudex inquirens sit competens de sen.& re iudi.ea quæ.lib.vj.Secundò,q̃ inquisitus sit de iurisdictione inquirentis quo ad illum articulũ.de foro cõpe.si diligenti. Tertiò,q̃ materia talis sit,de qua possit inquiri,iuxta dicta superius. §.ij. Quartò, q̃ præcedat infamia,nisi in casibus,de quib⁹ §. §.iij. Quintò,q̃ inquisitio habeat formã,de qua in §.priore. aliter sequi nõ põt condemnatio:vt in c.qualiter.& c.inquisitionis.& c.cũ oper-
13 teat.de accu. ¶ Septimò quæritur,*quid de testibus in causa inquisitionis iura tradiderint? Et dico multa. ¶ Primũ. Forma iuramẽti testium in causa inquisitionis hęc est: Si est inquisitio cõtra personã & crimẽ determinatũ,iurat testis,q̃ super crimine dicet plenã veritatẽ.de simo.licet Heli. Si verò est super statu ecclesiæ, iurat dicere de his, quæ scit, vel credit in ecclesia reformãda,vel respõdere ad iterrogata.de accu.cùm dilectus. Nec tamẽ in talib⁹ debet iurare de occultis,id est,secũdũ Veruec.de quibus quis non est informatus:quia secretorũ solus Deus iudex & cognitor est.di.xxxij.erubescãt.& ij.q.v. cõsuluisti. & solũ Deũ habẽt vltorẽ.C.de iureiur.l.iusiurandum. ¶ Secundum.Si testes interrogẽtur super occultis:si inquisitio sit generalis,respõdere nõ debẽt nisi de crimine,de quo infamia ꝓcessit.de accu.qualiter & qñ.el ij.& multò minus si sit specialis cõtra aliquẽ. Si verò præcesserit infamia contra aliquẽ, dicent veritatem super omnibus,quæ sciunt de eo quo in quiritur,etiam si illud,quòd sciũt,sit occultum:vt si de fornicatione agitur.& vocatur is,qui cum eo fuit,debet dicere secretas circunstãtias,etiã quas secretò nouit: etiã si iurauit tenere secretum:quia vel iuramẽtum fuit illicitum: vel intelligendum,erat, q̃ nõ reuelaret nisi ex iusta causa: si tamẽ esset infamatus de fornicatione,sed nõ cũ ista muliere,nõ esset reuelanda occulta fornicatrix. Gõcor. Inn. & Host.in c.qualiter.el j.de accu. & Io. & Arch.ij.q.v.habet hoc.& Veruec. ¶ Tertium.Si tamen in generali inquisitione testes aliquid dixerint de occultis, de quibus non præcesserit infamia:dictum eorum nõ valebit ad puniẽdũ. de accusa.inquisitionis.In speciali aũt inquisitione,si inquiratur super certo capitulo, vel crimine, secus est:si tũ vnum crimẽ,puta homicidiũ,sit positum in forma inquisitionis, & testes deponant de alio,puta furto:condemnari reus de furto non poterit: quia respectu eius nõ est determinatus locus aut tempus : quod tamẽ fallit si de crimine constaret per propriam confessionem.de cõfessis.c.ij.lib. vj.Et ratio est,quia nullæ sunt partes iudicis in cõfessum, nisi condẽnando. ¶ Octauò quæritur,* quando,siue ex q̃- 14
bus causis ad inquisitionem procedẽdum sit:Et dico,q̃ de hoc Richardus in iiij.distinctione xix.sic dicit:Malam famã talem vt propter eã prælatus debeat procedere ad inquirendũ,non faciunt dicta paucorum:quia dicit gloss.in capit.inquisitionis.de accusationibus.q̃ dicta paucorum non infamãt:& debet fama esse per villã siue parochiam, ad hoc vt fiat inquisitio.secunda, quæstione prima: Deus omnipotens. Quando igitur mala fama ortum habeat ab incerto motore,vel authore,si ad aures prælati deuenerit per clamosam insinuationem,& ex ea scandalũ in populo generetur, debet ad inquisitionem procedere, quanuis nullus se offerat ad accusandum factum,vel famam:sed eũ procedit ad inquirendum, inquirere nõ debet de quibus infamia nõ præcessit. Quando verò ortum habet à certo authore,vel certis authoribus:tunc si illi non sunt inimici,sed prouidi & honesti,debet prælatus procedere ad inquisitionem.Et similiter si sunt quidẽ inimici & maleuoli, sed hoc non constat certitudine, sed per præsumptiões non violentas.Si verò constet eos esse tales per legitimas probationes,vel eorum confessionẽ, vel præsumptiones violentas,& infamatus aliàs fuerit boni nominis,& persona notabilis:non est ad inquisitionem procedendum: de purgatione canonica.capite,quum in iuuentute. Quidam tamen dicũt procedendum esse ad inquirendum,vndecũque procedat mala fama:& infamato canonicã purgationem indicendam,saltem propter scãdalum, de accusationibus.cap.qualiter & quando.Sed intelligitur quando illi,à quibus infamia ortum habuit, nõ probantur esse inimici,vel maleuoli.hæc ex illo.Vbi nota, quòd secundùm Raynerium,cuius est dicta opinio,sufficit,q̃ quis sit infamatus apud bonos & graues, non distincto à quibus ortũ habeat infamia:cùm ab incerto authore procedat:de consecratione,distinctione quarta.sanctum.& cõcordant Bernardus & Hostiensis. Igitur secundùm Veruec. & Summam Confess.libro tertio, titulo xxxiij. quæstione v. ad inquisitionem procedendum est ex quatuor causis.Primò ex clamosa insinuatione, vt dictum est: quod Summa Angelica in inquisitione particulari ad pœnam limitat,quãdo fama publica defertur iudici sedenti pro tribunali ad banchum:aliàs,inquit,in secreto non valet,secundùm Angelum in lege,si vacantia. C. de bonis vacantibus. & cum alijs indicijs : aliter iudex ad aliquem actum procedere non potest.Sed oppositum est verũ,vt suprà patuit ex dictis

ctis Richardi: quia inquiritur aliquãdo, etiam si nullus famam accusat, & ipsa fama denuntiat locum tenens accusatoris: de simo. licet Heli. Ang. aũt loquitur secundũ ius ciuile. Secundò propter timorẽ scãdali, quod potest ecclesiã turbare, siue sit vnus adeò potens, ꝙ ipse scãdalizatę potest ecclesię scãdalum suscitare: siue sint plures: quia ad remotionem talis scãdali inducitur purgatio, & illa inquisitionẽ sequitur. Tertiò cõtra eũ qui est suspectus suo prælato, vel principi terræ, vel alijs bonis viris: quia ex hoc indicitur purgatio. Et intellige de suspicione ꝓbabili, etiã si ne infamia, sed nõ sine indicijs: vt j. Purgatio. §. ij. Quartò propter periculũ etiã sine infamia: sicut fit in hæresi & alijs criminibus, quæ serpũt in occulto, nõ tamẽ sine indicijs. Quintò adde, ex denuntiatione publici officialis, vel famã probare volẽtis. de accusa. cum oporteat. Sed tamẽ in nullo crimine procedi potest ad inquirendũ ex sola denũtiatione publica; nisi præcesserit fraterna correctio. de simo. licet Heli. Vnde eã se fecisse denũtiator ꝓbabit, ꝓprio iuramẽto, secũdũ Arch. ij. q. j. si peccauerit. quantũ ad primam, quæ fuit inter seipsum solum: & per testes inductos, quantum ad eam quæ fuit corã testibus: licet etiã ad istam putem sufficere iuramentũ, vbi testes prædicti haberi non possunt. Sextò ex accusatione cum semiplena probatiõe. Septimò ex cõmissione iuris, vel hominis. Et hæc omnia
15 patẽt ex dictis. ¶ Nonò quæritur, *qualiter in inquirẽdo sit procedendũ? Et dico multa in genere & in specie. ¶ Primũ. In inquisitione primò debet poni locus delicti & tempꝰ, vt dictũ est, tãquã subst̃ãtialia: alia verò opportuna; sed in libello accusationis necessaria, secũdũ formã l. libellorũ. Insti. de publi. iu. in inquisitione obseruari nõ debẽt, secũdũ gl. ibi. & secundũ Inno. secundũ tamẽ Iac. But. quem sequitur Ang. excepta inscriptione, omnis alia solennitas, quæ seruatur in accusatione, seruanda est in inquisitione. Et secũdò debet procedi cõtra præsentem: & si est absens non per cõtumaciã, citandus est. Sed tamẽ secundũ Arch. hoc de consuetudine non seruatur: quia semper inquiritur de delicto, etiam si inquisitus sit absens, & nõ per contumaciã: est tamẽ contra omnia iura, & quòd condemnetur. Et tertiò debet inquirẽdus ante formationem inquisitionis interrogari de inquirẽdis, vt habeat facultatẽ defensionis: & si ante formetur quàm interrogetur, est nulla: vt in d. c. qualiter. tamẽ de cõsuetudine cõtrariũ seruatur, & valet: vt in c. j. eo. ti. lib. vj. si nõ fuit oppositum. ¶ Secũdum.
16 *Inquisitio, quam facit iudex alio procurante siue promouente, & quam facit ex officio suo ad clamorẽ famę, dupliciter differũt. Primò, quia in illa inquisitus iurare nõ cogitur, ne ex hoc possit instrui promotor inquisitionis: sed ipse tenetur probare suã intentionẽ: aliàs puniretur suspẽsiõe ab officio, & beneficio, vel aliter, donec se purgauerit, ꝙ nõ animo calumniãdi crimina imposuit: de calũ. cũ dilectus. In ista verò inquisitus cogitur iurare, ꝙ respõdebit veritatem ad interrogata: siue inquisitio sit contra priuatam personam, siue contra conuentam. Et secundò, quia in illa publicatis attestationibus non recipiũtur alij testes, quia timeretur de subornatione: in ista verò potest denuò ab alijs testibus veritas inquiri. ij. q. v. habet. & c. Mẽnam.
17 ¶ Tertium. *In generali inquisitione cũ alicui cõmittitur inquisitio ecclesiæ cõtra caput & membrũ, procedẽdũ est primò de plano sine strepitu iudicij: cũ nõ deceat seruos Dei talibus implicari. de accu. olim. nõ tamẽ, ꝙ ordo iudiciarius omnino prætermittatur: sed per modũ, qui dicemr infrà Iudicium. §. iij. Et secundò inquisitor debit iura tutũ clericis, si est cõtra ecclesiã super his quæ sciunt, vel credũt in sua ecclesia reformãda tã in capite, quàm in mẽbris, exceptis criminibus occultis, de merã veritate dicenda: vt in d. c. qualiter. de acc. Nec iuramẽtũ, vel interdictũ, vel excõcatio lata ab abbate, vel alio inferiore cõtra subditos ne reuelẽt inquisitori, valet, aut ligat. imò tenẽtur i quisitores talẽ temeritatem castigare. de offi. ord. pleriq. lib. vj. Et tertiò procedet ad recipiẽdũ dicta eorũ, quos inquirit, vel testiũ, si quos ꝓducũtur ab aliquo, quibꝰ exponet obiecta & nomina testiũ: quod tamẽ fallit in casu, de quo §. Hæresis. ij. §. iiij. & in tali inquisitione recipiũtur testes tales, quales in eccl'ia inuenĩtur: quia quæ domi fiũt, per domesticos ꝓbari oportet. de test. veniẽs. & quartò exceptiões cõtra testes & alios, & replicatiões legitimas admittet, vt deponẽdi falsum ꝓhibeatur audacia. v. q. ij. si primates. & d. c. qualiter. §. debet. ¶ Quartũ. In inquisitione verò contra singularẽ personam sic procedẽdũ est, ꝙ primò fieri debet in loco, in quo illa conuersata est. xxiij. q. j. paratus. & de præsum. quorundam. quod intellige si cõmodè fieri potest: aliàs nõ est necesse. Et secundò citandus est in quirendus. d. c. si primates. & d. §. debet. & sic debet esse ꝓsens, nisi se per cõtumaciam absentauerit. Tertiò fieri debet corã ecclesię senioribus: & exponẽda sunt inquirẽdo capitula, de quibus inquirẽdus fuerit: & dãda illi dicta & nomina testiũ: quod tamẽ secũdũ Ang., de Per. fieri debet post testiũ depositionẽ, id est, attestationẽ, & non ante: vt cesset omnis materia corrũpẽdi testes. Ita no. Hosti. super d. c. qualiter. Et quartò secundùm Gul. & Ange. testes non possunt examinari parte nõ citata: per l. si quando. C. de testi. aliter nõ inferũt præiudiciũ non citato. Et quintò admittẽdæ sunt exceptiones: vt §. particula priore. Et sextò inquisitor debet facere iurare & testificari etiã eos q denũtiauerunt. de simo. licet Heli. secus in via accusationis: qa accusator nõ potest esse testis. de accu. cũ P. Et septimò inquisitus potest opponere cõtra inquisitorẽ, ꝙ sit suspectus, vel criminosus: vel cõtra denũtiationẽ, vel literas ad inquirendum impetratas, & contra testes & dicta eorũ. de accu. cũ oporteat. Et octauò postquam inquisitus cõfessus fuerit aliqua crimina corã eo, qui cõtra eũ super illis fuerat deputatus, non poterit impugnare confessionem, quominus puniatur: dicẽdo, ꝙ super illis nõ fuerat ante diffamatus, vel ꝙ per eãdem inquisitorem capitula, super quibus volebat inquirere, sibi tradita nõ fuerũt. de accu. post quam. li. vj. Et nonò, quòd si inquisitor talis processerit ad veritatem inquirẽdam omissa inquisitione infamię, inquisito præsente, nec reclamante, aut quicquam super hoc excipiẽte, nõ poterit ob hoc inquisitus impugnare processum, quia nõ fuit de infamia primitus inquisitum. de accu. siis. lib. vj. Et omnia prędicta intellige etiam in inquisitione speciali, ad quã ex generali venitur. ¶ Decimò quæri-
18 tur, *quæ ꝓbationes requirãtur, vt ex inqsitione seq possit condẽnatio? Et dico, ꝙ quando inquiritur contra laicum de crimine, requiruntur probetiones apertæ & necessariò concludentes: vt in l. sciãt. C. de probat. Contra religiosum verò, si de crimine inquiritur, adhuc requiruntur ex actiores. de simo. licet Heli. Diuersimode tamen probationes contra religiosum requirũtur. Nã si inquiritur ad correctionem secundùm regulam, secũdùm eam de plano inquirẽdũ est, nõ seruata forma dicti c. qualiter. vt no. de appel. reprehẽsibilis. Si verò inquiritur ad remouendum ab administratione: tunc quando agitur de priore, vel abbate curã habẽte, authoritate diœcesani instituto, quantum ad quædã seruanda est forma dicti cap. qualiter. licet non quo ad omnia: quia nõ vocabitur modo prædicto, vt se defendere

fendere possit: de accu. ad petitionẽ. & remoueri poterit leuiꝰ & ex leuioribus causis quàm clerici seculares, i quo spectanda est cõsuetudo specialis locorũ religiosorum: de appel. quia verò. Quando verò agitur de priore simplici, vel alio officiali: tunc talis instituit & destituitur ad abbatis arbitrium, vt no. Inn. in d. c. qualiter. ¶ Vndecimò quæ
19 ritur, *vtrũ fama faciat plenam fidẽ vel probationẽ? Et dico ꝙ Bart. in l. de minore. ff. de quæst. refert Dir. & Cy. tenere, ꝙ fama cum vno teste facit plenã probationem in ciuilibus, nõ in criminalibus, in quibus requiruntur probationes luce clariores. Ipse verò dicit, ꝙ quædam sunt in quibus sufficit famã sic esse, licet in veritate ita nõ sit: & tunc sufficit probatio famæ: vt l. Barbarius. ff. de of. præt. Quandoq; verò requiritur ꝓbatio veritatis, quòd ita sit: & tũc quando ipsa fama seu cõmunis opinio facit & inducit veritatem, sufficit ꝓbatio famæ: vt l. j. §. j. ff. de flu. & facit l. cùm de lanionis. §. afinã. ff. de fun. instru. Quando verò fama nõ inducit veritatẽ, dicit, ꝙ si fama probetur solùm ex voce populi nõ ꝓbata aliqua præsumptione, ex qua dicta fama & opinio trahat originem, tunc fama nõ probat: sed magis dicetur vana vox populi, quæ nõ est audiẽda: adiuuat tamẽ probationẽ iam factam: vt l. iij. §. eiusdem. ff. de testib. Si verò ista fama esset probata, quæ traxit originẽ ex aliquibus præsumptionibus legitimis præcedẽtibus, in quibusdã casibꝰ facit probationẽ plenã: puta in causis breuioribꝰ vel modici præiudicij, nõ in alijs. Sed an faciat semiplenam, ita, ꝙ cũ vno teste probet: dicit, ꝙ debemus cõfiderare illa indicia & illas præsumptiões qualiter vrgeãt: & secundùm qualitates illas dicam, inquit, eam facere semiplenam probationẽ, vel non facere. Et ita debet intelligi glo. in l. excusantur. §. j. de excu. tut. & d. l. iij. Et ex hoc habes etiã perpendere vtrum fama sit sufficiẽs indicium ad torturam, vel nõ: hæc ex Bart. ¶ Duodecimò queritur,
20 *quis sit effectus inquisitionis? Et dico, ꝙ si inquiritur cõtra prælatum vel habentem administrationẽ, & conuincitur: pœna eius est remotio, exemplo villici diffamati, cui dictum est, Iam non poteris villicare. Lu. xvj. de accu. qualiter. Si verò non habet administrationẽ, pœna est arbitraria, secundũ merita personæ & qualitatẽ excessus. de acc. inquisitionis. in fi. quod tamẽ fallit in criminibus enormibus, quæ ordinis executionẽ & beneficij retẽtionem post peractam pœnitentiam impediunt: vt est in simoniaco in ordine & beneficio. d. c. inquisitionis. Quæ autem dicantur enormia, vide suprà enorme. & suprà Crimen. De Inquisitoribus verò hæreticorum, vide suprà Hæresis. ij.

RVRSVS DE INQVISITIONE II.

Specialiter quo ad religiosos.

1 *Inquisitio contra clericos, & religiosos qualiter fiat.*
2 *Torqueri potest clericus, & religiosus ua inquisitionis.*

INQVISITIO iterũ secundò, specialiter cõsiderari potest quo ad religiosos & clericos: in qua etsi obseruãda sint omnia dicta sit. priore, præter ea de quibꝰ specialiter cautum est, tamen ad pleniorem notitiam sciẽdum est, ꝙ Archi. post magistrum Simonem virtualiter dicit multa.
1 ¶ Primum. * Aut talis inquisitio fit in generali super statu ecclesiæ vel capituli, aut cõtra determinatam personã. Et si in generali: ab omnibus tũc inquirendum est, & omnes tam beneuoli quàm maleuoli audiendi. Sed si contra determinatam personã, maleuoli & extranei possũt omnino repelli, & similiter infames. ¶ Secundum. Quando sic procceditur, scilicet contra determinatã personã: deponẽtes contra eã, primò iurent antequã eorum testimonium
2 vel depositio admittatur. iij. q. ix. hortamur. & de accusat. qualiter & quando. ¶ Tertium. Et si omnes vel multi dicãt se nihil scire de persona per certã sciẽtiam, sed solùm per famã, & fortasse credulitatem: per hoc nõ fit cõuictio, nec poterit in aliquo puniri: quia nihil per huiusmodi depositionem probatur, nisi sola fama, quæ ad puniendũ nõ sufficit. Vnde nisi adsint testes alij, solùm infamato purgatio canonica indicenda est, secundũ arbitrium iudicis, & qualitatẽ ꝓsonæ, & modũ infamiæ suscitatæ. & hoc habetur de accu. in c. inquisitiõis. & ij. q. v. presbyter. per totũ. ¶ Quartum. Cùm autem inquiritur cõtra determinatam personam ad petitionẽ partis agẽtis cõtra eam: primò iudex descendens ad inquisitionẽ habita persona præsente debet inquirere de fama personę delatæ: quã si diffamatã inuenerit, procedat testes admittẽdo: aliter nõ est in inqsitionis negotio procedẽdum cõtra ipsam. de accu. c. cùm oporteat. Imò quãuis actor probauerit eam infamatam, adhuc reus probare poterit se bonæ famæ. de purga. can. c. cùm oporteat. & tunc præstantius erit priuilegiũ bonæ famæ, quàm probatæ infamiæ. & hoc tenendũ est, nisi probetur factũ. quod si probari non poterit, procurans inquisitionem grauius puniatur. de calũ. c. cùm dilectus. ¶ Quĩtum. Fama autẽ inuẽta de persona apud paucos vel lẽues personas, nec cogit nec dat occasionem prælatis ad inquirendum, præcipuè de ꝓsona, quæ prius fuit claræ & bonæ famæ. secꝰ si apud plures bonos & graues: quia fama apud tales cũ suspicionibus violentis secundũ conditionẽ personæ, de qua agitur, facit quodãmodo probationem: quia etsi singula non possint, simul tamẽ collecta valent. Nihil est enim aliud in hac materia probatio, quàm rei dubiæ per testes vel instrumẽta vel præsumptiones ostẽsio, xxij. q. j. dicit. ¶ Sextum. Igitur procedens contra personam inquirendo ex fama, primò eã citabit aut vocabit secundũ modum religiosorũ, qui arctius obligantur ad obediẽdũ prælatis suis: & faciẽt eam iurare sũper veritate dicẽda de his, de quibꝰ infamatus est. de accu. c. cùm dilecti. licet aliqui religiosi ex cõsuetudine hoc faciant per præceptũ, addentes quandoq; excommunicationem propter pertinacem inobediẽtiã aliquorum. ¶ Septimum. Cùm aũt inquiritur solùm ad correctionẽ vel pœnitẽtiam, valde liberius procedẽdum est, quàm cùm proceditur ad depositionem & pœnã, maximè circa seculares: quia primo casu ꝓceditur in fauorẽ eius contra quem agitur: non semper in secundo. ¶ Octauũ. Quando prælatus ex inquisitione ꝓfectum nõ sperat, dimittere nõ debet inquisitionẽ generalem, ad quam tenetur ex officio certis tẽporibus. dist̃. xviij. quoniam quidem. speciales etiam cõtra determinatam personam, quam facere nõ tenetur, nisi fama deferente, vel aliqua persona acclamãte. in his casibus facere tenetur secundũ formã iuris: siue credat ex ea inquisitũ proficere, siue non: quia proficiet circa alias personas, quę sunt scandalizatæ ex fama audita, donec viderint fieri quod iura disponunt. Et si inter alios, qui sunt in cõgregatione, sunt aliqui, quibus ad vtilitatẽ alij, quibus ad scãdalũ est, & animæ dãnũ: & differri potest, & queri opportunitas faciendi corã illis, quibus cedere potest ad bonũ, ita tamen ꝙ finaliter non sũpersedeatur ab actu iustitiæ ꝓpter malum aliquorum, maximè cùm bonũ inde sequẽs maius reputetur quàm malũ in genere suo. Sed hoc dictũ Archid. & magistri Simo. intellige vbi scandalum iam incipit esse Phariſæorũ, & nõ pusillorum. Et si multitudo sit in culpa, & timeatur ne velit insurgere ad defendẽdũ, sũper ledeatur ad tempus. dist. lxxxij. plurimos. ¶ Nonum. *Clericum aũt vel religiosum de crimine vehementer præsumptum,
2 & no

&nolẽtem recognoſcere veritatem,vtiq; licet ponere ad
quæſtiones,id eſt tormenta:quia quãuis ſecundũ iura ci-
uilia liber homo ad torturã poni non debeat,ſed ſerui tã-
tummodo.ff.de quæſt.per totũ. tamen quia faciens pecca
tum,ſeruus eſt peccati,Io.viij.ideo talis vt ſeruus poni po
teſt ad quæſtiones:vt vj.q.j.c.illi. & poſſunt arreſtari ſeu
detineri.ſ.in cuſtodia,dicente Benedicto xij.in ſtatuto ad
minores,ꝙ frater de enormi crimine probabiliter ſuſpe-
ctus poteſt arctari.Nullo tamen modo eſt à quæſtionibus
inchoandum.de reg.iur.c.cùm in contemplatione.quia ſi
ue prælatus,ſiue alius de eius mandato,vim inferens cle-
rico parato corrigi & obedire volenti,excõmunicat⁹ eſt.
de ſen.excõ.vniuerſitatis.& hoc tenent Hoſt. & Archi. Et
ſi ſtatim hoc fieret,præſertim nulla præſumptione prece
dente,eſſet locus appellandi.ij.q.vj.non ſolent. Quæſtio
nes tamẽ huiuſmodi circa clericos debẽt eſſe moderatę,
propter periculum excommunicationis: vt ꝓpter hoc, ꝙ
iudicium peſſimum eſt, quod procedit ex ſuſpicione vel
extorta confeſsione:ſicut dicitur xv.q.vj.ſi ſacerdotib⁹.&
ff.de quæſt.l.ſeruus.quia aliqui duritiam cõtemnunt: alij
cum tanta impatientia ſuſcipiunt, vt potius velint mẽtiri
quàm pati.Intellige verò,ꝙ enormia crimina in religio-
ſo hic dicunt̃ omnia mortalia,arg.d.c.illi. vbi dicunt̃ com
pellendi ad correptionem,qui perpetrãt peccata:quę qui
agunt,regnum Dei non conſequẽtur.& pro quolibet ta-
li poteſt religioſus arctari ad cuſtodiam,ſi expedit corre-
ctioni,non autem ad pœnam: ſed pro his quæ exprimunt̃
in ſtatutis ſui ordinis,vel eis arbitrio diſcretorum ęquipa
rantur.¶ Decimum. In vitijs corrigendis, vbi deficit ius,
loci conſuetudo in modo puniẽdi ſequẽda eſt: nec debet
prælatus introducere nouam conſuetudinẽ ſimpliciter,
vel alicuius alterius loci ad puniendũ,ꝓpter hoc vt vitia
efficacius corrigãtur, ſi ex hoc ſcandalum oritur:quia nõ
ſunt facienda mala,vt eueniant bona.Roman.iij.¶ Vnde-
cimum.Cùm etiam ĩ religioſorum priuilegijs dicitur, ꝙ
poſtpoſitis rimulis & apicibus iuris poſsint prælati liberè
procedere ad correctionẽ vitiorum:per hoc non eximun
tur à iure cõmuni,ad quod omnes catholici tenentur: de
conſti.c.j.ſed non tenentur ad ea,quæ nõ ſunt de ſubſtan-
tia iuris ſeu ordinis iudiciarij,ſine quibus in iudicio con-
tentioſo procedi nõ poteſt: ſicut dicitur in conſtitutioni
bus fratrum prædicatorum, ꝙ electiones prælatorũ fiant
ſecundùm formam canonicam , alijs ſolennitatibus iuris
relegatis:ſi quid omitteretur,cùm proceditur per ſcruti-
nium,quod ſit de ſubſtãtia formæ,caſſaret̃ electio:ea ve-
rò quæ nõ ſunt de ſubſtantia formę,vt collatio zeli ad ze
lum,& huiuſmodi, per illa verba tollunt̃.¶ Duodecimũ.
Dicitur etiam in c.quãuis.de præb.lib.vj. ꝙ quamuis car-
cer ſit deputatus ad cuſtodiã reorum,ſi tamen prelat⁹ cle
ricos confeſſos vel conuictos de criminibus eorum,exceſ
ſibus,cæteriſq; circunſtantijs prouida deliberatione pẽſa
tis,in perpetuum vel ad tẽpus carceri mãcipet,nõ eſt im-
probandum.Non eſt tamen de facili clericus carceri mã-
cipandus:quia excommunicatus eſt qui iniurioſe clericũ
detinet.de ſentẽ.excommu.c.nuper. Nec eſt à quocunq;
exiſtimãdum,ꝙ per hoc quis efficiatur infamis, ꝙ eſt car
ceri mancipatus:cùm de carcere & catenis quis quandoq;
egrediatur ad regnũ.Eccleſiaſt.iiij.ſicut patet Gen.xxxix.
de Ioſeph incarcerato iniuſtè,& de Petro Act.v.& de Pau
lo ij.Corin.vj. & de Ioanne Baptiſta Matth.xiiij. Ex iuſto
tamen carcere eſt quis infamis:vt ſuprà Infamia.§.ij.

1 *Inſcribere quid.*
2 *Inſcriptio quando fiat & nume.3.*

1 INSCRIPTIO,* ſeu inſcribere,ſecundùm aliquos eſt
accuſatorẽ profiteri vera,quæ in libello ſunt:vel, ſecun
dùm alios,profiteri ſe velle proſequi vſq; ad finẽ:vel, ſe-
cundùm alios,obligare ſe ad pœnã talionis.i.ſimilem ei
quam reus debet pati, vel quã accuſator intẽdit inferre ſi
probauerit: qa talis importat propriè relationẽ ſimilis q̃
eſt inter eos qui dicũtur tales. Et hãc opinionẽ tenet Ioã.
And.& gl.in c.ſuper his.de accu.& probat̃ in c.tuę.de pro
cu.& ſequitur Pan.in d.c.ſup his.De quibus opinionibus
dicitur in l.ſi cui.in prin.ff.de accuſ.& l.in cauſis.C.de ac-
cuſ.Re vera ſecũdũ ſignificationẽ vocabuli,Inſcribere eſt
actus ſcribẽtis in aliquo:& Inſcriptio eſt idẽ act⁹ alicui⁹,
id eſt,per modum nominis ſignificatus.& ſimiliter eſt ipſa
ſcriptura. Ex vſu verò loquẽtiũ eſt accuſare in ſcriptis:&
inſcriptio eſt ſcriptio accuſatiõis,& ipſa accuſatio ſcripta.
i.libellus, quẽ accuſator offert iudici ſub hac forma: ego
N.corã vel apud N.prætorẽ vel iudicẽ refero talẽ reũ le-
gis Iuliæ de adulterijs, de adulterio quod cõmiſit cum B.
dum eſſet cũ ea menſe tali in domo tali, cõſule tali regnã
te.de quo libello qd cõtinere & qualiter formari debeat,
no.in l.pe.C.de accu.Sed quia huius accuſationis effectus
eſt obligari ad talionẽ,id eſt,talẽ pœnã:inſcriptio dicitur
2 talis obligatio ex cõſequẽti,ſiue ſcribatur,ſiue non.*Ha-
bet aũt inſcriptio locũ ſolùm in criminibus, vbi per mo-
dum accuſationis opponũtur: nõ ſi opponũtur per modũ
exceptionis,vel de eis ſine accuſatore cognoſcatur: vt l.q
crimen.cũ ibi not.C.de his qui accu.poſ.Vnde nõ eſt ne-
ceſſaria inſcriptio opponẽti crimina accuſatori vel teſti,
vt ab accuſatione vel teſtificatione repellãtur: vel electo,
ne cõfirmetur. Si verò objiciãtur iam cõfirmato, puta in
cõſecratione,objiciens debet ſe obligare ad pœnã extra-
ordinariã ad arbitriũ iudicis citra vinculũ inſcriptiõis:qa
electus crimine ſic ꝓbato perdit acquiſita per electionẽ
& confirmationẽ:nõ aũt habita prius: vt in d.c.ſuper his.
3 & c.qualiter & quãdo.el ij.de accu.*Accuſanti verò neceſ
ſaria eſt inſcriptio,ſecundũ gloſ.& Doct.in d.c. ſuper his.
niſi in octo caſibus.& ibi vide.& licet inſcriptio nõ fiat.i.
talis obligatio , deficiens tñ puniri debet pœna talionis,
ſecũdùm Accur.in l.ij.C.de fide inſtru.& Bar.in d.l.ſi cui.

1 *Inſignia quiſque ſibi poteſt conficere.*
2 *Inſignia alterius quando poſsit quis aſſumere.*

INSIGNIA propriè videntur dici ſigna nobilitatis aut
famoſitatis:ſicut inſignis dicitur valde nobilis & famo-
ſus,etiam in malo,vt Barrabas. Inde cõſueuerunt inſignia
dici arma,ſiue diſtinctiua ſigna,quæ conſueuerũt vt pluri
1 mum eſſe nobilium.*Poteſt autem quilibet ſibi aſſumere
inſignia & arma,ſecundùm communiter Docto. vt refert
Pan.in c.dilecta.de exceſ.præla. ſicut & nomen aſſumitur
ad placitum,vt quis agnoſcatur ab alio.Inſti.de lega.§. ſi
quis in nomine.& l.ad recognoſcendum.C. de ingenu.&
2 manumiſ.*Imò poteſt quis aſſumere ſibi inſignia alteri⁹,
ſecundùm eundem ibi,ſicut & nomen:quod verum limi-
tat,niſi ille,cuius ſunt,prætẽderet aliquod damnum: puta
ſi facinoroſus aſſumat arma alterius,poſſet ille loco faci-
noroſi offendi.Vnde talis implorare põt officiũ iudicis,
& ille poteſt prohibere:quia ſpectat ad illum quies popu
lorum.l.j.§ quies.ff.de offic.præfecti vrb.Et idem dic vbi
intereſt reipublicæ:ſicut ſi quis accepit inſignia boni arti
ficis,qui nõ eſt ita bonus:& ita populi decipiũtur.de quo
habes per Bar.in trac.De inſignijs & armis.Nõ poteſt au-
tem quis aſſumere inſignia dignitatis,niſi habeat iſtã di-
gnitatem:aliàs eſt falſarius.l.eos.& quod ibi not.ff.de fal.
& facit c.j.de cler.non ord.mi.vide etiam ſ.Habitus.§.j.
In ſtir

IN ſtirpes ſuccedere, ſecundùm Hoſt.eſt ſuccedere filios
præmortuorum in eam partem,quam eorũ parẽtes erãt
habituri ſi viuerẽt.Vnde ſi quis ex vno filio vnum nepotẽ
habuerit,ex alio decẽ vel plures:tãtum capiet vnus ex par
te vna,quantum decem ex altera,in ſucceſsione ſucceden
tiũ:quia collaterales ſemper viriliter ſiue in capita ſucce-
dũt,id eſt,æquis portionibus.auth.de hæred.ab inte.l.fin.

INSTITOR ab inſtãdo dictus, is eſt qui vinis vẽdẽdis,
vel alteri alicui negotio præpoſitus inſtat.l.inſtitor.la j.
ff.de inſtit.act.

1 *Inſtituere qui poſſunt.*

INSTITVTIO,ſeu inſtituere,ſecũdũ Hoſt. eſt eccleſiæ
1 ſeu eccleſiaſtici beneficij collatio.*Inſtituere autem po
teſt iure communi epiſcopus.Item ſede vacante capitulũ.
de inſti.& ſi capitulum.lib.vj.Item is,qui habet ex delega
tione epiſcopi.de inſti.ex frequentibus.Item qui hoc ha-
bet ex cõſuetudine,modò ſit clericus:vt in c.cũ veniſſent.
eo.ti.tamen inſtitutus ab iſto,adminiſtrare nõ debet, nec
eccleſiæ poſſeſsionem adipiſci:niſi de conſenſu & autho-
ritate diœceſani.d.c.ex frequẽtibus.Itẽ abbates in eccl'ijs
ſibi pleno iure ſubiectis,id eſt,in ſpiritualibus & in tẽpo-
ralibus,poſſunt curã cõmittere ſine pręſentatione epiſco
po facta,arg.à cõtrario.de præb.in Lateranenſi. de capel.
mo.c.preſbyteri.lib.vj.xvj.q.ij.c.viſis.

¶ INSTRVMENTVM,infrà Tabellio.

DE INTENTIONE.

1 *Intentio bona an ſufficiat ad bonã voluntatem & bonũ opus.*
2 *Euentus præter intentionem an augeat bonitatem, uel malitiã actus.*
3 *Intentio an faciat opera unius alteri applicari.*
4 *Actio omnis ex intẽtione deliberata procedens,an ſit neceſſariò bona uel mala.*

INTENTIO dicitur dupliciter:primò,ſcilicet ipſe mo-
tus voluntatis tendẽtis in finem per aliquod mediũ:pu-
ta volẽtis ſanitatem per medicinam.j.ij.q.xij.art.j.ad vlti-
mũ.& ſecũdò ipſe finis intẽtus vt ſic,id eſt,vt terminat prę
dictũ motũ,ſeu vt acqſibilis à volẽte per aliqd:& hoc mo
do principaliter hic de intentione eſt ſermo. ¶ Primò vò
1 quęritur,*vtrum intentio bona ſufficiat ad bonam volun
tatem & bonũ opus?Et dico,ꝙ nõ: quia ſi volũtas eſt bo-
na,eſt etiã bona intentio:cùm volũtas non dicatur bona,
niſi habeat bonum obiectum, & bonũ finem: non autem
econtra:ſed poteſt intentio eſſe bona,& obiectum malũ:
ſicut cùm quis vult furari vt largiatur pauperi nõ patienti
extremã neceſsitatem.Vide j.ij.q.xix.art.vij.ad vltimũ. &
ſubtiliter ij.diſt.xviij.arti.v.& diſtin.xl.arti.ij. Quod autẽ
dicitur,cuius finis bonus eſt,ipſum quoque bonum eſt:ve
rum eſt de fine rerũ:ſicut ſi equitatio eſt bona, equus eſt
bonus:verum eſt etiam de fine actuũ:ſicut ſi bonũ eſt ob-
iectum,puta iuſtitia,bonus eſt actus,puta velle iuſtum:nõ
autem eſt verũ de fine volentis,ſicut non eſt bonus q vult
malum ad finem bonum,contra Apoſtolum,Romanorũ
2 iij.¶ Secũdò quæritur,* vtrũ euentus præter intẽtionem
ſequens aliquid addat ad bonitatẽ,vel malitiam actus hu
mani?Et dico ex mente S.Tho.& S.Bonauen. & Theolo
gorum,ꝙ bonitas & meritum actus humani principaliter
conſiſtit in bonitate actus interioris voluntatis: quia ſol⁹
ſufficit ad meritum,ſi ſit cõpletus & perfectus,ita ꝙ ſeque
retur actus exterior,ſi adeſſet facultas & opportunitas:vn
de actus exterior non addit ad bonitatem, niſi quantũ ad
meritum præmij accidentalis.Euentus autẽ ſequẽs,vt pa-
ter prima ſecũdæ,quæſt.xx.arti.v.ſi ſit precogitatus, addit
in bonitate:& ſimiliter ſi non ſit præcogitatus , ſed per ſe
conſequitur in pluribus:quia cõſtat actum in genere ſuo
eſſe meliorem, ex quo plura bona:& peiorem,ex quo plu
ra mala ſequi poſſunt. Si verò ſequitur per accidẽs in pau
cioribus,non addit:quia non datur iudicium de re per il-
lud quod per accidẽs , ſed tãtùm per illud quod per ſe eſt.
Vide etiam prima ſecundæ.q.lxxiij.art.viij.& ſ. Ebrietas.
3 ¶ Tertiò quæritur , * vtrum per intentionem poſsit quis
opera ſua alteri applicare?Et dicit Aſten.& eſt mẽs ſancti
Th.in quarto,in materia de indulgentijs, quòd ſic tripli-
citer:& intellige nõ quantum ad meritum,quod neceſſa-
riò eſt proprium,quia ſic intelligitur illud Pſalmi:Reddet
vnicuique ſecundùm opera ſua:ſed quãtum ad ſatisfactio
nem.¶ Primò in ſingulari: vt cũ quis pro alio determina
te ſatisfacit,& ſic quilibet poteſt alteri ſua bona cõmuni-
care.¶ Secundò in ſpeciali: vt cùm quis orat pro cõgrega
tione ſua,vt ſuis familiaribus,& benefactoribus,& ad hoc
etiam ordinat opera ſua ſatisfactoria:& ſic ille,qui præeſt
religioni,poteſt illa opera communicare alij,applicando
intentionem eorũ,qui ſunt de ſua cõgregatione,ad hunc
determinatè.¶ Tertiò in generali,ſcilicet orãdo & bene
faciẽdo pro eccleſia in communi:& ſic qui præeſt eccleſię
generaliter,poteſt illa opera cõmunicare,applicando ſuã
intentionem ad hunc,vel illum. Et ideo qui preeſt eccl'iæ
generali,cõmunicare poteſt ea quæ ſunt cõgregatiõis &
huius hominis,ſed non econtrario.Prima communicatio
& ſecunda nõ dicuntur indulgentiæ,ſed tantùm tertia, vt
dictum eſt ſuprà Indulgentia. §.v. Et ex his patet ad quid
valeãt literæ receptionis ad beneficia alicuius ordinis: qa
valent ad participationem ſatisfactionis ſuperfluẽtis in il
lo ordine tantam,quantam intendit cõcedens,cuius intẽ-
tio debet eſſe ſecundùm quod iuſtitia & ſapiẽtia diuina
4 diffinit. ¶ Quartò quæritur, * vtrum omnis actio huma-
na,id eſt,procedens ab intẽtione deliberata,ſit neceſſariò
bona,vel mala?Et probat ſanctus Thomas in tertio. quæ-
ſtione xviij.articu.viij.quòd ſic:quia aut eſt ordinata vt de
bet,& eſt bona:aut non,& eſt mala.non tamen eſt ſemper
meritoria & demeritoria:ſed medium datur in operatio-
ne bona,ex genere:puta ſi det̃ eleemoſyna ex pietate na-
turali,ab eo qui non eſt in gratia,puta infideli:quia eſt bo
na,ſed non meritoria.Contra hoc autem Summa Ang. di
cit ſe colligere aliqua ex S.Bonau.ij.diſt.xlj.ſed male pro
cedit,non diſtinguens inter bonum ac malum,& merito-
rium ac demeritorium.

DE INTERDICTO I. QVID & quotuplex ſit.

1 *Interdictum quid.*
2 *Interdictum eccleſiaſticum.*
3 *Cenſuræ eccleſiaſticæ nomine continẽtur excõmunicatio,interdictum, & ſuſpenſio.*
4 *Excõmunicatio,interdictum,& ſuſpenſio in quibus cõueniant,& in quibus differant.& nu.5.*
6 *Interdictum quotuplex ſit.*
7 *Interdictum locale quotuplex ſit.*
8 *Interdictum perſonale quotuplex.*

1 INTERDICTVM,*cũ ſit terminus vtroq; iure vſitatus,
ſecũdũ ciuile ſiue prętorium dici videtur ab inter, & di
co: vnde dicitur quaſi inter duos dictum. Inſtitution.eo-
dem titu. §.exhibitoria.& olim erat quædam formata &
ſolennis cõceptio verborũ, quibus prętor fieri aliquid iu
bebat aut ꝓhibebat.quod tũc maximè fiebat cũ de poſſeſ
ſione vel quaſi inter aliquos contendebatur. & nouẽ ſunt
publica,& xxviij.priuata.de quibus gl.& doct.in c.paſtora
lis.de cauſa poſ.& proprie.& in c.itẽ cũ quis. de reſt. ſpo.
Non

Non autem dicitur ab interdicēdo: cùm non ſemper prohibeat, ſed aliquando aliquid fieri iubeat. Inſti. eo. §. j. ſed ſic dicitur ſecundū ius canonicū, q̄ eſt eccleſiaſtica cēſura
2 aliquorū prohibitiua: & ſic de eo hic agitur. ¶ Eſt* autē canonicum vel eccleſiaſticū interdictū ſeparatio à iure, vel à iudice facta à certis ſacramētis, & omnibus diuinis officijs, & eccleſiaſtica ſepultura, iuxta declarāda j. Interdictū quartò, per totū. vt haberi p̄ extrà, de ſp̄ō. nō nobis. & de
3 pœ. & remiſ. quod in re. ¶ Primò verò q̄ritur,* cū nomine eccleſiaſticæ cenſuræ ſecundū doct. veniant excommunicatio, interdictū, & ſuſp̄ēſio: quomodo iſta conueniāt, & diſtinguantur, & de ceſſatione à diuinis? Et dico, q̄ ſecun
4 dū Arch. poſt Hoſt. cōueniunt in multis. ¶ Primò,* quia omnes iſtæ ſententiæ fieri debēt in ſcriptis cōtinētib⁹ cauſam: Secūdò, quia nō relaxātur perſequētē, ſed per antecedētem appellationem. Tertiò, quia ligati aliqua earū, nec eligere nec eligi poſſunt. Quartò, quia nullus earū alicui ligatus debet celebrare diuina: aliter irregularis efficit. Quintò, quia tales ſententias debet p̄cedere monitio, ſcilicet cū fieri ſolet ab homine. Sextò, quia eis ligatus, ante abſolutionem iurat de cætero nō cōtrauenire: & in eis poteſt fieri relaxatio ad cautelā: excepto generali interdicto, in quo nō habet locū. extrà. de ſen. excom. preſenti. lib. vj. Interdicto p̄ò ſpeciali poſito in aliqua eccleſia, quāuis dicat Arch. q̄ non poſſit relaxari ad cautelā, ſi dicatur nullū. Io. tamen. Mo. & Cal. &, vt videtur, Io. An. dicit contrariū. Septimò, quia huiuſmodi ſententię debēt obſeruari per ſuperiores. Octauò, quia nullus eorū durāte ſententia poteſt teſtificari. de teſtib. veniēs. Nonò, quia ſuperior nō debet eas reuocare, vel pronuntiare nullas, vel de ipſis aliquid diſponere, niſi vocatis partibus. Decimò, q̄ illi q̄ priuilegiū ſunt recepti in proprios ſpeciales eccleſiæ Romanę, vel ſedis apoſtolicæ filios, licet p̄pter hoc nō eſſent exempti, tamē ſicut nec excōicari, ita nec interdici, vel ſuſp̄ēdi poſſunt ab alio quàm Romano p̄tifice, vt̄ legato ꝺ latere. de verb. ſign. c. j. li. vj. Et idē Io. Cal. excepto primo q̄ nō
5 ponit. ¶ Differūt verò* illa tria, ſecūdū Archid. poſt Ioan. Cal. in multis. Primò, quia excōmunicatio & ſuſp̄ēſio ferūtur proprię cōtra ſingulares perſonas, licet ſuſp̄ēſio ferat̄ contra clericos tantùm: interdictū verò fertur cōtra loca proprię & vniuerſitates & collegia: interdum aūt & cōtra ſingularem perſonam, ſed non ita proprię. Secundò, quia cum ſuſp̄ēſo & interdicto participari poteſt in omnibus, 8
exceptis ſacramētis certis & diuinis officijs, non aūt cum excommunicato. Tertiò, quia effectus excōmunicationis latæ ſuſp̄ēdi nō poteſt: ſed effectus aliarum ſic. Quartò, q̄a epiſcopi nō incurrūt aliquā ſententiam ſuſp̄enſionis, vel interdicti prolatā ab homine vt̄ à iure, niſi ſpecificè expri mantur. de ſent. excom. quia periculoſum. lib. vj. quod priuilegium non habent quantum ad excommunicationem. Quintò, quia interdictum generale relaxari nō p̄ōt: addę, vel potius nō oportet, ad cautelam: ſed ab aliis ſententijs poteſt quis abſolui ad cautelā. Sextò, quia interdictum generale in locū proferri nō poteſt ſine licētia papæ ſpeciali p̄ debito pecuniario: ſed bene excōmunicatio & ſuſp̄ēſio. de appel. præterea. ſecus de ſpeciali, id eſt, ſingulari cōtra aliquā eccleſiā. Ceſſatio autem à diuinis, vt not. Pan. in c. dilect⁹. de app. differt ab interdicto: quia ipſa eſt quid facti: cùm nō ſit aliud, quàm ſuſp̄ēdere organa miniſtrorum vt ibi nō celebrent: ſententia verò interdicti eſt quid iuris. Vnde quādo ſupponitur loc⁹ interdicto, ibi celebrās etiā forēſis incurrit irregularitatē: vt in c. is qui. de ſen. excom. lib. vj. Secus aūt in ceſſatione à diuinis, vt volūt doctor. in
6 c. irrefragabili. de off. ord. ¶ Secūdò q̄ritur,* quotuplex eſt interdictū? Et dico, q̄ in genere eſt triplex, ſcilicet perſonale tātum, id eſt, quę interdicitur perſona, nō loc⁹, vel habitatio perſonæ: & locale tantū, id eſt, quo interdicitur locus, vel habitatio, & non perſona loci: aliud locale & p̄ſonale ſimul. Sciendū eſt autē, q̄ aliud eſt interdicere locum, aliud homines loci, vel homines & locū: quia ſi loc⁹ tātū eſt interdictus, homines loci, qui nō dederūt cauſam interdicto, alibi poſſunt audire diuina, & eccleſiaſtica recipere ſacramēta. Si verò homines, aut locus & homines ſunt interdicti, tenebunt̄ etiā alibi ſeruare interdictū, niſi in caſibus expreſsis à iure: vt colligitur in c. ſi ſentētijs. de ſen. excom. li. vj. in tex. & in gl. ¶ Tertiò q̄ritur,* quotuplex ſit interdictū locale? Et dicit Sum. Ang. q̄ eſt triplex, ſcilicet generale: vt cùm interdicit̄ regnū, vel p̄uincia, vel diœceſis. & ſpeciale: vt cùm interdicitur ciuitas, caſtrū, aut villa. & ſingulare: vt cū interdicit̄ certa eccleſia, vel certæ eccl̄iæ. Sed cōtrà primò, quia Sum. Ro. & Supple. & oēs Summiſtæ ordinis eius dicū:, q̄ non eſt niſi duplex, generale ſcilicet, & ſpeciale. Secūdò, quia in iure nō reperitur interdictū locale ſingulare: imò q̄d ipſe dicit ſingulare, in iure dicitur ſpeciale, vel particulare. & quod dicit ſpeciale, in iure dicitur generale: vt patet expreſſe ex intētione canonis, de verb. ſig. cùm in partibus. & de ſent. excom. ſi ciuitas. lib. vj. Et ideò dico, q̄ eſt tātùm duplex, ſcilicet generale & ſpeciale ſeu particulare. Eſt autem interdictū locale generale, quo interdicitur regnū, vel prouincia, vl̄ ciuitas, vel caſtrū, aut villa. de verb. ſig. cùm in partibus. vbi declarat̄ ſic debere intelligi interdictū terræ generale in priuilegijs. Interdictū verò locale ſpeciale ſiue particulare, eſt quo interdicit̄ vna certa eccl̄ia, vel plures certæ eccl̄ię: nō aūt oēs eccleſię alicuius ciuitatis, vel loci. Vnde dicit̄ interdictū generale, quia totū aliquid ſine exceptione compræhēdit, vt innuit gl. in d. c. cùm in partibus. & Pan. ſpeciale verò, quia nō cōpræhendit totū, ſed partē. Et propterea dicit Archi. poſt Cal. q̄ eſt interdictum ſpeciale, cū interdicitur aliqua eccleſia, ac etiā cū interdicunt̄ omnes eccleſię vnius ciuitatis aut p̄uincię: quia etſi non in illis eccleſijs, tamē in alijs locis illius ciuitatis extra eccleſiam poſſent celebrari, & audiri diuina ab hominib⁹ illi⁹ loci. hæc ille. qui intēdit, q̄ ſit ſpeciale: quia nō cōpræhēdit omnia loca ciuitatis, ſed quędam, id eſt, eccleſias. ¶ Quartò q̄ritur,* quotuplex eſt interdictū perſonale? Et dicit Sū. Ang. triplex, ſcilicet generale, quo interdicitur popul⁹ regni, caſtri, villæ vel ciuitatis. & ſpeciale, quo interdicit̄ aliquod collegiū, vel vniuerſitas ī populo incluſa: & ſingulare, quo interdicitur certa perſona, vel etiā incerta: vt cū dicitur: qui fecerit hoc, ſit ipſo facto interdict⁹. Sed q̄ iſta nullo iure probantur, melius Sum. Ro. & alij dicunt, q̄ eſt duplex tātū, ſcilicet generale, & ſpeciale, ſiue particulare. Eſt autem interdictū perſonale generale, quo interdicuntur homines regni, prouinciæ, ciuitatis, caſtri, aut villę vniuerſaliter. ar. d. c. cùm in partibus. Interdictū verò perſonale, ſpeciale, vel particulare, ſeu ſingulare, eſt quo interdicitur pars vnius ciuitatis, vel caſtri, aut villæ, vt certa p̄ſona, vel certæ perſonæ, aut etiā incerta: vt cū dicitur, q̄ fecerit hoc vel illud, ſit ipſo facto interdict⁹. Vnde ſi interdicat̄ tota aliqua vniuerſitas, quę ſit pars alicui⁹ populi, puta totum ſtudium Ticinenſe, non eſt interdictū generale, ſed ſpeciale, ſiue particulare, dictum à parte alicuius terræ.

RVRSVS DE INTERDICTO II. & quos liget.

1 *Interdictum qualiter promulgandum, & quādo liget. & nu. 1.*

3 *Interdicta alicuius terra, quatenus ſe id extendat.*
4 *Interdictum regni quo ſe extendat.*
5 *Interdicta ciuitate, an comprehendantur ſuburbia.*
6 *Interdicta eccleſia, interdicuntur capellæ, & cœmiterium.*
7 *Interdicto loco ob delictū rectoris, non ſunt homines interdicti.*
8 *Interdicta eccleſia non ſunt clerici interdicti.*
9 *Interdicto clero non eſt locus, nec populus interdictus.*
10 *Interdicta uniuerſitate, ſi quis de ea aliò ſe transferat, an ibi cenſeatur interdictus.*
11 *Interdictus an cēſeatur, qui ab interdicta uniuerſitate bannitus eſt.*
12 *Interdictus ſi ingrediatur poſtea monaſterium, an ibi poterit ordinari.*
13 *Interdicta uniuerſitate, an ligentur abſentes, & contradicētes.*
14 *Interdicto ciuitatis non includuntur aduenæ. & nu. 10.*
15 *Ciuitate interdicta, an comprehendantur, qui ſunt in ſuburbijs, & nobiles. & nu. 16.*
17 *Interdicta familia alicuius, an in ea contineantur clerici.*
18 *Impuberes an comprehendantur in interdicto.*
19 *Mulieres an ſint interdictæ, interdicto populo.*
21 *Interdicti ſententiam proferens, tenetur illam obſeruare.*

INTERDICTVM ſecundò conſideraudū eſt, quantum ad hoc vt ſciatur, quando, & quos liget. Et dico multa.
1 ¶ Primum*. Ad hoc vt ſententia interdicti obliget, ſufficit eam publicè promulgari, nec poſtea neceſſe eſt eā ſingulorum auribus inculcare. diſt. xvj. quod dicitis. ſufficit etiā cùm quis ſcit vicinos ſuos maximè eccleſiā metropolitanam recepiſſe, & ſeruare ſententiā. de poſtu. præla. c. j. inſuper omnes religioſi, tā exēpti, quàm nō exempti, qui viderint, vel ſciuerint eccleſiā matricē loci, id eſt, maiorē, iuxta dicta ſ. Excōmunicatio. ix. §. xlvij. ſeruare quo dcūq; interdictum poſitū autoritate ſedis apoſtolicæ, vel ordinariorum, debent & ipſi ſeruare: alioquin ſunt excōmunicati. & idem in interdictis, & ceſſationibus à diuinis inductis per ſtatuta prouincialiū, cōciliorū, vel epiſcoporū autoritate: & in generalibus ceſſationibus à diuinis ciuitatum, terrarū, & aliorū locorū, quas aliquando ex conſuetudine capitula, collegia, vel cōuentus ſecularių, aut regularium eccleſiarum ſibi vendicant, nō obſtantibus quibuſcunque appellationibus ante ea, etiā ad ſedē apoſtolicā vel alium interiectis, & alijs obiectionibus quibuſcūque: vt in cle. ex frequentibus. de ſent. excō. & hæc quidē dicta 5
ſunt ex corpore iuris. Sed per extrauagātē Martini quinti, quę incipit, inſuper ad euitandū ſcandala. quā habes ſ. Excommunicatio. j. notabili iij. nō tenetur qs obſeruare interdictum eccleſiaſticū à iure, vel homine generaliter promulgatū, niſi talis ſententia fuerit cōtra perſonā, collegium, vniuerſitatē, eccleſiam, cōmunitatē, vel locū certum, vel certā, à iudice publicata, vel denūtiata ſpecialiter
2 & expreſſe. ¶ Imò* etiā eo ſic publicato ipſo iure in duobus caſibus nō ligat. Primò, quādo fertur cōtra participātes cū excōmunicatis in caſu, quo minorē incurrunt excōmunicationē ſine canonica monitione præmiſſa: quo caſu ipſo iure nullū eſt, ſicut & ſuſpenſio quælibet. intellige ſi feratur ab inferiori à Papa. de ſentē. excom. ſtatutū. lib. vj. quę monitio dicitur canonica, & legitima, quando nominatim admonētur: aliàs nō: vt in c. conſtitutionem. eo. tit. & lib. Contra alios aūt licet debeat præcedere monitio quādo fertur pro cōtumacia, ſecūdùm Inno. in c. ad hęc quoniā. el iij. de appel. tamē tenet. & ſimiliter ſi proferatur ſine ſcriptis: quāuis iudex incurrat pœnā, de qua in c. j. de ſent. excō. lib. vj. Et generaliter putò interdictum nō ligare in omni caſu, in quo excōmunicationis ſenten

tia non ligat. de quo ſ. Excōicatio. ij. notabili j. Secundò, quādo interdictū eſt latū, ꝓpter aliquos, & illi nō ſeruāt, allegantes ſua priuilegia. de priui. petiſtis. quod Hoſt. limitat, quando eſt poſitū ad eorum querelā propter eorū vtilitatem: quia tunc alij ſeruare nō tenentur. & ſic efficitur nullū. quod limita, quando priuilegiorū fines excedunt, vt ibi: ſec⁹ ſi nō ſeruatur ab his, propter quorū delictū pō ſitum eſt: quia licet ipſi violent, alij tamē ſeruare tenētur.
3 ¶ Secundū.* Cùm interdicitur terra alicuius domini, ſecundùm Archi. poſt Io. Cal. intelligitur primò de ea, quæ eſt ſua quo ad dominiū iuriſdictioāle: & multo fortius ſi eſſet illius domini ſimpliciter, & abſolutè, ꝓpria. Et ſecūdò de ea, quā ab alio tenet in feudū, vel emphyteuſim: cū ad eū ſpectet vtile dominiū, cuius cōtrariū tenuit Rodo. de feu. ſed cōtra eū eſt dicta ratio, & tex. in c. j. de po. prælat. in verbo, terrarū. Et tertiò de ea, quæ pertinet ad illū ratione dotis vxoris: quia cōſtante matrimonio maritus eſt dominus dotis. Et quartò ſecūdùm Ioā. And. & Gemi. in d. c. ſi ſentētia. de ſen. excom. lib. vj. de ea, in qua ſolum habet vſumfructū. Et quintò ſecundū Inno. & Hoſt. de ea, quæ ſibi fauet in crimine. & cō cor. Ber. Non autem intelligitur de ea, quæ eſt ſibi pignorata: de qua tamē intelligeretur, ſi diceret iudex, Interdico terrā, quam ille tenet. ſecūdùm Io. And. quia creditor habet poſſeſſionē verā pignoris. ff. de vſuca. l. ſerui. Et ſi talis dominus, cuius terra interdicit̄, habet terrā in diuerſis prouincijs, aut locis, ſecundùm Cal. & Gemi. ſi habet eā pro parte, & pro diuiſo, omnes illæ partes ſunt interdictæ: ſed ſi pro indiuiſo, ſecus, ne innocens puniatur: arg. j. q. iij. c. ſi. Et ſi talis dominus poſtea nouā terrā acquirat, illa non ſubiacet interdicto, niſi lator ſententiæ expreſsiſſet, tam de habita, q̄ de habēda. Et ſi vēdat, aut p̄ dat terrā interdictā, non propter hoc tollitur interdictum: cùm onus rei huius trāſeat cum ipſa: de deci. paſtoralis. Nec eſt iſte modus tollendi interdictum, quod debet relaxari p̄ iudicē: qui tamen ceſſante
4 cauſā interdicti ſe facilē exhibet. ¶ Tertium*. Si dicat iudex, Interdico regnū Fr̄aciæ: extenditur interdictū ad totam terrā adhærentē ei tēpore latæ ſententiæ, ſiue ratiōe dominij, ſiue ratione feudi. de poſt. prel. c. j. vel ſecūdū gl. ibi, extēditur etiā ad terras, quę adhærēt ei præſtando auxilium tēpore prolati interdicti. Si verò dicat, Interdico terrā regis Franciæ: dic vt §. priori. ¶ Quartū.* Si interdicitur ciuitas, caſtrum, aut villa, interdicta intelliguntur ſuburbia, & cōtinentia ædificia illius loci. de ſent. excō. ſi ciuitas. li. vj. licet propriè nō omnia iſta habeāt ſuburbia. Et hoc etiā ſi dicta ſuburbia, & cōtinētia ædificia in nullo erāt ſubiecta dicto loco, vel vniuerſitati interdictę: modò in eis habeat iuriſdictionē, qui interdicti ſentētiam profert. Quā iuriſdictionē ſi nō habet, licet iure ſcripto non videantur interdicta ſuburbia: tamē pōderata ratione dicti cap. ſi ciuitas. quæ eſt, ne vilipēdatur cenſura eccleſiaſtica, ſecūdùm Archi. dici poſſet, q̄ etiam tunc intelligant̄ interdicta, non ab homine, ſed à iure: de ſent. excō. c. nuper. Intelliguntur autem ſuburbia ſecundùm Io. de Deo, ea, quæ ſunt intra vltimā portam, & faciūt cū ciuitate publicas functiones, & vocātur ad cōſilia & cōciones. vel ſecundùm Gemi. dicūtur burgi extra, & prope ciuitatē, in quibus domus ſunt cōtiguæ. vel ſecundū Archi. dicuntur domus, per quas eſt iter rectū eundi ad ciuitatē, vel locū. Et omnes iſti virtualiter dicūt idē, intendētes, q̄ ſuburbia ſunt burgi, qui incipiūt ad portā ciuitatis, & iuxta publicam viam extenduntur tantū, quantū & vſus loquentium burgos appellat: quod eſt aliquādo vſq; ad vltimam

portã, sine secundũ vallũ, vbi scilicet est vltima porta, & secundũ vallum, seu refossum, vt Mediolani: non autem semper. Continentia verò ædificia cõmuniter à doct. dicuntur domus circa ciuitatẽ nõ cõputatæ intra suburbia, nec directè ducẽtes ad ciuitatẽ. Sed gl. in d.l. si ciuitas. dicit iudicis arbitrio relinquendum, quæ dicantur cõtinentia ædificia: quia nõ dicitur ex cõtiguis, sed cõtinentibus. quod intellige quantũ ad terminũ, vel extensionẽ talium ædificiorũ, quã iudex aut bonus vir arbitrari debet tantum extendi, quantum exigit ratio d.c. quę est, ne censura ecclesiastica vilipendatur, vt dictũ est. Vnde si ita iacent, q̃ cõmodè populus confluere posset illuc pro diuinis, sunt continẽtia ædificia, & intersticia: aliàs secus: puta, si distẽt per milliare, nec passim potest populus illuc conuenire.

6 ¶ Quintũ.* Interdicta ecclesia, interdicta est capella eius, & cœmeteriũ, si sunt ecclesiæ cõtigua: nec poterit quis celebrare in capella, vel in cœmeterio sepeliri: aliàs secus. d. c. si ciuitas. Contigua autẽ, secundũ glo. sunt, quorũ extrema se cõtingunt: ita supple, q̃ remanẽt distincta, siue duo sine medio: vt si duæ domus habeãt duos muros se tãgentes: vt patet v. Physi. Cõtinua verò, vt ibi dicitur, sunt quorum vltima sunt vnũ: vt si duæ domus habeant solum vnũ

7 murum cõmunem intermedium. ¶ Sextũ.* Interdicto loco generaliter, aut specialiter, ꝓpter delictũ domini, vel rectoris, nõ sunt interdicti homines, vel clerici talis loci: vnde extra illa loca possunt audire diuina, & ibi sepeliri, si ibi mortui fuerint, vel elegerint sepulturã: & clerici celebrare, q̃a nõ sunt interdicti, nisi fuerint in culpa interdicti ponẽdi: quia tales vbiq; sunt interdicti. & tex est in c. si sententia. de sent. excõm. lib. vj. & not. Pan. in d.c. quod in te. de pœn. & remiss. & c. nõ est vobis. de spon. Sed limita, nisi & ipsi fuerint interdicti propter dominũ puniẽdum in eis: q̃a tũc vbiq; sunt interdicti: de sentẽ. excõm. si ciuitas. lib. vj. Similiter si locus, vel ecclesia interdicta est propter delictum clericorũ tantũ, vel quia fuit violata, parochiani nõ sunt interdicti: sed possunt in alia ecclesia non interdicta eligere sepulturã, & audire diuina, secundùm Host. sed secũdùm Inn. si est interdicta ecclesia aliqua in pœnã populi, licet multi ex eis nõ deliquerint, sed solùm vniuersitas, vel fortè quia deliquit dominus, & in hoc punitur, q̃ nõ est in culpa, nõ potest alibi eligere sepulturã, nisi ex priuilegio speciali. Et idẽ Archi. post Ioan. Cal. Et

11 licet cõtrariũ dicat Sũ. Ang. quia c. quod allegat, scilicet, vt priuilegia. de priui. loquitur quãdo populus est interdictus. Tu tñ dic cũ eis: quia eo casu tot⁹ populus est interdictus, licet nõ totus sit in culpa: sicut & cùm interdici

8 tur propter delictũ domini. ¶ Septimũ*. Interdicta aliqua ecclesia, propter hoc nõ intelligit̃ clerus eius esse interdictus: vnde clerici eius licitè celebrabũt in alia: arg. de priui. per exẽptionẽ. lib. vj. & ecõtrario interdicto clero alicuius ecclesiæ, nõ ꝓpter hoc intelligitur ecclesia interdicta: vnde in ea licitè celebrabũt alij clerici, secundùm Io.

9 And. in d.c. si sententia. ¶ Octauũ.* Cùm interdicitur cler⁹ alicuius loci, non ex hoc intelligitur locus, vel illius loci populus interdictus, secũdũ Ioã. Cal. nec ecõtrario, interdicto populo intelligitur clerus, aut locus interdict⁹, sed singuli de populo: vnde nec in illa terra, nec alibi poterũt admitti ad diuina, nisi in casibus iure expressis: vt in d.c. si

12 sententia. q̃a ista sunt diuersa: vt in d.c. si sententia. & aliud est interdictũ loci, aliud vniuersitatis, vel collegij: de vsuris. c. j. lib. vj. Et nomine cleri dicit contineri non solùm promotos ad ordines, sed etiã religiosos, & religiosas, cõuersos, & cõuersas: qui ita sunt ad ecclesiã translati, ꝙ de populo proprie dici non possunt. xij. q. j. duo sunt. Vnde clerici possent celebrare sicut prius, secũdũ Ioan. And. in d.c. si sententia. id est, alta voce, pulsatis cãpanis, interdictis tamen exclusis: vt ei imponit Sum. Ange. & poterunt admitti oẽs, qui non sunt de populo illo, & non sunt causa interdicti. & ita tenet Arch. in d.c. si sentẽtia. & Fede. cõsi. lxx. & similiter secũdùm Cal. admitti possunt, qui erãt de populo illo, sed domiciliũ transtuleruot, si nõ fuerunt in culpa: quod est verius. Et sequitur Gemi. in d.c. si sentẽtia. licet Aften. dicat, q̃ remanẽt interdicti, donec sentẽtia relaxetur, saltẽ circa eos. Dicit tamẽ Cald. q̃ eo casu seruari debet moderatio cap. alma. vt scilicet celebrentur diuina submissa voce, ianuis clausis, nõ pulsatis cãpanis, &c. alio quin præstari videretur occasio periculi, quia audirẽtur voces, & censura vilesceret. Vnde cõsulendũ esset clericis vt durante tali interdicto, abstinerẽt à publica celebratione. quod Sum Ros. approbat cũ Archi. & Sum. Ang. male reprobat dicẽs, quòd moderatio c. alma. & c. qđ in te. de pœ. & remiss. intelliguntur quãdo locus est interdictus: & nõ expresso loco in sentẽtia interdicti, nõ habet locũ cessatio diuinorũ, & alia, quãuis sit generale. Sed re vera opinio Cald. est tutior, & d.c. cõformior. vt patet intuẽti. nec Io. And. dicit illud, quod iste illi imponit. Et si interdicto populo clerus põt celebrare ibi diuina, multo fortius in generali interdicto terræ clerici, licet illud seruare teneãtur secũdũ Verue. tamẽ poterũt celebrare alibi, quia eo-

10 rum personæ nõ sunt interdictæ. ¶ Nonũ.* Si quis de vniuersitate interdicta se trãsferat ad aliquẽ locũ primo dimissũ, secũdũ Cal. si est specialiter interdictus, aut de populo interdicto: ita q̃ fuit in culpa, propter quã latũ fuit interdictũ: quocũq; se trãsferat, remanet interdictus. d.c. alma. §. illis. sed si nõ fuit in culpa. ex toto desinit esse de populo interdicto, credit circa eũ cessare interdictũ: q̃a in eo cessat causa sufficiẽs, & cõseruãs, & cõsequẽter effect⁹. dist. lxj. Neophytus. Aften. tñ tenet, q̃ liget, donec relaxet sentẽtia circa eũ: nisi forte iudex ligare eũ nõ intẽdebat, nisi quãdiu erat subditus illius dominij. Sed hoc dic verũ, qñ fuit tẽporaliter interdictus, aut fuit in culpa. Si verò ecõtrario existẽs de populo nõ interdicto sit de populo vel de vniuersitate interdicta, credit q̃ ex tunc liget sicut & alij, cũ factus sit mẽbrũ corporis illius, & sic debet eo-

11 dẽ iure cẽseri. di. xij. c. j. ¶ Decimũ.* Si existẽs de populo, vel vniuersitate interdicta bãniatur simpliciter, & nõ ad tẽpus: secũdũ eundẽ Cald. circa illũ cessat interdictũ: q̃a nõ amplius cẽsset de vniuersitate illa, vel populo. Sec⁹ de cõfinato, vel de relegato ad tẽpus: quia est ciuis, & de populo: vt ff. de inter. & releg. l. relegati. Sed intellige si non

12 fuit in culpa. ¶ Vndecimũ.* Si verò talis existẽs de vniuersitate, vel populo interdicto ingrediat monasteriũ, post ꝓfessionẽ indubitãter poterit ordinari, sẽdm eũdẽ Cal. q̃a desinit totaliter esse de populo. quod intelligo, etiã si fuit in culpa: cũ religio sit maxima pœna, & mors ciuilis: arg. eorũ, quę dicẽtur §. de cruce signatis. sed ante professionẽ tutius est, q̃ nõ ordinet̃ durãte interdicto: tñ si fuerit ordinatus, putat ordinationẽ tenere: arg. de sen. excõ. c. religiosos. li. vj. Et ante professionẽ, secundũ Gemi. in d.

13 c. si sentẽtia. & sequit̃ Fede. poterit interesse diuinis sine relaxatione interdicti. ¶ Duodecimũ.* Absentes tempore quo interdicti sentẽtia fertur in vniuersitatẽ, vel populũ, & similiter ꝓsentes nõ cõsentiẽtes, sed cõtradicẽtes aliorum culpæ. Ioã. And. in d.c. si sentẽtia. refert quosdã religiosos tenere, q̃ nõ ligẽtur etiã quo ad ecclesiã: q̃a absẽs & ignorans ex maleficio non obligatur. xv. q. j. aliquos. & c. non

capit. non est. & quia pœna suos oportet tenere authores. de pœ. dist. j. nemo. Sed nõ ponderant, inquit, q̃ pœna interdicti puniuntur etiã qui nõ peccauerũt. de spon. nõ est. vnde secũdũ eum ligãtur. quod probat d.c. si sentẽtia. licet fateatur eos insontes quo ad Deũ, & hoc placet Cald. Et si talis absens est de alia ciuitate vel populo, licet receptus fuerit in ciuẽ aut populare populi interdicti, & fortè ibi nũquã habitauerit, vt faciũt Veneti: credit Cal. dicto populo interdicto esse interdictũ. quod ego verũ nõ puto, si nõ sit in culpa: q̃a nõ est ratio maior, cũ sit ciuis duarũ cõmunitatũ, q̃ magis ligetur cũ vna, quàm remaneat solutus cũ

14 alia. ¶ Decimumtertiũ.* Habitãtes in ciuitate non ciues nec de populo illius existẽtes, nõ includũtur in interdicto illius vniuersitatis vel populi: vt in d.c. si sentẽtia. si tamen locus esset interdictus, in eo audire diuina nõ possent, sed

15 extrà, secundũ Cal. ¶ Decimumquartũ.* Ciues habitantes cõtinuò extra ciuitatẽ, suburbia vel continẽtia ędificia, interdicto populo vel ciuibus ciuitatis, intelligũtur secũdũ Cal. & ipsi interdicti, etiã vbicũq; habitẽt: ex quo ponuntur ciues vel de vniuersitate interdicta. ¶ Decimũquintũ.

16 *Nobiles & marchiones, comites, barones, & huiusmodi habitãtes in ciuitate interdicta, ligantur secundũ Cald. si sunt de tali populo vel vniuersitate. quod inde patet, quia subeũt onera, & habẽt honores sicut & alij. & idem si priuilegia essent exẽpti ab oneribus. Secus si essent sui iuris, vel ex consuetudine, vel ex priuilegio imperiali, ita q̃ dictæ vniuersitati tãquã de eius corpore in nullo participa-

17 rent. ¶ Decimũsextum.* Interdicta familia alicuius secundùm Rod. erũt interdicti clerici de eius familia, nisi specialiter eximãtur, & idẽ Aften. si autẽ interdicãtur omnes doctores alicuius ciuitatis, nõ sunt interdicti clerici, qui sunt doctores, per gl. in d.c. si sentẽtia. Similiter si interdicãtur clerici, nõ veniunt religiosi nõ habẽtes dignitatẽ. & de hoc §. Clericus. j. §. j. Nec est verũ quod dicit Gemi. in d.c. si sentẽtia. q̃ interdicto clero veniũt etiã regulares cõuersi & cõuersæ: qui ita sunt ad ecclesiã translati, q̃ de populo dici nõ possunt: quia gaudẽt eodẽ priuilegio cũ cle-

18 ricis suæ religionis, q̃ in materia odiosa nõ veniũt nomine clericorũ: vt §. Clericus. j. ¶ Decimũseptimũ.* Interdicto populo interdicti sunt impuberes eius, secundũ Ioan. de Deo, si sunt doli capaces: q̃a ętas illa est plena malitijs & mẽdacijs. de del. pue. pueris. Si verò sunt doli capaces, posse audire diuina in terra nõ interdicta, nõ autẽ in interdicta: quia nõ est eis iure cõcessum. ¶ Decimumoctauum.

19 *Interdicto populo nihilominus interdictæ sunt mulieres viris suis, quantũ possunt, in culpa interdicti cõtradicẽtes, q̃a sunt de eodẽ corpore: sicut & de viris contradicẽti bus alijs dictũ est §. §. xij. in quo tamẽ Sum. Ro. & Angel. Ioan. de Deo imponũt cõtradictoria. ¶ Decimumnonũ.

20 *Homines nõ interdicti aliũde veniẽtes ad terrã interdictam, ibi sunt interdicti ad hũc sensum; q̃ secundũ Aften. de mẽte Ho. nõ possunt ibi celebrare, nec audire diuina: q̃a loco interdicto intelligitur omnib. interdictum audire diuina, nisi sup. hoc sint aliqui priuilegiati: puta accipiẽtes crucẽ pro subsidio terræ sanctę. & hoc nũc est expressum,

21 de priui. licet. li. vj. ¶ Vicesimũ.* Proferes sentẽtiam interdicti tenet illã obseruare, & eius superior, vt patebit ex dicẽdis j. Interdictũ. vj. §. j. & si eã nõ seruat, nõ tñ, ꝓpter hoc alij excusantur: vt j. eo. §. sed tenentur seruare, etiã si ipse intẽdebat relaxare, sed hoc nõ expressit. & de hoc ibidẽ.

RVRSVS DE INTERDICTO TERTIO, à quo ponatur aut suspendatur.

1 *Interdictum contra quem ponatur.*
2 *Interdictum à quo ponatur. & num. j.*
4 *Interdictum contra priuilegiatos.*
5 *Interdictum ob quas causas ponatur.*
6 *Monitio an præcedere debeat interdictum.*
7 *Interdictum an in scriptis, & sub qua forma feratur.*
8 *Interdictum an possit suspendi, à quo, & qualiter. nu. 10. & 12.*
9 *Interdictum non suspenditur per appellationem.*
11 *Interdictum qualiter relaxetur seu tollatur. & num. 13.*
14 *Interdictũ generale non relaxatur ad cautelã: secus de speciali.*
15 *Interdicta ciuitate si aliqui ciues satisfacere uolunt, an eis relaxetur interdictum.*
16 *Interdictum à quo relaxetur.*
17 *Superior an relaxet interdictum inferioris.*
18 *Interdictus si se offert ad iustitiam eorum pro quibus sentẽtiã accepit, an absoluatur.*
19 *Interdictum an tollatur, si ille, cuius culpa latum est, nult satisfacere.*

INTERDICTVM tertiò considerandum est à quo possit, quæ sit forma ponendi aut relaxandi illud. De posito enim ab homine quãtũ ad hoc certa regula dari nõ potest. ¶ *Primò verò quæritur, contra quid vel quem poni possit interdictũ? Et dico, q̃ generaliter contra omnem personam subditam cuiuscunque conditionis, & contra omnem vniuersitatem, & contra omnẽ locum à suo prælato: aliter sententia lata à iudice non suo non ligat: de offi. delegati. sanè. el ij. & de iud. at si clerici. de priuilegiatis tamen ne possint interdici, §. §. iiij. de filijs etiã Romanę ecclesiæ vel apostolicæ sedis, s. interdictum. j. §. j. ¶ Secũdò quæritur, *à quo poni possit interdictũ? Et dicit Archid. q̃ ab homine, & à iure, & ab vtroq;, quãdoq; interdictum generale, quãdoq; speciale, & quandoq; etiam singulare: quod nõ est sic intelligendum quasi interdictum diuidatur in hęc tria: sed locale intendit diuidere in duo, scilicet generale & speciale, quod etiã dicitur singulare: sed quia de generali, locali, & personali simul agit, ideo posuit tãtũ tria mẽbra prædicta. s. generale, tam locale quàm personale, & speciale locale, & singulare personale. & ista patent considerãti diffinitiones eius, tertia parte, titul. xxvij. c. ij. imò hoc ipse dicit expresse ibi c. v. circa princip. ¶ Tertiò quæritur, *à quo homine poni possit interdictũ? generale locorum, & personarũ, & speciale, & singulare? Et dico, q̃ hoc potest primò in genere omnis potens excõmunicare vel suspẽdere ratione iurisdictionis ordinariæ vel delegatæ super interdicẽdos. de verborũ signifi. quærenti. de officio delega. quia pontificali. lib. vj. Et secundò papa in tota ecclesia, vt planũ est. Et tertiò delegatus etiã cõtra suæ iurisdictionis episcopũ. de offi. deleg. c. sanè. & subdelegatus. de offi. deleg. c. ex literis. quod planum est si in literis delegatiõis est clausula cõsueta, scilicet cõtradictores per censũram ecclesiasticã compescendo. de verb. signifi. quærenti. & similiter si datus est simpliciter sine dicta clausula: quia tunc poterit hanc pœnam imponere, maximè vbi est expressum à iure. de offi. deleg. de causis. Et quartò ordinarius episcopus cõtra eos qui sunt suæ iurisdictionis: non tamẽ debet suspẽdere vel interdicere clericos aut eorum ecclesias perpetuò vel ad longũ tẽpus, nisi de cõsensu capituli. de excess. prælа. c. j. maximè quãdo procedit ex officio. regulariter tamen sentẽtia pastoris solius de iure & de cõsuetudine timẽda est & tremẽda. xj. q. ij. cap. j. xvj. quæst. ij. visis. de offi. ordi. cùm ab ecclesiarum. Et hoc potest electus confirmatus, nondũ consecratus: quia hoc est iurisdictiõis. de elec. trãsmissam. Et quintò inferior prælatus habens iurisdictionẽ ordinariã contra sibi subditos.

de cõsue.cùm inter.de offic.ord.cùm ab ecclesiarũ.vbi no
tatur qui & quando inferiores ab ipsis habeãt iurisdictio-
nẽ ordinariã.Et sextò sede vacãte capitulũ.de ma.& obe.
c.is qui. Non põt autẽ interdicere mulier prælata & prio
rissa vel abbatissa:qa hæc ad potestatẽ clauiũ pertinet. de
pœ.& re.noua.Nec canonici ecclesiæ cathedralis possunt
similiter interdictũ ponere in aliquo loco, vel ecclesia.de
4 his quæ fi.à ma.par.capi. quæ sunt. ¶ Quartò quæritur,*à
quo homine poni possit contra priuilegiatos ne possint
interdici?Et dico multa. ¶ Primũ.Exẽpti à prælatis nõ pos
sunt ab eis interdici etiã indirectè:imò prohibetur eis ne
in exemptorũ odiũ aut priuilegiorũ fraudem interdicãt,
vel excõmunicent vendẽtes eis aut ab illis emẽtes,aut eis
cõmunicãtes:aliter cõtrafacientes sunt puniendi.de priu.
quanto.Si tamen exẽptus ab vna parte beneficiũ habet,ra
tione cuius non sit exẽptus:in hoc diœcesani sui sentẽtijs
subiacet.de priuile.cũ capella.Similiter ratione delicti &
cõtractus interdici possent:vt s̃.Exẽptio v. §.viij. ¶ Scdm.
Priuilegia,ꝙ aliqui excõicari vel eorũ terræ interdici nõ
possint,cõcessa singularib⁹ psonis ecclesiasticis vel secula
ribus,nõ extendũtur ad sentẽtias ordinariorũ: quia ipsi ta
les excõicare & interdicere possint,nisi cõcessa fuerint re
gibus,reginis,vel eorũ filijs,aut religiosis,nõ ratione pso
narum,sed ordinum vel locorũ.de priuil.ne aliqui.lib. vj.
¶ Tertiũ.Si dominus tẽporalis supponat terrã suã,& pro
get in se iurisdictionẽ alicuius episcopi,põt terra eius ab
illo interdici,secundũ Host.si ordinarius cõsensit in pro-
rogationẽ:de foro cõpe.c.significasti. si verò non cõsense
rit,adhuc putat ꝙ possit:& clerici tale interdictũ seruare
tenẽtur:de iureiur.ex rescripto.& de offi.deleg.c.P. & G.
Licet enim laicus per specialẽ conuentionẽ nõ possit sup
ponere alijs ecclesias vel personas ecclesiasticas terrę suæ:
tamẽ cũ vniuersitate tacitè transeũt. ¶ Quintò quæritur,
5 *vtrũ impositio interdicti requirat causam aliquã,& quã?
Et dico multa. ¶ Primum.Secundũ Inn.Host.Ber. interdi
ctum poni nõ põt sine causa rationabili,sicut nec cessatio
à diuinis:vt s̃.Cessatio. §.j.dictũ est:extrà eo.cũ medicina
lis.lib.vj.& de his quæ fi.à ma.par.ca.c.quæsiuit.quã decre
talẽ Inn.& Host.sic intelligũt,ꝙ sentẽtia interdicti nõ est
ferẽda propter culpã particularis psonæ,sed vniuersitatis,
nisi sit dñs loci.de sponsa.nõ est vobis.de offi.deleg.sanè.
Igitur ferri põt propter delictũ dñi vel capituli siue alicu
ius cõmunitatis. ¶ Secundũ.Nullus locus põt interdici au
thoritate ordinaria,vel delegata pro debito pecuniario,
vel cuiusuis pecunię quãtitate:aliàs nõ tenet,nisi fieret de
sedis apostolicę speciali & expressa licẽtia,p extrauagãtẽ
Bonifacij octaui,quæ incipit,prouide.quod Archid. vide
tur limitare de interdicto generali,dicens poni posse spe
ciale pro dicta causa:qui nõ loquitur de ponẽdo authori-
tate papę,qa sic poni põt generale:ergò loquitur de ponẽ
do authoritate episcopi. Standũ tamẽ est cõsuetudini in
6 hoc. ¶ Sextò quæritur,*vtrum positio interdicti requirat
monitionẽ?Et dico secundũ Cald. ꝙ si fertur ab homine
ꝑpter cõtumaciã,necessaria est monitio præcedẽs,& for-
ma quæ traditur.de sen.excõ.c.j.li.vj.& sic intellige de ap
pellationibus.c.repræhẽsibilis. Si tamẽ sine ea fiat, tenet,
vt ibi innuit gl.Si verò fertur ꝑpter delictũ, secundũ Sũ.
Rosel.indistinctè nõ est necessaria monitio.Sed tu limita
propter delictũ cõmissum,ita ꝙ inferatur in pœnã, vt di-
cit Inno.qa tunc ꝓbata culpa,vel notoria existẽte,imponi
potest sine monitione & pœnitẽti,& correpto: sicut & de
suspẽsione patet.v.q.iiij.in loco.qđ Suppl.limitat de pœ-
na statuta per canonẽ, quę incurritur ipso facto:qa si impo
natur ab homine pro pœna, debet præcedere, vt dicit,mo
nitio.Sed est impossibile:qa respectu præteriti vt præteri
tũ,nõ habet locũ monitio,nisi quatenus est aliquo modo
futurũ,quo modo intelligitur c.sicut.de coha.cler.& mu-
lier.quod allegat.Si verò inferatur à iure ꝑpter delictũ,
fit sine monitione,secundũ Archi.post Cal.siue sit specia-
7 le,siue generale. ¶ Septimò quæritur,*vtrũ interdictũ fe-
rendũ sit sub aliqua forma verborũ?Et dico, ꝙ interdictũ
ferri quidẽ debet in scriptis continentibus causam:& exẽ
plar tenet iudex tradere interdicto intra mensem si fuerit
requisitus,sub pœna suspẽsionis ab ingressu ecclesiæ per
mẽsem:vt de sen.excõ.cũ medicinalis.lib.vj.tamen nõ est
aliqua forma verborũ necessariò obseruanda:sed põt esse
ista, vel similis,seu æquiualẽs:Nos propter talẽ causam,ec
clesiã siue terrã talẽ supponimus interdicto.de verb.signi.
cum partibus.& de offi.deleg.sanè.& vt dicit Inno.cõiter
additur,ecclesiastico,ad differentiã interdicti legalis.Po-
test autẽ iudex sententiam talẽ pro sua volũtate determi-
nare:puta interdicẽdo missam cũ cãtu,vel horas,aut sepul
turas,& huiusmodi:vel excipiendo aut subijciendo quos
vult,& qñ vult:puta qñ domin⁹ terrę est ibi præsens,& hu
8 iusmodi.de spon nõ est vobis. ¶ Octauò quæritur,*vtrũ
interdictũ suspẽdi possit, ita ꝙ liceat celebrare diuina?
Et dico multa. ¶ Primũ.Secundũ Bernar.de appel.ad hęc.
quoniã episcopus suspẽdere nõ potest suũ interdictũ dã-
do licentiã celebrãdi in ecclesia à se interdicta:sed est hoc
solius papæ.Sed verius dicit Inn.& Host.ꝙ quando locus
est interdictus,talis sentẽtia suspendi potest:& tunc licet
ibi celebrare.de priui.vt priuilegia.Intellige si est interdi
ctus ab episcopo:secus si à papa. Similiter si est interdicta
persona seu suspẽsa pro delicto alterius: quod aliquando
fit,vt xvij.q.iiij.miror.& c.felix. talis sentẽtia per episco-
pũ suspẽdi potest,sicut & tolli.Sed si hoc factũ sit pro cul-
pa suspẽsi vel interdicti,nõ posset de licẽtia alicuius cele-
brare,vel huiusmodi sentẽtia suspẽdi.Sed intellige alicu-
ius,citra summũ pontificẽ:quia ipse posset cũ tali dispen-
sare,cùm sit iuris humani,nisi adhuc perseueraret in deli-
cto:quia tũc dispensare non posset in celebratione missæ,
9 sed tantùm in alijs. ¶* Secundũ.Per appellationẽ sequen-
tem nõ suspẽditur interdictũ:si tamen eius effectus sit su-
spensus ad tẽpus,secundũ Host.intra tempus suspensionis
appellari potest à suspensa sentẽtia,sicut à cõditionali.de
appella. præterea & c.dilectus.Et idem de sentẽtia suspen
sionis.Secus in sentẽtia excõmunicationis,cuius effectus
nũquam relaxari potest ad tempus,nisi omnino tollatur:
de sent.excomm.cap.cùm desideres. Et hæc omnia limita
de interdicto à diuinis & spiritualibus,non à temporali-
b⁹:puta ne quis ingrediatur possessionẽ Petri.ff.de appel
lation.l.constitutionis.pro quo vide Io.Andr.in c. is cui.
10 de sent.excom.lib.vj. ¶* Tertium. Priuilegiũ concessum
à legato de latere,ꝙ qs tẽpore interdicti valeat celebrare,
interdictis & excommunicatis exclusis, valet quantũ ad
sententiãs suas & suorũ ordinariorũ,secundùm Laud.nisi
specialiter à successore reuocetur:& tenet idẽ,ꝙ etiam va
let quo ad sentẽtias papę:arg.c.dilectus.el ij.de rescriptis.
11 ¶ Quartũ.*Sentẽtia interdicti & suspẽsionis nudo verbo
suspẽditur,vel totaliter relaxatur cũ iuramento.tamen de
12 sen.exc.alma.li.vj. ¶ Nonò quæritur,*vtrũ interdictũ re-
laxari possit,& quõ?Et dico multa. ¶ Primum.Secundùm
Ho.licet in sentẽtia excõicationis expressa sit solẽnis for
ma quam habes s̃.Absolutio iij. §.iij.in sentẽtia tamen in
terdicti & suspensionis secus est: quia nudo verbo relaxã
tur,cum iuramẽto tamẽ,vt suprà proximè dictũ est: vnde
in

in eius absolutione,vel relaxatiõe; si sit latũ simpliciter,
non ad tẽpus,licet nõ sit tradita specialis forma,necessa-
riò seruanda:tamẽ secũdùm Host.& alios docto.oportet
vti aliqua forma verbali:sed sufficit dicere,reuoco,remo
ueo,absoluo,aut qđ simile:nõ sufficit aũt si Papa det licẽ-
tiã celebrãdi in ecclesia à se specialiter interdicta: quia se
cundùm Host. ꝑ hoc interdictũ nõ relaxatur, scilicet nisi
ꝑ illo casu. Si verò ipse,vel alius, qui protulit interdictũ,
nõ seruãdo illud intẽdit per hoc relaxare, ita ꝙ ipse pro-
ferens hoc dicit,secundũ Cal.est relaxatũ: cùm nõ sit cer-
ta forma relaxandi. Sed vbi proferens hoc nõ dixit, licet
mẽte gereret relaxare,non est relaxatũ: quia sicut verbali
ter sunt lata sentẽtia,ita verbo debuit relaxari.de re iud.c.
j. quod verũ est præterquàm in Papa , q legibus nõ subij-
citur.ff.de legi.l.princeps. Vnde si mente sola relaxet, est
relaxatũ:nec violãtes incurrũt pœnas iuris,licet peccent,
13 si hoc ignorãt,secundũ Cald. ¶ Secundũ.*Si interdictum
sit latũ ad tẽpus,puta vsq; ad annũ,vel donec satisfecerit,
vel donec talis ibi moretur, vel huiusmodi:post tale quid
absolutio nulla requiritur,sed ipso facto interdictũ remo
uetur, & licitè post hoc celebratur , vt not.Pan.c. non est
vobis.de sponsa.& hoc intellige siue à iure fuerit, siue ab
homine. & idẽ de qualibet alia suspẽsione. Secus autẽ de
sententia excõmunicationis ad tempus : quia requiritur
absolutio,vt no.doc.in c.fi.de matri.con.cõtra inter.ecc.
Et ibi reddũt rationẽ: quia excõmunicatio requirit certã
formã in absolutione:sed in interdicto,& suspẽsione suf-
ficere cõstaret de mẽte iudicis.Et licet aliqui dubitent de
excõmunicatione lata à Papa ad tempus: tamen tenendũ
est, ꝙ requiritur absolutio, nisi apertè cõstet Papã velle eũ
esse absolutũ,vt not.do.Anto.& sequitur Panor. in d.c.fi.
14 ¶ Tertium.*Interdictũ generale ad cautelã relaxari non
potest:de sent.excom.c.presenti.lib.vj.Sed si sit particula
re,seu speciale cõtra personã, sic potest relaxari ad caute
lam:arg.à cõtrario sensu.d.c.præsenti. Vnde speciale in-
terdictum positũ in aliqua ecclesia,quãuis Archi.dicat,ꝙ
non potest relaxari ad cautelã,si dicatur nullũ, Io. tamen
Mo.dicit cõtrarium:quod Io.And.fatetur videri sibi ve-
rius.& placet etiam Cald.quia c.presenti. de sent.excom.
lib.vj.loquitur de generali interdicto, qđ scilicet ad cau-
telam relaxari nõ potest : secus ergo de speciali.xxv.dist.
qualis. Sed tamen per ly potest,intellige ly oportet: quia
nihil obest si relaxet,licet nõ oporteat, argu.d.c.presenti:
Quicquid autẽ sit de speciali quantũ ad locũ,tamẽ quan-
tum ad speciale personale hoc tene. & ratio est, qa specia
liter interdicto,donec absoluatur,omnia sacramenta ne-
gantur: & sic idẽ est quod & de excõmunicatione, à qua
quis absoluitur sub cõditione:vt in c.solet. de senten.ex-
commu.lib.vj.Et hoc tenet Io.And.in c.presenti. quod li
mita quando videtur expediens relaxatio. ¶ Quartum.
15 *Ciuitate interdicta, si qui volunt satisfacere, Tancre.di
cit,q in eis relaxatur interdictum.Sed Host.dicit ꝙ non:
quia sic rigor ecclesiæ dissolueretur. & idem tenet Bern.
Io.& Inno.de pœni.remis.c. quod itẽ. pro eo quòd ibidẽ
hoc specialiter cõceditur sumẽtibus signũ crucis,& pere-
grinis:& consequenter hoc intelligitur in alijs prohiberi.
16 ¶ Decimò quæritur,* à quo possit interdictum relaxari?
Et dico multa. ¶ Primum. Si sententia interdicti, vel su-
spensionis lata est ab homine,absoluere,seu relaxare põt
ille,q eã tulit, vel eius superior,nõ autẽ alius,nisi de eius
mãdato.xxiiij.q.j.c.si Petrus.Si verò sit à iure:aut condi-
tor canonis nihil sibi reseruauit: & tũc poterit hoc episco
pus ordinarius, nisi esset latũ ad certũ tempus : quia ante
illud non posset,per ea, quę not.glo.in c.cupiẽtes. §.cæte
rum.in verbo,suspẽsos.de elec. lib.vj. Ex quo infertur li-
mitatio ad c. nuper. Et similiter hoc poterit legatus sedis
apostolicæ,arg.c.nuper. de sen.excõ. imò & quilibet or-
dinarius prælatus;etiã episcopus inferior, quãtũ ad perso
nas suæ iurisdictionis:licet nõ quo ad locũ. argu. eorum,
quę dicta sunt de absolutione excõmunicationis, Absolu
tio.ij. §.j. maximè vbi haberi nõ posset copia superioris
absolutoris. arg.eorum, quę dicta sunt s̃.Dispẽsatio. §.ix.
Nec obstat probatio Sũmæ Rosellæ in cõtrariũ, scilicet,
inferior episcopo nõ potest minus : puta, tollere vinculũ
pollutionis ab ecclesia per reconciliationẽ:ergo nec ma-
ius, scilicet tollere vinculũ interdicti, quod est maius;cũ
inde ex hoc cõtrahat irregularitas ibi celebrãdo, nõ hic.
Dico enim nõ valere argumentũ à minori in genere di-
uerso:sicut angelus nõ potest gustare,ergo nec intellige-
re.& ita est hic:quia reconciliare ecclesiã pollutã est con
secrationis, vel ordinis:absoluere verò ab interdicto est iu
risdictionis.& ꝑterea probatio procedit de interdicto lo
ci, & nos loquimur de interdicto personæ. Aut conditor
canonis reseruauit sibi aliquod antecedẽs ad interdictũ:
puta,absolutionẽ ab excõmunicatiõe latã cõtra singularẽ
personã, sed nõ absolutionẽ ab interdicto, quod iure se-
quitur ex eodẽ delicto cõtra vniuersitatẽ,vel locũ: & tũc
secundũ Archi. licet nõ expresse, ex consequenti videtur
sibi reseruasse relaxationẽ interdicti:quia quoties vitium
ex vna radice nascitur, cõsequẽs est vt eadẽ lege tollatur,
C.de nupt.l.si libertã.& facit similitudo rationis:quia in-
terdictũ & excõmunicatio nomine cẽsuræ cõtinentur:de
ver.sig.querẽti.& quod de vno dicitur,de alio intelligẽ-
dum est.Sed hoc dictũ Io.And. nõ placet hac ratione: qa
de duobus suppositis,vno solo reseruato,alterũ videt cõ-
cessum:& hoc videt placere glossæ in cle.j.de her.& hoc
videtur sequi Sũ. Ros. Sed mihi placet magis opinio Ar-
chi.& improbatio Io.And.procedit in duobus disparatis,
nõ autẽ consequẽter se habẽtibus. Si autẽ sibi reseruauit
absolutionẽ ab interdicto, ipse solus poterit, aut alius de
17 eius mãdato. ¶ Vndecimò* quæritur, vtrũ superior præla
tus debeat, aut possit relaxare interdictũ latũ ab inferio-
re?Et dico multa. ¶ Primũ.Archiepiscop⁹,vel eius officia
lis nõ potest relaxare interdictum, siue excõicationẽ, vel
suspẽsionẽ latã ab officialibus Archidiaconorũ: seu alijs
iurisdictionẽ habẽtibus subditis suffraganeorũ, ipsis, qui
tulerũt,omissis:nisi esset consuetudo cõtraria.x̃.eo. Ro-
mana.lib.vj.vbi dicit,nõ relaxat.vnde si relaxauerit, licet
male egerit, tenet tamẽ relaxatio , nisi aliqua cõsuetudo
obstaret:vt in Sũ.Cõf.lib.eo.xxxiij.q.cclxix. & ibi secun-
dùm Inn. ¶ Secundũ. Postquã sentẽtia interdicti per ali-
quos inferiores rationabiliter lata est , maiores nõ debẽt
eã relaxare absq; cõgrua satisfactione, & conscientia eius
qui tulit eã:de offi.ordi.cùm ab ecclesiarũ.Sed si nõ sit rã
tionabiliter lata, debet sine difficultate relaxare, q eã tu-
lit:de offi.or.graue.seu superior,ad quẽ recurrit.de sent.
18 excom.c.cũ medicinalis. lib.vj. ¶ Duodecimò* quæritur,
quid de eo, qui interdicto , vel excõmunicatione adstri-
ctus offert se ad iustitiã eorũ,pro quibus sentẽtiã accepit?
Et dico,ꝙ iudex eũ,ne sic decedat,põt absoluere:& si ad-
uersa pars appellet ne absoluatur, ante absolutionẽ tamẽ
debet ab illo accipi sufficiẽs cautio,ꝙ in presentia Roma
ni põtificis, ad quẽ appellat,si voluerit appellator, vel co
ram iudice, qui causam delegauerit, iure parebit.Et idem
de his, q dicũt se iniustè interdictos, vel excõmunicatos:
etiã si ad sedẽ apostolicam hi, qui huiusmodi sententiam

protulerũt, appellarent: de app. qua fronte. ¶ Decimoter-
19 tiò* quæritur, quid si tẽpore generalis interdicti is, propter cuius culpã latũ est, vult satisfacere? Et dicit Io. And. quòd tolletur interdictum. Si verò fuit culpabilis tanquã cõsiliarius, vel auxiliarius, licet accipiatur cautio, & imũgatur pœnitentia, nõ relaxabitur tamen interdictum: de sent. excom. alma. lib. vj. quod si non propter eius culpam latum est, ipse quidem punitur, sed eius satisfactio nõ requiritur: de sentent. excom. si sententia. lib. vj.

RVRSVS de Interdicto quartò, quando à iure proponatur.

1 *Interdictum generale, quando ipso iure inducatur alio loco.*
2 *Interdictum generale personale, quando inducatur ipso iure.*
3 *Interdictum locale speciale, quando à iure inducatur.*
4 *Interdictum speciale personale, quando inducatur ipso iure.*

INTERDICTVM quartò aliquãdo est alicubi ipso iure positũ: & de hoc nũc agendũ est. ¶ Primò verò quæ-
1 ritur,* quando à iure latum sit interdictũ generale locale? Et dico, ꝙ *in multis casibus*. ¶ Primò quãdo ciuitas, siue repræsentãtes ciuitatẽ, in qua moritur summus pontifex, nõ seruat dispositionẽ c. vbi periculum. de elect. lib. vj. qa tunc ipso facto est interdicta: vt ibidẽ. ¶ Secundò, quãdo ciuitas dat auxiliũ, cõsiliũ, vel fauorẽ insecutoribus, aut captoribus Cardinaliũ, aut percussoribus, & mãdatoribꝰ prædictorũ, aut socijs talia faciẽtiũ: vel si intra mẽsem tales delinquẽtes nõ punierit, si potest: qa ipso facto est interdicta. de pœn. felicis. lib. vj. Excipitur Roma. ¶ Tertiò, qñ collegiũ vel vniuersitas ciuitatis aut loci ab ecclesijs vel ecclesiasticis psonis exigit pedagia, guidagia, vel alia per se, aut per aliũ de rebus suis, quas nõ causa negotiãdi deferunt, aut ad huiusmodi soluẽda cõpellunt: quia ipso facto omnis ciuitas, castrũ, aut villa, aut alius locus dictæ 4
vniuersitatis, vel collegij subiacet interdicto: vt de cẽsi. c. qua quã. lib. vj. Io. aũt Cal. dicit istũ casum, nec receptum esse, nec seruari: licet postea sancitũ fuerit pœnas ꝓdictas debere per locorũ diœcesanos publicari: vt in cle. presenti. de sen. excõ. Sed cõmuniter ista opinio secundũ Arch. non tenetur: quia etsi de lege dicatur, ꝙ cõfirmatur, cùm moribus vtentium approbatur, & propter contrariã consuetudinẽ abrogatur. dist. iij. §. leges. nõ tamen sic est de sententia excõicationis, adde vel interdicti, quæ subitò trahit secũ effectũ suum: & præterea in d.c. quanquã. dicitur, contraria cõsuetudine nõ obstante. ¶ Quartò, quãdo collegiũ, vel vniuersitas sustinent per mensem pœnã quã meruerunt in conducendo, aut permittẽdo vsurarios alienigenas, aut illis locando domos: quę imponitur in c. j. de vsũ. lib. vj. de qua j. Vsura, §. xxij. quia post mẽsem omnes terrę ipsorũ sunt interdictæ, quãdiu ijdẽ vsurarij in illis cõmorantur: vt in d.c.j. ¶ Quintò, quãdo ciuitas cõmittit aliquid in episcopũ suum, vt capiatur, percutiatur, banniatur: quia ipso facto est interdicta. cle. si quis suadẽte. de pœ. Casus autẽ c. de immu. eccle. lib. vj. reuocatus est ꝓ cle. quoniã. eo. tit. ¶ Sextò, quãdo in aliquo loco, vel in aliquibus locis episcopus detinetur inuitus: quia sunt interdicta ipso iure: dicta cle. si quis. ¶ Septimò, quãdo dominus regni, castri, vel loci impedit ne legatus, aut nũtiꝰ Papæ possit exequi suũ officium: quia est interdictũ regnum, castrũ, vel locus ipso facto: & tãdiu, donec pstiterit in tali cõtumacia: de offi. deleg. super gẽtes. lib. vj. extrauagans. est. ¶ Octauò, qñ vniuersitas cõcedit repræsalias, aut cõcessas extẽdit ad psonas ecclesiasticas, vel eorũ bona, nisi intra mẽsem reuocet: quia ipso facto est interdicta. de iniur. & si pignorationes. lib. vj. ¶ Secũdò quæri 2
tur,* quãdo à iure latũ sit interdictũ generale personale? Et dico ꝙ in duobus casibus. ¶ Primò in omni casu, quo infertur generale locale propter crimẽ vniuersitatis: vt in omnibus prædictis: nõ aũt propter crimẽ dominatũm: nisi specialiter populus exprimat, vt patet ex dictis s. Interdictũ. ij. §. vj. ¶ Secundò, quãdo cõitas, vel vniuersitas imponit, exigit, vel recipit collectas ab ecclesiasticis &c. de qb⁹ in c. clericis. de immu. eccli. vj. seu qñ bona deposita in ecclesijs arrestauerit, occupauerit, vel arrestari, aut occupari fecerit, seu dederit in his auxiliũ, cõsiliũ, vel fauorẽ scienter: quia ipso facto est interdicta: nec absoluit, nisi de speciali mãdato sedis apostolicæ, nõ obstãtibꝰ quibuscunq; priuilegijs: vt in d.c. clericis. sed tamẽ vacat per cle. vnicã. eo. ti. licet stent dicta §. priore, parti. ij. ¶ Tertiò* quæritur, quando à iure latũ sit interdictũ locale spe- 3
ciale? Et dico ꝙ in multis casibꝰ. ¶ Primò, quãdo ecclesia aliqua polluitur per iniuriosum homicidiũ, vel iniuriosam sanguinis effusionẽ, aut effusionem humani seminis, iuxta dicta s. Cõsecratio ecclæ. ij. §. v. qa tũc ita est interdicta, ꝙ ante recõciliationẽ nõ debẽt in ea officia diuina celebrari. de cõse. di. j. si motũ. & c. ecclesijs. ¶ Secũdò quãdo clerici vel religiosi inducũt aliquẽ ad vouendũ aut irandũ, vel fide interposita, seu aliàs promittendũ de sepultura, si in eorũ ecclesia vel cœmeterio illũ sepeliãt: quia si intra decenniũ nõ restituãt ecclesiæ, vbi de iure venit sepeliendus, omnia quæ occasione sepulturę habuerũt, etiã si nõ petãtur, & cadauer si petatur, ipso facto eorũ ecclesiæ & cœmeteria sunt interdicta. c. animarũ periculis. de sepult. lib. vj. & tãdiu, donec satisfecerint, vt ibidẽ. ¶ Tertiò, quãdo episcopus in aliquo loco detinetur inuitus. cle. si quis suadẽte. de pœn. & hoc interdictũ potest esse generale & speciale. ¶ Quartò quæritur,* quãdo iure feratur interdi- 4
ctũ speciale personale, quod etiã aliquãdo dicitur singulare? Et circa hoc dico multa. ¶ Primũ, ꝙ, vt patet ex dictis, interdictũ singulare personale est, qñ singulari personæ interdicuntur diuina officia, & ecclesiastica sacramenta omnia, vel particulariter quædã officia, vel qdã sacramẽta. de offic. dele. ex literis. & de priui. c. j. & c. episcoporũ. li. vj. & de tẽp. ord. vel nõ est cõpos: & istud etiã põt dici fuspẽsio. ¶ Secũdũ est, ꝙ interdictus ab aliquo actu respiciente diuina, intelligitur interdictus, etiã ab omni alio, qui includitur in illo, vel qui sine illo interdicto exerceri nõ potest: de app. solicitudinẽ. Vnde interdictus ab officio sacerdotali, nõ debet primò exercere officia, quę propriè cõpetunt sacerdoti: secus si esset ei solùm interdictũ altaris ministeriũ, nec secũdò officiũ põtificale: qa illud sine sacerdotali excercere nõ põt. de excess. prælat. ex literis. Et eadẽ ratione interdictus ab ordinibus minoribus promoueri nõ põt ad maiores: nec interdictus. i. suspẽsus ab exercitio inferioris ordinis, exercere actũ superioris: quẽ sine exercitio inferioris exercere nõ põt: sicut econtrario prohibitus à maiori nõ intelligit prohibitus à minori. Probat hoc xcv. dist. illud. & dist. liiij. gesta. ¶ Tertiũ est, ꝙ episcopus suspẽsus, vel interdictus à põtificali officio, si exercet sacerdotale, etiã cũ põtificalibus, nõ est irregularis: sed si exercet aliqd ꝓ se spectãs ad officiũ episcopale respectu cõsecratiõis episcopalis, siue cũ Missa, & cõfecrando ordinariè: siue sine Missa, vt chrismate in frõte, est irregularis. ¶ Quartum est, ꝙ sacerdos, cui interdicta sunt sacerdotalia, si cõficiat corpꝰ Christi sine missa, est irregularis: nõ aũt excõicatus minori celebrãs sciẽter, licet peccet mortaliter. ¶ Quintũ est, ꝙ ab ingressũ ecclię est quis interdictus in multis casibus. Primò, si ferat sententiã excomm.

excõicationis aliter quàm iura tradiderint: scilicet in scriptis eõtinẽtibus causam, & premissa monitione corã testibus, per quos probari possit si oportuerit. eo. titu. sacro. itẽ eo. ti. lib. vj. c. j. Et secundò, si quis nõ seruauerit cõstitutionem Innocẽtij quarti, quæ est in c. Romana. de cen. lib. vj. præcipientis procurationes à visitantibus recipi in victualibus, nõ in pecunia, & non recipi munera: nec etiam procurationes in victualibus à locis nõ visitatis: quia patriarchis, archiepiscopis, & episcopis si intra mensem duplum nõ reddiderint ecclesiæ grauatę, interdictus est ingressus ecclesiæ: inferiores verò ab officio & beneficio sunt suspẽsi, donec reddiderint. de cen. exigit. lib. vj. Et tertiò, si recipiat episcopatũ vel abbatiam aut inferiorem dignitatẽ de manu laicæ personæ, donec resipiscat & laica persona ista conferens. xvj. q. vij. si quis deinceps. Et quartò, si celebrat scienter, seu aliàs participat in diuinis præsentibus publicè excõmunicatis vel interdictis: vel eos admittit ad ecclesiasticam sepulturã, donec satisfaciant ad arbitrium eius, cuius sententiã contempserunt. de priuileg. c. episcoporum. lib. vj. quod Arch. intelligit de sententia hominis propter illud verbũ, ad arbitrium, &c. Hodie tamẽ admittẽs tales ad ecclesiasticam sepulturam est excommunicatus per cle. eos. de sen. excom. Quæ autem sit pœna talis, scilicet, qui ab ingressu ecclesiæ est interdictus, si non obseruet sententiam, vide infrà Interdictum. vj. q. ij.

RVRSVS DE INTERDICTO QVINTO, quantùm ad effectum, quid scilicet eo tempore liceat, & quid non liceat.

1 *Interdicti tempore qualiter celebrẽtur diuina officia. & nu. 2.*
3 *Festum quando incipiat, & quando finiatur.*
4 *Sepultura tempore interdicti quando sint solennes.*
5 *Interdicti tempore quæ prohibeantur fieri.*
6 *Interdicti uiolatio quando inducat irregularitatem.*
7 *Interdictum quibus modis uioletur à clericis uel laicis. & nu. 8.*
9 *Interdicti tempore quæ fiant.*
10 *Sepulturæ qualiter fiant tempore interdicti.*

INTERDICTVM quintò considerandum est quantum ad effectum, videndo quid tempore interdicti liceat, & quid nõ liceat, stante duplici cõsideratione c. alma. de sen. excom. lib. vj. Et circa hoc multa quærũtur. ¶ Primò enim quæritur, quæ sit, & qualiter intelligenda circa diuina offi-
1 cia moderatio prima d.c. alma? Et dico multa. ¶* Primum. Secundùm antiqua iura in loco suppositio ecclesiastico interdicto nulla permittebantur ecclesiastica officia celebrari vel audiri: de pœni. & re. quod in te. de sponsa. nõ est vobis. nisi semel in hebdomada celebrari causa conficiendi corpus Christi. de sen. excom. c. permittimus. Sed per noua iura istud extitit moderatũ per dictũ c. alma. primò per istum scilicet modum, ꝙ singulis diebus in tali loco possunt & debẽt in ecclesijs & monasterijs missæ & alia officia celebrari sicut prius, sed cum his quatuor cõditionibꝰ, scilicet submissa voce, ianuis clausis, nõ pulsatis campanis, excõmunicatis & interdictis exclusis: & non venientes ad diuina ita perdunt distributiones, ac si non esset interdictum. Prædicta autem moderatio locum nõ habet in interdicto populi seu vniuersitatis nõ expresso loco ĩ sententia: quia dictũ caput, alma. loquitur simul de interdicto generali loci & vniuersitatis, villæ, castri, regni, & huiusmodi. Similiter secundũ gl. nec ipsa, nec sequens habent locũ in ecclesia vel monasterio specialiter interdictis: quia nullo modo ibi possent celebrare diuina, etiã cum dicta moderatione, habent tamẽ locum æquè in exemptis sicut in nõ exemptis. Non habet etiam locum ista limitatio, quæ ibi continetur in §. adijcimus. secundũ Gemin. post Io. And. super d.c. alma. in nouel. quãdo clericus iubetur exire relictis parochialibus ministris pro dandis sacramẽtis: sed statur d.c. permittimus. vt semel tãtũ in hebdomada celebretur. Sed quia ad hoc nihil allegant, & in d.c. alma. ecclesia intẽdit ampliare antiqua iura, & ꝙ ecclesię nõ priuẽtur debitis obsequijs sine culpa, vt patet in tex. dico hoc nõ habere locũ, qñ clerꝰ iubetur exire, ex impossibilitate factiquia scilicet si exit collegiũ, diuina celebrari nequeũt collegialiter, nõ autẽ ex aliqua iuris prohibitione: ideo si qui tunc licitè remaneãt, poterũt celebrare, & non sacerdotes cõicare, vt prius, cũ illa moderatione, nisi in sententia aliter cõtineatur: qa intẽtio illius capituli est, ꝙ diuina celebrẽtur quantũ cõpatitur pœna eorũ qui iustè puniuntur: quã nullo modo impedit illa celebratio sic moderata. ad quod ẽt facit regula iuris, odia. in vj. quia gratiæ & fauores, maximè in spectãtibus ad animã, debent ampliari. Vnde etiã dico, ꝙ eo casu nõ interdicitur pœnitẽtia religiosis sanis qui nõ fuerũt in culpa, & licitè remanẽt, tũ ex ratione d.c. tũ etiã quia si licitè celebrãt, licitè cõsciẽtias purgãt. Eadẽ etiã ratione moniales, quæ licitè remanẽt, licitè celebrãt diuina, & cõicãt vt prius, & confitẽtur cũ eadẽ moderatione. De pœnitẽtia aũt secularũ nõ decedẽtiũ, dico ꝙ olim in generali interdicto nõ licebat. de spõ. nõ est vobis: nũc aũt licet per d.c. alma. §. quia verò, modò nõ sint excõicati, nec causam dederint interdicto: vt j. §. vij. quod quidẽ vtrũ sit verũ, quãdo clerus iubetur exire: nec tex. nec gl. inuenio hoc negãtẽ: nec ad hoc est ratio efficax: & ideo nisi in sententia aliter cõtineatur, ita tenendũ est. Dicere aũt, ꝙ papa nulli possit negare pœnitẽtiã ĩ sanitate, est erroneũ: quia cõtra c. quod in te. de pœn. & remi. & fuit error olim Gof. Tanc. Greg. & Vinc. vt refert glo. in d.c. alma. ¶ Secũdum. Prædicta aũt officia sub tali moderatione, secundùm Arch. in d.c. alma. celebrãda sunt à proprijs ecclesiarũ clericis vel monachis monasteriorũ, nisi & ipsi essent interdicti: quia de interdicto singulariter aut generaliter, qui etiã vbiq; est interdictus, capitulũ istud non loquitur. Poterit aũt celebrari missa etiã peculiaris, secundũ Gemin. & Ioã. And. & Ioã. Cal. in d.c. alma. licet Io. Mo. dixerit, ꝙ solùm cõuẽtualis. quod nõ habet rationẽ: cùm celebrandũ sit vt prius, seruatis prædictis. ¶ Tertiũ. Ad ista diuina admitti nõ debẽt seculares nõ interdicti, siue de terris nõ interdictis, secundũ omnes: vt in c. licet. de priui. li. vj. de clericis autẽ aliarum ecclesiarũ vel monasteriorũ monachis, tenet Arch. in d.c. alma. ꝙ nõ possent admitti. Sed Io. And. videtur tenere cõtrariũ dicens, ꝙ qui nimis emungit, elicit sanguinẽ. & hoc cõtrariũ tenet & probat ꝙ multa Cal. & Fo deri. cõsi. lxxxvij. dicẽs, ꝙ tales non admittere est absurdũ. & hoc tene ex intẽtione c. alma. & per regulã iuris, odia. in vj. & dic ꝙ verbũ, canonici, quãm clerici ecclesiarũ, restringit distributionẽ, non auditionẽ vel celebrationem, quæ permittitur sicut prius. ¶ Quartũ. Cũ alicui singulari psonę cõceditur, vt cũ dicta moderatione possit audire diuina tempore interdicti: eius familiares, qui nõ dederũt causam & domestici admittũtur ad audiendũ cum illa, & sibi cõcelebrandũ: vt in d.c. licet vobis. §. conceditur. nisi ob istã causam in fraudẽ sint assumpti. de verb. sign. c. vlti. lib. vj. Secus aũt de familiaribus alicuius collegij: quia nõ admittũtur, nisi sint priuilegiati: vt in d.c. licet. Si tamẽ in collegio deficiũt omnes ꝓter vnũ, vel infirmãtur, dubitatur an ille celebrare possit cum familiari. Sed Hosti. in c. nonnullis. de priuil. tenet ꝙ poterit, ne priuilegiũ sit inutile. & idẽ Io. And. & idẽ Cal. ratione cogẽtis necessitatis, vt

habeat seruitorem. ¶ Quintum. Priuilegium, quo aliquib⁹ religiosis cõceditur tempore interdicti posse recipere ad diuina cõfratres suos: de ilis cõfratribus debet intelligi, qui licet remaneãt in seculo, eorum tamen ordini sunt oblati mutato habitu seculari: vel euã, qui inter viuos dederunt illis bona sua retento vsufructu in vita. de priuile. vt priuilegia. §.j. & in c.cùm & plantare. §. de fraternitatibus. ¶* Secundò quæritur, quæ sit, & qualiter intelligẽda moderatio secunda d.c.alma. Et dico multa. ¶ Primum. Ibidem cõceditur, q̃ in quatuor festiuitatibus, scilicet natiuitatis, resurrectionis, pentecostes, & assumptionis beatæ Mariæ cãpanæ pulsentur, & ianuis apertis alta voce diuina celebrẽtur in locis interdictis, excõmunicatis, exclusis, sed interdictis admissis, ita tamen q̃ illi, propter quos latum est interdictũ, altari non propinquent, nõ obstantibus quibuscunq; priuilegijs, & per extrauagantẽ Martini quinti & Eugenij iiij. additur solẽnitas corporis Christi, & eius octaua. Et secundũ Ioan. Cald. dici potest missa etiã alia quàm de ipso festo. ¶* Secundũ. Quod de prædictis festiuitatibus dictum est, secundũ Archid. de vna die tãtũ pro singulis debet intelligi: vnde & quærũt doctores quãdo talis incipiat, & quãdo finiatur. Et quidem quantum ad principiũ quasi omnes concordant, q̃ à vesperis vigiliæ incipiant licet dicat Ioan. Mo. q̃ quando dies incipiat lucescere, quantũ ad finem dicit Ioan. And. in gl. tenẽt, q̃ finitur in vesperis. Archi. verò tenet, q̃ in cõpletorio: quia in beneficijs est larga interpretatio faciẽda: & in vesperis cõpletorium cõtinetur. xj. q. iij. si quis episcopus. el ij. & xcij. di. c. vlti. vbi Laur. Hug. & Host. hoc not. & cõcor. Feder. consil. ij. ¶ Tertiũ. Quid verò liceat in prædictis festiuitatibus: Archi. post Ioã. And. dicit nõ posse dari corpus Christi, nisi sicut & alijs diebus, scilicet infirmis decedentibus. de sen. excomm. c. responso. vnde dicitur, q̃ in capone, de consecrat. dist. ij. & ũ nõ frequẽtius. & de pœnitent. & re. omnis. q̃ fideles communicare debent in natali, paschate, & pentecoste, intelligitur interdicto & alia prohibitione cessantibus. Et idem secundũ eosdem de extrema vnctione dicendum est, scilicet q̃ dari non potest. Potest autem secundùm Feder. consil. ij. cùm hoc priuilegiũ sit fauorabile & principis, & cõsequenter ampliandum & latè interpretandum: episcopus altaria & virgines in istis festiuitatibus cõsecrare, vela bũdicere, & imponere monialibus, calices, paramẽta, aquam, abbatissam, & abbates, & huiusmodi: quia sub nomine diuinorũ ista veniunt, cùm sacramenta nõ sint: & similiter potest sacerdos benedicere spõsam, aquam quoq;, & eam aspergere, candelas, oliuas. Intellige tamẽ, q̃ fiant hæc à personis non interdictis: aliter essent irregulares, cũ pertineãt ad ordinẽ. secus de alijs, quæ ratione ordinũ nõ conueniũt: vt est benedictio mensæ, gratiarum actio post mensam, & similia. Notandũ tamen est, quia nuptiarum benedictio secundùm Host. habet locum in festo assumptionis beatæ Mariæ. adde tu etiã corporis Christi, nõ autem in alijs: quia nuptiæ in eis in omni loco prohibentur. xxxiij. q. iiij. nõ oportet. Possunt etiã secundùm Fede. alijs diebus ista fieri tempore interdicti, sed solùm secũdùm modificationem primam, de qua §. priore. ¶* Quartũ. De ecclesiastica verò sepultura est dubiũ: quia Ioã. And. dicit, q̃ non liceat. idem Gemin. & Ioan. de Lig. sed Ioan. Cal. dicit posse in dictis diebus mortuos publice & solenniter sepeliri, vbi aliud nõ obsistat: puta quia sepeliendus non est specialiter & nominatim interdictus, nec in causa interdicti. Et mouetur: quia ideo prohibetur, quia ad diuinũ officium accedit, cùm debeat funus ad ecclesiã deferri cũ officio diuino. xiij. qũ. ij. quia diuina. Diuinum autem officiũ his diebus permittitur solẽniter celebrari. Et hæc opinio mihi placet: quia sepultura tempore interdicti prohibetur propter duo. Primò, ratione diuini officij annexi. Secũdò, ratione dependentiæ ad ordinẽ sacrũ propter cõsecrationem & benedictionẽ cœmeterij. vnde nec in cœmeterio sine officio, nec extrà cũ officio fieri potest: ea verò in quibus ista duo concurrũt, in prædictis solennitatibus licẽt, vt consecrationes, & benedictiones, de quibus dictum est statim. Si tamẽ adhuc vera esset prima opinio, secundũ Feder. nõ sunt irregulares clerici officiãdo circa sepulturã: quia quantũ ad officium relaxatũ est interdictum. ¶* Tertiò vero quæritur, quæ prohibeãtur exerceri tẽpore interdicti, vel in loco interdicto sine tali moderatione d.c.alma. Et dico colligendo ex Inno. & Pan. & cõmuniter docto. in c. non est vobis. de sponsal. & c. fin. de excc. prælato. & c. quod in te. de pœ. & re. & cap. fi. de sen. excõ. lib. vj. q̃ prohibẽtur exerceri omnia spiritualia quæ reducuntur ad sex, semper tali tempore prohibita, nisi sint iure specialiter concessa. ¶ Primum, quod prohibetur, est generaliter omne exercitiũ deputatũ certo ordini ecclesiastico, siue clerici sint presbyteri, siue inferiores, vt notat Pan. in c. ij. de cleric. excommuni. mi. ¶ Secũdum, celebratio diuinorũ. de sen. excom. respõso. de cleric. excõmunic. mi. c. ij. & iij. quæ non licet tempore generalis interdicti, etiã in locis exemptis, nisi sicut in alijs, de quo infrà §. v. & suprà §. j. & ij. quorũ diuinorum nomine venit solum ordinatum in breuiario vel missali. ¶ Tertiũ est administratio sacramentorũ, nisi vt infrà. §. vij. ¶ Quartum est collatio ordinũ, nisi vt j. §. vij. ¶ Quintũ est ecclesiastica sepultura, id est, in ecclesia vel cœmeterio, & extra ista cũ officio: nõ autem extrà sine officio. ¶ Sextũ est pulsatio campanarum, si pro diuinis. Adde septimũ esse apertionem ianuarum ecclesiæ tẽpore quo diuina celebrãtur, nisi vt j. §. ij. particula j. Quæ oĩa ita prohibẽtur in ecclesijs exẽptis, sicut in alijs, vt in c. authoritate. de priuil. libr. vj. & ita illæ seruabũt sicut & aliæ celebrãdo secũdũ modificationẽ c. alma. de sen. excõ. lib. vj. de qua §. sequẽti. & omnia pertinent ad diuina vel sacramẽta. Sciendum tamẽ, vt no. Pan. in c. tanta. de excc. prælat. q̃ per interdictum non suspenditur iurisdictio prælati etiã circa spiritualia: sed virtus interdicti refertur tantùm ad exercitium ordinis. Sciendum etiam, q̃ prohibetur missa sicca, id est, sine cõsecratione sacramenti, cùm sit de annotatis in missali. & ita interpretatur consuetudo. ¶* Quartò quæritur, quomodo clerici agendo ex ordine suo præter dictam moderationẽ violẽt interdictũ, & cõsequenter sint irregulares? Et dico multa. ¶ Primũ. De hoc Pan. in c. ij. de cler. excõmun. mi. sic dicit in simili: Si clericus suspensus vel excõmunicatus attentat aliquid attributũ alicui ordini, efficitur irregularis. Secus si attentat aliquid exercibile per laicum: vt quia cãtat vnũ respõsoriũ in ecclesia, vel dicit aliquẽ versum de psalmo: vnde licet peccet nõ dicẽdo officiũ, tamẽ debet dicere vt priuata persona & priuatim: vt no. in c. illud. eo. tit. & consequẽter nõ debet dicere, dominus vobiscum: quia nõ est verbũ priuatæ personæ. hæc ex illo ibi. vbi vide. In c. autẽ fi. de excc. præla. sic dicit: Conclude post Innoc. & doc. q̃ illi incidunt in irregularitatẽ, nõ seruando interdictũ, qui exercẽt aliqd deputatũ alicui ordini ecclesiastico, & hoc faciũt tanquã clerici, siue sint presbyteri, siue clerici inferiores: vt si diaconus dicat Euãgeliũ, vel subdiaconus epistolam tanquã subdiaconus, vel acoluthus exercet officiũ suũ tanquã acoluthus: secus vbi exercetur aliquid nõ deputatum

opinio est cõmunis & vera:quia iura loquuntur indistinctè.& idẽ Dir e.li.iij.quo ad incurrẽdã irregularitatẽ: sed quo ad dispensationẽ videtur tenere, ꝙ episcopus posit dispẽsare,secũdũ Ray.& Host.& Arch.& Pan.in c.clerici. de cle.excõ.concordat.Sed tu tene ꝙ pertinet ad Papam. ¶ Secundum.Si episcopus tulit sententiã excommunicationis cõtra celebrantẽ in aliqua capella: celebrãs ibi prima vice nõ est irregularis,secũdũ Archi.nisi esset interdictus,sed est excõmunicatus:secunda aũt vice celebrans efficitur irregularis. ¶ Tertiũ.Recipiẽs ordines,etiã minores,in excõmunicatione maiori efficitur irregularis, p solum Papã dispẽsabilis.de sen.excõ.cũ illorũ. vbi secundũ Gul.Durã. non distinguitur inter maiores, & minores,si erat in excõmunicatione minori: quia nõ inuenitur iure expressum,secundũ gl.Ray. ¶ Quartũ.Si sacerdos excõmunicat⁹ solẽniter officiaret ecclesiã in matutinis, vesperis,vel alijs horis, secundũ Archi. incurrit irregularitatẽ: secus psalmodizãdo cũ alijs, quod etiã faciũt laici. Et similiter,secũdũ aliquos,vt refert Richar.in iiij. dist.xviij. si extra ecclesiã dicat horas suas officiando populũ: vt in exercitu, vel naui.sec⁹ si dicat horas suas cũ vno,vel pluribus nõ officiãdo ecclesiã,vel populũ. Et similiter secũdũ Gemi.& oẽs penè doctores, si adest diuinis authorizãdo. Vnde secundũ Pan.in c.si.de exces.prela. cauendũ prælato tẽpore excõmunicationis, suspensionis, vel interdicti, ne faciat corã se celebrari diuina,aut ne intersit celebrationi:qa tũc videtur authorizare: & similiter secũdũ Gemi.in c.cũ medicinalis. de sen.exc.li.vj. si facit actũ principalem chori:vt quia dicit capitulũ,& orationẽ, vel facit officiũ cantoris in choro. Secus autem secũdũm Gemi.si nec authorizat,nec exercet aliqđ officiũ chori:licet diuinis intersit,aut legat, & cãtet cũ alijs.Aduerte tñ,ꝙ de hebdomadario solẽniter officiante in horis,secũdũm Astẽ. non est dubium,ꝙ incidat, si etiam talis sacerdos non solẽniter officiaret, sed à casu suppleret pro hedomadario, etiã incidit: quia de cõsuetudine illud officiũ exercetur per sacerdotẽ solũ:maximè cùm habeat dicere,Dominus vobiscũ. quod est certo ordini deputatũ. De cantore autem,& alijs officialibus chori, credo ꝙ nõ incidant: quia etsi de iure sint deputata certo ordini, de cõsuetudine tñ quasi generali exercentur indistinctè à quocunq; etiam non ordinato,etiã à nouitijs, etiã laicis. De benedicente aquam.s̃.Aqua. §.vlti. ¶ Quintum.Si clericus ignorat se excõmunicatũ, suspensum, vel interdictũ, secundũ Rod. nõ efficitur irregularis celebrando antequã sciat, si ignorantia fuit facti probabilis:puta,quia misit procuratorem q nõ cõparuit, & sic fuit excõmunicatus: secus si crassa, vt si citatus noluit cõparere. Et sic intellige c.apostolicæ.de cle.excõ.mi.Itẽ secus secundũ eundẽ Rod.si probabiliter dubitabat de excommunicatione: puta,quia conscius de culpa:quia si fuit excõmunicatus, & celebrauit, irregularis est. Et vbi ignorãtia nõ est pbabilis, dispensat abbas, si talis est regularis,secũdũm Pet.de Palu.Si verò secularis, solus Papa.de sen.exc. cũ illorum. ¶ Sextum. Secundùm Pan.in d.c.illud.habens notitiã excommunicationis per solam famã,si nõ abstinet, irregularis est, si modò verum cõperit postea.Sed tamẽ aduerte secũdũm gl.in d.c.illud. ꝙ dicta paucorũ famã non faciũt. de accus. inquisitionis. nec tenetur credere, licet dicatur ei ab aliquibus.ix.q.iij. nõ solũ ille.quod verũ est; nisi ex cõscientia culpæ,vel dictis pluriũ insurgeret notabile dubiũ:quia sic nõ abstinẽdo irregularitatem non effugeret. ¶ Septimũ. Secũdùm Pan.in c.si celebrat.de cle.exc.mi. excõmunicatus minori celebrãdo nõ fit irregularis.Ratio, qa talis excõmunicatio nõ inducit suspẽsionẽ ordinũ,vel officij,sed tãtũ priuat participatiõe sacramẽtorũ:vt ĩ d.c.si celebrar. ¶ Octauum. Si iudex dicat, suspẽdo te ab officio, vel bñficio, secũdũ gl.in c.quãto.de magi. talis sentẽtia nõ valet ratiõe incertitudinis.l.iij.C.de sen.quæ si.cer. secũdùm do.antẽ Ant.aut cõstat de intẽtiõe: & sic seru.aut nõ cõstat:& sic tutius est abstinere ab vtroq; : tñ si nõ abstinet, nõ efficitur irregularis.Et hoc placet Pan.ibidẽ dicẽs,ꝙ licet sentẽtia iniusta liget,hoc tamẽ debet intelligi qñ apparet de illa:hîc aũt nõ apparet,an ab officio,vel beneficio suspẽdere voluerit. Vtrũ aũt omnis suspẽsus celebrãs sit irregularis, vide j.Suspẽsio. §.v.Quomodo etiã excõmunicat⁹ efficiaẽ irregularis ingerẽdo, se diuinis sine exercitio alicuius deputati certo ordini.j. §.xxvij. ¶ Decimoquartò quæritur, vtrũ incurratur ratione criminis? Et dico ꝙ sic. xxv.dist.primũ.xxxiij.dist. qñ.j.q.vij. si quis omnem. sed distingue,vt no.ĩ c.ex tenore.de tẽp.or.& s̃.dictũ est. Crimen. §.ij. & iij.& hic perstringẽdo dicitur. ¶ Enorme eñ impedit promouendũ, & deijcit promotũ:etiam si sit occultum. ¶ Mediocre verò si sit occultũ, neutrũ illorum facit,nec indiget dispẽsatione, sed sufficit pœnitẽtia sacramentalis.de rẽp.ord.ex tenore.& c.quæsitũ.si etiã sit manifestũ per cõfessionẽ extraiudicialẽ, nõ inducit irregularitatẽ,quãuis talis, si sit clericus,sit suspẽdẽdus ab officio & beneficio.de exces.præla.quàm sit graue.Si etiã sit manifestũ per famã deficiente accusatore, vel probatiõe legitima,nõ inducit irregularitatẽ, sed indicẽda est tali purgatio canonica:qua prestita absoluetur: & si in ea defecerit, deponeẽ.de adul.significasti.Si verò sit manifestũ p sentẽtiã, vel cõuictionẽ, vel cõfessionẽ metu probatiõis factã, inducit irregularitatẽ: & idẽ si sit notoriũ p euidentiã facti, quod nulla põt tergiuersatione celari, cuius scilicet testis est populus, & inficiationi nõ est loc⁹.de tẽ.or.quæsitum. potest tamẽ in huiusmodi notorijs de iure, vel de facto per episcopũ dispẽsari super tali irregularitate, secũdũ Inno.in gl. super d.c.ex tenore.Leuia aũt crimina, siuẽ minora, siue sint occulta, siue manifesta, nec impediũt pmouẽdũ, nec pmotũ deijciũt. de coha.cle. & mu.vestra. ¶ Decimoquintò queriẽ,an incurraẽ ex bigamia? Et dico ꝙ sic.extrà,de biga. p totũ. & de hoc s̃.Bigamia. ¶ Decimosextò quæritur, vtrũ incurratur per cõtractũ matrimonium? Et dico ꝙ sic dupliciter. Primò, si cõtrahẽs sit in sacris,& habeat votũ solẽne: vt s̃.Bigamia.in prin. Secundò si cõtrahẽdo ducat vxorẽ vilẽ mulierẽ, puta ancillã, vel ioculatricẽ, vel aliquã ex his, quę publicis spectaculis mancipãtur, licet virginẽ. dist.xxxiiij. si quis viduã. quẽ quidã dicunt esse bigamũ, sed nõ est verum, si sit virgo, nisi dicatur bigamus quantum ad effectũ, quę est irregularitas. ¶ Decimoseptimò quæritur, vtrũ incurratur per solennẽ pœnitentiã? Et dico ꝙ sic.dist.l.ex pœnitẽtibus.potest autem cũ his in minoribus propter necessitatẽ, vel vtilitatẽ ecclesiæ dispẽsari.dist.l.placuit. & hoc per episcopum ex quo nõ est ei prohibitũ. in maioribus aũt sol⁹ Papa dispẽsat.d.c.ex pœnitẽtibus.& di.50.qui in aliquo. Dicit tamẽ Inn.& Host.ꝙ hoc curia nõ seruat:& sic videtur hodie locum nõ habere irregularitas ista.Publica aũt pœnitẽtia irregularitatem nõ inducit:quia nõ est iure cautũ. ¶ Decimooctauò quæritur, vtrũ inducatur per celebrationem in loco interdicto? Et dico ꝙ sic, de sent.excõ.is qui.li.vj. de quo s̃.Interdictũ vltimò, per totũ. & solus Papa dispensat. ¶ Decimononò quæritur, vtrũ inducitur vitio adueniente in corpore, siue à proposito, siue à casu? Et dico ꝙ sic

sic,modo quo suprà Corpore vitiatus, per totum.Et idem est de hermaphrodito, etiã si plus vergat ad sexum virilẽ: quia licet sit susceptiuus characteris ordinis, prohibetur tamen ordinari & ordinatus ministrare.arg.dist.xxxvj.illiteratos.Si autem magis ad fœmineũ vergat, vel secundũ Rodo.etiam si sit parilitas,non est etiam characteris susceptiuus. ¶ Vicesimò quæritur, vtrũ incurratur per illegitimitatem? Et dico ꝙ sic.de fi.presby.c.j.& c.is qui.eo.titu. lib.vj.in minoribus tamen ordinibus potest episcopus dispensare in sacris, aut solus papa: vt in d.c.j. Si tamẽ efficiantur tales religiosi, possunt iure cõi promoueri ad omnes ordines etiã sacros.d.c.j. Et si illegitimatio sit secreta, ita ꝙ solus illegitimus eam sciat, secundũ Direc.si se facit ordinari, mortaliter peccat:nec debet vti susceptis sine dispẽsatione. ¶ Vicesimoprimò quæritur, vtrum incurratur in adultis per dilationẽ baptismi vsq; ad ægritudinem? Et dico ꝙ sic.dist.lviij.si quis.quia præsumit ecclesia,ꝙ talis nõ ex volũtate, sed ex necessitate baptizetur, vt ibi: vel in pœnam negligẽtiæ circa salutem. Nec per baptismũ tollitur ista irregularitas secundũ glo.ibi:quia idem nõ operatur contrarios effectus.de bap.maiores.nec parit obligationẽ & liberationẽ.ff.de solu.l.qui hominẽ. §.vlti.Potest tamẽ talis admitti in duobus casibus.Primò, si post baptismũ fides & vita eius pbabilis apparuerit. Secũdò, si hoc exegerit raritas clericorũ.d.c.si quis.aliàs nõ poterit ordinari sine dispensatione papæ.ar.d.c.si quis. ¶ Vicesimosecundò quæritur, vtrũ incurratur à religioso ingrediente claustrũ ad audiendas leges vel Physicã? Et dico ꝙ sic, si ante duos menses nõ fuerit reuersus:& solus papa dispensat.ne cler. vel mona.c.vlti. ¶ Vicesimotertiò quæritur, vtrũ incurrat eam episcopus, presbyter, aut diaconus, qui prætextu iniustæ excõicationis recursum habet ad Imperatorẽ? Et dico ꝙ sic:& solus papa dispensabit.xxj.q.vlt.c.penul.& in c. si quis.xxiij.q.vlti. ampliatur dicta irregularitas ad omnes, qui sunt sub ecclesiastica regula:sed nõ ipso iure, sicut in prædictis. ¶ Vicesimoquartò quæritur, vtrũ sint irregulares hæretici? Et dico ꝙ sic.j.q.j. veruntamẽ.si tamen reuertantur, post abiurationem recipiũtur ad laicam cõionem, postquam fuerint recõciliati.j.q.vij. Daibertũ. & cum eis fit dispẽsatio quandoque etiam plenissima, vt promoueri possint ad episcopatũ & superiores dignitates.xij.di. nos consuetudinẽ.xxiij.qõ.iiij.ipsa pietas. ¶ Vicesimoquintò quæritur, vtrum contrahatur per curialem esse? Et dico ꝙ sic.j.Ordo.iiij. §.vlt. ¶ Vicesimosextò quæritur, vtrũ contrahatur per seruitutem? Et dico ꝙ sic, vt j.Ordo.iiij. §.penulti. ¶ Vicesimoseptimò queritur, ad intellectũ multorũ quæ dicta sunt, quãdo contrahatur irregularitas per indebitam celebrationẽ vel executionem ordinum? Et dico, ꝙ Archid.post Cal.& Anto.de But. sic distinguit: Aut enim vtens officio ordinis est fœmina:& sic non fit irregularis, etiam si sit religiosa:quia non est capax ordinis,& consequẽter nec irregularitatis, per quã quis phibetur ordinari vel ordinis officiũ celebrare. Aut est vir:& tunc aut est furiosus:& sic nõ efficitur irregularis:similiter infans clericus.de homicid.si furiosus.aut sanæ mentis : & tunc aut est laicus, aut clericus.Et si est laicus, videtur irregularis, si cum solenni apparatu celebrauit, exequendo scilicet actũ alicui⁹ ordinis, siue sit cõuersus religiosus, siue secularis. de clerico nõ ordin. mi.c.j.& solus papa dispẽsabit: sicut & cũ ordinato suspenso celebrante.quod secundũ S.Th. intellige de ordinibus sacris: vt §.xij.dictũ est:secus si sine solenni apparatu:& hanc opinionẽ tene contra Direct.& Sum.Ang.inquantũ irregularitas impedit ab ordine suscipiendo:quia huius secularis est capax, & minus illi congruit quod agit, quàm si esset clericus, licet nõ habẽs ordinem talẽ. Si verò est clericus:aut celebrat in ordine, quem non habet, aut quem habet. Et si quem nõ habet in ordinibus sacris est irregularis:excepto, ꝙ existẽs in minoribus potest cantare epistolã, secundũ Gul.sine solẽnitate.quod Inno.limitat in absentia subdiaconi, & sine eius ornamento, id est, solenni apparatu, qui est manipulus, dicente Pe. de Pal.ꝙ tunicellam licet etiam non subdiacono portare: quia nõ est ei propria vestis, sicut manipulus, quẽ nullus eo inferior portare debet. Si verò cleric⁹ celebrat in ordine quẽ habet:tunc aut est excõicatus maiori:aut celebrat, seu officiũ exercet in loco interdicto ab homine vel à iure:aut est suspẽsus. Si primũ aut secundũ, est irregularis, & à solo papa dispensabilis:de sen.excõ.is qui.lib.vj. secundùm Gul.tamẽ constitutus in minoribus excõicatus ministrando seu exercendo officium suũ etiã cũ solẽnitate, nõ efficitur irregularis: quia illa duo ca. si quis episcopus.j.& ij.xj.q.ij.nõ loquuntur de eis, & pœnæ sunt restringẽdæ. sed secus de subdiacono.c.si solẽniter legat:si autẽ sine solennitate legat epistolã subdiaconus, diacon⁹, vel presbyter excõicatus:credunt quidã, ꝙ nõ incurrat irregularitatẽ. Si aũt clericus est suspensus, sumendo suspensionẽ largè.i.quo ad se tantùm, puta propter mortale, vel minorẽ excõicationẽ, vel iniunctionẽ à confessore:celebrãdo nõ fit irregularis:sed sumẽdo propriè.i.quo ad se & alios:aut est suspẽsus ab homine siue iudice, aut à canone. Si aũt est suspensus ab homine propriè.i.quo ad se & alios est irregularis, si hoc sciuit:& si hoc ignorauit ignorantia crassa aut supina, nõ aũt si probabili:& hoc quomodocũq; sit suspensus simpliciter, siue ad tẽpus determinatũ, siue nõ determinatum, etiã si ratione defectus vel infamiæ.talis durante suspẽsione si celebrat est irregularis, dispẽsandus solùm per papã. Ad quod ij.q.iij.si quis presbyter. de sentẽ. excõ.c.cũ medicinalis.li.vj. Si verò est suspẽsus à canone: tũc aut ratione criminis, aut ratione defectus, aut ratione scandali, vel infamiæ: Si rõne criminis, aut simpliciter est suspẽsus:& sic celebrãdo est irregularis.ij.q.iij. si quis episcopus. Aut ad tẽpus:& tunc aut ad tẽpus determinatũ: & sic interim celebrãdo est irregularis. Aut ad tẽpus indeterminatum:& tũc aut cum conditione donec satisfaciat, aut cum cõditione donec pœniteat. Si cum cõditione donec satisfaciat. vt dist.lxxxj.si qui sunt.& c.sequẽti.& de cohabit.cleri.& mul.sicut.& in clem.j. de deci.cũ similibus. & tunc si sic suspẽsus ante absolutionẽ celebret, est irregularis, licet quidã contrarium dicãt:quia in hoc factũ iudicis est necessariũ vt habeatur p absoluto: vt dixi, inquit Cal. de æta.& quali.c.cũ bonæ.& sic cùm factũ hominis sit necessariũ, sequitur ꝙ quo ad suspensionẽ Dei canõ aliquid addit, vt in decretali, sicut de cohabitatione cleric.& mulier. Si verò est suspẽsus cũ cõditione donec pœniteat: vt de electione.c.officij.tũc æquũ est tenere, ꝙ interim celebrãdo nõ efficiatur irregularis:quia talis suspẽsio videtur esse Dei, ad quam nihil addit canon: nec vt habeatur pro sublata, aliquod factũ hominis est necessariũ: ideoq; dicẽdum est de ea vt de suspensione Dei tantùm. Si verò sit suspẽsus à canone ratione defectus, aut ratione defectus ordinis, vt clericus per saltũ pmotus, quãtũ ad ordinẽ omissum, in quo si exercet officiũ antequã recipiat, est irregularis:sed celebrãdo in ordine, ad quẽ est per saltũ promot⁹, quẽ habet, nõ est irregularis.di.lij.c.solicitudo. Sed adde contrarium esse verum: vt s̃. §.xj.aut ratione alterius defect⁹:vt bigamus, illegitimus, corpore vitiatus, ordinatus,

ante legitimam ætatẽ, vel à non ſuo epiſcopo: quo caſu omnes concordãt, ꝙ celebrãdo nõ eſt irregularis: quia hoc non eſt expreſſum in iure: & quia curia, cuius ſtylus eſt attendẽdus, de cri. fal. quàm graui. quando mandat cum iam ordinatis in ſuprà dictis defectibus diſpenſari, nihil dicit de irregularitate. diſt. lvj. apoſtolica. & c. Cenomanẽſem. Nec obſtat, ꝙ ordinatio ante legitimã ætatẽ, vel ab epiſcopo nõ ſuo, fuerit cũ peccato: quia principalis cauſa ſuſpẽſiõis in talibus eſt defectus, nõ peccatũ. Et hac ratione putat, ꝙ licet irregularis ex celebratione diuinorũ ſit ſuſpenſus à canone, ꝓpter hãc irregularitatẽ, ſi tamẽ aliàs nõ eſt ſuſpenſus à iure vel ab homine, puta quia abſolutus eſt ab excõicatione & ſuſpẽſione, ſed nõ eſt ſecum diſpenſatum ſuper irregularitate, vel nõ ſuſpenſus cõtrahit irregularitatem: talis nõ contrahit nouã irregularitatẽ: quia hoc nõ eſt expreſſum in iure. Si autem tertio modo eſt ſuſpẽſus à canone, ſcilicet ratione ſcãdali, vel infamiæ, celebrãdo nõ eſt irregularis. de cle. peregr. c.j. Ex quo ſequitur ſecundũ Inno. ꝙ hi, quorum crimina ſunt notoria, quæ etiam poſt pœnitentiã prohibẽtur celebrare propter ſcandalũ & infamiam, vt de cohab. cleric. & mul. c. ũ. ſi ante abſolutionẽ celebrent, nõ incurrunt nouã irregularitatẽ. Et ex allegatione quã facit, videtur intelligere de notorio fornicatore, quod pium eſt tenere. & quod no. in c.j. de ſent. excõ. lib. vj. intelligitur de notorio fornicatore ante pœnitentiã celebrante: ne videatur ſibi ipſi contrarius. Tamẽ de rigore ſola pœnitẽtia non tollit ſuſpenſionẽ canonis in notorio fornicatore: vt videtur expreſſum diſt. l. peruenit. quia requiritur iudicis factũ: vt ſ. dictum eſt de ſuſpenſo à canone donec ſatisfaciat. Abſolutione tamen facta à ſententia canonis, à qua poteſt hoc caſu epiſcopus abſoluere: qui conditor canonis ſibi nõ reſeruauit: ſi pœnitet, remanẽte irregularitate quam contraxerat huiuſmodi fornicator ex celebratione diuinorũ, de qua nondum eſt diſpenſatus, ex nouã celebratione nouam irregularitatẽ non incurrit. Et hæc omnia no. do. Ant. de But. de cle. excõ. mi. ſi celebrat. excepto eo quod de S. Tho. Pet. de Pal. & Veruec. dictum eſt. Et addit Arc. ꝙ ex prædictis videtur ordinatus ante legitimam ætatẽ eſſe ipſo iure ſuſpẽſus ab executione ordinis ſic recepti. Sed tamẽ ſolennes doct. tenẽt ꝙ nõ, ſed eſt ſuſpendendus: & illi dicti ordinis executio interdicenda vſq; ad legitimã ætatẽ: poſt quã ſi eo vtatur, erit irregularis. Et ſic ſenſit Ray. But. Arch. in iiij. diſt. lxxvij. Ber. de cleric. per ſalt. promo. c.j. Ant. de But. de tẽpo. ord. vel nõ eſt cõpos. Paul. Zaba. ſuper cle. generalẽ. de ætat. & quali. ¶ Vicesimooctauò quæritur, quomodo irregularitas tollatur? Et dico ꝙ tribus modis. ¶ Primò per baptiſmũ, quo ſcilicet tollitur omnis cõtracta ante illũ cum peccato: ſecundũ Arch. xxvj. diſt. c. deinde. & Pan. in c. gaudemus. de diuor. & etiam ea quæ venit ex ſequela peccati, vt eſt infamia: & etiã omnis irregularitas homicidij: ſiue fuerit cũ peccato ſiue non. pro quo facit c. ſi quis viduã. di. l. §. j. & c. ſi quis poſt. di. lj. nõ autẽ irregularitas bigamiæ propter defectũ ſacramẽti. diſt. xxvj. acutius. & c. deinde. nec illa quæ prouenit ex defectu natalium. Et hęc eſt cõis opinio, licet aliqui tenuerint, ꝙ per baptiſmũ nulla irregularitas deleatur: vt dicit Rich. ij. quoli. q. ij. aliqui verò, ꝙ non deleat illã quæ venit ex homicidio ſine peccato: vt not. Pan. in d.c. gaudemus. Sed tene quod dixi: & vide etiã ſ. Baptiſmus. vj. §. j. ¶ Secundò tollitur per religionis ingreſſum: vt no. glo. in c. ij. de apoſt. ſed nõ omnis, vt ibi dicitur: ſed ea ſolũ, quæ non prouenit ex proprio delicto: vt in c.j. de ſi. presby. ita ꝙ promoueri poteſt ad ordines ſine diſpẽſatione: ſed nõ ad dignitates ſiue prælationes: vt in c. ſi. de ſi. presbyte. & Hoſt. in c. ij. de apoſt. & ſic dicit intelligendũ authẽ. de mona. in prin. vbi dicitur, ꝙ religionis ingreſſus omnẽ tollit irregularitatẽ. Pã. verò in d.c. ij. dicit ꝙ tollitur ea ſolùm, de qua eſt iure expreſſum ꝙ tollatur: licet inducat facilioꝛem diſpenſationẽ. ¶ Tertiò per diſpenſationẽ papæ: quæ omnẽ irregularitatẽ tollere poteſt, cùm omnis ſit de iure poſitiuo. ij. q. vij. item Daniel. & tenet Innoc. de renunt. c. niſi. & ſic communiter tenetur. Quomodo autẽ epiſcopi diſpenſare poſſint, dictũ eſt ſuprà Diſpenſatio. §. x. Licet autem conueniens. & conſuetum ſit vt ſuper ea verbis diſpenſetur ſub hac forma vel ſimili, Ego diſpenſo tecum in tali irregularitate quam contraxiſti propter talẽ cauſam, vel ſi contraxiſti: quando dubitatur: tamen epiſcopus ordinando eum cũ quo diſpenſare poteſt, ipſo facto diſpenſat, ſi hoc intendit, licet verbis nõ vtatur. & idem ſecundũ Archi. eſt de prælato mittendo ad ordinationes.

¶ IRRISIO, vide ſuprà Deriſio.

DE IVDAEIS.

1 *Iudei qui, & unde dicti.*
2 *Chriſtiani nimiã familiaritatẽ cum Iudæis habere non debẽt.*
3 *Chriſtianus quatenus poſſit Iudæo ſeruire.*
4 *Iudæo non licet habere nutricem Chriſtianam, nec ſeruũ Chriſtianum. nume. 6.*
5 *Chriſtianus emere poteſt ſeruum Iudæum.*
7 *Iudei nullum officium publicum aut dignitatem poſſunt inter Chriſtianos obtinere.*
8 *Iudei debent geſtare ſignum quo diſcernantur à Chriſtianis*
9 *Iudei ad quæ cogantur, & à quibus prohibeantur.*
10 *Iudei quomodo puniantur, & eorum conſortes Chriſtiani.*
11 *Iudæos non licet cogere ad fidem.*
12 *Iudæis quæ facere prohibeantur Chriſtiani.*
13 *Exactionem à Iudæis an facere poſſint domini.*

IVDAEI* ſunt qui legem Moſaicam literaliter tenent & obſeruando ſequuntur. Vnde Chriſtiani literæ nimis adhærẽtes, iudaizare dicuntur. de ſacr. vnct. c. vnico. §. penul. quod facere nõ debent. di. v. §. j. & diſt. vj. §. vlti. & de celeb. miſſ. c. cum Marthæ. §. cæterũ. de cõſti. tranſlato. Et dicti ſunt ſecundũ Ray. & Hoſti. à nomine principalis tribus, ſcilicet Iudæ. & prius dicebantur Hebræi ab Heber, cuius familia cultum Dei tenuit, cęteris idololatria fœdatis: quãuis hoc aliqui negent, dicẽtes, ꝙ Hebræi dicũtur quaſi transfluuiales. ¶ Primò verò quæritur, quomodo ad Iudæos ſe debeãt habere Chriſtiani in genere? Et dico multa. ¶* Primũ. Chriſtiani nimiam familiaritatem & conuerſationem cum Iudæis habere non debẽt. extrà eo. ad hæc. & c. ſi. quod tamen ſecundùm S. Tho. ij. ij. q. x. fallit in his qui ſunt firmi in fide, ita ꝙ ex conuerſatione cum infideli bus nõ timetur de eorum ſubuerſione, ſed ſperari poteſt ex hoc infidelium conuerſio: quia tales non ſunt prohibẽdi cõmunicare cum illis: ſed infirmi, de quib⁹ timeri poteſt, prohibendi ſunt ex caſu neceſsitatis cõuerſari cum illis. ¶ Secundum. Igitur cum Iudæis Chriſtiani comedere nõ debẽt, nec habitare, nec eos ad ſua conuiuia recipe. xxviij. q. j. nullus. & c. omnes. quod tamẽ Hug. in d.c. omnes limitat, quãdo volunt cibos diſcernere: quia vbi nõ diſcernũt, licet mãducare cũ eis, & eos inuitare. Quam limitationẽ ſequitur Sum. Ang. & Roſel. contra mentẽ Supple. ſed male: quia ratio prohibitionis nõ eſt ſolùm illa quæ tangitur in d.c. omnes. ne ſcilicet illi videãtur eſſe ſuperiores Chriſtianis, id eſt, ſanctiores, dum illi diſcernũt, & nõ Chriſtiani: ſed etiam alia, id eſt, nimia familiaritas. ar. d.c. ad hæc. & gl. in d.c. omnes. quæ dicit potius prohiberi conuiuia, quàm

quàm loquelam: quia maior eſt in cibo quàm in colloquio familiaritas: quæ eſt ratio quæ militat vbi Iudei nõ diſcernũt, imò magis: tum etiam, quia comedere cũ Iudæis non diſcernẽtibus cibos, eſt participare cũ eis in peccato mortali: quia ſecundũ eorũ cõſcientiam erroneam diſcernere tenentur ex præcepto Moſaicæ legis. Vnde cũ Piſa. Archi. Supp. Rayn. Lau. Ioan. Inno. & Gof. dicẽdum eſt indiſtinctè prohibitã eſſe cibi ſumptionem cum Iudeis: & oppoſitum faciẽs mortaliter peccat. Et eadẽ prohibitio, ſecundũ omnes prædictos, eſt circa Saracenos ſiue Gẽtiles: quia ſicut dicit gl. in d.c. omnes. licet nõ cõtineãtur verbis huiꝰ edicti, vt xj. q. iij. in c. ad mẽſam. vbi cõceditur mãducatio cum eis, tamẽ cõtinẽtur ſententia: quia & ipſi hodie cibos diſcernũt: ſiue, vt dicũt prędicti doctores, iudaizãt: tũ quia dunt ad prædicandũ Saracenis & alijs infidelibus cibis eorũ vti poſſunt ſecundũ tẽpora licitis: niſi fuerint idolis īmolati: quibus etiã in extrema neceſsitate vti poſſent: dũmodo non in veneratiõnẽ idoli: vt in Sum. Confeſſ. li. j. ti. iiij. q. v. & eſt mens omniũ prędictorũ: vt patet extrà, de Iudæ. quàm ſit laudabile. ¶ Tertiũ. Azyma quoq; Iudæorũ comedere prohibitũ eſt Chriſtianis. d.c. nullus. & intellige etiã ſeorſum ab eis. Et ratio eſt, quia eſt cibus diſcretus ab eis, qui etiã inhibet d.c. omnes. clericus aũt cõtrafaciẽs debet deponi, & laicus excõicari. d.c. nullus. quod tũ fallit in duobus caſibus, in quibus licitè mãducatur, primò ſecundũ gl. ibi, quãdo quis prædicat illis. de Iudæis. quàm ſit laudabile. quod intellige vbi alij cibi nõ haberẽtur, ſicut de idolothito dictũ eſt. ſecũdò, in neceſsitate, ſecũdũ Rodẽ. & Veruec. quod intellige, nõ vt azyma, ſed vt eſt ſimplex panis. ¶ Quartũ. Nulli Chriſtiano licet in ſuis infirmitatibus vocare Iudæos, aut ab eis recipe medicinas. d. c. nulli⁹. & d.c. oẽs. dicit tñ glo. in d.c. null⁹. ꝙ medicinalia pñt ab eis emere Chriſtiani, & ea ꝓparare: ar. C. de iudic. l. nemo. & addit Sũ. Ang. & Roſ. ꝙ nõ licet emere ab eis medicinas ꝓparatas. quod eſt irrationabile: cũ nõ poſsit reddi ratio de medicina potius quàm de alio venali, nec tex. ꝓhibet medicinã ab eis emere, ſed accipere: in quo text. īterdicit familiaritatẽ quæ eſt ĩter medicũ & infirmũ, nõ ĩter emptorẽ & venditorẽ. Fallit tñ quod dictũ eſt ſecũdũ Hu. in neceſsitate, quando alius medicus non habetur: & idẽ dic qñ nõ habetur peritus ſufficiẽter pro præſenti infirmitate. ¶ Quintũ. Non licet etiã Chriſtiano ſe cũ Iudæo in balneo lauare. d.c. nullus. Et quia omnia prædicta ꝓhibẽtur laicis ſub pœna excõicationis, & clericis ſub pœna depoſitionis: ideo cõtrafaciẽtes mortaliter peccãt, niſi ex cuſentur ꝓbabili iuris ignorãtia: & idẽ videtur de ſequẽtibus. ¶ Sextũ. Nulli Chriſtiano licet in teſtamẽto aliquid relinquere Iudæis aut Paganis: alioquin etiã poſt mortẽ iudicabitur anathema. xxiiij. q. ij. ſanè. el ij. de hære. ſi quis epiſcopus. quod Hoſt. limitãs dicit nihil poſſe legari vniuerſitati Iudæorũ. C. eo. l. j. ſed ſingulis fortè ſic, ſecũdùm Azo. quòd quantũ ad ſingulos intellige, ſecundũ Veruec. ratione extremæ vel multũ arctę neceſsitatis: nõ aũt ad ditandũ, etiã ſi eſſent fratres, vt d.c. ſi quis. quod Sũ. Ang. & Roſ. indiſtinctè cõcedũt licere. ſed Sup. dicit nõ licere clerico: per d.c. ſi qs epiſcop⁹. Sed eſt factũ: quia nullũ ius humanũ ꝓhibet illud ad quod tenemur iure diuino vel naturali: quãtũ aũt ad vniuerſitatem, nõ limitatur: quia illa non patitur. ¶ Septimũ. Non peccãt Chriſtiani cõicantes Iudæis in mercimonijs: ſecũdùm Panor. in d.c. poſt nuſerabilẽ. de vſuris. per arg. à contrario illius tex. quia in pœnam interdicitur eis cõmunio, & cõſequẽter, regulariter nõ eſt interdicta: ſed tãtùm nimia familiaritas & cõuerſatio: vt extrà, eo. ad hæc. & d.c. nullus. cũ ſimilib⁹. Vnde admonitus noles abſtinere ab eorũ nimia familiaritate, peccat mortaliter. ¶ Secundò quæritur ſpecialiter quomodo Chriſtiani ſe debeant habere ad Iudæos quãtum ad ſeruire? Et dico multa. ¶ Primum.* Iudæi ſiue Saraceni, neque ſub alẽdorũ puerorũ ſuorũ obtẽtu, neq; pro ſeruitio, vel qualibet alia cauſa Chriſtiana mancipia in domibus ſuis permittãtur habere. extrà eo. Iudæi. & ſic nõ licet Chriſtiano ſeruire Iudæo. quod Hoſt. per d.c. Iudæi. limitat in domo Iudæi: ſecus extra domũ. Sed meliꝰ Pan. in d.c. ad hęc. dicit hoc non licere etiã extra domũ aſsiduè: quia text. d. c. ad hæc. ꝓhibet continuã cõuerſationem, & aſsiduam familiaritatẽ, non habita mentione de domo; & nutritione infantiũ in domo eorum, & ſic voluit æquiparare aſsiduũ ſeruitiũ extra domũ, & ſeruitiũ factum in domo. Et certè iſta ſunt paria habito reſpectu ad cauſas prohibitiõis: quæ ſunt duæ. prima, ne ſimplices ex aſsidua familiaritate ſubuertãtur. ſecũda, ne Iudæi videantur ſuperiores Chriſtianis, cùm debeãt ſe Chriſtianorũ ſeruos recognoſcere, extrà eo. & ſi Iudæos. ¶ Secũdum. Conſtituta mercede licet Chriſtiano locare operas ſuas ĩ ſeruitio Iudæorũ extra domũ, & etiã in eorũ domo, ſi abſint Iudæorũ perſonæ: vt ſi colat agros eorũ. quod eſt licitum: extrà eod. multorũ. vel ſi fabricet ædificium: quia ratio legis, quæ eſt eius aĩa, ſtat in aſsidua familiaritate: quæ hic ceſſat. Vnde põt Iudæus habere colonum Chriſtianũ adſcriptitiũ, & originarium. d.c. multorũ. nõ autẽ ſeruum, vt ibi. ¶ Tertium. Non licet mulieribus Chriſtianis nutrire filios Iudæorũ, ſecundùm Pan. in d.c. ad hæc. & gl. Io. And. & do. Ant. etiam extra domum. ſecundùm Cardi. autem nõ licet eis hoc in domo: ſecus extra domum, propter tex. d.c. ad hæc. qui dicit ĩ domo. Sed ſecũda opinio eſt vera ſecundùm verba legis: prima verò ſecũdùm ſenſum, quãdo ex nutritione extra domum ſequitur familiaritas nimia. arg. c. nullus. iũcto c. ad hæc. ¶ Quartum.* Non poteſt epiſcopus diſpẽſare vt Iudæi habeant in domo ſua nutrices Chriſtianas, ſecundùm Car. quia iſta prohibitio eſt in honorem fidei: placet Pan. in d.c. ad hæc. & ſic tene: quia in faciendis cõtra ius nõ diſpenſat, niſi hoc ſit ei expreſsè vel tacitè conceſſum: vt ſuprà Diſpẽſatio. §. iiij. ¶ Tertiò ſpecialiter qritur, quomodo ad Iudæos ſe debeant habere Chriſtiani quãtũ ad eſſe ſeruum? Et dico multa. ¶ Primum.* Chriſtianus emere & habere poteſt ſeruum Iudæũ. extrà eod. & ſi Iudæos. xxiij. q. viij. diſpar. non tñ debet cũ eo morari, ſic, ꝙ eũ habeat familiarem. xxviij. q. j. ſæpe null⁹. & c. omnes. quia ſecũdũ Ioan. Iudæi ſunt difficiliores ad cõuertẽdum, & peritiores ad ſubuertẽdum quàm Gentiles. Si autẽ Chriſtianorũ ſerui fieri voluerint Chriſtiani, ſiue Iudæi ſint, ſiue Gẽtiles, non poterunt eorũ domini ꝓhibere. x. q. ij. duo ſunt. tamẽ ſecundùm Rayn. & S. Tho. per baptiſmum à ſeruitute non liberãtur, ſed remanent ſerui: quia ſeruitus eſt introducta iure diuino. argu. diſt. xxxv. ſexto. & iure gentiũ. diſt. j. ius gẽtiũ. & iure canonico cõprobata. xij. q. j. eccleſiam. ſecundũ Hoſt. & Gof. Et addit Ray. ꝙ vbi ex bona cõſuetudine Chriſtiani non ſolẽt eſſe ſerui, dominus de cõſilio eos manumittet: vel ſaltem pecunia mẽdicata aut ſeruitio ad tẽpus præſtito ſe redimẽt. xij. q. ij. cũ redemptor. q tamẽ eos teneret in ſeruitute, vel alteri vẽderet, nõ peccaret: quia quod nõ eſt prohibitũ, intelligit eſſe conceſſum. arg. xiij. q. ij. Ebrõ. Et hoc etiã aſſerit do. Io. in li. q dicitur lucula noctis. ¶ Secũdũ.* Non aũt e contrario eſt licitum Iudęo habere ſeruum Chriſtianũ. extrà eo. multorũ. & C. de epiſco. & cle. l. deo nobis. §. his ita. vbi iubetur vt null⁹

Iudęus, vel Paganus, vel hæreticus Christianos seruos habeat: ꝙ si in tali reatu fuerint inuẽti, fancitur seruos omnibus modis liberos esse. ¶ Tertiũ. Seruus ergo Iudæi, etiã si erat vernaculus de ancilla eius natus, factus Christian⁹, statim eripitur ĩ libertatẽ nullo ꝓtio dato. d. l. Deo nobis. & dist. liiij. fraternitatẽ. nec redigetur iterum ĩ seruitutẽ, etiam si dũs eius postea baptizetur, vt dicitur in d. l. Deo. Et similiter si Iudæ⁹ emat vel qualitercũq; acquirat seruũ Christianũ, quod ei ꝓhibetur extrà eo. c. j. & vl. statim nullo pretio dato efficitur liber. dist. liiij. mãcipia. Et similiter si seruũ nõ Christianũ emit causa seruitij sui, & vult effici Christianus: quia hac volũtate patefacta statim vẽdicat sibi libertatẽ, nullo datoꝓtio. d. c. fraternitatẽ. Si aũt talẽ, scilicet nõ Christianum emit nõ causa seruitij, sed mercimo 7
nij, & ĩtra tres mẽses venalem nõ expoſuerit, ſimiliter ſtatim liberatur nullo pretio dato. d. c. ſi. quia præſumitur ad ſeruitiũ ſuũ emiſſe: ſed ſi venalẽ ĩtra dictũ tempus expoſuit, & per eũ non ſteterit quin venderetur, & ipſe ĩtra illud ſpatiũ vel poſt vult effici Chriſtianus, nõ liberabit⁹ ab eius ſeruitute, niſi pro quolibet bono ſeruo dẽtur ſolidi duodecim: vt d. c. fraternitatẽ. & extrà eo. c. j. ij. & vl. ꝙ ſeruo aũt non ita bono, ſecundùm Pan. in d. c. j. defalcabitur: quia ibi bonus accipitur pro optimo. Et prędicta ĩtellige, niſi dominus eũ voluerit circũcidere, vel alterius ſectæ ſignaculũ ĩprimere, ſcilicet cùm diceret ſe velle fieri Chriſtianũ: quia tũc propter iniuriam corporis ſine pretio liberabitur. diſt. liij. nulla. & idem Gof. Dicti aũtẽ mẽſes incipiunt currere à die emptionis, ſecundùm Hoſt. in d. c. ſi. vel à die quo petijt Chriſtianitatem, ſecundùm Io. And. & Pan. in d. c. j. & dicti ſolidi debẽt eſſe aurei, ſecũdũ Vincẽ. Gof. & Pan. ita, ꝙ hic ſolidus capitur pro aureo: vt Inſti. de pœna te. li. §. ſi. vbi glo. dicit, ꝙ in legibus capitur ſolidus pro aureo. Alij verò dicũt, ꝙ capitur ꝓ ſolido vſualis moneta. ff. de leg. iij. l. numis. vbi dicitur, ꝙ in legato numorũ in dubio intelligitur minor moneta. Et hãc opinionẽ videtur tenuiſſe Sum. Ang. & eſt vera ad hunc ſenſum: qa duodecim ſolidi, id eſt, aurei ſoluendi ſunt ex vſuali moneta illius loci. extrà, de male. d. ſtatuimus. non aũt ad iſtũ, vt duodecim ſolidi ſumantur ſecundùm vſum vulgarem: quia videtur truffa, ꝙ lex ei qui ſeruum bonum emit pretio magno, reſarcire voluerit pretio tam exiguo. ¶ Quartum. Si dictum ſeruum emptum cauſa mercimonij nullus Chriſtian⁹ vult redimere, & ipſe pretiũ duodecim ſolidorũ, quos ſe redimat nõ habuerit, nihilominus liberabit⁹, & oſtiatim pretiũ quæret. ff. de manumi. l. quarta. §. ſuis aũt. vel ſi nullo modo poteſt habere, ſeruiat ei ꝓ quinquẽniũ, vt not. xxxvj. q. j. de raptoribus. & patet C. de capt. l. vlti. Si verò redimatur ab aliquo, ſecũdũ Ray. ꝓpter hoc nõ erit eius ſeruus, ſed erit liber, & reſtituet ei pretiũ. arg. Inſti. de noxa. act. §. dñs. qđ pretiũ ſi nõ habet, quæret oſtiatim: vt ſi ſtatim habere nõ põt, ſecũdũ gl. extrà eo. c. j. ſeruiat ei tãtum, ꝙ cum pretio ſeruitiũ cõpenſetur: & poſtea quò vult eat. d. l. vnica. & d. c. de raptorib⁹. & tẽpus ſeruiẽdi poteſt intelligi ſecundũ aliquos de quinquẽnio, ad inſtar eius, q eſt redẽptus ad hoſtibus: vt C. de poſt. re. & re. ab ho. l. fin. vel ad arbitriũ boni viri, ſecundũ Ray. Si verò plures emptores apparuerint, ſecũdũ Got. eps loci magis eligetur ido neũ. ff. de accu. l. ſi plures. vel ſi ſunt pares, gratificet epiſco pus cui voluerit. arg. de iur. patro. cum aũt. Et idem Hoſt. Et intellige prædicta, niſi pietatis cauſa fuerit redempt⁹; quo caſu nec reddere pretiũ, nec ſeruire teneꝛ. argu. ff. de nego. geſt. l. Neſennius. & ff. de reli. & ſump. fun. l. at ſi qs. 8
Sic aũt factũ fuiſſe præſumitur, niſi quis cõtrariũ ꝓteſtetur. arg. d. l. at ſi quis. Concord. Gof. & Hoſti. ¶ Quintum. Secũdùm Ray. idem per omnia dicẽdum eſt de ſeruis Saracenorũ. & concord. Laur. & Ioã. quia, vt dicunt, idẽ periculũ eſt in vtriſq;. & quod dicitur ad Epheſios vj. & j. Pet. ij. quòd carnalibus dominis ſerui obediãt: dicunt intelligi debere ſecũdũ ſtatũ eccleſiæ primitiuæ. intellige ĩ quo Gẽtiles nõ iudaizabãt vt modò, vel ſecundũ Hoſt. intelligitur de ſeruientibus in gleba, nõ domi. de cẽ. omnis. ſed primũ eſt melius. Secundùm Ray. etiam ſerui hæreticorũ impunè poſſent reliquere dominos ſuos, & ad eccleſiã cõfugere. C. de hæret. l. Manicheos. ¶ Quartò quæritꝫ, quomodo cogendi ſunt Iudæi ſe habere ad Chriſtianos, ſiue à quibus ſunt cõpeſcẽdi Iudæi ĩter Chriſtianos cõuerſantes? Et dico multa. ¶ Primum.* Nõ debẽt Iudæi, permitti inter Chriſtianos habere officia publica, nec aliquã dignitatẽ vel miniſteriũ, ne occaſionẽ habeãt ſæuiẽdi. diſt. huj. nulla. xvij. q. iiij. cõſtituit. & extrà eod. cùm ſic. & c. pe. & C. de Iudę. l. fi. & ſi talia officia ſuſceperint, eis negari debet cõmunio Chriſtianorũ, donec officiũ dimiſerint, & quicquid inde acceperint per dicœceſani prouidẽtiam, in vſus pauperũ cõuertatur: extrà eo. cùm ſit. vbi etiã patet, ꝙ hoc obtinet in pagano. Archi. aũt poſt S. Tho. ij. ij. q. x. arcic. x. dicit, ꝙ dominium & prælatio infidelũ ſuper fideles nouiter inſtituẽda nullo modo permitti debet: quia caderet in ſcandalum & periculum: cùm faciliter ſubiecti ſuperiorum ſequantur imperium, niſi ſint magnæ virtutis, & ſimiliter infideles fidem conteneꝛent, ſi ſcirent fidelium defectus. & ſic prohibet hoc eccleſia in d. c. cõſtituit. ſed dominium & prælatio iam præexiſtẽs auferri quidẽ per eccleſiam poteſt: quia illi immerito infidelitatis merẽtur amittere ius prælationis ſuper fideles, qui in Dei filios transferuntur: & quãdoq; illud eccleſia aufert, ſcilicet illis infidelibus, qui tẽporaliter ſubijciũtur eccleſiæ aut mẽbris ei⁹: vt de Iudæis. in d. ca. fraternitatem. nec eis iniuriam facit: quia cùm ſint eccleſiæ ſerui, poteſt de bonis eorum diſponere. quandoq; verò nõ aufert, ſcilicet illis infidelibus, q ſic ei temporaliter nõ ſubſunt: & hoc ad ſcandalum vitandum. ¶ Secundum. Secũdùm Panormi. in cap. ex ſpeciali. eodem titu. per prædicta, ꝓhibitum eſt Iudæis & Paganis omne commercium, per quod Chriſtianis aliquod grauamen poſſet inferri. Vnde licet vẽdatur eis redit⁹ regalis, & illi poſſint emere illũ: vt in dicto c. ex ſpeciali. collectio tamen per ipſos fieri nõ poterit, ſed per Chriſtianos: quia colligendo poſſet Iudæus cõmittere fraudes. ¶ Tertium. Ex d. l. vlt. C. de Iudæ. vbi dicitur, quòd nullum honorem, nullam dignitatem, nullam præeminẽtiam inter Chriſtianos Iudęi poſſunt habere. Bar. infert, quòd doctorari non poſſunt: cùm doctoratus dignitas ſit & præeminẽtia. Non obſt. l. generaliter. §. fi. ff. de decur. quæ permittit Iudæos promoueri ad dignitates: quia intelligitur inter ipſos Iudæos, nõ inter Chriſtianos. Imo Panor. in c. j. de Iudæ. dicit, quòd de rigore iuris nõ poſſunt intrare ſcholas cauſa addiſcendi: qua cap. nullus. diſt. liiij. prohibet à Iudæis recipi medicinam, & cum illis eſſe in balneo, ꝓpter periculum corruptionis: vbi tãtùm cõtrahitur cõſortiũ & cohabitatio temporalis & quaſi momẽtanea: & cõſequenter à fortiori debet ꝓhiberi ingreſſus ſcholarũ, vbi non ſolùm conſortiũ, ſed amicitia contrahitur intrinſeca. Itẽ, quia de facili iuuenes habẽtes ętatẽ mollem corrumpi poſſent ab aſtutia Iudæorũ. quod tamẽ in ſcholis Theologorũ ego nõ credo ꝓcedere: quia ſunt velut prædicatores qdam: & Theologi ſũt firmioreſi fide. ¶ Quartũ.* Prohibẽdi ſũt etiã procedere in publicũ ſine habitu vel ſigno diſtincto à Chriſt

Chriſtianis. extrà eo. in nõnullis. quod verũ eſt patẽter, & non ſub plica, tam in maſculis, quàm in fœminis, ſecundũ
9 Doct. ibi. ¶ Quintũ.* Prohibẽdi ſunt etiam nouas erigere ſynagogas. eod. tit. cõſuluit. & c. Iudæi. antiquas tamen reficere poſſunt, & refarcire ruinoſas, ita tamen, ꝙ ædificatio noua nõ perdat formã antiquã: quia vbicũq; mutatur prima forma, puta qa ædificiũ ſit pretioſius, vel magis amplũ, dicitur nouũ, & cadit ſub prohibitione noui ædificij: vt probatur ex d. c. cõſuluit. Et facit quod in ſimili notatur in glo. c. admonere. xxxiij. q. ij. & in c. presbyter. lxxxj. diſt. & in c. cauſam. de teſti. in ver. in tẽpore. & in gl. in l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhiben. Et ſi antiqua ex toto & funditus corruit, reædificare nõ poterũt, ſecũdũ Pano. in d. c. cõſuluit. quia eſſet nouã facere. Ad quod facit quod legitur & no. in l. inter ſtipulãtẽ. §. ſacram. ff. de verb. obli. & vide gl. in ſimili de iure patro. c. iij. Et ſi nouas ſynagogas erexerint, in 50. libris auri ſunt puniẽdi. C. de Iudæ. l. hac victura. ¶ Sextũ. Prohibẽdi ſunt etiã in diebus lãmẽtationis & dãice paſſionis prodire in publicum. extrà eo. in nonnullis. & ſecundũ gl. Ray. fortè idẽ eſſet, ſi eccleſia lamẽtaretur pro cõmuni aliquo infortunio Chriſtianitatis: quin etiã in die paraſceues nõ debẽt habere oſtia, vl feneſtras apertas. extrà eo. quia ſuper his. ¶ Septimũ. Cogẽdi ſunt etiã ſoluere decimas prędiales. extrà, de deci. de terris. & ſi totã aliquã parochiam occupauerint emẽdo quę à Chriſtianis poſſideri ſolebãt, tenẽtur nihilominus ſoluere dictas decimas prędiales, & omnes cẽſus, & alia, q̃ Chriſtiani de prędictis ſoluere tenebãtur. ā vſur. quãto. nõ autem decimas, vel oblationes perſonales, cùm nõ recipiãt eccleſiaſtica ſacramẽta, nec audiãt diuina. ¶ Octauũ. Cogendi ſunt etiã Chriſtianos teſtes recipere cõtra ſe, ſed cõtra Chriſtianum teſtimoniũ ferre nõ poſſunt. de teſti. Iudæi. imò repellũtur ab omnibus actibus legitimis. ij. q. vij. alieni. in crimine tamen hęreſis pro teſtibus admittuntur: vt in c. contra Chriſtianos. de hære. lib. vj. ¶ Nonum. Prohibendi ſunt etiã agere & cõuenire apud ſeniores eorũ. qđ tũ eis licet apud iudices noſtros: ſicut etiã in cauſa ciuili arbitrũ poſſunt eligere Iudęũ: cuius ſentẽtiã exequitur ordinarius. C. eo. l. Iudęi. ¶ Decimũ. Cogẽdi ſunt etiã ne exigãt vſuras, ſed exactas reſtituãt. de vſur. poſt miſerabilem. & ad hoc cõpelli poſſunt & debẽt ꝓ principes, vt ibi: quod ſi nõ faciũt, cõpelli debẽt per iudicẽ eccleſiaſticum cenſura eccleſiaſtica: vt dicit Hoſt. & Io. And. Inno. in d. c. poſt miſerabilem. & facit c. poſtulaſti. de Iudæ. & quod ibi no. Vnde & ipſi principes mortaliter peccant, eos ad hoc nõ cogẽdo: & Chriſtiani cõmercium cum eis nõ reſtituentibus habentes poſt monitionẽ: vt in d. c. poſt miſerabilẽ. & in c. quãto. de iud. ¶ Vndecimũ. Prohibẽdi ſunt etiã ne quenquam non exiſtentem de ſua natione, vel ſecta circũcidere præſumãt, etiã ſi ſit ſeru⁹ eorũ: vt in d. l. vnica. C. ne Chriſtianũ mancipiũ. & ibi eſt eis pœna capitalis, id eſt, ꝓ petui exilij, quæ aliquãdo dicitur capitalis: vt ff. de pœnis. l. rei capitalis. ¶ Duodecimum. Similiter etiam ne Iudæus Chriſtianam accipiat in vxorem: alioquin punitur adulterij pœna C. eo. l. ne quis. ¶ Tertiumdecimũ. Cogẽdi ſunt etiam per papã & alios principes, quibus ſubdũtur, laborare manibus: aliàs turpis lucri & peccatorum, quæ faciunt, ſunt participes. Nõ obſtat c. ſicut. de Iudę. vbi dicitur, ꝙ ab
12 eis nullus exigat coacta ſeruitia: quia illud intelligitur de ſeruitijs ad vtilitatẽ dominorũ ſuorũ. ¶ Decimumquartũ. Prohibendi ſunt etiã ne fidẽ catholicã impugnent dogmate peruerſo: alioquin ſanguine puniuntur: vt in d. l. hac victura. & generaliter ne intentent contra eam quicquã deteſtabile: ſicut eſt, ꝙ nutrices Chriſtianæ proijciãt lac in latrinam poſt ſuſceptionẽ corporis Chriſti: extrà eod. ſi Iudæos. ¶ Quintò quæritur,* quĩo ſint puniẽdi participes cũ Iudæis cõtra caſus prędictos, vel ipſi Iudæi cõtra prędicta facientes? Et dico duo. ¶ Primũ. Participes cũ eis, ſi ſunt clerici, & moniti nõ deſiſtunt, priuãdi ſunt officio & bẽficio: ſi verò ſunt laici vt principes nolẽtes exequi ꝑdicta, vel alij aliquod afferẽtes impedimẽtũ: ſi admoniti nõ ſatisfaciũt, debẽt excõicari. xxviij. q. j. nullus. ¶ Secũdum. Iudęi verò cõtra prędicta faciẽtes ſic puniũtur, vt Chriſtiani ab illorũ cõmunione & cõſortio ſeu cõmercio tandiu ſeparẽtur ſub pœna excõicatiõis, donec illi emẽdauerint, & ſatisfecerint: extrà eo. & ſi Iudæis. & poſſent etiã per eccleſiam verberari, vel alio modo corpaliter mulctari de ꝓcepto epiſcopi, vel principis. arg. xvij. q. iij. conſtituit. aut etiã puniri alia pœna. de vſur. poſt miſerabilẽ. Quòd autẽ dicitur eccleſia nõ iudicare de his q̃ foris ſunt. xxviij. q. j. ſæpe. dicit gl. eſſe verũ quo ad ſpiritualẽ pœnã, qa eos nõ excõicat: ſecus quo ad corporalẽ. Vnde ſi nimis cõuerſentur cũ his qui ex eis ſunt cõuerſi ad fidẽ, vel eos puertenituntẽ, debẽt flagellari. d. c. ſæpe. & ſi aliquem ex ſuis fieri Chriſtianũ ſaxis aut alio genere furoris intẽtẽr, puniũtur igne. C. de Iudę. l. Iudęis. & ſimiliter ſi Chriſtũ blaſphemauerint, ſecũdũ leges, vt dicit Hoſt. debẽt decapitari. Vnde principes ſeculares Iudęos Chriſtũ blaſphemantes punire debent grauiter pœna pecuniaria, vel etiã grauiori. extrà eod. in nonnullis. & ſecundũ S. Th. ad ducillam Lotoringiæ, licet Iudæus delinquens nihil habeat prẽter vſuras, nihilominus puniri põt pœna pecuniaria, ne ex ſua iniquitate cõmodũ reportet. & maiori, quàm quicũq; alius vſurarius in ſimili caſu, quãto pecunia, quę aufertur ab illo, minus ptinet ad illũ: & inſuper addi poteſt alia pœna, ne ſufficere videatur ad pœnã, ꝙ pecuniã debitam alijs deſinat poſſidere. Pecunia tamẽ ablata ab eis nomine pœnæ retineri nõ poteſt à dominis ſeu officialibus punientibus, ſed de ea fieri debet vt j. §. vij. dicetur. hoc tamẽ dictũ ſancti Tho. procedit quo ad vſuras incertas, non aũt quo ad certas: niſi quatenus præſupponeretur de volũtate ſpoliati.
¶ Sextò quęritur, quid prohibẽtur facere Chriſtiani con-
11 tra Iudęos? Et dico multa. ¶ Primò* enim nõ debẽt eos ad fidẽ cogere violẽter: extrà eod. ſicut. de quo dic vt S. Baptiſmus. iij. §. vj. Pecunia tũ & aliis blãdimẽtis ipſos & alios infideles allicere poſſumus ad fidẽ, ſecũdũ gl. Io. An. in c. debet homo. xxiij. q. iiij. quæ allegat c. quod autẽ. xxiiij. q. vij. & c. qui ſyncera. xlv. diſt. & ſimiliter ſub tali cõditione. poteſt Chriſtianus aliquã ducere in vxorẽ, vt fiat Chriſtiana. viij. q. j. caue. & ſic in ſpiritualibus licitè fit pactum, vbi agitur de cõuerſione alicuius ad fidẽ: & ſic nõ obſtat j. q. ſecunda. quàm pio. hæc ibi. Sed aduerte, ꝙ in ſpiritualib⁹ licitè fit pactum de ſpirituali pro alio ſpirituali reddẽdo: puta de matrimonio pro conuerſione: ſed non de temporali reddendo pro ſpirituali: quia ſicut illud vẽdere, ita & emere nõ licet. Et de hoc in ſuo ſimili dicit ſanctus Thomas, quarto quolibeto, art. xxiij. ad xvij. ꝙ illicitum eſt ad religionem inducere per temporalia cum pacto: ſecus ſine pacto. prima, quæſt. prima. quàm pio. & ſic Sylueſter donatio promiſit volentibus baptizari: vt in d. c. quàm pio. not.
12 Vide j. Simonia. §. viij. part. iij. ¶ Secundò.* Non debent eos offendere in perſona, vel in bonis, ſiue iudicio terrenæ poteſtatis. d. c. ſicut. ¶ Tertiò, non debent eos impedire obſeruare conſuetudines ſuas in ſuis feſtiuitatibus, modo nihil faciant in opprobrium Chriſtianorum. xlv. diſtinct. qui ſyncera. & dicto capite, ſicut. & C. de Iudæis. l.

Iudæis,

Iudæis. Pro quo sciendum est ex ij.ij.q.x.ar.xj. ꝙ humanũ regimen debet imitari diuinũ à quo deriuatur, quod permittit aliqua mala in vniuerso, quæ posset prohibere: ne sublatis eis maiora tollantur bona, aut mala maiora sequãtur: & sic tolerãtur ritus infideliũ, in quibus peccãt. Ex hoc autẽ, ꝙ Iudæi ritus suos obseruant, in quibus aliquãdo veritas fidei figurabatur: hoc sequitur bonum, ꝙ fidei nostræ testimonium habemus ab hostibus: ideoque tolerantur: vt dist.xlv. de Iudæis. & extrà eo. cõstituit. Aliorum vero infidelium ritus, quia nihil vtiliratis aut veritatis afferunt, nõ sunt aliquatenus tolerãdi, nisi ad vitandũ maius malum, vt scandalũ, vel dissidium, vel impedimẽtũ salutis eorum, q tolerati paulatim cõuertuntur. ¶ Quartò, non debent ab eis exigi coacta seruitia, quæ facere non consueuerũt. d.c. sicut. de quo. s. Baptismus. iiij. §. vj. ¶ Quintò, non debent effodi eorũ sepulchra, vl' corpora humata obtẽtu pecuniæ: nec eorũ cœmeteria qsquã mutilare aut inuadere. d. c. sicut. & cõtrafacientes Christiani, si sunt clerici, priuari debent officio & beneficio: si laici, excõicãdi: vt in d.c. sicut. ¶ Sextò, nõ debẽt in sabbatis suis ad iudiciũ trahi. C. de Iudæ. l. die sabbati. & d.c. sicut. ¶ Septimò, non debẽt impediri sua, prout melius poterũt, vendere: sicut nec Christiani. C. eo. l. nemo. ¶ Octauò, non sunt spoliandi bonis iniustè quæritis si conuertantur ad fidem, nec debita successione: & si ablata fuerint, præcipitur potestatibus locorũ sub pœna excommunicationis, ꝙ faciant ea restitui. extrà eo. Iudæi. el ij. Ex quo infert Pan. ꝙ non perdunt agnationem suam: vnde succedere debent suis attinẽtibus, & multo minus bona legitimè quæsita: cuius contrarium existimant vulgares. quod erroneum est. ¶ Nonò, non sunt prohibendi ad fidem cõuerti & suscipere baptismum, etiam si serui sunt Christianorum. ar.c. diuæ sunt. xij.q.ij. remanent tamẽ serui si priùs erant serui alicuius Christiani, cùm seruitus sit approbata iure diuino, ciuili, & canonico. xij.q.ij. & si quos. dulcius tamen tractandi sunt quàm alij serui, qui nõ sunt Christiani. arg. de maio. & obed. per tuas.

13 ¶ Septimò quæritur,* vtrum domini exactionẽ facere possint in Iudæos? Et dicit S. Th. in epistola ad ducissam Brabantię, ꝙ licet, sicut iura dicunt, ludęi merito suæ culpæ sint addicti seruituti, & sic domini res eorum possint accipere tanquam suas, ita tamen, ꝙ vitæ necessaria non subtrahãtur: quia tamẽ oportet nos ambulare honestè ad eos qui foris sunt, ne nomen domini blasphemetur, hoc videtur obseruãdũ, vt in exactionibus, quas facere nõ cõsueuerunt, non prægrauentur: ad cõsuetas autem cogi possunt. Cùm tamen nihil habẽt præter vsuras, vt idẽ ibidem dicit, cùm non possint ipsi Iudæi talia licitè retinere, consequẽter nec domini recipiẽtes collectas à talibus possunt talia 1
retinere licitè, nisi fortè essent talia, quæ ab ipsis dominis vel eorũ antecessorib. Iudæi extorsissent: extorta autẽ ab alijs illis debẽt restituere, quibus Iudæi tenebantur, si inueniuntur: alio quin in pios vsus, secundũ consiliũ diœcesani, vel aliorũ proborũ, vel cõmunem vtilitatẽ terræ, si necesse est, eroganda sunt. Nec esset illicitum, si nouiter dñi exigerũt talia à Iudæis, seruata tamẽ suorũ prædecessorũ consuetudine, hac intẽtione, vt in pios vsus expẽdantur. hęc ex illo. Ex quibus patet, ꝙ bona incerta vsurariorum Iudæorũ, licet sint per diœcesanũ dispensanda quando ad aliũ non deuenerunt: vt j. Restitutio. viij. §. v. secus vbi deuenerũt ad manus dominorũ. Pro prædictis tamen, vt sciatur quid liceat principi, etsi fortè nõ semper expediat: nota, ꝙ Iudæi, cùm serui sint, per dominum suum vendi possunt, arg. C. si ser. expor. vene. l.j. & ij. propter quam ratio-

nem tenet Archid. ꝙ eis potest auferre bona eorum, cùm ea non habent nisi vt peculium. & alleg. c. Iudæi el ij. eod. tit. vbi statuitur, ꝙ si non conuertantur, nõ auferãtur eis bona: & consequenter si non conuertantur, possunt auferri, à cõtrario sensu. & melius facit c. sicut Iudæi. eod. tit. vbi prohibẽtur eorum bona auferri sine iudicio terrenæ potestatis: & cõsequẽter hoc princeps potest. ¶ Octauò quęritur, vtrũ recipi & retineri licitè possit dona & mercedes, quas Iudæi tribuunt pro labore? Et dicit Veruec. ꝙ de his, quæ habẽt Iudæi per alium modũ quàm per vsuras & rapinas, puta ex artificio, non est dubium, ꝙ sic: si autẽ nihil habent præter vsuras, tunc si recipiens certat de suo damno vitando, non peccat: sicut qui damnificatus est à fure, vel raptore, puta per incendium, non peccaret si acciperet ab eo dãnum suum, licet ipse fur aut raptor nihil haberet, nisi quęsitum furto, vel rapina: dummodo nõ recipiat pro damno suo in specie res ipsas alienas. Dona autẽ & eleemosynæ accipiẽdæ nõ sunt ab vsurarijs, quãdo per hoc efficerẽtur non soluẽdo, nisi ea intentione vt restituãtur creditoribꝰ eorũ. & idem dic si quocunq; alio titulo oneroso, vel lucrativo bona huiusmodi acceptẽtur. si verò sunt soluẽdo, non obstãte tali acceptatione, dic vt j. Restitutio. ij. §. vij. Vtrum autẽ eis vendi possint illa quibus illicitè vtuntur ad ritum suum: vide suprà Infidelitas. §. iiij.

DE IVDICE IN SE, PRIMO.

1 *Iudex quid & quotuplex sit.*
2 *Iudex laicus quis & cuius esse possit.*
3 *Clericus non pòt à iudice seculari iudicari, etiam volens, nisi in casibus. nu. 4.*
5 *Clericus si petat se ad suũ iudicẽ remitti, quis de hoc iudicabit. & nu. 6.*
7 *Delegatus papæ si delinquat, an corã ordinario loci cõueniatur.*
8 *Laicus laicum quando sub papa conueniat.*
9 *Iudex ecclesiasticus quis & cuius esse possit.*
10 *Iudicis mandatum de iudicando, qualiter seruandum.*
11 *Iudex secularis uel ecclesiasticus de quibus possit uel non possit iudicare.*
12 *Iudex quid agere possit & debeat circa iudicandos.*
13 *Iudex qualiter se gerere debeat erga munera, salarium & sportulas.*
14 *Iudex qualiter expensus itineris recipiat.*
15 *Salarium quale sibi & suis taxet iudex.*
¶ Sextũ. Si contra præmissa de facto citẽtur aliquæ mulie-
res, totũ est irritum ipso iure: vt in d. c. mulieres. & fingẽs
casum vt iudex ad mulierẽ vadat pro testimonio, excõmu
nicatus est: vt ibidem. ¶ Secũdò quæritur,* quo tẽpore iu 2
dex debeat vel possit iudicare? Et dico, q̃ iudicare nõ po-
test tẽpore feriato: vt s. Feriæ, & Dominica dies. Nec vlti-
ma die sui officij. ff. de iurisd. omn. iu. l. eũ qui. si tamẽ iu-
dicat, tenet: vt in l. meminisse. ff. de off. procon. Sed limita
primò in ordinario: qa delegatus etiã vltima die iudicat:
vt in c. cõsuluit. ff. de offic. delegati. & secũdũ Barto. in d. l.
eum qui, limita post aduentũ successoris: quoniã ante lici
tè iudicat, d. l. meminisse. Nec debet hora nocturna. de of.
deleg: cõsuluit. Si tamẽ procedat nocte cũ lumine cædelæ
ad litis contestationẽ, vel sentẽtiæ prolationẽ, valet quod
agit: qa multa prohibẽtur, quę tamẽ facta tenẽt: de regula.
ad apostolicã. de iureiu. quemadmodũ. §. quod si post. de
quo no. in auth. de iudicibus. §. fedebũt. ¶ Tertiò quæri-
tur,* quo loco iudex possit aut debeat iudicare? Et dico, q̃ 3
in loco suæ iurisdictionis, nisi de cõsensu partiũ & iudicis
territorij. viij. q. j. episcopũ. cum duobus seq. cap. pro quo
etiã vide gl. in c. vt litigãtes. de offic. ord. lib. vj. Fallit etiã
hoc in episcopo expulso, & in his quę sunt voluntariæ iuris-
dictionis, quæ vbiq; possunt exercere. ff. de offi. procon. l.
ij. & c. nouit. de offic. leg. & ibi gloss. ¶ Quartò quæritur,
4 *quomodo iudex debeat iudicare? Et dico q̃ sedendo: vt
not. in dicto §. fedebunt. & secundũ allegata & probata, se
cundũ omnes ferè Canonistas: vt refert Archi. post Rayn.
licet hoc limitetur, nisi constet de veritate in contrariũ.
quo casu dic vt j. §. sequentu. Et secundùm statuta & con-
suetudines locorũ, iuxta dicta suprà, cõsuetudo: & dicen-
da infrà §. vij. Et quandoq; secundũ æquitatẽ. Pro quo ad
uerte quod Panor. in c. fin. de transact. secundũ gloss. dicit
q̃ ius semper est præferẽdũ æquitati, & propter æquitatẽ
non scriptã non debet iudex à iure scripto recedere: quia
non debet velle clementior lege videri: vt dicit tex. in au
then. de iudic. §. oportet. Doctor. autẽ tria cõmuniter fa-
ciunt membra. Nam aut neutrum est scriptum, scilicet nec
ius, nec æquitas: & tũc iudex debet seruare æquitatẽ: vt in
d. c. fin. ad quod adde notabile verbũ Inn. in c. j. de constit.
quod sequitur Barto. in l. j. C. de litig. q̃ in his quæ relin-
quũtur iudicis arbitrio, semper debet æquitatem seruare.
Aut alterum tantùm est scriptum: & illud est seruandum.
Aut est scriptum vtrunque: & tunc aut ius est scriptum in
genere, & æquitas in specie, vel ecõtrario: & seruandũ est
quod in specie reperitur scriptum, quia species generi de
rogat. Aut ambo sunt scripta generaliter, vel ambo specia
liter, & tunc cõmuniter tenetur, q̃ æquitas sit præferẽda.
¶ Quintò quæritur,* vtrũ dato casu, q̃ probetur in iudi- 5
cio contra veritatẽ, puta quia innocẽs cõuincitur, debeat
iudex iudicare secundũ allegata & probata, aut secundùm
veritatẽ, si eã nouit? Et dico, q̃ si iudex procedat extra iu-
diciũ, vt in dandis officijs, & alijs, quæ illius arbitrio com
mittũtur: non est dubiũ quin teneatur propriã cõscientiã
sequi, & nõ allegata, & per testes falsos, ꝓbata. ff. de iurisd.
om. iud. l. j. & ij. Et similiter in dispẽsationibus. vt j. qõ. vij.
exigũt. Et simile si, ꝓcedat in iudicio, põt absoluere quos
scit reos in veritate, sed nõ legitimè cõuictos: qa iura hoc

volũt expreſſe, vt nemo publicet alterius peccatũ quod ꝓbare nō poteſt: vt in c. ſi ſacerdos. de offic. iud. ord. & in l. illicitas. §. neq; licita. ff. de offic. præſid. & ff. de fer. l. eadē oratio. iuncta glo. & in c. ſi tantum epiſcopus. vj. q. ij. & cā. quoties. & c. Mennam. ij. q. v. abſoluitur infamatus: ex quo probādo fecerūt accuſatores. Si verò procedat in iudicio, an poſsit condemnare eum, quē ſcit innocētem legitimè conuictum: ſunt opiniones duæ ſolēnes. ¶ Prima eſt antiquorū Theologorū & Canoniſtarum dicentiū, ꝙ iudex talem poteſt cōdemnare ſine peccato concurrētibus duobus. Primò, ꝙ iudex ſit talis, & in tali caſu, ꝙ tenetur de iure fori cauſarū iuſtitiā exhibere tunc, ita ꝙ neceſſario incumbat ei abſolutio vel condemnatio. Secundò, ꝙ nulla occaſione aut via, puta cedēdo officio, vel remittendo ad ſuperiores, vel diligentius perquirendo veritatem poſsit eum liberare de iure. Et probatur iſta opinio ff. de offici. præſi. l. illicitas. §. veritas. & iij. q. vij. iudicet. xj. q. iij. ſummopere. vj. q. ij. ſi tantum. & c. placuit. ¶ Quā quidem opinionem qui ſequuntur, tres diſtinctiones mente gerunt, per quas ſoluūt omnia quę adducūtur in cōtrariū. Prima. Dupliciter quis eſt innocens: ſcilicet de facto, ſi crimē in veritate nō admiſit: & de iure, quia ſ. crimen illum admiſiſſe iuridicè non probatur: & ſimiliter dupliciter dicitur quis nocēs vel reus. ſ. de iure, quia ſcilicet iuridicè cōuincitur crimen admiſiſſe: & de facto, quia ſ. crimen in veritate admiſit. Et ſic innocēs de iure poteſt eſſe reus de facto, & econtrario: & reus de iure poteſt eſſe innocēs de facto, & ecōtra. ¶ Secūda. Duplex eſt veritas. ſ. veritas facti ſiue rei, & veritas iuris, ſiue preſumptionis: & ſic de facto vera, aliquando ſunt falſa præſumptione iuris, & econtrario. ¶ Tertia. Duplex eſt conſcientia iudicis, ſicut & duplex ſcientia: vna. ſ. inquantū eſt priuata perſona, quæ ſcit aliqd ſicut in facto accidit. alia inquātū eſt perſona publica, quæ ſcit aliquid ſicut in iudicio probatur. Iſtā opinionē quidā ſequuntur ſimpliciter quantū ad omnes cauſas tam criminales quàm ciuiles. ¶ Et hæc opinio eſt Petr. Ray. in Sum. Io. iij. q. vij. iudicet. vbi multa allegātur. & Archidi. ibidē. & Bar. ac Hoſt. de offi. ord. c. j. & Inno. de cenſib. venerabilis. dicētis, ꝙ epiſcopus in ordine iudiciario debet ſecūdū allegata potius, quàm ſecundū veritatē iudicare: allegans prædicta iura. addēs quia perſonæ publicæ nō eſt iudicare de probatis. vj. q. j. ſi omnia. & glo. in c. paſtoralis. de offic. deleg. §. quia vero. & in c. j. de offic. ord. & gl. & Bart. in l. illicitas. §. veritas. ff. de of. preſi. & do. Car. vt refert Pan. in d. c. paſtoralis. & etiā Io. And. qui ſentit hoc nō eſſe illicitū, niſi ratione conſciētiæ, cōtra quā nullus vnquā iudicare, vel aliquid facere pōt ſine peccato, etiam ſi de ſe ſit licitum, vt ſuprà dictū eſt Conſciētia. Vnde in addit. ad Spec. in titu. de allegat. & di. dic, ꝙ poteſt quis triplicē ſcientiā habere. ſ. vt Deus, ſicut ſacerdos per cōfeſsionē: vt iudex, quia ſcilicet conſtat ei per acta publica: & vt priuatus. Igitur ſi iudex habeat conſcientiā cōtra acta publica, ſecūdū illam procedere non debet: quia illam ſcientiā non habet vt iudex; ſed vt priuatus: & ipſe habet iudicare vt iudex: ſed debet laborare ad inquirendā & habendā veritatē: & ſi nō poteſt, inſtet vt alleuietur ab onere iudicādi: & ſi nō poteſt, informet conſcientiam ſecundū illam diſtinctionem, vt ſcilicet non curet de ſcientia quam habet vt priuatus: & ſi nō poteſt, nō pronunciet, ſed ſuperſedeat, & ferat patienter ſi ſuperior eū de hoc puniat, ꝙ non vult iudicare. ad quod cap. literas. & c. inquiſitioni. de ſententia excōmunicationis. non tamen debet propter conſcientiā pronunciare contra acta publica, nec abſtinere ab officio iudicandi: alioquin tenēdo contrarium, ius totum poſitiuum confunderetur. hæc ex illo: qui intendit, ꝙ conſcientia ad hoc nō liget, cùm ſit erronea, niſi eo caſu quo deponi nō poteſt: quia tunc dixit ſuperſedendū. Et ſecundū opinionem iſtorum loquutus eſt S. Thomas ij. ij. qō. lxvij. arti. ij. dicēs, ꝙ iudex in iudicādo magis debet ſequi legitima documenta per inſtrumenta, & teſtes, & huiuſmodi, quàm id quod ipſe nouit tanquam priuata perſona: tamen ex priuata cognitione iuuari poteſt, vt diſtrictius diſcutiat probationes inductas, vt poſsit earū defectū inueſtigare: quas ſi non poteſt de iure repellere, debet eas in iudicando ſequi. Et quæſt. lxiiij. art. vj. ad tertium. dicit, ꝙ ſi iudex non poteſt inuenire occaſionē liberandi conuictum, vt occidatur, quē ipſe ſcit innocentē, debet eum remittere ad ſuperiorē. Si autem hoc nō poteſt, nō peccat ſecundū allegata ferens ſententiam: quia ipſe nō occidit eum: ſed illi qui aſſerunt eum nocentē. hæc ille. quem cōiter ſequuntur prædicatores. & ſecundū Archid. iſta opinio communis tenetur. Et ſi obijciatur, ꝙ Pilatus nō peccaſſet occidēdo Chriſtum, negatur: quia nō habuit teſtimonia cōuenientia ſecundū Euāgeliſtas, & examinatis accuſationibus Iudæorum ipſemet dixit, ꝙ nihil dignū morte inuenit in eo: & poterat remittere ad ſuperiorem. Ex quibus patet, ꝙ iſta opinio intelligitur cōcurrētibus duobus, de quibus dictū eſt: & tenet etiā in cauſis criminalibus. ¶ Alia verò eſt opinio, ꝙ nullo modo debet iudicare cōtra veritatem, ſed debet omni modo & via eum liberare de iure ſi poteſt. & ſi nō poteſt, eum abſoluat, aut ceſſet à iudicādo. Quam quidem opinionē qui ſequuntur, vnam diſtinctionē mēte gerunt, ſcilicet, ꝙ probata dicuntur aliqua dupliciter. ſ. verè & falsè. & primo modo iudicandum eſt ſecundū probata: nō ſecūdo. Et hæc opinio videtur originaliter eſſe Hugo. quam quidā ſequuntur ſimpliciter, non ſolùm in criminalibus, ſed etiam in ciuilibus. & hæc opinio eſt opin. Sum. Ang. dicētis in omnibus eſſe mortale iudicare cōtra veritatē. Sed iſta opin. ſtare nō pōt quantū ad cauſas pecuniarias: quia eſt cōtra gl. in d. c. paſtoralis. & Inn. ibi: & omnes penè doct. qui licet loquātur de executione iniuſtę ſentētiæ ad dirimendū lites, tamen idem eſt de eius prolatione eadē ratione: eſt etiā ſpecialiter cōtra doc. ordinis ſui, puta Sum. Roſ. & Suppl. vt patebit ſtatim, & cōtra Richar. in quolib. iij. q. xxv. ¶ Ex his duabus cōflatur tertia media aliquorum tenentiū partim cum prima, partim cum ſecūda. Nam Ang. & Imol. in l. à diuo Pio. ff. de re iudi. tenere videtur cum prima in ciuilibus, & cum ſecūda in criminalibus. quod Sum. Roſel. ſequitur. & Supple. limitās in criminalibus, vbi venit imponēda pœna corporalis. & idē glo. Rayn. dicens, ꝙ debet potius iudex omnia mala tolerare, quàm cōdemnare talem ad mortē aut mutilationē, etiam ad præceptū ſuperioris, vel exponere cōdemnandū. quod Sum. Roſel. videtur intelligere de malis perſonalibus, dicēs, ꝙ potius debet magis pati puniri pœna pecuniaria, q̄ in mortē hominis conſentire, ſaltem ſecundū Canoniſtas: ſed ſi veniret iudex puniendus perſonaliter, potius debet condēnare, & condēnationē exequi, quàm hoc pati: qa prima charitas incipit à ſeipſo. ¶ Sed iſta probatio nō eſt bona: qa licet prius debeā perſonā meā defendere q̄ ꝓximi, & ſic illū occidere, ne ipſe me occidat: non tñ licet mihi occidere aliquē, ne occidar à tertio: quia nō licet priuato occidere, niſi ſe defendēdo, vt patet ex dictis ſuprà Homicidium j. Vnde potius debeo mori quàm occidere, niſi defendēdo me ab inuaſore. Ho. in d. c. paſtoralis. diſtinguit: quia ſi iudex habet conſcientiam indubitatā, qua ſibi cla-
rè

rè conſtet de cōtrario eius, quod probatū eſt: nec contra eā pronūtiare debet, nec eā deponere: ſed inſtare vt exoneretur: qđ ſi nō poſſet, appellet ad ſuperiorē. ſi verò nō habet indubitatā, deponat eā ſi poteſt: & ſi nō poteſt, non debet cōtra eā iudicare, etiā ſi ſit erronea. per c. per tuas. de ſimo. & c. literas. de reſti. ſpo. hęc ex illo, vt recitat Pan. ſed inſufficiēter: qa ſi nihil agere poſsit apud ſuperiorē, nō docet qđ agendū. Vnde Ioā. And. q in eo. c. paſtoralis. ſimpliciter cū illo trāſire videbatur, remiſit ſe ad ea, q̄ dixit ad Spe. quę ſ. recitata ſunt. Cal. etiā, vt recitat Pan. in d. c. paſtoralis. diſtinguit, quia cōſcientiā cōtra acta per argumēta leuia debet deponere, & ſecūdū acta iudicare. ad quod d. c. inquiſitiōi. quod ſi nō poteſt, nullo modo iudicet cōtra eā. d. c. per tuas. cōſcientiā verò indubitatā nullo modo debet deponere, ſed ſubdiſtinguēdū eſt. Nā ſi illa cōſcientia eſt cōtra reū: vt quia Titiū accuſatū de homicidio, ſcit illud admiſiſſe, ſed teſtes nō probāt: tūc nō debet eū pronūciare innocentē cōtra conſcientiā, nec condemnare ſecundū conſcientiā, ſed eū abſoluere ſecundū acta: quia nō habet iudicare ſecundū conſcientiā, quā habet vt priuatus: & ſic nō facit cōtra cōſcientiā. Si verò illa cōſcientia eſt pro reo. puta, quia teſtes probāt de homicidio, & ipſe ſcit, ꝙ illud nō admiſit: tūc nō debet eū condemnare, nec cām delegare, nec remittere ad ſuperiorē, ſi vehemēter ſuſpicatur, ꝙ ex remiſsiōe dānaretur: ſed debet ſupſedere, niſi credat ꝙ ſucceſſor eū dānabit: quo caſu debet eū abſoluere ſecundū cōſciētiā ſuam: quia vt iudex informari nō poteſt: quia ex quo habet certā ſcientiā vt homo, contrariā non poteſt recipere vt iudex. hæc ille, quaſi dicat ꝙ ſcientiæ cōtrariæ in eodē ſubiecto cōcurrere nō poſſunt. Sed contrà, quia licet bene dicat in primo & ſecundo mēbro, in tertio tamē deficit in duob⁹. Primò in ſuo fundamēto principali, ꝙ ſciētiæ cōtrariæ ſimul nō poſſunt eſſe in eodē: quod eſt verū in ſcientijs propriè dictis: ſecus ſi vna ſit ſcientia propriè, aliæ præſūptiuè: vt ea quæ eſt iuris, vt quiſq; in ſe experitur. Secūdò, qa vt obijcit Pan. ſi iudex cōtra acta poſſet abſoluere reū. i. accuſatū, licet innocētē: hoc eſſet cōfundere totū ius poſitiuū, & dare iudici materiā calumniandi. Non enim debet credi iudici dicēti ſe habere ſcientiā alicuius facti in alterius prę iudiciū: vt vj. q. ij. ſi tantū. & c. placuit. c. quoniā contra. de proba. Pan. autē in d. c. paſtoralis. approbat diſtinctionē Cal. in hoc tantū ab eo diſſentiens, ꝙ dicit iudicē non debere abſoluere reū cōtra acta. Sed cōtrà: quia ſi nō debet abſoluere: ergo ſi neceſsitatur ad iudicandū, cogetur illū cōdēnare cōtra cōſcientiā. Nec valet dicere, ꝙ in tali caſu nunquā cogi poteſt iudicare ab aliquo homine: cùm ſit cōtra illud preceptū Dei ſuperioris, Innocentē & iuſtum non occides. Exo. xxiij. quia hoc eſſe cōtra pręceptū Dei, nō eſt certū, ſed ꝓbabile eſt ꝙ nō: cū hoc dicant plures, & peritiores, ac ſolēniores doctores ex diffinitione probabilis. j. Ethi. vel ſaltē eſt dubiū. In dubijs autē quiſq; tenetur obedire ſuperiori, ſecūdū omnes: vt j. Obediētia. Et patet ratione: qa ſi quis ſit dubius de præcepto Dei, & certus de præcepto ſuperioris, qđ etiā eſt Dei, eligere debet certū: alioquin etiā in ciuilibus nō hoc eſſet licitū: qa ſicut eſt cōtra præceptū Dei, ꝙ nullus occidatur, ita etiam. & ꝙ nullus furetur, vel auferat cōtra iuſtitiā bona alteri⁹. Et ideo ſimpliciter tenēda eſt prima opinio cōcurrētib⁹ illis duob⁹, licet hoc ſit penè impoſsibile. Quod patet primò autoritate d. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. preſi. vbi dicitur, ꝙ veritas rerū errorib⁹ geſtorū nō vitiatur: & ideo præſes prouinciæ id ſequat̃, qđ conuenit eū ſequi ex fide eorū, q̄ probant̃. Nec valet gloſſare, vt gloſſat Cal. & Pan. qđ intelligitur de probationib⁹ veris: qa oppoſitū intellexit ibi gl. ordi. & Bar. cōmuniter Legiſtæ: ſimiliter glo. in l. eadē. ff. de fer. & bene, quia aliter intelligendo, ſemper iudex pecunia corrupt⁹ poſſet calūniari, & reū abſoluere, dicēdo ſe habere notitiā facti, ſecūdū autoritatē doc. ꝓdictorū, maximè Sancti Thomæ, cuius doctrina nihil continet notabile cōtra mores aut fidē, cū ſit ꝑ eccleſiā probata, maximè, qa in prędictis cautiſsimè inceſsit, ſemꝑ oratione præmiſſa: adeo vt in huiuſmodi dubijs, vbi opus erat, certificaretur per reuelationē: ſicut patet, ꝙ Petrus, & Paulus expoſuerūt illi textū dubiū Iſaiæ, & Chriſtus quęſtionē de ſacramēto: qui & tandē eius doctrinā, maximè quātū ſpectabat ad Chriſtū, id eſt, quātū ad fidē & mores, ꝓbauit dicēs, Bene ſcripſiſti de me Thoma. Tertiò patet ex ratione: qa in dubijs obediendū eſt, vt dictū eſt. Vnde q iuxta hæc pōt cōſcientiā ſuā formare, iudicet ſecūdùm probata. qui verò nō pōt eā formare, nō iudicet: qa licet peccet, ſiue iudicet cōtra cōſcientiā, ſiue nō iudicet cōtra ſuperioris obediētiā: tamē primū eſt grauius, cū ſit cōtra pręceptū Dei immediatè: ſecūdū verò cōtra pręceptū ho-
6 minis. ¶ Sextò quæritur,* vtrū peccet miniſter executor iniuſtę ſentētiæ? Et dicit Gul. ſimpliciter, & indiſtinctè, ꝙ ſic. Sed iſta reſpōſio venit ex falſa opiniōe ſuperiore §. dānata, ꝙ nō ſit cōtra ſciētiā priuatā ſcdm publicas atteſtationes iudicādū: & ideo dico ſecūdū S. Th. ij. ij. q. lxiiij. & Alex. de Ales in iij. parte. & Rich. in quoli. iij. q. xxv. ꝙ peccat, ſi ſententia cōtinet intolerabilē errorē, aut manifeſtā iniuſtitiā, nec debet obedire: aliter excuſarētur carnifices martyrū occiſores. Si verò nō cōtinet manifeſtā iniuſtitiā, nō peccat: qa ſuperioris ſentētiā diſcutere nō debet: nec ipe occidit, ſed iudex. Qđ qdē dictū Sū. Ang. limitat, qñ nō eſt certus de innocētia condēnati: qa in dubio excuſatur: ſed ſi ſit certus, peccat mortaliter. Sed iſta limitatio ꝓcedit ex alio falſo. ſ. ꝙ peccet etiā iudex eo caſu iudicās ſecūdū probata. de quo in ſuperiori §. Ray. aūt dicit ꝙ exequi debet, ſi dubitat de innocētia: qa excuſatur ꝓpter obediētię bonū. ij. q. iij. qđ ergo. & xxiij. q. j. qđ culpatur. nō autē ſi eā pro certo nouit. Sed iſta debēt intelligi de innocētia in ordine ad iudicē, vt ſcilicet exeq debeat ſi dubitat eū innocentē, id eſt, iniuſtè dānatū, nō aūt ſi de hoc ſit certus: quia ſi, ſecundū eum, iuſtè iudex dānat innocentē conuictū, quādo tenetur obedire ſuperiori, nec poteſt aliter eū iuuare: eadē ratione, & miniſter tenetur exequi, quādo tenet̃ obedire iudici, nec pōt abſolutionē
7 ab exequutione obtinere. ¶ Septimò* quæritur, vtrū iudex teneatur iudicare ſecūdùm ſtatuta, vel cōſuetudines loci inter eos, quorū vnus eſt ſibi ſubditus, & nō alter? Et dicit Pan. in c. clericis. de foro cōpe. ꝙ aut ſtatutum concernit ſolennitatē actus exhibendi tēpore contractus: & tūc ſiue ſit ſtatutū laici, ſiue clerici, nō valebit actus, ni ſolennitas illa fuerit obſeruata: quia ſubditus cōtrahere nō potuit etiā cū nō ſubdito ſpreta lege ſui ſuperioris, imò peccauit. de maio. & obe. c. ij. & c. reqſiſti. de teſta. & nulla fuit cōtracta obligatio lege ſibi reſiſtente, & inhabilitāte cōſenſum ſuū. l. cùm lex. ff. de fideiuſ. & quod not. in c. ſi diligenti. de foro cōpe. & in c. cùm contingat. de iure iu. & ſic nō tenuit cōtract⁹, cùm debeat eſſe vtriuſq; obligatorius. l. Labeo. ff. de ver. ſig. ſicut videm⁹, ꝙ donatio facta etiā nō ſubdito vltra quingentos aureos ſine inſinuatione nō valet. l. ſancim⁹. C. de don. Et ideo iudicabit ſecundū hoc ſtatutū in vtroq; foro inter clericū & laicū: & facit, quod determinat Fede. cōſ. lxxvij. ꝙ ceſsio actionis

contra

cõtra plebeiũ facta nobili ab eccleſia nõ valet, ex quo ſtatuto ꝓhibẽt ne nobilis eã poſsit recipere. Ratio, quia ſtatutũ diſponit in caſu licito, & inter ſubditos, & nõ in fraudẽ libertatis eccleſiaſticæ. Ex quo patet, ꝙ laicus teneẽ in teſtãdo ſeruare oẽs ſolennitates ſuæ legis: aliàs nõ valebit, quãtũcunq; inſtituat clericũ, niſi hoc fecerit ꝓ anima ſua: qa in talibus ſufficit ſeruare diſpoſitionẽ iuris gẽẽr. c. relatũ. el j. de teſta. & in l. j. C. de ſacroſa. eccl. Aut ſtatuit concernit rẽ: exemplũ, ſtatuto cauetur ne res dotalis ſine certa ſolẽnitate poſsit alienari: & nõ valeat alienatio ipſa nõ ſeruata, etiã facta clerico: per quod nõ dico, ꝙ ſtatutũ laicorũ liget clericũ, ſed tãtũ ſubditũ, & impedit obligationẽ oriri. l. nõ dubiũ. C. de legib. ideóq; ſi clericus vult illũ obligare, faciat illũ ſeruare ſeruãda. Aut ſtatutũ cõcernit perſonã: puta, ꝙ debeat aliquid facere poſt cõtractum perfectũ: vt appræhendere poſſeſsionẽ intra certũ tempus, aut probare ꝓ tot teſtes, & huiuſmodi: & tũc clericus nõ arctatur reſpectu ſtatuti laici, etiã litigãs ĩ foro ſeculari: nec laic⁹ reſpectu ſtatuti epiſcopalis ipſius clerici, nec foreſis. quod limita verũ quãdo aliquid eſt explicandũ ꝓ partes extra iudiciũ: quia debet iudex eccleſiaſticus etiã ſi litigantes ſecundùm ſuã legẽ iudicare. & facit quod not. in l. ij. C. de cõſti. pecu. Secus vbi aliquid eſt explicãdũ in iudicio: quia nõ ꝓt iudex eccleſiaſtic⁹ arctari ſtatuto laicorum. vnde ſi eorum ſtatuto cauetur, ꝙ nõ poſsit probari mutuũ per teſtes: ſi laicus litigat cõtra clericũ in foro eccleſiaſtico, non aſtringitur laicus illi ſtatuto. & facit quod no. in c. ij. de arb. lib. vj. & no. per Bar. in l. cũctos populos. C. de ſum. trini. vbi dicit, ꝙ etiã ſi tale ſtatutũ concernens perſonã indirectè tangit bona: ꝙ non ligantur. Exemplũ: Statuto cauetur, ꝙ primogenitus ſuccedat. Certè foreſis nõ ligatur, etiã ſi habeat ibi bona. Secꝰ ſi principaliter cõcerneret bona: vt ſi diceret, ꝙ bona deferãtur ad primogenitũ. Facit l. j. ff. de tut. & cur. da. vbi licet præſes prouinciæ poſsit dare tutorẽ, nõ tamen eũ qui non eſt eiuſdem prouinciæ, vel habet ibi domiciliũ. Et ſic fuit diſputatum per do. Laur. in quæſtione facti. Statuto cauet Mutinæ, ꝙ ſi res ab aliquo poſſeſſa euincatur, nõ teneat poſſeſſor eã reſtituere, niſi ſibi detur pretio quo emit. Bononienſis litigat Mutinæ contra Mutinenſem, & ſententiam obtinet. Nunquid debit ſibi pretiũ? Certè nõ: quia illud ſtatutum nõ porrigit vires ad foreſes, licet ibi litigẽt. Facit ad hoc quod no. Pe. de Ancli. in c. canonũ. de cõſtitu. Ex quo infert Panor. vbi ſũprà, quòd quãuis ſtatuto caueatur, ꝙ vſurarius nõ teneatur reſtituere pignus, etiã ſi probet quis ſe eſſe dominũ, niſi reſtituto pretio, pro quo eſt impignoratum: ꝙ nõ extendetur ad rẽ clerici, vel forenſis, impignoratam domino inſcio: quia ſtres eſt clerici, nõ ſubijcitur iuriſdictioni laicorũ: de vit. & hone. cle. c. ſi. in clemen. Si verò ſit laici extranei, & ibi eſt delata furtiuè, nũ ꝓt dici de iuriſdictione ſtatuẽtis. ſicut dicimus de re mobili, quæ nõ eſt permãſura in loco: vt no. in c. fi. de foro cõpe. & facit lex, hæres abſens. §. nũquid. ff. de iudic. Aut ſtatutũ dat modũ decidẽdi cauſam: & tunc ſi præſigit legẽ iudici, iudex tenetur, & ſub eo poteſt allegari. Exẽplũ: ſtatuto cauetur, vt iudex ſequatur libros mercatorũ: & tũc in foro ſeculari facit fidẽ in præiudiciũ ſubditorũ, non autẽ clericorum, vel extraneorũ. Si tamẽ vult recipere librũ pro ſe vigore ſtatutorũ, tenetur recipere contra ſe; arg. c. cũ olim. de cenſi. cũ ibi not. Si verò nõ præfigit legẽ iudici, ſed loquitur generaliter, adhibeatur fides libris mercatorum: tunc vbiq; poteſt allegari cõtra ſubditũ ſtatuentis: niſi in caſu quando nõ vult ſuſcipere contra ſe. Secundũ autem quã conſuetudinem ſit iudicandum, vide §. Conſuetudo. §. x. & xx. ¶ Octauò* quæritur, quid iura velint circa ſententias iudicũ interpretandas? Et dico multa infrà tractanda in tit. Sententia. de ſententia ipſa in ſe: in ordine autẽ ad iudicẽ nunc dico ſic: Si lata ſententia dubiũ circa eam noniter oriatur, vtrum poſsit eam iudex interpretari. gl. in c. j. de poſtu. prela. arguit quòd ſic: ſed Pan. in d. c. j. & in c. ex parte. el iij. de ver. ſig. poſt Bar. & gl. in l. ab executore. ff. de app. dicit ꝙ nõ poteſt, ſi eſt delegatus. per c. in literis. de offi. dele. ſimiliter nõ põt, ſi eſt ordinarius, & inferior: vt in d. l. ab executore. vbi tex. not. maiores aũt iudices poſsunt, vt videt tex. in eadẽ l. ſed ita debet interpretari, vt nõ corrigat, vel mutet, ſed tantũ declaret. Arbiter autẽ videtur hoc non poſſe: per tex. in c. cũ olim. de arbit. & ibi Pan. Et prædicta faciunt ad quæſtionẽ, an ſtatutarij deputati à populo, ſua poſsint interpretari ſtatuta, ſi dubitatio ſuboriat. & Io. And. in d. c. ex parte. & Bar. & cõmuniter Legiſtæ in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. cõmuniter cõcludunt ꝙ non, ex quo functi ſunt officio ſuo, ſecundũ Pan. in d. c. ex parte. Nec obſtat ſi dicatur eius eſſe interpretari, cuius & cõdere: quia iſti nõ videntur ſtatuta in veritate cõdidiſſe, ſed populus: qa is dicitur facere, cuius autoritate fit. de præſcri. ſi diligẽti. & ideo ad populũ, ſeu ad generale concilĩ recurrendũ eſt. Quod intellige quãdo interpretatio eſt valde dubia: quia ſi eſſet clara, & iuri cõſona, iudex corã quo vertitur quæſtio, poſſet interpretari ſtatutũ: ſicut dicim⁹ in lege cõmuni, & principum priuilegijs: vt no. Inn. in c. cũ ſpeciali. de ap. & facit l. vnica. C. de profeſ. q in vr. Conſtã. lib. xij. vbi datur inferioribus, & Doctoribus poteſtas interpretãdi. Adde tamẽ quod no. Lu. de Ro. in ſuis ſingularibus, per l. Paulus. la ja de re iud. ꝙ iudex poteſt eadem die poſt ſententiam latã ſupplere aſſeſſoria: & idem in arbitro per glo. ſingu. in l. quia arbiter & ſi errauerit. ff. de arbi.

DE IVDICIO.

1 *Iudicium quot modis dicatur.*
2 *Iudicium & arbitrium qualiter differant.*
3 *Iudicium quotuplex ſit.*
4 *Iudicium extraordinarium multiplex.*
5 *Iudicium tribus modis redditur illicitum.*
6 *Iudicium quot modis redditur nullum.*
7 *Iudicium ubi incipit, & quot modis finitur.*

IVDICIVM ſecundùm Sanct. Tho. ij. ij. q. lx. ſecundũm propriam impoſitionem ſignificat rectã determinationem iuſtorum. & eſt actus iudicis inquantum eſt iudex, id eſt, ius dicens, ſed poſt ampliatũ eſt nomẽ eius ad ſignificandum omnem rectã determinationẽ ſpeculativam, aut practicã. ¶ Et* ideo ſumitur iudiciũ primò pro ſententia iudicis. ff. de re iud. l. j. & ſecũdò pro caſu fortuito, qui ſcilicet venit ex iudicio Dei, vt patet ex cõſuetudine loquẽtium. tertiò pro actione, qua ad iudiciũ tenditur, vt iudicium fami. ercis. ff. de iudi. l. in familiæ. quartò pro pœna, quę ex ſententia infligitur. diſt. l. expurgabat. quintò ꝙ vſurationis, quo iudicatur: ſicut dicimus in pueris nõ eſſe iudicium. & facit Inſti. quibus non eſt permiſ. facere teſtamentum. §. præterea. ſextò pro inſtantia, vel ordinatione cauſæ diſcutiendę in iure corã iudice: quomodo ſumitur in l. properãdum. §. j. C. de iudi. & ff. eo. l. proponebatur. Et iſto modo hic de iudicio intendimus principaliter: & eſt actus legitimus duarum perſonarũ, ſcilicet actoris, & rei ſuper eadẽ quæſtione, ſub eodem iũdice contract⁹, de verbo. ſignifi. forus. in glo. Et ſic adiuncto iudice tres perſonæ concurrunt. Vnde & ab aliquibus dicitur actus triũ perſonarũ, ſcilicet verè vel fictè: quia aliquãdo fama locũ tenet actoris. vel ſecundũ Car. & redit in idẽ, eſt inueſtigatio, quãm ſecundũ ordinẽ iuris facit iudex per varios modos ad veritatẽ eliciendã & cuſtodiendã. xxx. q. v. iudicantem. ¶* Primò verò quæritur, quo modo iudiciũ ſe habeat ad arbitriũ? Et dico ſecundũ Goſt. ꝙ arbitriũ & iudicium eodẽ modo poſſunt diffiniri, excepto ꝙ iudiciũ eſt de cauſa ciuili & criminali: arbitriũ verò de ciuili tantùm. & iudicium neceſſario, arbitriũ verò volũtariè ſubimus. ¶ Pro quo ſciẽdum eſt, ꝙ ſecũdùm Azo. arbitriũ eſt actus certarũ perſonarũ exequentiũ cõpromiſſum: limita ſuper ciuili quæſtione. Vnde ſecundũ alios eſt actus trium perſonarũ, ſuper ciuili quæſtione, quaſi in iudicio contendẽtium. ¶* Secundo queritur, quotuplex eſt iudiciũ? Et dico ꝙ duplex principaliter, ſcilicet ordinarium, id eſt, quod fit corã ordinario ordinariè: & extraordinariũ, quod ſic dicitur.* Primò ſi fit corã delegato: vt no. Bern. Inno. & Hoſt. in c. quoniã cõtra. de prob. & ibi gl. Et ſecundò, quãdo nõ proceditur in figura iudicij, ſed ex indicis officio per modum inquiſitionis vel denuntiationis: de accuſ. ſuper his. & c. qualiter. el ij. Et tertiò in cauſis electionis, poſtulationis, aut prouiſionis, ſuper dignitatibus, perſonatibus, officijs, canonicatibus, præbendis, ſeu quibuſcunq; aliis beneficijs eccleſiaſticis, aut ſuper decimis, matrimonijs, & vſuris: in quibus procedendum eſt ſimpliciter & de plano: de quibus no. in c. olim. de accuſ. per Inn. & Hoſt. & in c. ſtatuta. de hære. lib. vj. & Io. Mo. & Io. Andr. pro quo etiã videtur tex. iuncta gl. in c. quoniã cõtra. de probat. ¶ Et quartò dici poteſt extraordinariũ, quãdo iudex eccleſiaſticus cognoſcit de tẽporalibus rebus laicorũ ratione peccati annexi: de iudi. no. uit. Quædã etiam iudicia dicũtur capitalia, quibus ſcilicet caput eximitur à ciuitate, morte, vel exilio. Inſti. de publ. iud. §. publicorũ. Quædam publica, quæ ſunt de publicis cauſis, quaſi populica: quia cuilibet de populo cõmiſſa eſt executio, vt in crimine læſe maieſtatis, in quo omnes de populo poſſunt accuſare. quãdoq; ẽt publica dicũtur à crimine: de quibus Inſt. vbi ſ. in prin. Quædã verò dicũtur priuata, quæ ciuiliter pertractãtur. Et dicitur iudiciũ ciuile, quãdo finis tendit ad cõmodũ partis: criminale verò quãdo ad cõmodũ reipublicæ, ſiue pœna ſit corporalis, ſiue pecuniaria. glo. not. in l. ꝓtor. ff. de ſepul. viol. & fuit opinio Inn. in c. qualiter & quãdo. el ij. de accu. vide etiã ſ. Cauſa. §. v. ¶* Tertiò quæritur, quot modis iudiciũ redditur illicitũ? Et dico ꝙ tribus: primò quãdo deeſt iudici authoritas ſuper reo vel cauſa: & dicitur iudiciũ vſurpatum. quod prohibetur de pœnit. diſt. vj. §. fi. vj. q. jj. ſcriptum, & hoc eſt mortale iure naturali. Secundò quãdo iudex habẽs authoritatẽ, iniuſtè procedit amore, odio, vel alia paſſione: & dicitur iudiciũ iniuſtũ, quod prohibetur xj. q. iij. quicũq;. & eſt ſimiliter mortale. Tertiũ, quãdo iudex habẽs authoritatẽ, & ſecũdũ iura ꝓcedẽs, vel quicũq; alius extra iudiciũ, ex leuibus ſignis aliquẽ condẽnat, ſiue ex ſuſpicionibus: & dicitur iudiciũ temerariũ: quod prohibetur ij. q. j. primò ſemper. Vbi gl. diſtinguit triplicẽ ſuſpicionem, ſcilicet violentã: vt ſi reperitur ſuſpectus cũ ſuſpecta, nudus cũ nuda in eodẽ lecto: & hæc inducit condemnationem, tanquã ſufficienter probatũ ſit. xxxij. q. j. dicit dominus. & probabilem: vt cùm oritur infamia de aliquo, etiã apud graues perſonas. & hæc licet nõ faciat probationẽ, inducit tamẽ purgationẽ, quã põt prælatus exigere. ij. q. iiij. presbyter. & temerariã: vt cũ oritur ex leuibus indicijs, puta ex loquutione leuium perſonarum. Et hæc habet multos gradus, ſecũdũ S. Tho. ij. ij. q. lx. Primus cùm quis ex leuibus & inſufficiẽtibus ſignis dubitat de bonitate vel malitia alicui⁹: & hoc eſt leue & veniale peccatũ. Secũdus cùm pro certo malitia creditur: & hoc in re notabili eſt mortale, quia proximus cõtinitur. Tertius cùm proceditur exterius ad ſentẽtiãdũ ſecũdũ talia ſigna: & hoc ſimiliter eſt mortale. ¶* Quartò quæritur, quot modis iudicium redditur nullum? Et dico ꝙ multis. Primò, ratione iudicis incõpetẽtis: puta quia nõ habet poteſtatẽ ſuper eum quẽ iudicat: vt de iudic. c. at ſi clerici. cũ ſuis cõcor. Secũdò, ratione perſonæ agentis: puta quia eſt minor, & agit ſine authoritate curatorũ. C. de iudic. l. properandũ. & C. qui legiti. perſon. in iudic. habeãt. l. j. ſimiliter quia eſt ſeruus, vel monachus, aut excõicatus, & huiuſmodi: quia ſimiles agere nõ poſſunt, niſi in caſibus expreſſis à iure. Tertiò, ex defectu rei: puta, qa ſub tali iudice tractari nõ põt: ſicut ius patronatus ſub laico. de iudi. quãto. vel res eccleſiaſtica. de iud. decernimus. ¶* Quintò queritur, vbi incipit, & quot modis iudicium finitur? Et dico, ꝙ incipit in litis cõteſtatione: & hoc reſpectu cauſæ. C. eo. l. j. nõ aũt reſpectu aliorũ actuũ iudicialiũ: vt ſunt examinatio partiũ, & cõfeſsio, &c. finit verò ſecũdũ Goſt. quatuor modis. Primò, tẽpore: vt cauſæ criminales biẽnio. C. vt intra cer. tẽp. c. au. cri. ter. per totũ. cætera verò triẽnio. C. de iudi. l. properandũ. Secundò, ſentẽtia: quia iudiciũ finẽ accipit ex re iudicata: vt in c. iudiciũ. de re iud. Tertiò, prohibitione: & quartò, ſtatus mutatione: quia iudiciũ ſoluitur vetante eo qui iudicare iuſsit: vel qui maius imperiũ in eadẽ iuriſdictione habet: vel ſi ipſe iudex eiuſdem imperij eſſe cœperit, cuius eſt ipſe qui iuſsit. ff. eo. l. iudiciũ.

DE IVRATIONE ET IVRAMENTO primò in ſe, quid, & quotuplex ſit.

1 *Iuramentum quid.*
2 *Iurandi uarij modi.*
3 *Iuramentum quotuplex ſit.*
4 *Iuramentum an ſit, dicere, in ueritate ita eſt.*
5 *Iuramentum an ſiat per creaturas non ſacras.*
6 *Iurandi formulæ in & per.*
7 *Iuramentum an dicatur omnis fidei præſtatio.*

IVRARE ſecundùm S. Thom. ij. ij. q. lxxxix. eſt Deum teſtem inuocare: vnde eſt actus latriæ, dicente Hieronym. ſuper Matth. ꝙ qui iurat, aut veneratur, aut diligit eũ, per quem iurat. Iuramentũ ſecundùm Goſ. & Hoſt. & Arch. vt refert ac ſequitur Sum. Ang. eſt aſſertio & negatio de aliquo licito poſsibili & honeſto ſacræ rei atteſtatione firmata. Sed hoc nõ bene dicitur: quia ſecũdũ hoc nullus poſſet male iurare. ſecũdũ Ray. verò, vt refert & ſequitur Suppl. iuramentũ eſt affirmatio de aliquo, ſacræ rei atteſtatione firmata. Sed neq; hoc ſufficienter dicitur, quia non ſolùm aſſerens, ſed etiã negans aliquando iurat. Et ideo ſecundũ Arch. & eſt mens S. Tho. *Iuramentum eſt affirmatio vel negatio de aliquo facto vel fiendo, ſacræ rei atteſtatione firmata. ¶ Pro quo nota primò, ꝙ hic affirmatio & negatio ſumitur nõ ſolùm formaliter, id eſt, oratio prolata: ſed etiã virtualiter: ſicut cũ aliquo dicente alicui, iura ita eſſe: & ille tangit librũ nihil dicẽs: ille tactus habetur pro iuramento & loquutione iuratoria. ¶ Nota ſecũdò, ꝙ iſta ſacra res, per quam iuratur, eſt Deus, aut aliquid Dei inquãtum eſt Dei, cũ iurare ſit Deum teſtem inuocare: vnde per creaturas iuramus, non ſecundùm ſe ſumptas, ſed inquantum manifeſtatur in eis veritas diuina. Vnde cũ iuramus per fidẽ, per Euangelia, vel ſanctos, intelligitur iuramentũ eſſe per Deũ, cuius veritas cõtinetur in fide & Euangelio, & per ſanctos eſt prædicata. ¶* Primò verò queritur, quot

modis iuratur? Et dico, ꝙ duobus in genere. Primò simpli
ci verbo: vt dicẽdo, per Deũ ita est, nec est necesse, secũdũ
Pan. in c. & si Christus. de iureiurand. ꝙ dicatur, iuro. Se-
cũdò interueniente aliqua sacra re: vt cũ iuratur in manu
episcopi, aut super Euãgelijs, aut cruce, vel huiusmodi. Pri
mum fit multis modis, de quibus certa regula dari nõ põt:
sicut in lege veteri iurabãt dicendo, viuit dominus, viuit
anima mea, hoc addat mihi dominus, & huiusmodi. j. Re-
gum xxij. & in primitiua ecclesia dicendo, testis est mihi
Deus, Deũ testẽ inuoco, veritatẽ dico in Christo, nõ men
tior, testis est mihi cõsciẽtia. xxij. q. j. si peccatũ. &, sic Deus
me adiuuet. xxxv. q. vj. de parẽtela. Similiter & secũdũ, vt
per Euangelium Christi, per corpus, per crucẽ Christi, per
sacramentũ, vel ordinẽ sacrũ, aut sanctos: vt no. in c. si ali-
qua. xxij. q. j. Vnde Ioan. And. dicit in cle. ꝙ iuramentũ ex
iuris ordine factũ multipliciter fit. Quædam enim iura di
cunt simpliciter debere iurari: quædã corporaliter: quędã
super sancta Dei Euãgelia: quædã addunt ipsorũ tactũrã.
j. q. vij. quoties. Apud Italicos interpretatur consuetudo, ꝙ
sufficit quẽlibet librum, vel quamlibet scripturã tangere:
quod satis puto procedere vbi etiã de iuramẽto corpora-
li exprimitur: non sic autẽ vbi de tactu Euangeliorũ poni-
tur: vt in clem. multorũ. de hære. super verbo, tactu. ¶* Se
cundò quæritur, quotuplex est iuramentum? Et dico ꝙ est
duplex, scilicet iudiciale, id est, delatum in iudicio etiã co
actẽ: & extraiudiciale, id est, non in iudicio, sed extrà ex
partiũ voluntate & conuentione exhibitũ & susceptũ: vn
de conuentionale dicitur. Et iudiciale quidem aliquando
dicitur iuramentũ de calumnia: quo scilicet quis iurat se
bona fide, nõ animo calumniandi causam mouisse vel re-
spõdere, seu aliquid proponere: vt C. de iur. cal. l. ij. §. j. ff.
fã. ercis. l. inter cohæredes. §. qui familiæ ercisc. Et debet
hoc iuramentũ esse nõ tantũ de præterito, sed etiã de futu-
ro: vt ibi. Est autẽ calũnia falsa petitio vel iniusta repulsio
facta scienter. arg. eorũ quæ not. ff. ad Turp. l. j. §. calũnia-
ri. ij. q. iij. §. notandũ. Aliquando verò solùm dicitur iudi-
ciale: & est in litem, ex eo scilicet, ꝙ propter litẽ siue pro-
pter rem in lite, id est, in iudicio petitam præstatur. Vnde
aliquãdo datur à iudice quãdo deficientibus probationi
bus habẽs vnũ testẽ vel famã pro aliquo, cõpellit eum iura
re, super quo est fama. Et dicitur necessariũ: quia pars cui
defertur, sine causa illud recusare nõ põt. vt in c. fi. de iure-
iur. in princip. & in l. generaliter. C. de non nu. pe. Dicitur
etiã decisoriũ: quia præstatur ad litis decisionẽ. Aliquãdo
tamen iuramentũ iudiciale datur à parte parti: & tũc recu
sari potest: vt in d. c. fi. Extraiudiciale quoq; secundũ Ray.
& S. Tho. in iij. dist. xxxix. & ij. ij. q. lxxix. est duplex. f. asser
toriũ: quo iuratur de præterito vel præsenti sic esse vel nõ
esse: vt in c. si verò. de iurei. & ꝓmissoriũ seu obligatoriũ
de futuro: vt cũ quis iurat aliqd se daturũ, vel facturũ: aut
nõ daturũ vel nõ facturũ: vt in c. cũ cõtingat. de iureiu. Ad
dit Sum. Ang. tertiũ f. confirmatoriũ, sicut cùm filia renũ-
tiabit bonis paternis, & iuramẽtũ tali renũtiatiõi interpo
nit: vt in c. j. de pac. li. vj. & in auth. sacramenta puberũ. C. si
aduer. vẽd. sed istud iuramẽtũ est promissoriũ, vt patet. Est
autẽ & iuramẽtũ execratoriũ: vt cũ quis inuocat Deũ non
solũ vt testẽ, sed etiã vt iudicẽ punitorẽ: sicut dicẽdo, si nõ
sic est, nõ sit salus animæ meę. Sed istud nõ ponit in nume
rum cũ prædictis: sed ista execratio semper est cũ iuramen
to assertorio vel promissorio: licet nõ ecõuerso: quia illa
interdũ sine execratione fiunt. ¶ Tertiò quæritur speciali
4 ter,* vtrum sit iuramẽtũ dicere, in veritate ita est? Et dicit
Panor. in d. c. & si Christus. ꝙ sic: quia interponitur Deus,
qui est veritas, ad cõfirmationẽ actus. de celeb. miss. in qua
dam. quod limita, quãdo iurans intẽdit iurare seu inuoca
re veritatẽ primã, & nõ aliter: alioquin Christ⁹, qui horta
tus est ad nõ iurandũ, scilicet sine causa & necessitate, ali
quãdo sine necessitate iurasset: quia dixit, in veritate dico
vobis, ꝙ multæ viduæ &c. ¶* Quartò quæritur, vtrũ sit iu
ramentũ iurare per creaturas nõ sacras: puta cœlũ, ignẽ, &
huiusmodi? Et dico ꝙ sic, si apponatur Deus obliquè: vt,
per istũ ignẽ Dei, vel huiusmodi: quia Deus inuocatur cõ
ditor eius. Et hoc idem innuit S. Thom. ij. ij. vbi §. & alij
doc. qui dicũt dominũ prohibuisse iuramẽtũ per cœlũ &
terrã, & alias creaturas: nõ simpliciter, sed ita, ꝙ eis diuina
reuerẽtia exhibeatur: sicut Iudæi per angelos & creaturas
iurabant, vt dicit Hieron. Et hoc expresse tenet S. Tho. in
iij. distin. xxxix. & S. Bon. in iij. dist. xxxix. dicens, ꝙ licet iu
rare per creaturã relatã ad creatorẽ, hoc est, prout relucet
in ea vestigiũ diuinæ veritatis. Imò etiã si non apponatur
Deus explicite, & tamẽ illa creatura fit aliquid, in quo pe
culiariter fiat nobis memoria Dei, quando illud nomina-
tur, videtur ꝙ per illã fiat iuramentũ, vt per animã, & per
conscientiã: sicut etiã innuit S. Bo. imò etiam per cœlũ, vt
innuit S. Tho. in iij. vbi §. ¶* Quintò quæritur, vtrũ æquè
iurari possit per in, sicut per ly per? Et dicit S. Bon. vbi §.
ꝙ duplex est modus iurãdi, scilicet per ly per, & per ly in:
sed ly per, magis dicit ipsam veritatẽ sub ratione testificã-
tis & principantis: sed ly in, habitudinẽ importat diuinæ
veritatis sub ratione testificãtis & exẽplantis. Vnde secũ-
dùm rem idẽ est iurare in Deũ & per Deũ, & dicere, testis
est mihi Deus. Et ideo dici potest ꝙ dicere, in conscientia
mea sic est: vel in anima mea, est iuramẽtũ: & idẽ est in re,
quod per cõscientiã meã, & animã meam. ¶ Sextò* quæri
tur, vtrũ omnis fidei præstatio, id est, promissio super pro
pria fide sit iuramentũ? Et dicit Pan. in c. querelã. de iure-
iur. ꝙ sic: sed nõ e contrario omne iuramentũ est fidei præ
statio: quia dicitur quis præstare fidẽ quãdo promittit ali
quid, dicendo per fidẽ meã: vel, sic Deus me adiuuet. & hu
iusmodi: & sic fidei præstatio non includit nisi iuramentũ
promissoriũ, & nõ assertoriũ. Sed malè simit fidei præsta
tionẽ esse solũ in promittẽdo: cùm etiã quis possit asserere
aliquid per fidẽ suam: & dicẽdo, sic me De⁹ adiuuet: qd
propriè est iuramẽtũ execratoriũ. Sum. aũt Ang. dicit, ꝙ si
dei ꝓstatio est promissio per fidẽ sine verbo, iuro. Sed iu-
ramentũ est, cũ dicitur, iuro per Deũ, vel per aliud. Sed cõ
trà: qa nõ est necesse, ꝙ in iuramẽto vtamur hoc verbo iu
ro, sed sufficit Deũ explicitè vel implicitè interponere, se
cundũ Pan. in c. & si Christus. de iureiurã. Et ideo alij di-
cunt ista differre: quia iuramẽtũ fit sacræ rei interuẽtu, nõ
aũt fit Dei præstatio: vnde ipsa nõ est iuramẽtũ, nisi sume
retur fides pro virtute theologica, sed est promissio facta
sup propria fide, id est, fidelitate: vt & ipsum nomẽ sonat.
Vnde aliquãdo ista dicũtur idẽ: qa inter ea quo ad pecca-
tũ mortale non est differẽtia. Vnde secundũ Arc. in c. j. de
sepul. li. vj. & Inn. & cõiter doct. in d. c. & si Christus. sicut
iuramẽtũ est dicere, iuro tibi per fidẽ meã, vel Euangeliũ:
sic ẽt & dicere, promitto tibi per fidẽ: siue sub fide mea. ali
quãdo verò ponũtur vt diuersa: vt in c. peruenit. de fideiu.
& in c. querelam. ne præl. vi. su. & in cap. ij. de sponsa. quia
scilicet quo ad pœnam periurij, vt depositionis in clerico,
non sunt idem: vt j. Periurium. §. ij. Simplex verò promis-
sio dicitur, quæ nec iuramẽto, nec fidei præstatione firma
tur. De forma autem iuramenti quod Imperator facit pa-
pæ, aut episcopus exemptus, aut rector ecclesiæ episcopo,
vide Arch. ij. parte. tit. x. c. iiij.

Rur

RVRSVS DE IVRAMENTO SECVN-
do, an & quando licitum sit vel illicitum.

1 *Iurare an sit licitum.*
2 *Iurare per creaturas an liceat.*
3 *Iuramentum quibus competat.*
4 *Iuramentum cui, quando, & propter quid, exhibeatur.*
5 *Iuramentum licitum quos comites habere debeat.*
6 *Iurare falsum an sit mortale peccatum.*
7 *Iurare quid iniustum an sit mortale peccatum.*
8 *Iurare indiscretè non est mortale peccatum.*
9 *Iurare alium inducens an mortaliter peccet.*
10 *Iurare per mẽbra Dei, & sanctorum an sit mortale peccatũ.*

IVRAMENTVM secundò cõsiderandũ est an & quãdo
1 licitum sit vel illicitum. ¶* Primò verò quæritur, vtrũ li
citum sit aliquãdo, aut etiã frequẽter iurare? Ad quod di
cit S. Tho. ij. ij. q. lxxxix. arti. j. ꝙ iuramentum secũdùm se
est licitum & honestum. quod patet ex origine: quia ĩtro
ductum est ex fide, qua homines credunt Deum habere in
fallibilẽ veritatẽ, & vniuersalem omniũ cognitionẽ & ꝓ
uisionẽ: & ex fine, quia inducitur ad iustificãdũ homines,
& ad finiẽdũ cõtrouersias, vt dicitur ad Heb. vj. Nihil autẽ
prohibet aliquid esse secũdùm se bonũ, quod tamẽ cedit
in malũ eius, qui nõ vtitur eo cõuenienter: sicut est susce
ptio Eucharistiæ. Iuramentum aũt cedit in malum alicui,
ex eo, ꝙ male vtit̃ eo, id est, sine necessitate & cautela de-
bita: quia videtur paruã reuerẽtiã habere ad Deum, qui eũ
ex leui causa testẽ inducit, quod nõ præsumeret etiam de
aliquo viro honesto. Imminet etiam periculum periurij;
quia de facili homo delinquit in verbo: vt patet Iac. iij. vn
de iurationi nõ acquiescat os tuũ. Eccle. xxiij. hæc ex illo.
qui ibidẽ ar. v. dicit, ꝙ iuramentũ nõ est habendum inter
ea quæ sunt per se appetẽda: sed inter ea q̃ sunt huic vitæ
necessaria, secundũ Aug. de Sermo. do. quib⁹ indebitè vti
tur quicũq; vtitur vltra terminos necessitatis: qa quod nõ
quæritur nisi ad subueniendũ alicui defectui, nõ numera
tur inter se appetẽda, sed inter necessaria: vt medicina, q̃
requiritur ad subueniendũ infirmitati: iuramẽtũ aũt quæ 4
ritur ad subueniẽdum alicui defectui: quo scilicet va⁹ ho
mo alteri decredit. Nec tñ est simile de voto, quo aliquid
in reuerentiã Dei ordinatur: & de iuramẽto quo reuerẽ-
tia nominis diuini assumitur ad cõfirmationem alicuius.
2 ¶ Secũdò q̃ritur,* vtrũ liceat iurare per creaturas? Et dicit
idẽ vbi §. art. vj. ꝙ iuramentũ quod per simplicẽ contesta
tionẽ fit, principaliter refertur ad ipsum Deum, cui⁹ testi
moniũ inuocatur: secũdariò verò ad illud assumuntur ali
quæ creaturæ nõ secũdũ se, sed inquãtum in eis diuina ve
ritas manifestatur: de quo tit. priore. §. iiij. in iuramẽto au
tem facto per execrationẽ inducitur creatura aliqua: vt in
qua diuinũ iudiciũ exècratur: quomodo solet homo iura
re per caput suũ, aut filiũ, aut aliã rẽ dilectã. Quòd autem
Ioseph iurauit per salutẽ Pharaonis, Gen. xlij. vtroq; mo-
do potest intelligi, scilicet per modũ execratiõis, quasi sa
lutẽ Pharaonis obligauerit Deo: vel per modũ cõtestatio
nis, quasi cõtestãdo veritatẽ iustitiæ diuinę, ad cuius exe-
cutionẽ principes terræ cõstituũtur. hęc ex illo. ¶ Tertiò q̃ 5
3 ritur,* quibus cõpetat iuramentũ? Et dico, ꝙ pueri secũdũ
S. Tho. art. viij. ad iuramẽtũ nec cogunt, nec admittuntur
ante annos pubertatis. xxij. q. v. pueri. vbi etiã dicitur, ꝙ si
iuranerint, & pater vt audierit statim contradixit, irrita
sunt iuramẽta. Si tamẽ iurãt habẽtes vsum rationis, siue in
iudicio, siue extra, ita peccãt venialiter aut mortaliter se-
cũdùm qualitatẽ periurij, sicut & alij. de deli. pue. c. j. Simi
liter nec aliàs periurat. xxij. q. v. paruuli. quod Archi. intelli-
git de cõuictis in iudicio, qui repelluntur in iudicio & in
contractibus vt infames. de periurijs aũt notorijs ex facto
dubitat, cũ innumeri sint tales ĩ quotidiana locutiõe. Sed
ego puto idẽ in istis, si iuramẽtũ fuit euidẽs quãtũ ad ver
ba, & deliberationẽ, & factũ: vt si quis corã multis delibe-
ratè iuret p sancta Dei Euãgelia tacta de aliquo, quod eui
dẽter est falsum: secus si verba potuerũt fuisse iuratoria &
nõ iuratoria. aut si ex ira vel alio dubitet de animo iuran
di. aut si dubitet an factũ sciuerit esse tale. Nec furiosi. xv.
q. v. merito. Sacerdotib⁹ etiã non licet iurare, secundũ S.
Tho. vbi §. Vnde clerici iurare nõ possunt cuicunq; laico
super Euangelia. xxij. q. v. nullus. quod intellige, nisi de li
cẽtia prælati sui: vt in c. j. de iura. cal. quod verũ est si iurãt
tanquã superiori. & sic intellige d. c. null⁹. aliter sic, etiã si
ne licẽtia: vt in c. ex rescripto. & c. peruenit. de iureiu. Nõ
possunt etiã iurare de calũnia sine licentia sui superioris:
nisi ille, corã quo litigat, sit eius superior: sed habita licẽ-
tia pñt etiã in manu iudicis laici. xxij. q. vij. nos. Non pos-
sunt etiã iurare in actu testificãdi sine licentia sui superio
ris. xiiij. q. ij. quãquam. & intellige in manu laici. Exceptis
aũt tribus casib⁹ p dictis possunt licitè iurare etiam in ma
nu laici, & sine alia licẽtia: vt in d. c. ex rescripto. & c. perue
nit. & no. Pan. in c. j. de iureiur. Sed hoc limita secũdùm S.
Tho. quo ad sacerdotes esse licitum pro aliqua necessita
te vel magna vtilitate, p̃cipuè ꝓ spiritualib⁹ negotijs. Po-
nit aũt Ray. septẽ casus, in quib⁹ possunt & debẽt iurare.
Primò ne ꝓ defectu ꝓbationis aliquis lædatur, aut rẽ suã
perdat. de quo j. Testis. §. vj. secũdò p fide. tertiò ꝓ obe-
diẽtia. quartò, ꝓ pace. quintò pro indẽnitate ecclesiæ: qd
tñ ad primum reducit. sextò qñ ab excõicatione absoluun
tur. septimò cũ infamati debẽt se purgare. Probantur hæc
omnia de elec. significasti. vltra medium. xxviij. di. de Syra-
cusanæ. de offi. ord. ad reprimendam. ij. q. v. presbyter. Põt
etiã hodie addi, ꝙ si litigẽt in causa spirituali vel alia, iura
re debẽt de calũnia, scilicet vt dictũ est: & similiter de veri
tate dicenda. de iur. cal. si de calumnia. lib. vj. ¶ Quartò q̃-
ritur,* cui, quando, & propter quid sit iurandum? Et dico
in iudicio iurandum esse iudici cõpetenti: extra iudicium
verò cuicũq; iurari potest. Non aũt licet iurare in iudicio
diebus feriatis, nisi pro pace & pijs causis: vt de feri. cõque
stus. Vnde & secundùm S. Tho. in solennibus diebus, qui-
bus est rebus spiritualibus vacãdum, non sunt iuramenta
præstãda pro rebus tẽporalib⁹: nisi fortè ex magna neces-
sitate: sed solũ pro spiritualibus. Similiter iurandũ est ante
cibũ & potũ, id est, stomacho ieiuno. xxij. q. v. honestum.
sed hoc est de honestate, vt ibi. Propter qd autẽ sit iurãdũ,
dico quo ad causam materialẽ, ꝙ iuramẽto assertorio lici
tũ est de omni, siue ꝓ omni re iurare, si expedit iurãti: vl
alteri: promissorio verò, ꝓ omni re licita, iusta & honesta:
pro re aũt turpi, illicita vel iniusta factũ iuramentũ nõ te-
net. arg. c. vlt. de pact. & clarius j. Quantũ verò ad finalẽ,
dico, ꝙ pro causa illicita & mala iurare illicitũ est & ma-
lum: vt sunt coniurationes, conspirationes, & huiusmodi,
arg. c. vlt. de pact. & de re iudi. c. j. sed pro licita & vtili sibi
aut alteri iurandũ est. ¶ Quintò quæritur,* quomodo iu 5
randũ sit? Et dico secũdũ omnes tres debere esse comites
iuramẽti vt rectè fiat: sicut etiã patet Ierem. iiij. & deiure
iur. & si Christus. §. Iacobus. & xxij. q. ij. animaduertendũ.
scilicet veritas, iustitia, & iudiciũ. Et intelligitur secũdùm
S. Tho. Primò veritas, vt scilicet id quod iuramẽto firma-
tur, falsum nõ sit. & adde quod no. gl. in d. c. animaduertẽ
dũ. hoc intelligẽdũ esse de veritate rei & cõsciẽtiæ, vt sci
licet verũ sit quod iuratur, & verũ esse sciatur: & si nesciẽ

esse verum,sed creditur, de credulitate iuretur,& non de
scientia,neq; simpliciter ita esse:& multo minus si dubita
tur.Et secūdò iustitia,vt scilicet quod iuratur,nō sit illici-
tum.Et sic videtur S. Th. veritatē referre ad iuramentum
assertoriū,& iustitiā ad promissoriū.Et tertiò iudiciū,sci-
licet discretionis,vt nō leuiter, sed discretè ex necessaria
causa iuretur.adde vel ex vtili.Vnde in hoc,vt dicit, intel
ligitur deuotio,fides,& omnia requisita ad debitū modū
iurandi.Et si aliquod prædictorum trium defuerit,nequa
quā erit iuramētū,sed periuriū.vt in d.c. animaduertēdū.
& primò quidē ac principaliter secundùm S. Tho.ij.ij.q.
xcix.si defuerit veritas: quia iuramētum ordinatur princi
paliter ad confirmationem dicti humani,cui confirmatio
ni falsitas opponitur,secūdariò autem quādo deest iusti-
tia: quia iurans illicitum obligatur ad faciēdū contrariū.
tertiò si deest iudicium, quia indiscretè iurās periculo se
cōmittit iurandi falsitatem.Vtrū autē semper sit mortale,
quando aliquid prędictorū defuerit:dicit Pan.in d.c.& si
Christus.quòd non,sed aliquādo veniale:vt not.Archi.in
d.c.animaduertēdum.de quo infrà Periurium.in princip.
6 ¶Sextò quæritur,*an sit peccatū mortale iurare sine pri-
mo comite,id est,veritate?Et dico,ꝙ sic regulariter secū-
dùm omnes. Vnde ꝓpter defectum veritatis iurās peccat
mortaliter in multis casibus.¶Primò scienter iurādo fal
sum in iudicio.¶Secūdò etiā extra iudiciū,si quis aduer-
tat de falsitate & iuramēto simul:aliàs aūt si aduertat qdē
de iuramēto,sed nō de falsitate:vel ecōtra de falsitate,sed
nō de iuramēto,vel de neutro,est veniale: vnde iurās ex ī
petu iræ si iurādo aduertit se iurare falsum,& tñ prosequi
tur,est mortale.Si verò nō aduertit ex dolo vł lata culpa,
similiter est mortale:aliàs aūt veniale.¶ Tertiò, iurando
falsitatem iocose:& iste secūdùm Docto. quantum ad ali-
quid grauius peccat,quàm si seriò iuraret:quia magis va-
nè assumit nomē domini.¶ Quartò, quando aliter est in
re quàm in cōsciētia iurātis.quod tripliciter accidit: quia
aliquando quis iurat verū,credens iurare falsum,quod est
propriè mentiri:aliquādo verò iurat falsum,credens iura
re verū.& hoc est mortale secundùm aliquos:quia si factū
9 casu, quo iuramentũ hoc est obligatoriũ, si contraueniat qui iurauit ante absolutionẽ à iuramẽto, peccat: & secũ dùm aliquos venialiter tantũ, pro eo quod c. verũ. eo. tit. dicit, pro tali transgressione non esse imponendã pœnitentiam vt pro mortali. & hoc sequitur Sum. Ange. etiam quando habuit animũ se obligãdi. Sed Ioan. Cal. Sã. Tho. Arch. & Arch. & Pan. & Sũ. Ros. tenent, q; peccet mortaliter. & hoc est indubitatũ: quia deierat. Ad c. autem, verũ. Io. Cal. respondet tripliciter. Primò, q; loquitur post absolutionem à iuramento. sed hoc nõ placet Ioã. And. & benè: quia tũc cùm non peccet, nulla est illi imponẽda pœnitẽtia. Secũdò, q; procedit in foro iudiciali: secus in pœnitentiali. Tertiò, q; nõ dicit istum non peccare mortaliter: sed nõ puniendũ tanquã pro mortali, scilicet voluntariè cõmissũ: quia metus alleuiat culpã. Et eodem modo videtur respõdere Pan. dicẽs, q; si cõstaret ipsum habuisse animũ se obligandi, deberet puniri pro mortali, licet nõ ita acriter, sicut si iurasset cõtra iuramẽtũ liberè præstitũ. & ita restringit d. c. verũ. §. cæterũ. ¶ Quartum. Si sumus in dubio, vtrũ habuerit animum se obligandi nécne. dicit Sum. Ang. q; non obligatur ad seruandũ: vt est text. in c. j. quod met. cau. sed illud c. nõ loquitur quando interuenit iuramẽtũ, in quo, sicut dicit S. Tho. est duplex promissio, scilicet facta homini, quæ nõ est efficax: & facta Deo, quæ ligat, quãdo quis intẽdebat ligari. vnde melius Sum. Ros. post Archi. & Pan. dicit, q; tũc propriè loquitur d. c. verũ. quia in dubio præsumẽdum esset, q; non habuit animũ se obligãdi: sed quia posset accidere cõtrariũ, ne ecclesia daret materiã deliberãdi, voluit, q; in dubio iuramentũ obseruaretur. sed post factũ respectu pœnæ est restringẽdum in mitiorem partem, vt nõ puniatur tanquã pro mortali. ¶ Quintũ. Prædicta intelligẽda sunt primò in iuramento promissorio, non autem in assertorio: quia in hoc nullus metus excusaret à mortali iurantem falsum. xxxij. q. v. ita ne. & San. Tho. ij. dist. xxxix. Et secũdò intellige de metu to
cadẽte in constantẽ virum, secũdùm glo. in d. c. verũ. & S. Tho. in iij. dist. xxxix. q. j. ar. iij. q. ij. Ieuis autem metus nõ
8 excusat. ¶ Octauò* quæritur, vtrũ iuramentũ extortũ dolo, sit obligatoriũ? Et dicit Archi. post Pan. q; si contractus super quo præstatur, est aliàs reprobat⁹, fauore ipsius iurantis tale iuramentũ nõ est obligatoriũ. & casus est in c. cũ cõtingat. à contrario literæ: vbi dicitur, q; mulier consentiens alienationi rei dotalis, & iurans no cõtraueníre, vbi nõ supervenit dolus, nec metus, nõ est audienda, scilicet quo ad relaxationẽ iuramẽti, vel annullationẽ cõtractus. Ergo si interuenit dolus, secus est: quia text. excipit dolũ: & sic etiã in c. ij. de pac. lib. vj. & c. licet. eo. tit. & lib. & in auth. sacramẽta puberũ. Et idem dicendũ cũ interuenit metus: ex quo enim talia iuramẽta cõtra legem sunt, non ligant, nisi sint volũtaria omnino. quod etiam tenet Bar. Tutius tamẽ est si petatur absolutio: sed primũ verè⁹. Si verò iuramentũ nõ venit contra dispositũ à iure, & interuenit dolus: subdistingue. Nam aut tãtus est dolus, q; excipit mentẽ iurãtis: puta, quia cessante dolo nullo modo se obligasset: & tunc nõ ligat iuramentũ: & potest cõ-

trauenire nulla obstãte absolutione. arg. per id quod no. Ioã. And. in c. vnico. de cõmo. Et sic intellige Fed. consil. cxciiij. vbi hoc expressè sentit, ponẽdo terminos in minore xxv. annis, & in muliere seducta à fratribus hæreditati paternæ renuntiando, quę valebat longe plus, quàm habuit in dote. quod est notãdũ pro limitatione c. ij. de pac. lib. vj. scilicet q; nõ procedat, quando dolus dedit causam cõtractui: quia vbi dolus dat causam cõtractui, excluditur voluntas. l. j. ff. de dolo. & iuramentũ nõ obligat vltra intentionem iurantis. extrà eod. veniẽs. ¶ Nono* quæritur, vtrum obliget iuramentũ factũ ex impetu iracundiæ? Et dico q; Pan. in c. sicut ex literis. de iureiu. & Sum. Ang. ac Ros. attribuũt Io. And. in d. c. q; iuramentũ factum calore iracũdiæ nõ obligat. quod quidẽ dictũ do. Ant. & omnes prædicti limitãt, quãdo calor fuit tantus, q; quis deliberatè illud iuramentũ nõ fecisset: quia cùm procedãt de pari votũ, & iuramentũ, vt no. in c. j. & ij. de iureiu. sicut in voto, secundũ S. Tho. deliberatio requiritur, ita & in iuramento. Sed ego dico q; Io. And. ibi loquitur de iuramẽto monachi iurantis nõ redire ad claustrũ: quod non solùm fuit ex iracundia, sed etiã de se temerariũ, & illicitum, vt ibi patet ex tex. Et q; prædicta limitatio est contra mentẽ eiusdem Io. And. qui in c. dudũ. de conuer. coniu. videtur limitare quãdo tãtus est calor, q; homo non aduertit plenè, dicens, q; votũ emissum calore iracundiæ nõ obligare, verũ est, quãdo est talis, & tanta turbatio, q; sapit quãdam mẽtis alienationẽ ex multo furore: aliàs votũ ex iracundia obligat: quia ea, quę in se sunt bona, non indigẽt deliberatione: intellige lõga & multa: vt in dubijs, cùm hæc subitò fieri possint. Est etiã dicta limitatio cõtra Veruec. dicẽtem, q; qui ex impetu iurauerit, quod deliberatè nõ iurasset, seruare tenet, si licitũ est. & sic etiã sentit Summa Confes. & Sũ. Pis. & Archi. Nec valet prædictorũ fundamentũ: quia deliberatio dupliciter sumitur: aliquando scilicet pro cõclusione cõsilij, quę aliquãdo penè repẽtè etiã in homine passionato fit: & ista est, quę in voto, & iramẽto requiritur. Aliquãdo verò sumitur pro cõclusiõe prædicta facta animo quieto: & ista in prædictis nõ requiritur: vt patebit ex dicendis ĩ. Votũ. ij. §. xiij. Et iuxta hæc intellige, q; iuramentũ ex abrupto, id est, sine deliberatione factũ, nõ obligat, secũdũ Archi. post Pan. quem refert: quia nõ habet in se consensum: licet peti possit absolutio ad cautelã. ¶ Decimò* quæritur, vtrũ obliget iuramentũ vergens in dispendium propriæ salutis corporalis? Et dicit Pan. in c. si verò. eod. tit. q; non: quia sicut nõ valet iramentum tendẽs in mortem alterius. xxij. q. iiij. c. j. ita & fortius valere nõ debet, si tẽdit in propriã: vt in c. si nõ licet. xxiij. q. v. Hoc limitat gl. in d. c. si verò. quãdo directè vergit in mortẽ. secus si occasionaliter: sicut q; iurauit stare Romæ de mense Augusto, tenetur ibi stare: quia licet multi moriãtur, nõ tamen semper. Hanc etiã limitationẽ limitat Io. And. verã, nisi ex imminẽti infirmitate, vel cõplexione iudicaretur sic iurãs ex tali mora moriturus. Et sic collige ex dictis eius, q; si ex qualitatibus verisimiliter præsumitur de morte, nõ obligat. Et similiter dico, q; non obligat iuramentũ, quãdo cedit in mutilationẽ: quia nemo membrorũ suorũ est dominus. lege, liber homo. la j. in principio. ff. ad l. Aquiliã. Itẽ quia si à principio talis casus affuisset, iuramẽtum fuisset temerariũ. vnde tali casu emergẽte temerariũ esset illud obseruare. Prædicta tamẽ limita, nisi mors aut mutilatio infligẽda esset ex iustitia: quia tũc nõ posset quis fugere cõtra iuramentũ. vt suprà Accusatio. §. vlt. Ex prædictis inuehit Pan. contra Cartu-

siensses dicẽs, ꝙ si à peritis medicis diceretur fratrẽ Cartu
siensis ordinis nõ posse aliter mortẽ euadere, nisi ꝑ esum
carniũ:nõ obstãte regula, aut voto deberet carnes come
dere: quia sicut iuramentũ, ita & votum nõ ligat propter
periculum mortis, & cũ paribus passibus ambulat : vt no.
in c.j.& c.debitores:extrà eo.& c.licet.& c.magnę.de vo.
Fertur tamẽ ꝙ magister Ray.de Villa noua, fecit tractatũ,
in quo concludit vitam posse restaurari sine esu carniũ:di
cens ꝙ vinũ mediocre maximè aromaticũ,& vitella ouo-
rum mediocriter mollia,quę acutissima digestione cõuer
tuntur in laudabilẽ & multũ sanguinem, sunt ad hæc ma-
gis cõpetentia quàm carnes.Et certè si hoc est verũ,cessat
primum dictũ:sed vbi ex circunstãtijs medici diceret con
trarium,procederet dictũ meum. Item posset contingere
ꝙ infirmo oua essent fastidio & horrori,& ꝙ non posset
illa capere.quo casu indubiè illud esset tenẽdum: quia ne
cessitas excusat ab omni peccato:vt in c.ij. de obser. ieiu.
hæc ille.Vnde Cartusienses indistinctè non reprobat, sed
11 tantùm in casu:& meo iudicio, bene dicit. ¶*Vndecimò
quæritur, vtrũ obliget iuramentũ factũ contra bonos mo
res naturales:puta quia præbet occasionẽ delinquẽdi? Et
dico ꝙ non:vt in c.quemadmodũ.de iureiu.& in regu.nõ
est obligatoriũ.de reg.iu.lib.vj.Sicut si vir iurat nõ agere
contra vxorẽ rerũ amotarum,nõ valet: vt ff. de pact. do.l.
cõuenire.quia præbetur mulieribus occasio furandi.Simi
liter qui iurauit nõ denuntiare aliquem,non tenetur:quia
est contra bonũ animæ delinquentis, & charitatis.ij.q.j.si
peccauerit.& de iudi.nouit.& facit l.si vnus.§.pacta.ff.de
pac.Hoc tamẽ exemplũ limitat Host.verũ esse, scilicet,ꝙ
nõ tenetur, nisi quando vellet denuntiare solùm propter
commodum propriũ : quod nõ licet. Et facit c.ad nostrã.
el j.de iureiu.sed oportet denũtiare, vel agere ꝑpter bo-
num cõmune principaliter: & sic secũdariò propter pro-
prium.quod intellige in iniurijs: quia ad vitãdũ interesse
rerum,nõ est peccatũ quærere suũ in iudicio:arg.dictorũ
12 s̃.Accusatio.§.vj. ¶Duodecimò*quæritur, vtrũ obliget
iuramentũ cõtra iuramentũ prius factum? Et dico primò
ꝙ non: vt in c. sicut ex literis. de spon. & in c. quanto. de
iureiu.& in c.intellecto.eo.tit.quod Host.Inno.& Pan.in
d.c.sicut.intelligũt etiã si sit promissio. quãuis postmodũ
Inn.videatur tenere contrariũ in c.veniẽs. de iureiur. sed
non est verum per c.iuramenti.xxij.q.v. Dico secundò,ꝙ
actus gestus cõtra primũ iuramentũ nõ est ipso iure nul-
lus indistinctè:sed secũdũ Pan.d.c. intellecto. si actus de-
pendet à mera volũtate iurãtis:puta,quia nullo iure pro-
hibetur:sic tenet.Vnde secũdũ Inn.in c.dilecto.de prebẽ.
si quis iurauit nõ alienare librũ, & tamen alienauit,tenet
alienatio,licet sit piurus.& facit c.vltima voluntas.xiij.q.
ij.in gl.vbi tãgitur,ꝙ qui iurauit nõ mutare testamentũ,si
mutat,tenet secũdũ,licet sit periurus: nisi in casu alicuius
conditionis subintellectæ excusantis.Host.tamen in c.cũ
Marthæ. de cele.mis. tenet nõ valere secundũ testamẽtũ.
Sed Io.And.in regu.quod semel.lib.vj. tenet illud valere:
quia nullo iure cauetur,ꝙ sit nullũ factũ,per quod fit con
tra iuramentũ : quod verum est quando actus dependet à
mera facultate iurantis. Si verò ab ea nõ dependeat,puta
quia interdicitur à lege fauore ipsius iurantis. Exẽplũ in
muliere,& minore,q alienare nõ possunt,vel aliũ cõtra-
ctum facere sine certa solẽnitate:tũc actus etiã iuratus cõ
tra primũ iuramẽtũ nõ valet ipso iure. & sic intelligo gl.
in c.licet.de iureiu. lib.vj. Et ratio est, qa actus sine iura-
mento erat ipso iure nullus,obstante legis prohibitione:
ratione autẽ iuramẽti sustineri nõ potest : quia iam obli-
gauerat se Deo per prius iuramẽtũ: & secundũ fuit illici-
tum. Et idẽ dic quãdo actus prohibetur ratione publicæ
vtilitatis. & iste est casus c. intellecto. Igitur dic, ꝙ si lex
seu statutũ non resistit actui iurato, si contrariũ fiat, actus
nõ est ipso iure nullus. secus si resistit. Et ita tenet Archi.
in c.si à sede.de præbẽ.lib.vj.Gaspar de Cal. in c. cũ con-
tingat.de iureiu.& Spe.de emp.& vendi. Quod nota pro
cautela mulierum timentium ne inducantur ad aliqua fa-
cienda in suũ preiudicium.Iurent enim prius in manibus
alicuius corã testibus se nolle tales alienationes,vel renũ
tiationes facere:dũmodo quãdo cõtrariũ faciunt, intẽn-
dãt nõ facere cõtra iuramẽtũ primũ, id est, nõ effectuali-
ter renũtiare,sed solùm verbaliter: quia sic nõ erunt per-
iuræ eo casu,quo nõ tenentur iurare,secundũ intentionẽ
exigẽtis iuramentũ.de quo s̃. Iuramẽtũ.iij.§.ij.dictũ est.
13 ¶Decimotertiò*quæritur, vtrũ obliget iuramentũ,quã-
do is,cui fit,frangit fidẽ iuranti? Et dicit Pan.in c.puenit.
el ij. de iureiurãdo. ꝙ quãdoq; duæ obligationes respi-
ciunt se adinuicẽ: puta,promisi equũ,propter quod alius
ꝑmisit mihi centũ:& si ego nõ seruo promissum,nec ille
tenebitur mihi de centũ.Et sic intellige illud, frãgenti fi-
dẽ.ff.pro socio.l. si cõuenerit.xxviij.q.ij. si infidelis.ff.de
inoffi.test.l.instituta.C. de pact.l. cũ proponas.la ij. & sic
intelligit d.c.peruenit.& c.cõstitutus. de pœ. Et idem di-
co quãdo cõditionaliter promisi:puta,iuraui ire Romã,si
dederis centũ.si nõ das,nõ teneor: qa promissio mea nõ
purificat,nisi à tẽpore existẽtis cõditionis.l.cedere diẽ.ff.
de ver.sign.Insti.de verb.oblig.§.ex cõditionali. Et si is,
cui iuraui,nõ implet promissum ex aliqua necessitate: pu
ta, qa nõ põt:nihilominus ego teneor ad iuramẽtum fa-
ctũ propter illud.& hoc tenet do.Ant.& Pan.in c.sicut.el
iij.de iureiu.& placet,licet alij teneãt solum me nõ tene-
ri,quãdo alius ex negligentia,aut volũtate non attendit.
Quãdoq; autẽ obligationes nõ referuntur adinuicẽ, sed
ad diuersa:puta, promisi tibi simpliciter centũ: & non ex
hoc, sed simpliciter promisisti mihi aliquid facere : & tũc
licet ego nõ impleã promissum,tamẽ tu teneris:quia nõ
ꝑmisisti mihi ratione meæ promissionis,sed simpliciter:
& de specie ad speciẽ nõ fit cõpẽsatio:vt not.in c.ij. de de
po.Et hoc tenuit Cy.in d.l.cùm proponas. & sic intellige
c.noli.xxiij.q.j. vbi dicitur,ꝙ hosti seruãda est fides. Nec
obst.c. qđ Deo patri.xxxiij. q.v. de voto viri & mulieris:
vbi licet alter frãgat,alter tenetur seruare:quia ibi qlibet
eorũ simpliciter vouerat Deo,nõ cõditionaliter: & ei est
obligatus.secus si cõditionaliter, saltẽ tacitè: vt quia si de
hoc cogitasset,nõ vouisset:quia sic nõ tenetur,per ea,quę
14 dicta sunt s̃.Iuramentũ.iij.§.ij. ¶Decimoquartò*quæri
tur,vtrũ obliget iuramẽtũ,quãdo mãdatũ legis,aut supe-
rioris cõtrariũ vult? Et dico ꝙ nõ.Exemplũ:si iuraui dare
tibi decẽ ; & index ex aliqua legitima causa hoc inhibet:
vtiq; nõ teneor:de censi.significauit.l.si.ff. qui satis. cog.
Itẽ si fuisti excõicatus post iuramẽtũ tibi factũ de aliquo
tibi dando:nõ teneor:vt s̃.Excõicatio.iij.in princ.effect.
xiij. itẽ Excõicatio. v. §.iiij. dub.xij. Vnde in omni iura-
mẽto subintelligitur, saluo iure superioris,vel alteri⁹. se
cundũ Io.And.in d.c.queãdmodũ.extrà eo.& facit c.ve-
15 niẽs.eo.ti. ¶Decimoquintò*quæritur,vtrũ obliget iura-
mentũ in alterius preiudiciũ: vt puta si iurẽt canonici,ꝙ
si quis eorũ efficiatur episcop⁹,seruabit quedã in preiudi
ciũ episcopalis dignitatis? Et dico ꝙ nõ, vt ĩ c.sicut ex no
stris.de iureiu.Et idẽ si cardinales iurassent in præiudiciũ
sedis apostolicæ:qa assumptus in Papã nõ teneret.Et idẽ
si vir iurauit nõ stare cũ propria vxore ꝑpter odiũ:qa nõ
ten

tenetur:imò nec etiã si propter continentiã:sed eo casu
tenetur reddere,licet exigere non possit:quia illud est su
lùm in præiudiciũ suũ.Et hoc videtur tenere Host. Tãcr.
Gof.& Io.And.pro quo vide glos.in c.tua nos.de iureiur.
Et si iurauit in præiudiciũ alterius , cuius potestati subij-
citur:puta,si vxor iurauit peregrinationẽ vel abstinentiã :
similiter seruus, monachus, & huiusmodi: vnde implere
nõ possunt,cùm eis à superiori cõtradicitur:de quo ĩ.Vo
tum iij.§.iij.Et idem cùm quis promisit tenere secretum:
quia non tenetur quãdo est alteri nociuũ, qui in possit &
debeat reuelare his,qui possent ꝓdesse,& nõ obesse.xxij.
q.v.hoc videtur,& sentit glo.in c.ego.de iureiurã.Aut si
producatur in testem:quia secundùm Innoc.in c.qualiter
& quando.el j.de accus.tenetur dicere,etiam si cogitasset
de hoc quando iurauit.& facit c.quia pleriq;.de offic.ord.
lib.vj.& c.constitutus.el j.de testib.& c. olim.de accusa.Si
tamen is, qui exigit iuramentũ ab aliquo de veritate dicẽ
da,sit homo ferus,de quo verisimiliter præsumitur,ꝙ pro
cedet ordine iustitiæ nõ seruato:sic non tenetur reuelare
quod scit,etiam si posset probare.Et similiter quamuis nõ
sit crudelis,sed qui procedet ordine debito:nõ debet ei re
uelare,si probare non potest.s.in iudicio.arg.c.si peccaue
rit.ij.q.j.& xx.q.vij.plerunq;.secundùm Rodo.illis tamen
qui possunt prodesse,nõ obesse,teneretur si iurauit.xx.q.
v.hoc videtur.Et idem de eo qui iurauit non præstare au
xilium tali;quia intelligitur iniustè,secundũ Ioan.alle.ca.
petitio.de iureiur.& c.j.de his quæ fiunt à ma.par.ca.& c.
grauẽ.de exces.præ.& si etiã iurasset de iusto auxilio non
dando,non tenetur:quia iuramentum nõ ligat ad illicita,
& cõtra ius d.c.quanto.eod.tit. Et idem de eo,qui existẽs
in dignitate,& alienans bona,iurat nõ reuocare:quia non
tenetur: vt in d.c.intellecto.eo.titu.quia est in præiudiciũ
alterius.s.dignitatis.c.cùm contingat. in si.eod.tit. & c.ij.
de pac.lib.vj.Et hoc tene,etiã si nõ iurasset prius non alie
nare.licet gl.sentiat oppositũ.d.c.intellecto.per prædicta.
Sed limita in notabili alienatione,per quã dignitas nota-
biliter lęditur:secus in re modica:quia propriũ est princi
pũ donare:de dona.c.j.& in iuramento facto à prælato de
nõ alienãdo nisi cõsulto papa,nõ debet fieri relatio ad a-
lienationẽ modicã:qa iuramẽtũ nõ extẽditur ad verisimi-
liter nõ cogitata.c.veniens.eod.tit.& cõsentit Fed.consi.
16 cciij.¶Decimosextò quæritur,*vtrum obliget iuramen-
tum factũ cõtra legẽ positiuam aut contra statutũ?Et dicò
multas de hoc fuisse opiniones,vt recitat Pan.in c.cũ con-
tingat.de iureiu.tamẽ hoc videtur verius.Nam aut lex po
sitiua seu statutũ aliquid prohibet propter bonos mores
naturales conseruãdos:& tũc nõ valet iuramẽtũ:vt in reg.
non est obligatoriũ.de reg.iur.lib.vj.sicut iuramẽtũ mu-
lieris,quæ viuẽte viro dedit fidẽ adultero de contrahẽdo
post mortẽ viri:qa si lex est indispẽsabilis, & inuariabilis.
v.di.in prin.& viij.di.quæ cõtra.Secus in bonis moribus
ciuilibus:quia iuramentũ valet contra eos.de pign.signifi
cante.vbi valet iuramentũ contra pactũ legis cõmissoriæ.
Aut lex seu statutũ fundatur super bono publico principa
liter:& sic non tenet iuramentũ:quia pactis vel iuramẽtis
priuatorũ ius publicum remitti non potest:ad quod l.ius
publicũ.ff.de pact.Aut lex seu statutũ non fundatur in bo
nis moribus naturalib⁹,nec super bono publico principa
liter,sed in odium aliquorũ:& sic tenet iuramẽtũ,quando
potest sine dispendio salutis impleri,licet non sine dispẽ-
dio rerum corporaliũ:vt in d.c.significante. & in c.debito
res.de iureiu.Idem dicendum est,quando lex est fundata
principaliter super fauore priuato:licet consequẽter & se
cundariò super publica vtilitate: quia iuramentũ ligat: &
est iste casus propriè c.si.de pact.lib.vj.& hoc qñ nõ conti
net aliquã turpitudinẽ cõtra bonos mores naturales, nec
ex parte iurãtis,nec ex parte materiæ, super qua iuramẽtũ
pręstatur,nec cõtra bonum publicũ principaliter.Et ratio
quare teneat iuramentũ in istis duobus casibus est,quia iu
rando nõ peccauit:quia talis lex est potius priuilegiatiua,
quàm præceptiua:ideoq; eius contrariũ non est in dispen
diũ salutis æternæ,sed solũ est rerũ temporaliũ:aut si pec-
cat trãsgrediẽdo,tamẽ potest seruari sine peccato,ideoq;
tenet iuramẽtũ:de iureiurã.& si Christus.iũcto §.illicitũ.
xxij.q.iiij.Secus autẽ qñ esset contra bonos mores natura
les,vel ius publicũ principaliter:qa sine peccato seruari nõ
potest. Actus autẽ gestus cõtra legem vel statutũ principa
liter fundatũ super fauore vel odio priuato, iuramẽto ita
firmatur,ꝙ etiã obligat hæredes,secundũ cõmunẽ opinio
nem:vt dicit Pan.in d.c.cùm cõtingat.quia iuramentũ cõ
firmatoriũ validat actũ inualidũ,& ex illo oritur actio: vt
in auth.sacramẽta puberum.C.si aduer.vend.quod limita,
nisi dolo,vi,aut metu sit iuramẽtũ extortũ:vt in c.cùm cõ
tingat.eod.tit.& c.licet.eo.li.vj.& in c.ij.de pact.lib.vj. &
dic.auth.sacramẽta.Secus autẽ in sacramẽto introducto-
rio obligationis:puta,iuro dare tibi centũ,nulla causa prę
cedẽte:qa iste nõ est modus inducẽdę obligationis,nisi in
liberto:vt in l.iurisiurãdi.in prin.ff.de oper.lib.& l.si.ff.de
lib.causa.& ibi Gul.de Cu.& Bart.in l.iusiurãdũ.la ij.ff.de
iurei.Et ideo nõ ligaret hæredẽ de iure ciuili,sed de iure
canonico,si fuit in culpa nõ implẽdi,& iuramẽtũ erat sim
plex:puta iurauit dare decẽ,& pœnituit de pactis suis:vn-
de credo ꝙ teneatur,per id qđ dixi s̃.Hæreditas.iij.§.vij.
Si autẽ in dicta lege vel statuto fundato sup priuato bono
vel odio dicatur,ꝙ nõ valeat cõtractus,nihilominus vale-
bit si interponatur iuramẽtũ.& facit qđ notat Inn. in c.ij.
de reg.vbi dicit,ꝙ in istis spũalib⁹ ius naturale præfertur
positiuo.Si verò in statuto addatur,ꝙ si seruata nõ fuit so
lẽnitas debita,præsumitur dolus vel alia illicita causa: ad-
huc tñ ligat iuramẽtũ,si cõstat cõtractũ esse verũ,& nõ fi
ctitiũ aut dolosum quo ad ipsum minorẽ,& hmõi, ꝑ quo
fit:& hoc tam in foro animę,vbi creditur ꝓ se,& cõtra se,
vt in c.significasti.el j.de homi.& no.in cle.j.de pœ.q̃ etiã
in foro cõtẽtioso:qa cessat ratio statuti.Si verò fuerit dol⁹
vel fraus:tũc si statuto suberat causa presumẽdi dolũ:vt qa
cõiter in loco decipiebãtur dolose minores: tũc saluabit
opinio Bar.& Bal.& aliorũ tenentiũ iuramẽtũ nõ valere:
qa nõ tollit præsumptionẽ statuti legitimè inductã.sed se
cus si statuto nõ suberat causa præsumẽdi dolũ:quia tũc li-
gat iuramẽtũ. ¶Sed pone,ꝙ episcopus statueret quẽlibet
clericũ absentẽ ĩtra certã diẽ reuerti sub pœna excõicatio
nis:cleric⁹ aũt de licẽtia episcopi iuerat ad studiũ,& iura
uerat creditori suo nõ recedere ante ei⁹ solutionẽ.quęri-
tur an obliget iuramẽtũ vel pręceptũ superioris aut legis?
Et dico videri qdẽ iuramẽtũ esse nullũ,qa cõtra obediẽ-
tiã supioris seruari nõ põt sine interitu salutis.d.c. cũ cõ
tingat.& c.ij.de pac.li.vj.Sed tñ in rei veritate tenet:qa di
cit Pan.in c.veniẽtes.de iureiu.& est dictũ Ioan.Andr. in
merc.in regula,in malis ꝓmissis.li.vj.ꝙ ex quo cũ licẽtia
episcopi fuit in studio:& pro necessitate studij debitũ cõ
traxit,videt se obligasse cũ licẽtia episcopi:qa vno cõces-
so cõcedũtur omnia,sine quib⁹ illud nõ habet effectũ.de
offic.dele.c.præterea.& c.prudentiã.& l.ad rẽ mobilẽ.&
l.ad legatũ.ff.de procu.& sic recedere nõ debet,sed serua
re iuramentũ.Secus verò si sine licẽtia episcopi adiuit stu
diũ,vel nõ pro necessitate studij, sed pro lasciuia debitũ

contraxit: quia tunc nō valet iuramentū contra obediētiā
superioris. Idē dico in patre reuocante filiū, qui prædicto
modo iurauerat, & idē de quolibet subdito. Et facit ꝓ mer
catoribus, qui cōtra prohibitionē suorū dominorū vadūt
ad certa loca prohibita, secūdū quod ꝓhibere possunt, vt
in l. fi. & quod ibi no. ff. de decre. ab or. fa. & l. mercatores.
C. de cōmer. & mer. l. relegatorū. ff. de inter. & re. & quod
ibi no. quia ad standū ibi te obligare non poterūt, nisi su-
periores tacitè vel expressè cōsentiāt. ¶ Decimoseptimò
17 quæritur,* vtrum obliget iuramentum positum super cō
tractu simulato? Et dico ꝙ Panor. in d. c. cū contingat. di-
stinguit. ¶ Nā aut simulatio est de consensu vtriusque par
tis tam super contractu, quàm super iuramēto. & tūc si ex
iusta causa, puta ex iusto timore, vel qa indigebat mutuo,
cōcepit pignus in forma vēditionis, vt creditor lucraretur
fructus, & sic non obligat iuramentū, quia defuit consen-
sus, & fuit iusta causa simulādi. ad quod c. j. quod met. cau.
& l. fin. C. de nō nume. pecu. Si verò fit ex causa iniusta, pu
ta causa fraudādi gabellas, vel aliter ad deceptionē proxi
mi, simulauit vnū contractū esse aliū, & iurauit singula cō
tēta in instrumēto vera: tūc eo ipso est periurus, quia simu
latio intētionis ex iniusta causa non excusat, vt not. in ca.
interrogasti. xxvij. dist. sicut ille qui prece vel pretio de-
posuit falsum. c. j. de crimi. fal. & volēs cōtrauenire nō de-
bet audiri: sed si iurasset solùm nō cōtrauenire illi contra
ctui quē simulabat in deceptionem populi: licet grauiter
peccauerit iurādo in dānū proximi, tamen nō obligatur,
quia defuit cōsensus: vnde respectu Dei non exigitur ab-
solutio à iuramēto. arg. c. tua. de spon. sed in foro conten-
tioso cōpellitur obseruare. nec auditur volēs allegare tur
pitudinem suā: & hoc verū inquantū est solùm in præiudi
cium suum, & non imminet periculū animæ. ¶ Aut simu-
latio solùm erat super cōtractu ex parte vtriusq;: sed iura
mētū interuenit ne agatur cōtrà tacitè vel expressè: & hoc
ne cōtractus fœneratitius detegeretur: sicut si pignorauit
quis res, & tamen simulauit vēdere: vt mutuans faciat fru-
ctus suos, & iurāuit nō detegere, sed seruare pignoratitiū
contractū: & tunc obligat iuramētū: & perinde est ac si iu
rasset soluere vsuras. & tacit quod no. Cyn. in l. ex cautio-
ne. C. de non nume. pec. vbi concludit, ꝙ iurans nō oppo-
nere exceptionē de nō nu. pec. obligatur: licet simpliciter
renūtiatio nō valeret. In foro tamen animæ si non habuit
intentionē obligādi se, non tenetur, vt dictum est §. Iura-
mentū. iij. §. ij. ¶ Aut simulatio est de vno cōtractu ad aliū
cōtractū, qui sine peccato seruari non potest, vt cōtractus
simoniacus, licet cōcipiatur sub alio contractu: & tunc iu-
rans sciēter peccat mortaliter, & tenetur nō seruare. xxij.
q. iiij. per totū. Aut simulatio fuit ex parte iurātis tantùm
super contractu solùm ab eo simulato: vt qa aliud gerebat 21
in corde, aliud in verbis: vel vsus est verbis duplicib⁹ cal-
lidè iurādo: & tunc secūdū Panor. ibi intelligitur secundū
intentionē recipientis: & sic Deus videtur recipere. ij. q. v.
quacunq;. & §. ex his omnibus. & sic ligat iuramentum, se
cundùm distinctionē de qua §. Iuramentum iij. in princi-
18 pio. & §. ij. ¶ Decimooctauò quæritur,* vtrum obliget iu
ramētum, si superueniat impossibilitas, vel necessitas, aut
magna difficultas? Et dico ꝙ non. Nam de impossibilita-
te dicitur, impossibilium nulla est obligatio. ff. de regu. iur.
de necessitate verò & magna difficultate dicunt doctores
in c. querelam. de iureiu. & in c. breui. eo. d. tit. ꝙ excusat à
periculo. Ratio, quia Deus respicit animum, non manum.
xiiij. q. v. si quid inuenisti. & facit l. fin. ff. qui satisd. cogan.
Vnde dicit Inno. in c. venerabilem. de elect. ꝙ vrgēte ne-
cessitate potest quis propria authoritate frangere iuramē
tum, si nō potest haberi superior; à quo petatur absolutio.
xj. q. iij. antecessor. Et si tēpore iuramēti credebat se iurās
non posse implere, vel nō habebat probabilē causam cre-
dendi ꝙ posset implere: secundū Ho. peccauit mortaliter
iurando: quia defuit in primo veritas, in secundo iudiciū:
& sic est periurus. secus si probabiliter credidit se facere
19 posse. j. Votum. ij. §. j. ¶ Decimonono quæritur,* vtrum
obliget iuramentū, quando quis non habuit animum obli
gādi se cùm iurauit: puta quis dolo inductus iurauit, quod
omnino nō iurasset nisi dolus fuisset? Et dico ꝙ non, etiā
si dolus veniret re ipsa. facit l. tres fratres. ff. de pact. & l. si
soror. C. de col. & Fed. consil. cxv. vbi determinat filiā mi-
norē seductā à fratrib⁹, quæ renūtiauit bonis paternis, cre
dens ꝙ non valeant multo plus quàm sua dos, non obliga
ri iuramēto, quando multo plus valebant: quia vbi dolus
est, excluditur voluntas. l. j. ff. de dolo. Tenet etiā S. Bona.
vbi §. q. iij. arti. j. ꝙ vniuersaliter non obligat iuramētum,
si iurans animum se obligandi non habuit: debet tamē in-
demnitati proximi satisfacere, si eū dolosè decepit, secun
dùm Richar. ea. dist. ar. j. q. ij. An aūt peccet mortaliter iu-
rādo: dic vt §. §. vij. facit c. veniēs. & c. Quintauallis: extrà
20 eod. ¶ Vicesimò quæritur,* vtrū obliget iuramentū, qñ in
melius cōmutatur? Et dico ꝙ non: vt in c. peruenit. el ij. de
iureiur. Sed hoc habet duas limitationes. Primam, quādo
vtrūq; nō potest impleri, secūdū do. Ant. in d. c. peruenit.
quia tūc qñ iuramētū est impeditiuū vel turbatiuū maio-
ris boni: licet sit tutū habere licentiā à superiore, tamē nō
est necessaria: qa pōt cōtrauenire iuramēto. all. c. cōmissū.
de spons. & c. licet. de reg. allego etiā c. scripturæ. de voto.
vbi hoc tenet Inn. apertè. facit gl. in c. monachū. xx. q. iiij.
& xxxiij. q. v. noluit. Secus si bonū iuratū nō esset impedi
tiuū maioris boni, sed vtrunq; fieri posset: qa cōtrauenire
nō posset iuramēto sine authoritate superioris: licet episco
pus posset dispēsare vt cōtraueniat rōne maioris boni, se-
cūdū Inn. in c. debitores. eo. tit. Et similiter dic si esset du-
biū an esset maioris boni impeditiuū, necessario requiri
dispēsationē episcopi. ar. c. j. de voto. Secūdā, qñ iuramētū
nō cōcernit propriā vtilitatē alicuius: qa si cōcerneret, nō
esset vera dicta regula: etiā si vnū sit totaliter impeditiuū
alterius: nec ꝓdest in hoc supioris authoritas. & facit qd
nota. in c. quanto. eod. ti. & in c. cùm inter P. de renunt. &
Ioan. And. in mercu. in regula, in malis. de reg. iur. libr. vj.
quia debitor, qui iurauit dare vnā rem, nō potest dare me
liorē aliā pro illa inuito creditore. l. ij. §. j. ff. si certum pe.
& Instit. quib. mo. tol. oblig. in princ. nisi velit in propriā
religionis obseruantiā cōmutare. & vnū est impeditiuum
alterius. quod placet fauore religionis. & etiā sequitur Pan;
in dicto cap. peruenit. ¶ Vicesimoprimo quæritur,* vtrum
obliget iuramentū, quando id, quod iuratur, cōsistit in fa-
cto? Et dico secundùm aliquos, ꝙ non obligat sic, vt iurans
teneatur præcisè ad factum: quia, secundū aliquos, obliga-
tus ad factū sufficit, si soluat interesse: vt in l. stipulationes
non diuidūtur. ff. de verbo. oblig. & in l. si quis ab alio. in
fi. ff. de reg. iur. quia secundū cōmuniter doct. tenetur vel
ad factū, vel ad interesse, & non præcisè ad factum, vt no.
Bar. in dicta l. stipulationes. Sed ego dico, ꝙ diuino & ca-
nonico iure tenetur ad factū præcisè, si potest impleri, &
nō sit cōtra bonos mores, aut aliquod prædictorū, in quo
non obligat iuramentū. & hoc probatur per c. j. & c. quali
ter. de pact. & cap. iuramentū. xxij. q. v. & facit cap. licet. de
voto. & cap. ex literis. el ij. de sponsa. & capit. nouit. de iu-
dic. & hoc etiam videtur senāsse Bartol. vbi suprà. Quādo
autem

autem factum est alienū, nō tenetur quis facere, nisi quā-
tū in ipso est bona fide. de spō. ex literis. ¶ Vicesimosecū-
22 dò* quæritur, vtrū obliget iuramētum conditionale, vel
propter causam? Et dico ꝙ nō, nisi extet conditio, vel cau
sa. de cōdi. appo. c. verū. & de iureiur. c. peruenit. quod in
tellige qñ tota obligatio ponebatur in cōditionis euen-
tu, vel propter causam: aliàs teneretur. Vnde iurans adire
Sā. Iacobū, vt fratrē suū videat, & redimat sua peccata: li-
cet frater su⁹ decesserit, tenetur nihilominus ire propter
23 aliā causam. ¶ Vicesimotertiò* queritur, vtrū iurās seruā-
re statuta alicuius eccl'iæ, vel ciuitatis, aut vniuersitatis, si
aliquod fiat nouū, aut sit illicitū, teneat ad illud? Et tenēt
cōmuniter doc. in c. clericus. extrà eo. ꝙ si iurauit seruare
statuta edita, nō extenditur iuramentū ad futura: quia nō
extenditur ad ea, de quib⁹ nō fuit verisimiliter cogitatū.
& hoc est indubitatū ex mente San. Tho. ij. ij. q. xcviij. art.
ij. ad quartū. Si verò nō fuit appositū hoc verbū, edita, sed
simpliciter iurauit seruare statuta, extēditur etiā ad edē-
da, secūdū Io. And. Car. indistinctè: secūdū alios verò in-
distinctè ad futura nō extenditur. quod melius Sū. Ang.
asserit, quàm Sū. Ros. distinguat, vt extendatur ad futura,
quę sunt modici præiudicij: non autē ad ea, quę sunt ma-
gni: quia hoc sentit San. Tho. vbi §. dicēs, ꝙ talis non te-
netur ex iuramēto seruare futura, nisi intēderet se ad hæc
obligare. & bene hoc probat Pan. quia propter periculū
periurij iuramentū est grauis præiudicij, & strictæ inter-
pretationis: ideò q; nō extēdendū, sed potius restringen-
dū, vt nō cōprehendat, etiā quod ex lata verborū significa
tione posset cōprædēdere. quod vult Archi. in c. ne quis.
xxij. q. ij. Et si dictus iurans addidit, ꝙ per prius præstitum
iuramentū seruabit, etiā futura: nō est obligatus ex iura-
mento illa seruare: ita ꝙ sit periurus nō seruando, sed ex
promissione: vt in c. clericus. eo. ti. quod limita secundùm
Pan. nisi cōstaret in foro animæ, vel iudiciali, ꝙ intende-
bat nouiter iurare: quia obligaretur de iuramento. ar. x.
eo. & si Christ⁹. Quòd si interdicta, statuta, vel cōsuetudi
nes cōtinēt aliqua illicita, vel impossibilia, aut ecclesiasti
cæ liberati cōtraria, si iurās hoc sciuit, nō debuit sic gene-
raliter iurare, nec sunt huiusmodi statuta aliquatenus ser
uanda, sed alia solū: sed iurādo peccauit mortaliter, iuxta
prædicta. Si verò nesciuit, similiter nō sunt seruāda. extrà
eo. cōtingit. li. vj. sed nō similiter peccauit, sed pl⁹, vel mi-
nus secundū qualitatē ignorantiæ. Sciēdum est etiā, ꝙ ta
lis nō tenetur seruare statuta abrogata per consuetudinē
rationabilē, & præscriptā. de cōsue. c. fi. quia iā nō habent
24 vim statuti. arg. di. iiij. §. leges. ¶ Vicesimoquartò* quæri-
tur, quid si quis iurauit tenere obstagia in certo loco, &
nō habet ibi quid comedat, vel vnde soluat? Et dicit Host.
ꝙ si tēpore obligationis iā erat nō soluendo, tenetur ob-
stagia seruare: quia videtur ad hoc se obligasse, vt victum
qrat manibus suis, vel mēdicādo. Sed si tūc erat soluēdo,
& nūc deuenit ad paupertatē, distingue: quia si est talis, q
possit sine verecūdia mendicare, idē dicitur quod prius.
sed si est nobilis, & in dignitate, tali subueniendū est iuris
beneficio. extrà eo. querelā. & c. breui. ¶ Vicesimoquintò
25 quæritur,* quid si debitor iurauit creditori se soluturū in
certo termino, & impeditus nō potest? Et dicit Host. ꝙ si
cū iurauit credebat se nō posse soluere, vel nō habebat ꝓ
babilē causam credēdi: in vtroq; casu periurat, qa in pri-
mo deerat veritas: in secūdo iudiciū. Si verò ab initio ꝓ-
babiliter credebat se posse soluere, nō piurauit: & si post-
ea fecit posse suū, nō est periurus. Et multo magis excusa-
tur, si pecuniā misit tēpore debito: sed casu fuit pdita: de
iureiu. qrelā. Et si postea lapso termino posset, & nō solu-
eret, efficeretur periurus: quia lapsus termini nō sustulit
obligationē iuramenti. de do. & cōtu. cū dilecti. ¶ Vicesi-
26 mosextò* quæritur, quid si quis iurauit redire ad carcerē?
Et dico, ꝙ ad hoc nō tenet', si carcer erat iniuriosus. i. con
tra iura. quod met. causa. c. j. secus si nō erat iniuriosus: qa
tenetur, etiā si immineret periculū mortis, secundū gl. in
cle. pastoralis. de re iud. & Bar. in l. relegati. ff. de pœ. & Pa
nor. vt §. Accusatio. §. vlt. hoc aūt limita vt nō teneatur, si
iurauit animo euadēdi: sec⁹ si animo se obligādi, iuxta ea
27 quæ dicta sunt §. eo. ti. §. vij. ¶ Vicesimoseptimò* querit,
vtrū possim compēsare si iurauī dare tibi decē, & tu mihi
debes alia decē? Et dicit Pan. in c. ad nostrā. el j. extrà eo. ꝙ
nō: quia iuramētū est obseruandū in forma specifica: nec
sufficit illud adimplere in effectu. quod ibi patet ꝓ tex. il-
lū: quia iurās tenetur prius actualiter soluere: nec sufficit
cōpensare, quāquā cōpēsatio sit ficta solutio. l. si peculiū.
§. j. ff. de statu li. Et dicit idē, ꝙ nostri doct. cōmuniter sen
tiunt, quod dictū est: sed cōtrariū sensit Bar. in l. amplius.
ff. rē ra. ha. vbi cōcludit, ꝙ cōpensans nō erat periurus. Nā
cōditiones debēt qdē impleri in forma specifica, sicut iu
ramentū: vt in l. q hæredi. & l. Meuius. ff. de condi. & de-
mon. sed iussus stare implet cōditionē cōpēsando: vt i d.
l. si peculiū. Ergo &c. Preterea si ego impedior iusta de cā
facere quod promisi, nō sum periurus: vt in l. fi. ff. q satisd.
cog. sed si ego nō soluo tibi, quoniā tu debes mihi rātun
dem: ego impedior à te. vnde quasi facto tuo impeditus
nō debeo esse periurus. Hāc rationē facit tex. in l. iij. ver.
itē querit. ff. de sta. lib. Et cōcludit Pan. ob rationes Bar. ꝙ
ante factū sequēda est opinio prima, quā tenet Io. And. &
Inno. sed post factū, vt quis excusetur à periurio, sequēda
est opinio Bar. Ego verò dico, ꝙ si ideo nō possum solue
re tibi, qa tu mihi nō soluis, indubitāter, & ante factū opi-
nio Bar. est tenēda: qa si impotētia me excusat à periurio,
vt patet ex dictis: multo magis impotētia, quā ex tuo defe
ctu patior. Si verò possum soluere, etiā si mihi nō soluas
adhuc est vera, saltē in conscientia: nisi iurās intēdisset se
obligare ad dandū decē formaliter, vel ad dandū etiam si
alius sibi nō soluisset, modo liqda sint decē, quę mihi de-
bes: quia recōpēsans soluit, licet nō soluat formaliter, sed
virtualiter. & sic intelligit' d. l. si peculiū. ex iuramēto aūt
nō teneor soluere formaliter, nisi expressērim, vel intēde
rim soluere decē, etiā alio mihi nihil soluēte. quo casu Io
quit' d. c. ad nostrā. vbi erat reddēda pecunia mutuata sup
pignore nō cōputatis fructibus. & in d. c. debitores. eo. ti.
28 vbi erāt promissę vsuræ. ¶ Vicesimooctauò* queritur, v-
trum is, q iurauit nō reuelare secretū, indistinctè teneat
illud celare? Et dicit Pan. de mēte gl. in c. ego. extrà eo. ꝙ
si quis iurauit nō reuelare secretū, intelligitur de hone-
sto, & nō de alteri nociuo: sed illud possum reuelare, nō
oībus, sed his, qui possunt prodesse. pro quo vide tex. iū-
29 cta gl. in c. nerui. dist. xiij. ¶ Vicesimonono* quæritur, qd
si qs iurauit nō fideiubere? Et dicit Io. And. ꝙ obseruare
non tenetur, vbi periclitatur salus ꝓximi, nisi fideimbeat:
qa iuramentū nō extēditur ad hunc casum incogitatū, de
quo si tūc cogitasset, iuramētū fuisset temerariū. & hoc
Pan. in c. si vero. eo. ti. habet pro indubitato: qa in tāta ne
cessitate tenetur qs proximo subuenire: dist. lxxxvj. pasce.
Imò sentit idē Pan. & valde bene, ꝙ tale iuramentū non
obliget, vbicūq; proximus verè indiget fideiussiōe, licet
nō periclitet' eius salus, nec eleemosyna sit de necessita-
te, nisi in necessitate extrema: qa licet hoc casu fideiussio
nō sit de præcepto, est tñ de cōsilio, & opus ex pietate fa-

ciendum propter Deum & proximum: non potest autem quis obligari, vt nõ faciat opera pietatis, & perfectionis: quia nõ est verisimile, ꝙ Deus talia iuramẽta suscipiat cõ
30 tra cõsiliũ suũ. ¶ Tricesimõ* quæritur, an obliget iuramẽtum puellæ, ꝙ dote cõtenta nõ habebit regressum ad bona paterna? Et dico ꝙ sic, vt §. dictum est in titu. Dos. in prin. Si tamẽ dolus interuenit, ita ꝙ nõ iurasset, nisi dolus affuisset, tunc secus, vt §. eo. §. xix. Adde tamen quod singulariter no. Pan. in c. nõ sine. de arbi. vbi ponit regulã, ꝙ quantũcunq; iuramentũ prohibeatur quacunq; lege, etiã canonica vel diuina, tamẽ si nõ continet in se peccatum, tenetur iurans obseruare illud, licet peccauerit iurãdo. Et facit pro hoc c. etsi Christus. Vtrũ autẽ mulier, quæ facit donationẽ, & iurauit nõ cõtrauenire, possit reuocare superueniẽtibus liberis. §. Donatio. j. §. xviij. ¶ Tricesimo-
31 primõ* quæritur, quomodo intelligitur illa autoritas xxij. q. v. iuramẽti. ꝙ Deus nõ facit differentiã inter iuramentum, & simplicẽ loquelã? Et dicit Pan. in procemio Decretalium, prope finẽ, hoc esse quãdo simplex loquela cõtinet perfidiã, vel mendaciũ: vt quia venit ad decipiendũ: & intellige mẽdaciũ pnicioſum. & sic etiã sentit glo. ibi, ga, inquit, vtrũq; est mortale, licet alterũ altero grauius. Sed tamẽ aduerte, ꝙ textus nõ dicit illud, sed dicit, quòd Deus inter iuramentũ, & loquelã nostrã nullam vult esse differentiã: quia scilicet in vtroq; vult esse veritatẽ, vt patet intuẽti. ¶ Vtrũ etiã is, qui iurauit stare sententiæ arbitri, possit petere reductionẽ ad arbitriũ boni viri. §. Arbiter. §. v. Vide etiã suprà, Familia. §. viij. de famulo, qui iurauit reuelare domino fures. de Periurio. j. suo loco.

RVRSVS de Iuramento quintò, quantum ad relaxationem, vel abolitionem.

1 *Iuramento quando liceat propria autoritate contrauenire.*
2 *Iuramentum an possit semper dispensare, vel absolutio impẽdi.*
3 *Episcopus an possit in iuramẽtis dispensare.*
4 *Papa qualiter ab episcopo differat in iuramẽti dispensatione.*
5 *Iuramento quod tenet, quando quis absoluatur.*
6 *Iuramenti commutatio à quo, & quando fiat.*
7 *Iuramentum à quo possit irritari.*
8 *Iuramentum an tollere possit ille, cui promissum est.*
9 *Iurantes inuicem, an sibi iuramentum relaxent. & nu. 10.*
11 *Iurans non cõtrauenire uenditori, an dicere possit se deceptũ.*
12 *Iuramento per dolum extorto an liceat propria autoritate cõtrauenire.*
13 *Iuramenti absolutio an petatur post periurium.*
14 *Iurãs soluere usuras, an petere possit absolutionẽ anteq̃ soluat.*
15 *Iuramenti relaxatio, an fieri debeat parte uocata.*

IVRAMENTVM quintò considerari potest, quantũ ad eius abolitionẽ, quę quidẽ locũ nõ habet vbi manifestè iuramentũ nõ obligat: quia tunc potest, qui iurauit, propria autoritate cõtrauenire, vt patebit: sed solũ vbi per iuramentũ cõtrahitur verè, vel apparẽter obligatio: quę alicuius autoritate, aut volũtate aboleri, aut relaxari potest. Hoc aũt fit quatuor modis. primò scilicet absolutione superioris, puta episcopi vel Papæ: & secũdò, cõmutatiõe boni melioris: & tertiò, irritatione gubernatoris: & quartò, relaxatiõe creditoris. de quibus omnibus statim patebit.

2 ¶ Primò* igitur quæritur, vtrũ & quãdo possit quis cõtra suũ iuramẽtũ propria autoritate cõtrauenire? Dico duo: vnũ scilicet in genere, aliud in specie. ¶ Quantũ ad primũ, vt colligo ex Inn. in c. cũ quidã. de iureiur. dico ꝙ q̃n dubiũ est, an iuramentũ sit obligatoriũ nécne, nemo cõtrauenire potest sine autoritate superioris: nec iudex secularis eo casu potest se intromittere, sed remittere debet ad ecclesiasticũ. ita no. Pan. in c. cũ cõtingat. eo. tit. Quando verò nõ est dubium de eius obligatione, sed certũ est, ꝙ nõ obligat: tunc si seruari potest absq; aliquo dispendio salutis, debet peti absolutio, ꝓpter reuerentiã sacramẽti. quod Pan. in c. cũ quidã. eo. tit. dicit verũ, non quãtum ad necessitatẽ, sed solũ ne notetur de trãsgressione iuramẽti: id est, ratione scandali. & ita tene. Si verò sit in dispendiũ salutis: vt quia derogat charitati, vel eius perfectioni, vel disponẽtibus ad illã, potest homo propria autoritate cõtrauenire. Cõsonat autẽ S. Th. ij. ij. q. lxxxix. ar. ix. ad tertiũ, dicẽs, ꝙ in dubio debet peti absolutio, quã episcopus põt impẽdere: sed quãdo manifestè iuramentũ repugnat iustitiæ: vt quia iuratũ est illicitum, puta homicidium: vel impeditiuũ maioris boni, puta nõ intrare religionẽ: non est opus dispẽsatiõe: sed in primo casu tenetur qs nõ seruare iuramentum: *in secũdo* seruare potest, & nõ seruare. ¶ Quantũ ad secũdũ, cũ dictũ sit iuramẽtũ vergere in peiorẽ exitũ sex modis, primò, si iuratur aliqd mortale. secũdò, si veniale. tertiò, si indifferẽs, q̃d ex circũstãtia potest fieri mortale, aut veniale. quartò, si excluditur aliqd fiendũ ex charitate. quintò, si excludit opus de genere bonũ. sextò, si excluditur qd indifferẽs pia intẽtione faciẽdũ: vt §. Iuramentũ. iiij. §. j. Cũ inquãtũ sic dictũ sit, dicit Monal. ꝙ in tribus primis casibus põt quis propria autoritate cõtrauenire: *sed imponẽda est tali pœnitẽtia pro temerario iuramẽto.* in reliquis aũt trib* quãuis huiusmodi iuramẽta nõ sint obligatoria, nec imponenda sit pœnitentia pro trãsgressione eorũ, tanquã pro mortali: nõ expedit tamẽ propria autoritate cõtrauenire: nisi propter vrgẽtẽ necessitatẽ, tũ propter reuerẽtiã iuramẽti, tũ propter scandalũ. hæc ex illo. Quẽ tamẽ intellige iuxta distinctionẽ primi dicti. i. in generali. §. de certo & dubio: qa in omnibus his sex casibus potest quis autoritate propria cõtrauenire, si certũ est, ꝙ iuramentũ nõ liget. Adde etiã, ꝙ secũdũ Inn. in licitis, licet ex iusta causa propria autoritate cõtrauenire vrgẽte necessitate, si nõ põt haberi superior, à quo petatur absolutio. §. Iuramẽtũ. iiij. §. xviij. ¶ Secũdò* quæritur, vtrũ in iuramẽtis possit dispẽsari semper, vel impẽdi absolutio? Et dico secundùm S. Tho. ij. ij. q. lxxxix. & omnes doct. ꝙ in iuramẽto promissorio aliquãdo, in assertorio verò nũquã dispẽsari põt. quorũ omniũ rationẽ vide ibi. Vtrũ aũt semper dispẽsari possit in promissorio per aliquẽ hominẽ. Sũ. Ros. recitãs Dir. in lib. ij. dicit, ꝙ si qs iuret aliquid licitè, & honestè seruabile, nec subest causa: papa illud mutare nõ debet. si tñ absoluat aliquẽ, tenet absolutio: quia est supra ius positiuũ. etiã cõtra ius diuinũ põt dispensare, dũ tamen cõtra euangeliũ, vel articulos fidei nõ dispenset. hæc ille. Et sic secundũ hoc semper fieri posset absolutio à iuramẽto ꝓmissorio de plenitudine potestatis papalis. In qbus paucis verbis sunt multæ falsitates. Prima scilicet, ꝙ Papa possit dispẽsare, licet nõ debeat, in iuramẽto licitè, & honestè seruabili, sine causa. Secũda, ꝙ *obseruatio talis iuramenti* sit de iure positiuo. Tertia, ꝙ plus possit Papa dispẽsare cõtra vetus, q̃ cõtra nouũ testamẽtũ. Quarta, ꝙ plus possit dispẽsare circa oĩa sacramẽta quàm circa articulos fidei. Sed contra primã, & secundã adduco Sanct. Tho. ij. ij. vbi suprà, sic dicentem: Dispensatio in iuramẽto non se extendit ad hoc, ꝙ aliquid cõtra iuramentũ fiat: quia hoc est impossibile, cùm obseruatio iuramenti cadat sub præcepto diuino, quod est indispẽsabile: sed ad hoc, vt id, quod sub iuramẽto cadebat, sub eo non cadat, quasi nõ existẽs debita materia iuramẽti: sicut de voto dictum est. hæc ex illo. Nec est verũ, quòd c. vanien-

nientes. eo. titu. dicatur in omni iuramẽto autoritas superioris excepta, sed superioris ius. Et ideo Pan. in c. quãto. extrà eo. quando iuramentũ ex omni parte licitum est, 4
scilicet tam ex parte iurantis, quàm iuramentũ recipiẽtis, & materiæ: respondet cum distinctione dicens: aut tale iuramẽtum fuit præstitum per inferiorem in materia spectante principaliter ad papã: vt si iurauerint canonici nõ recipere aliquẽ in canonicum vltra numerũ talem: & tunc potest papa absoluere à tali iuramẽto sine causa: quia in tali iuramẽto intelligitur excepta authoritas papæ: vt in ca. venientes. eo. ti. & hoc ibi no. Host. Aut fuit præstitum in alia materia: & tũc aut materia, in qua præstatur, est ad honorem Dei principaliter: puta pro fabrica ecclesię vel religionis ingressũ: & sic sine causa nullus põt absoluere nisi Deus. Et sic intellige Ioan. Andr. post Vincen. in cap. ij. de 5
sponsa. quia papa nõ potest remittere obligationem Deo *quesitam* sine causa. xxiij. q. j. manet. xxij. q. iiij. §. i is qui. & multo minus potest absoluere seipsum. de iure patron. per vestras. Si tamẽ aliũ absoluit, præsumitur in dubio absolutus quo ad ecclesiam militantẽ. Si autẽ subest causa, papa *potest absoluere*: vt in c. si verò. eo. ti. imò & episcopus, si cut & votũ cõmutare: vt dicit Inn. & in c. debitores. & Pã. in c. cùm contingat. eo. ti. qui etiã poterit interpretari secundùm do. Ant. in d. c. quãto. & Specu. in ti. de delegato. quãdo scilicet dubitatur de eius validitate, & *alijs dubijs*. Quæ aũt sit inter papã & episcopũ differentia, dicetur §. iij. & iiij. Est autẽ iusta causa scandalũ vitandũ, secundùm Inno. in c. venerabilem. de elect. & gl. in c. quãto. de iureiurand. vel cùm maior vtilitas imminet in cõmutatione: vt no. Inno. in d. c. debitores. & est tex. in c. peruenit. el ij. eo. ti. vel secundùm Direct. si malum exẽplũ prorogetur in multos: vel quæcũq; alia eorũ arbitrio iudicanda, meo iudicio. de quibus causis in c. nos sanctorũ. xv. q. vj. & c. authoritatem. Aut materia in qua est præstitum, nõ pertinet ad papã nec ad honorem Dei, sed commodũ hominis: & sic papa sine causa remittere non potest: vt not. Archi. in c. authoritatẽ. xv. q. vj. sed potest ex causa: vt in c. quanto. extrà eo. & in c. ij. de voto. ¶* Tertiò quæritur, vtrũ episcopus possit in iuramentis dispensare? Et dicit Ray. ꝙ idem 3
iudicandum est de absolutione à iuramento & à voto. & gl. eius dicit ꝙ non solùm papa, sed etiam episcopus dispẽsare potest in iuramento, sicut & in voto. Et secundùm S. Thom. *ij. ij.* q. lxxxix. artr. ix. ad tertium. dispensare potest, quando dubium est, vtrum id, quod sub iuramẽto cadit, sit licitum vel illicitũ, proficuum vel nociuum, aut simpliciter, aut in aliquo casu, & intellige à fortiori si sit manifestum. Si autem sit manifestè licitũ & vtile, non videtur, inquit, habere locum dispẽsatio vel cõmutatio: nisi aliquid melius occurrat ad communẽ vtilitatem faciendum. quod maximè videtur pertinere ad potestatẽ papę, qui habet curam vniuersalis ecclesiæ. hæc ille. cuius mens est, ꝙ iuramentum licitũ ex omni parte, scilicet iurantis, & eius cui iuratur, & materiæ, sit indispẽsabile: & vtile sit incõmutabile, nisi occurrat vtilius ad commune bonũ: quod si sit homnm diœcesis, commutabit episcopus: alioquin papa: vt in nuit illud verbũ, maximè. Igitur in iuramento manifestè licito, scilicet ex omni parte, episcopus non dispensat, sed papa: & hoc ex causa. Sed si sit turpe ex parte iurantis vel materiæ, vel ex parte recipientis, poterit dispensare. vnde secundũ Inno. dispensat in iuramentis, si sunt dolo, metu, aut vi extorta. Et secundũ Pan. in c. j. de iureiurand. si notoriè constat de turpi receptione, poterit dispẽsare absq; hoc quòd citet suscipientem, vel cogat relaxare: puta si qs metu exegit iuramentũ super eo, *de quo alias etiã de iure* tenetur: vt exemplificat idem Pan. in c. ad nostrã. el iij. eo. titu. ¶* Quartò quæritur, quæ differentia in dispensando sit inter papam & episcopũ? Et dicit Archi. post Pan. ꝙ papa hoc potest respectu totius orbis: episcopus verò respectu suæ diœcesis. Item ille potest respectu magnarũ personarum, & in multũ dubijs: quomodo potest intelligi c. venerabilem. eod. ti. Iste verò hoc potest in alijs. Itẽ, vt dicit Pan. in c. proposuit. de cõcess. præben. episcopus non liberat ex toto à voto, sed cõmutat in caulam *magis* accceptã. extrà de voto. c. j. quod intellige quãdo votum tenet & ligat: papa autẽ potest ex toto liberare, quemadmodũ ipse Deus. Sed de hoc tertio ¶. Votũ. iiij. §. iij. Inferior autem episcopo non habẽs episcopalem iurisdictionem: nõ põt à iuramento absoluere, sicut nec in voto dispẽsare: vt no. in c. j. de voto. ¶* Quintò quæritur, vtrũ licitè quis possit petere absolutionem à iuramẽto in casu in quo tenet? Et Pan. in c. cùm contingat. eo. ti. respõdet cum distinctione. Nam aut iuramentum cõtinet turpitudinẽ ex parte suscipientis, *maximè concurrẽte materia turpi*, super qua ꝓstatur: ex parte iurãtis nullo iminente peccato: & sic põt peti absolutio nõ obstãte cõtradictione aduersarij. & casus est in c. debitores. eo. ti. Aut iuramentũ nullã aliam turpitudinẽ habet, nisi quia est cõtra legẽ prẽstitũ: & *in hoc dubia* gue. Aut enim lex resistit propter fauorẽ Reipublicæ principaliter: & nõ est necessaria absolutio: quia iuramẽtũ nõ valuit. de foro cõpe. si diligenti. Aut resistit principaliter ꝓpter fauorẽ iurãtis, licet secũdario in fauorẽ. publicũ, vt in muliere, minore, & huiusmodi: & tũc si seruari põt sine dispẽdio salutis, absolutio peti non põt. c. si verò. cũ similibus. eo. ti. quod intellige quãdo sine dolo, vi, aut metu, sed spõte & sciẽter est iuratũ. Si verò iuramẽtũ sit in cõtractu, & datur enormis lęsio, licet iurauerit nõ cõtrauenire, petere tñ poterit absolutionẽ: quia pręsumitur dolus. l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. cred. & l. qui testium. ff. de proba. & quia nihil interest vtrũ interueniat dolus à proposito, vel re ipsa. l. si quis cũ aliter. ff. de verb. oblig. & qa verba iuramẽti debẽt intelligi ciuili modo. ſ. ꝙ nõ cõtraueniat vlla ratione vel causa, exceptis grauib* læsionibus. ar. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. Intellige nisi sciẽter iurasset: quia cessat dolus, & re ipsa, & ex proposito: ideoq; nõ poterit. Sic ẽt si nõ intellexit enormẽ lęsionẽ: licet dixerit nõ cõtrauenire, neq; paruę neq; magnę, vt ponũt nonnulli: nõ propterea prohibetur quin possit petere absolutionẽ: de quo vide §. Arbiter. §. vij. circa fi. ¶* Sextò quæritur, vtrũ & à quo in iuramẽto possit fieri cõmutatio? Et dico, ꝙ de hoc in c. peruenit. summatim dicitur, quòd nõ deierat, qui iuramẽti cõplemẽtũ in meli* cõmutat. Circa quod Pan. ibi subdistinguit. Nã iuramentũ aut concernit vtilitatẽ priuatã, aut honorẽ Dei. Si cõcernit vtilitatẽ priuatã, cõmutari nõ potest, etiã in melius, sine cõsensu eius, *cui* præstitũ fuit: nec in hoc prodest superioris authoritas, ex hoc quod no. in c. quãto. eo. tit. & per Inno. in c. cũ inter. de renun. Pro quo etiã facit, quia debitor vnã rẽ etiã meliorẽ pro alia inuito creditore soluere nõ põt. Inst. quibus mod. tol. ob. in prin. Si verò cõcernit honorẽ Dei, *requiritur superioris authoritas* in commutatione, secundũ Ant. si dubiũ est vtrũ illud, in quod vult quis cõmutare, sit maius bonũ. Et idẽ si euidẽter est maius bonũ, sed obseruatio eius quod iurauit nõ impedit illud vel turbat, puta, qa iurauit adire S. Antoniũ, & nũc vult adire Sepulchrũ. põt enim implere primũ, & postea secũdũ: quia requiritur superioris authoritas, saltẽ episcopi, qui sicut votũ, ita & iu-

ramẽtũ poteſt cõmutare,ſecundũ Inn.in c.debitores. eo.
ti.Si verò ſeruari nõ poteſt iuramentũ ſine perturbatione
vel deſertione maioris boni, propria authoritate cõtraue
nire poteſt,ſecũdũ d. Ant.ſicut ſi iurauit adire Sepulchrũ,
aut cõtrahere cum aliqua:pòt propria authoritate intrare
religionem:quia pro tẽporali obſequio impẽdit domino
perpetuã ſeruitutẽ.ar.de vot.c.ſcripturæ.Sed no.ꝙ ſi nõ ſit
ad honorẽ Dei,nec priuatã vtilitatẽ,ſed ꝓpter bonũ cõe:
idẽ videtur ſicut ſi eſſet ad priuatã vtilitatẽ:quia cõmuta-
ri non poterit ſine cõſenſu eius qui habet curã boni cõis.
7 ¶*Septimò quæritur,vtrũ aboleri poſsit iuramẽtum per
irritationẽ gubernatoris ſeu domini?Et dicit S.Tho.ij.ij.
q.lxxxix.ꝙ ad vnũquenq; pertinet irritare,id eſt, annulla-
re iuramentũ ſibi à ſubditis factũ,circa ea q̃ eius poteſtati
ſubduntur:ſicut pòt pater irritare iuramentũ puellæ,& vir
vxoris,vt dicitur Numer.xxx.quod ſecũdũ Verue.videtur
intelligẽdũ in his quę nõ poſſunt fieri ſine ſcãdalo & ꝑiu
dicio virorũ.Et idẽ ſecũdũ Arc.de filijs & ſeruis videtur.
8 ¶*Octauò quæritur,vtrũ ille cui iurãdo aliquid promit-
titur,poſsit abolere iuramẽtũ relaxando illud? Et dicit S.
Tho.ij.ij.q.lxxxix.ꝙ ſi promiſſum erat aliquid pertinens
ad eius vtilitatem:puta ſeruitiũ vel pecunia : quia intelli-
gitur ei ſoluiſſe promiſſum,quãdo fecit Deo ſecũdũ eius
voluntatẽ.Si verò promiſſum pertinet ad honorẽ Dei,vel
vtilitatẽ aliorũ:vt religionis ingreſſus, vel opus pietatis:
tũc abſoluere nõ pòt ille cui promittit,quia promiſsio nõ
eſt facta illi principaliter,ſed Deo:niſi fortè ſit interpoſita
cõditio,ſi illi videbitur cui promittit:vel aliquid aliud ta
9 le.cõcor.Hoſt.& Ray.¶*Nonò quæritur,quid ſi duo vel
plures ſibi inuicẽ aliquid ſub iuramẽto promittũt?Et dicit
Ioã.And.in c.ij.de ſpon.& Ioã.de Lign.in cle.j.de vſur.ꝙ
poſſunt ſibi inuicẽ relaxare iuramẽtũ,quod cõcernit vtili
tatem iurantiũ tantũ:ſecus ſi cõcerneret cultũ Dei,vel reli
gionẽ,vel pietatem:puta:quia iurauerũt ingredi religio-
nẽ,dicere duo pſalteria pro inuicẽ,vel ꝙ de ſuo lucro da-
bunt certã partẽ pauperibus:quia huiuſmodi ſibi remitte
re nõ poſſunt.Similiter nec ſi iurauerunt id,ad quod tene
bantur:puta ꝙ nõ faciant furtũ,ꝙ non falſificabũt merces.
Similiter nec ſi iurauerũt facere vel nõ facere aliquid ſim
pliciter,quod nõ pertinet ad eũ cui iuratur:vt ꝙ nõ nego
tiabuntur, vel nõ facient talẽ artẽ: ſi tamen tale iuramẽtũ
reſpiciat incommodũ alterius,puta cõitatis vel aliorũ,nõ
valeret,vt dictũ eſt.Similiter nõ tenetur quãdo iurãdo de
aliquo faciẽdo vel nõ faciẽdo,intendebat ꝙ ille,cui iura-
tur,ſimiliter faceret:quia ſi ille nõ ſeruat,nec iſte tenetur.
conc.per omnia Direc.facit quod no.Hoſt.Inn.& Bern.in
10 c.peruenit.el ij.& facit c.ſicut.el iij.de iureiu.¶*Decimò,
quid ſi duo habẽtes menſurã vel ſtaterã cõitatis,quam cõ
ſueuerãt portare ad vẽdẽtes,& inde mercedẽ recipere, iu
rauerunt ſibi inuicẽ eã de cætero nõ portare?Et dicit Ver
ue.ꝙ ſi ex hoc multũ dãnificati ſunt,vt quia prouiſum eſt
de alia mẽſura,nõ poſſent authoritate ꝓpria venire cõtra
iuramẽtũ,ſi fortè ex hoc ad extremam neceſsitatẽ deueni
rẽt,vel nullo modo habere poſſent vnde viuerẽt: eṗs ta-
mẽ abſq; tãta neceſsitate poſſet iuramentũ in melius con
mutare,cũ nulli ſit vtile,ſed aliquibus dãnoſum.Et ſi alter
eorũ periurat portãdo,reliquus nõ tenebitur iuramẽto,ſi
intẽdebat iurare ſub cõditiõe,ꝙ alter ſeruaret iuramẽtũ:
tenebit̃ verò,ſi iurauit abſolutè: & ſi neſcit quomodo iu-
rauit vel intẽderit,tũc ſi emolumentũ erat cõe,nihilomi-
nus tenetur:quia nullum ex hoc fit ei præiudiciũ. Si verò
emolumentũ eſt ſolùm portãtis,tunc benignius eſt inter-
pretandum,ſcilicet ꝙ fidẽ nõ ſeruanti nõ promiſerit cum
dãno ſuo & lucro alterius:quia generaliter ſecundũ Hoſt.
& Bern.ſi duo aliquid inuicẽ ſibi iurarũt:vno non ſeruan
te,alius non tenetur.extrà eo.ſicut.el iij.niſi illud eſſet in
honorem Dei, puta dicere pſalteriũ pro inuicẽ, vel certã
11 eleemoſynã elargiri,ſ.Iuramentũ.iiij.§.ij. ¶*Vndecimò
quæritur,vtrũ venditor iurans nõ cõtrauenire vẽditioni,
& tũc dicens ſe deceptũ vltra dimidiã,debeat audiri?Et di
cit glo.in c.cũ cauſa.de empt.& vend.ꝙ non,ſi eſt maior:
ſecus aũt ſi minor:quia per tale iuramentũ nõ excluditur
niſi beneficiũ ætatis,nõ autem ꝙ renuntiet iuri cõmuni:
vnde poſſunt agere ad ſupplementũ pretij,aut vẽditionis
reſciſsionẽ,niſi iuraſſet rem aut pretiũ nõ repetere, eòꝙ
vltra dimidiã eſſet deceptus:quia tunc vtraq; via eſſet illi
præcluſa propter iuramentũ.Addit tamẽ Pan.ibi,ꝙ ſi mi-
nor eſſet enormiter læſus,poſſet petere abſolutionẽ à iu-
ramẽto,etiã ſi interueniſſent verba magis ſpecifica, vt qa
dixit ſe velle donare totum,q̃d plus valebat etiã in magna
quãtitate:quia in minore præſumitur deceptio: ar.c.ſi qs
cũ ſciret.ff.pro emp.Et idẽ credit de maiore, vt poſsit pe
tere abſolutionẽ rõne enormiſsimæ læſionis, intelligẽdo
ꝙ nõ donauerit quod plus valebit:quia nõ præſumitur in
tanta quãtitate donatio,ſed deceptio.hæc ille ibi. ſi tamẽ
12 præſumeretur donatio, ſecus. ¶*Duodecimò quæritur,
vtrũ poſsit qs propria authoritate venire cõtra iuramẽtũ
extortũ dolo?Et Arch.poſt Pan.diſtinguit.Nã ſi iuramen-
tum venit ſuper contractu reprobato,pòt:vt ſ.Iuramentũ
iiij. §.viij.Si verò iuramentũ nõ venit cõtra diſpoſitũ à iu
re:diſtinguendũ eſt:quia ſi tantus eſt dolus,ꝙ excedit mẽ
tẽ iurantis,puta quia eo ceſſante nõ iuraſſet,ſimiliter pòt:
arg.per id quod not.Ioã.And.in c.vnico.de cõmo.de quo
etiã vide in d.§.viij.Si verò dolus nõ excludit cõſenſum,
vt quia nõ dat cauſam cõtractui,requiritur abſolutio,quæ
præſtari debet nõ obſtãte cõtradictione aduerſarij, pro-
pter eius turpitudinẽ & dolum.Et ſimiliter requiritur vbi
interuenit metus,qui in odiũ aduerſarij metũ inferẽtis fa
ciliter debet impendi:vt in c.verũ.eo.tit. non ſolùm ſi me
tus cadebat in cõſtantẽ virũ:vt vult ibi gl.ſed etiã ſi metus
fuit vanus,ſecundũ Hoſt.quod magis placet Pan. in odiũ
cogentis,nec cõmodũ ex ſuo dolo reportet.Sed intellige
quãdo iurans intẽdebat ſe obligare:aliàs propria authori
13 tate cõuenire pòt,iuxta prædicta. ¶*Decimotertiò,quan
do turpitudo reperitur ex parte recipiẽtis iuramẽtũ,ita ꝙ
locus eſt petitioni abſolutionis:ſed iurãs antequã abſolue
retur incidit in periuriũ,quęritur vtrũ poſsit abſolutionẽ
petere ſicut ante periuriũ?Et dicit Arc.poſt Pan.extrà eo.
c.j.quòd aut iam eſt elapſus terminus ſolutionis, & nõ de
bet audiri:qa fruſtra implorat legis auxiliũ, qui cõmittit
in legẽ.de vſuc.quia fruſtra.Et hoc ſentit Fed.cõſi.cclxxx
viij.& hoc nõ ꝑſeueret in periurio:ſed debet ſoluere vſu-
ras,& poſtea repetere:vt ĩ c.debitores.extrà eo.ſi verò nõ
eſt elapſus terminus,ſed mora cõmittitur ex ſola interpel
latione:ſic inſtante termino ſolutionis peti nõ poteſt rela
xatio à iuramẽto,ne in termino incidat in periuriũ, ſecũ-
dùm Io.And.& ſic ſolùm poteſt petere relaxationẽ ante-
quam conſtituatur in mora ſolutionis. Sed nõ placet do.
Anto.dictũ Fed.ſcilicet ꝙ audiri nõ debeat periurus rela-
xationẽ petens: quia cũ eſſet obligatus ad ſoluendũ in ter
mino,& ad ſoluendũ ſimpliciter,quatenus remaneat obli
gatus poſt terminũ pòt petere relaxationẽ.quod Pan.pu-
tat verũ,ſi nõ perſeuerat in peccato:licet inciderit in piu-
rium,de quo eſt ſibi pœnitẽtia imponenda:ſecus ſi in pec
14 cato perſeueret. ¶*Decimoquartò quærit̃,vtrũ iurãs ſol-
uere,quod alter turpiter accipit,puta vſuras,poſsit petere
abſol

abſolutionem ante ſolutionem?Et dicit Archid.poſt Pan.
in c.j.eo.ti.quòd ſi ſimpliciter iurauit ſoluere vſuras,tunc
habet plura remedia.¶Primum,vt ſoluendo impleat iura
mentũ,deinde repetat.extrà eo.debitores.¶ Secundũ, vt
petat creditorẽ compelli ad relaxationẽ iuramẽti:vt in d.
c.j.& hoc niſi inſtaret terminus ſolutionis,ita, ꝙ ex mora
incideret in periuriũ:quia tũc non audiretur:ſed prius ſol
uat,& poſtea repetat.& idẽ ſi terminus eſt elapſus.¶ Ter-
tium,vt petat abſolutionẽ ab epiſcopo: quod quidẽ reme
dium Inno.putat eſſe ſubſidium ſubſidiariũ, id eſt,non va
lens niſi ſeruato ſecũdo remedio:& conſentit Ioan.Andr.
ſed do.Ant.tenet, ꝙ ſit ſubſidium,id eſt, valens per ſe. q̃d
magis placet Pan.quia ſi epiſcop⁹ abſoluit à iuramẽto me
tu præſtito,nec eſt neceſſe recurrere ad iuramentum reci
pientem,vt in d.cap.ad aures.extrà,de his quę vi metúſue
cau.ſi.multo magis in caſu iſto.¶ Quartũ,vt cõuẽtus exci
piat,ſe non teneri ad obſeruantiam iuramẽti,cũ ipſe cre-
ditor propter ſuam turpitudinẽ illud relaxare teneatur,
& illud relaxari petit.quod tñ facere debet ante terminũ
ſolutionis elapſum.¶ Quintũ,vt iudex ex officio ſuo cõ-
pellat creditorem deſiſtere ab vſurarũ exactiõe.Si verò iu
rauit ſoluere,& nullam ſuper hoc querimoniam mouere,
vel iudici denũtiare,tũc habet etiam plura remedia.¶Pri
mum,vt ſoluat,& poſtea repetat:quia nõ iurauit nõ repe-
tere:& hoc iuramentũ eſt ſtrictè intelligendũ: vt in c. ad
audientiã.de his quæ vi met.&c.ſed hoc ego nõ approbo:
quia virtualiter,& ſecundùm ſuam mẽtem iurauit nõ re-
petere,ſi nõ mentiebatur.¶ Secũdum,vt denuntiet eccle
ſiæ:quia nullum iuramentum obligare poteſt,quin poſsit
quis eccleſiæ denuntiare criminoſum:vt in c. quemadmo
dum.eod.ti.quod Pan.poſt Hoſtiẽ.videtur limitare vt de
nuntiet, ſi videt intentionem ſuam ſuper ſalute proximi
fundatã,& non ſuper intereſſe ſuo principaliter: quia ob
ſtaret illi iuramentũ.Sed ego dico de mente S.Tho.eſſe,
ꝙ hoc poſsit intẽdens principaliter ſuũ intereſſe: quia ex
quo iuramentũ nullũ eſt,illud me nõ adſtringit ad hanc ĩ
tentionem vel illam.¶ Tertium eſt,vt faciat ſe abſoluere
ſine citatione creditoris,ſecundùm Io.And.quod Pã.non
placet:qa hoc implicitè querela cõtinet, quam abiurauit.
Sed ego dico, ꝙ iuramentum non querulandi nõ valuit,
cùm ſit cõtra publicam iuſtitiam.¶ Quartum eſt, vt iudex
ex officio ſuo cõpellat creditorem relaxare iuramẽtum,
vel ab exactione deſiſtere.Si verò iã ſoluit vſuras, poteſt
repetere:ꝙ ſi iurauit nõ repetere vel querulari,ſemper re
manet ſibi via denuntiandi, quæ per iuramentum excludi
15 non poteſt.¶ Decimoquintò quæritur,*vtrum vocãda ſit
pars aduerſa,cùm quis petit relaxari ſibi iuramẽtum factũ
ad inſtantiam eius?Et dicit Archi.poſt Panor. quòd ſi iura
mentum continet aliquam vtilitatem ex parte recipiẽtis:
relaxari non debet,niſi vocata parte,quia nihil fieri debet
in præiudicium abſentis.de cauſ.poſſeſ.c.j. & ſi aliter fiat,
abſolutio nõ valet.quod tamẽ limitat,niſi notorie cõſtet
iuramentũ cõtinere turpitudinẽ ex parte recipiẽtis,ita,ꝙ
parti abſenti certũ ſit nullam defenſionẽ cõpetere in hoc.
quo caſu valet abſolutio pte nõ vocata. ad quod c. bonæ.
de elect.Sed ſi nõ conſtet manifeſtè de turpitudine:vt qa
nõ conſtat,ꝙ iurauerit ſoluere vſuras,puta quia cõtractus
erat ſub forma licita conceptus:& ſic non pòt conſtare de
turpitudine ante finẽ termini:vel propter abſentiã partis:
vel quia terminus inſtabat:tũc nõ fiet abſolutio parte nõ
vocata:vt in c.debitores.eod.ti.Do.autẽ Ant.dicit,ꝙ ſi tã
ta ſit turpitudo ex parte recipiẽtis iuramẽtum, ꝙ ei nulla
actio acquiratur,nec cõtractus iuramẽto firmetur,non eſt
neceſſe partẽ vocari:quia nullum poteſt intereſſe præten
dere:ſed ſuppoſito quòd debeat pars vocari,ſi tamen ab-
ſolutio fiat parte nõ vocata,tenet:ſicut dicitur de abſolu-
tionę ab excõicatione.quod ego verũ puto,quando iura-
mẽtum iuſtè petebat̃ relaxari:aliàs ſecus,niſi eo caſu quo
relaxans poſſet de iure partis auferre,& dare alteri parti.

1 *Iuriſdictio quid,& quotuplex ſit.*
2 *Ordinariam iuriſdictionem quæ donent.*

1 IVRISDICTIO ſecũdùm Azo.*eſt poteſtas de publi-
co introducta,cũ neceſsitate iurisdicẽdi,vel ęquitatis ſta-
tuẽdę.& dicitur iurisdictio quaſi iuris dictio à iure dicen
do:& eſt facultas quædã conceſſa ei,qui iuri dicẽdo ꝑeſt:
qua cõmiſſa,intelligũtur omnia cõceſſa,ſine qbus expli-
cari nõ pòt.ff.de iur.om.iudi.l.ij. Secũdùm Herueum ſic
deſcribitur:Iuriſdictio eſt,qua præſidẽs alicui reipublicæ
poteſt dicere ius ſtatuendo,ſentẽtiando,vel cũ obligatio-
ne ſubditorũ ad habẽdum id quod dicitur pro iuſto.Iuriſ
2 dictionũ q̃dam eſt ordinaria,& quædã delegata.*Ordina
riam dant quatuor.Primò lex inanimata vel canon:& hoc
in dubio:ſecus ſi appareat,ꝙ velit delegatam. Secũdò lex
animata:vt papa vel Imperator,& nõ inferior: niſi epiſco
pus ſuo vicario.Tertiò,cõſuetudo.Quartò,vniuerſitas ap
probata:vt mercatorũ,cerdonũ,& aliorũ artificũ, qui poſ
ſunt de ſuo corpore creare & eligere iudicẽ ordinariũ:&
ſimiliter vniuerſitas facultatũ artiũ,vel legiſtarũ : de quo
nota.in c.cũ ab eccleſiarũ.de offi.ord.Itẽ alia eſt plena,ſci
licet ſolius principis:alia ſemiplena,ſcilicet aliorũ à prin-
cipe.de quo vide C.eo.tit.l.iij.Itẽ quædam eſt volũtaria,
q̃n ſcilicet nemo ſe opponit:quæ exerceri poteſt omni tẽ
pore & loco.ff.de adop.l.mancipari. quædã contentioſa,
ſcilicet quando litigatur, quæ expediri nõ pòt à iudice ꝓ
cedente ſeu ſedente nõ pro tribunali,nec diebus feriatis,
nec de nocte.iij.q.iij.ſpatium.de offi. deleg.conſuluit.

1 *Ius quid.*
2 *Aequitas quid.*

1 IVS dictum eſt*quaſi iuſtum.diſt.vij.c.ius autem.& ſecũ
dùm Iſid.v.Etym.cuius multas ſignificationes ponit Io.
And.de re iud.in princ.lib.vj.& S.Th.ij.ij.q.lvij.ar.j.& in
propoſito ſumitur prout eſt pars boni & æqui:cuius me-
rito qs nos ſacerdotes appellat,id eſt,ſua iura cuilibet mi-
niſtrãtes,ſeu ſacrorũ pręceptorũ miniſtros.ff.de iuſ.& iu.
l.j.ij.reſpõſo.& eſt quid mediũ inter ęquitatẽ & rigorem.
Eſt autẽ rigor exceſſus ſiue auſteritas iuris aliquoties ad
terrorem ſcriptus,qui ſeruandus non eſt, niſi vbi timetur
exemplum mali.diſt.xlv.ſed & illud.quãdoq; tamẽ ſumi-
2 tur alijs modis:vt ĩ.Rigor.*Aequitas verò eſt iuſtitia dul-
core miſericordię tẽperata,& hãc iudex ſemper debet ha
bere præ oculis.ff.de eo quod certo loc.l. quod ſi Epheſi.
& diſt.xlv.diſciplina.& diſt.50.ponderet.qa melius eſt de
miſericordia quàm de ſeueritate reddere rationẽ.xxvj.q.
vij.alligãt.quod Ray.intelligit,niſi ex cauſa iuſta ſeruetur
rigor,aut fiat diſpẽſatio.Et quia iura humana ſemper intẽ
dũt cũ miſericordia punire,quia deriuãtur à diuino:ideo
æquitas etiã in ipſo rigore ſeruãda eſt,q̃n expedit: vñ pro
prium eius eſt diſcedere à verbis legis ſeruata eius inten
tione, vt ſuprà Aequitas,dictum eſt. Vide autem multa de
iure canonico & ciuili ĩ. Lex. Diuiditur autem ius in ius
naturale,gentium,ciuile,& publicum, dẽ quo vide diſt.j.
per totum.& ff.de iuſti.& iure.per totum.Vtrum autẽ va-
leant ea,quæ fiunt contra ius,vide infrà Lex.§.vlti.

IVSIVRANDVM,vt dicit Pan.extrà eod.in rub.& Iura-
mentũ & Sacramentum ſunt ſynonyma,id eſt, idẽ ſigni
ficantia,vt ibi probat.Dicitur verò iuſiurandũ, ſecundùm

aliquos, vt not. in authenti. sacramenta. C. si aduer. vendi. quia ius ponitur pro expressione verborum. quod nō placet ibi Petro & Cyno: & dicunt, quòd multa sunt necessaria vt iuridice iuretur: vt sit sensus, cùm dicitur de iurādo iure, id est, iuramento iure facto. & dicit Hostien. in Summa eodem titu. §. j. quòd nicil⁹ diceretur de facto iurato, vel de iure iurato. Est autem multiplex, iuxta dicta suprà Iuramentum, j. §. ij.

DE IVRE PATRONATVS, ET PATRONO.

1 *Ius patronatus quid.*
2 *Patronus quibus modis quis fiat.*
3 *Patrono quale, & quotuplex ius acquiratur.*
4 *Patronus an possit aliquid exigere in recognitionem.*
5 *Ius patronatus quomodo transeat ad hæredes vel legatarios.*
6 *Ius patronatus quomodo uendatur, & confiscetur.*
7 *Præsentatio, & institutio qualiter, & quando fieri debeant.*
8 *Patronus qualem præsentare debeat.*
9 *Patronus quando possit præsentando uariare, & quis præsentatorum præferatur.*
10 *Patronatum si duo contendant, qualiter instituet episcopus.*
11 *Patronus qualiter debeat præsentare.*
12 *Patroni unius contemptus an impediat institutionem.*
13 *Patroni plures si in præsentando discordent, quis præferatur.*
14 *Patronorum maior pars qualiter sit accipienda.*
15 *Præsentare qui sint idonei.*

1 IVS patronatus *à iure & patrono dictū, multipliciter in iure nominatur. Dicit⁹ enim quandoq; aduocatio, extrà eo. quia cleric⁹. quādoq; vicedominatus, vel custodia, seu guardia: extrà eod. præterea. quandoq; ius frequētationis vel confessionis. xvj. q. vij. piæ mentis. & c. Frigētius. quæ nomina pro eodem supponunt. de statu monach. in singulis. §. fi. Est igitur ius patronatus, secundùm Host. potestas præsentandi instituēdum ad beneficium ecclesiasticū, ītelligē simplex & vacans, secundùm Ray. Gofred. Innocen. & Bern. Vel est ius honorificū, onerosum, & vtile, alicui cōpetens in ecclesia: pro eo quod de consensu diœcesani eā fundauit, cōstruxit, vl dotauit ipse, vel is, à quo causam habuit, secundùm Io. And. & Pan. in rub. de iure patro. Quo modo autē sit honorificum, onerosum, & vtile, vide j. §. ij. per totum. Patronus quoque dupliciter sumitur, loquendo iuridicè, scilicet ciuiliter, seu secundùm iura ciuilia: & sic patronus est, qui seruum manumisit: & aduocatus, q patrocinatur in causis. & canonicè, seu secūdùm iura canonica: & est is, qui habet dictam potestatem præsentādi. ¶ Primò verò quæritur, *quomodo quis possit esse patronus,*
2 *seu acquirere ius patronatus? Et dico multa. ¶ Primum, q tribus modis fit quis ecclesiæ patronus: quia patronum faciunt dos, ædificatio, fundus: vt dicit versus: & intellige, q per quodlibet horum efficitur quis patron⁹, secūdùm Io. Andr. quod Archidiac. limitat, si fiat authoritate episcopi. Et sic patet, quòd multi possunt esse patroni: vt quia vnus dedit fundum, alius ædificauit, alius dotauit: vel etiā si plures fundauerunt, aut ædificauerūt, aut dotauerūt, vt infrà, particula tertia. circa princi. Primò ergo est quis patron⁹, quia ecclesiam fundauit, id est, fundum ad ædificandū dedit: de iure patro. c. à nobis. & c. abbatē. xvj. q. ij. sed si fundus pereat ecclesia facta vel fienda, perditur hoc ius. Secū dò. quia ecclesiam construxit. xvj. q. ij. monasterium. quod intellige si de cōsensu episcopi fiat: cùm alio modo ecclesia fieri nō debeat. de consecra. distinct. j. nemo. de iure patron. c. quoniam. & capi, nobis fuit. xvj. q. vij. filijs. Et idem est, etiam si mulier sit quæ construxit, secūdùm Archid. & idem secūdùm Hostien. & si quis funditus destructam de consensu episcopi reparauit, & intellige etiam de eadem materia: quia perinde est, ac si de nouo fecisset. de iud. cō. soluit. & in authen. vt nullus fab. orato. dom. §. j. sec⁹ si solùm refecit, secundùm Laurent. & primus ædificator perdit ius patronatus, nisi fundum dedisset, secūdùm glo. in c. quoniam. eod. titu. vel dotem. æquum tamen esset, secundùm Hostien. vt antequam reædificationi episcopus consentiat, antiquus patronus requiratur: & ipse in reædificādo, si voluerit, cæteris præferatur. Tertiò, quia ecclesiā dotauit. d. c. filijs. & c. quicunque. ibidem. quod quidam intelligunt de dote ante consecrationem data: quia nulla seruitus rei sacræ potest imponi. l. seruitutes. ff. de seruit. l. ij. §. vltim. & quod humani iuris desinit esse, seruitutem nō recipit. ff. commu. prædi. l. caueri. Sed quia habere bonū patronum nō videtur seruitus, sed beneficium, cùm nō gratia sui, sed ecclesiæ patrocinet⁹ quo ad tēporalia: ideo melius Inno. & Host. hoc intelligunt de data etiam post consecrationem: quia sine substantia rerum non potest ecclesiæ deseruiri. j. q. iij. si quis obiecerit. & eo casu secundùm Ioan. And. efficitur dotans patronus cum ædificāte. quod Panor. in c. quoniam. eo. titu. limitat verum, quādo fundator ad dotationem compelli nō potest, vt fit in istis capellis. Archidi. verò limitat primò, si fiat authoritate diœcesani, & à consecrari faciēte, vel ipso episcopo consecratore dos haberi nō potest. limita etiam si detur nomine dotis: quia si quis aliquid magnū dederit ecclesiæ ante cōsecrationem, vel post, nō dotis nomine: erit quidēbenefactor, sed non patronus, secūdùm Innocen. & Panor. in dicto c. quoniam. & Archidiac. ¶ Secundum. Quantum ad fundationem & consecrationem ecclesiæ remanent multæ quæstiones, quas Archidiac. post aliquos Doctores sic determinat: Si vnus materiam in construendo, alius gratis operas ponit, vt faber, aut soluit ponēti: ambo erūt patroni, si de hoc cum authoritate episcopi conuenerunt: aliàs non: sed supple erit solus ille, qui materiam posuit. Si tutor nomine pupilli, vel de eius pecunia, aut in eius fundo ecclesiam fundet, cōstruat, vel dotet, ius patronatus acquiritur pupillo, & non tutori: quia omnia acquisita per tutorem ex rebus pupilli, acquirūtur pupillo. de pecul. cleric. c. ij. Si clericus de pecunia ꝓpria ecclesiam cōstruat in fundo ecclesię, vtrique, id est, clerico & ecclesiæ acquiritur hoc ius: qa ecclesiæ suæ cōditionem deteriorem facere non potuit. de donat. cap. ij. & idem si in fundo proprio ex pecunia ecclesiæ, vt sentire videtur Ioā. And. Sed si ex pecunia ecclesię emptus est fundus, & facta constructio, licet non eius nomine, ecclesiæ tantùm acquiritur hoc ius. arg. xij. quęst. ij. apostolicos. Et ex his patet, quòd si laicus capellā in ecclesia construat & dotet, nō acquiritur hoc ius illi soli: sed etiam ecclesiæ simul, secundùm Panor. in capi. ad audientiam. de eccle. ædificā. quia ecclesia fundū ponit. Si ex pecunia militis non eo sciente, nec eius nomine alius ecclesiam construat, nō acquiritur hoc ius militi: quia non fuit consensus episcopi ad militem. d. c. quoniam. nec fortè expedit ecclesiæ militem habere patronū, nec etiam cōstructori: quia fraus & dolus nemini debēt patrocinari. de resc. c. sedes. sed remanebit ecclesia libera. Si de pecunia fœnebri vsurarij ecclesia cōstructa est, licet de talibus nō sit ecclesia construēda, de vsur. c. quia frustra. nec eleemosyna facienda. j. quæst. j. nō est putanda. sed restituenda sunt: propter hoc tamen non est ecclesia illa demolienda. xiiij. quæstio. vj. c. comperimus. & ius patronat⁹ acquiritur ipsi vsurario: quia dominium pecuniæ erat ipsius, imo & res empta ex ea: vt notatur per Modernos in capit. cùm tu. de vsur.

vsur. quod limitāt, si aliunde habet vnde soluat his, à quibus extorsit: aliàs ecclesia sit libera. arg. eorū quæ no. j. q. j. nō est putāda. Et idē dicēdū de ecclesia ædificata ex pecunia furis, aut simoniaca, vel acquisita per meretricium, vel alium illicitū modum. In vltimo tamen casu non est pecu 4 nia restituēda, vel erogāda pauperibus, vt in alijs. ¶ Tertium. Quantum etiam ad omnes actus inducētes hoc ius, remanēt multæ quæstiones, quas Archi. post aliquos solēnes Doct. sic determinat: Si plures inæqualiter tribuunt ad actum inducentē ius patronatus, hoc non impedit æqualē acquisitionē illius iuris. ar. de cōsue. c. fi. libr. vj. Non enim requiritur, q̄ quilibet det sufficiētem dotem, ex quo sunt plures. Vnde secundū Inn. possunt esse plures in cōstituēda dotē, & quilibet erit patronus. & idem glo. lxiij. dist. in Sum. & sic gl. in c. quicunq; xvj. q. vij. quæ vult, q̄ dans modicam dotē non sit patronus: limitatur quando vnus solus dat: secus si plures dant sufficientē. Et idem dic in ædificatione & fundatione. Et si vnus habuit licentiā à diœcesano, alij nō: ille solus erit patronus. & intellige à diœcesano, nō quidē ædificantis, sed diœcesis in qua est fundus. e. tit. nobis. de for. cōpe. sanè. Si episcopus licentiā dare non vult, vt quia vult pecuniā, vel alia de causa: referat⁹ hoc papæ, qui eum cōpellet. eo. ti. nullus. vel licentiam dabit, nisi subsit iusta causa negādi. Vtrū aūt hoc casu recursus haberi possit ad metropolitanū. Tan. Vin. & Gof. videntur sentire, q̄ sic. contrarium sensit Host. Sed alij dicunt, si episcopus monitus licentiā dare recusauerit, vel neglexerit sine iusta causa: eā dare poterit archiepiscopus: quia negligentiam suffraganei supplet. ix. q. iij. cum simus. negligentia autē est lapso tēpore monitionis nulla causa assignata. Si vacauerit sedes, capitulū poterit dare licētiā ædificādi ecclesiam: quia in his quæ sunt iurisdictionis, nō ordinis, vt est hoc, capitulum succedit. de maio. & obe. cùm olim.

3 ¶ Secūdò quæritur, *quotuplex & quale ius acquiratur patrono? Et dico, q̄ quadruplex, iuxta illud, Patrono debetur honor, onus, emolumentū: Præsentet, præsit, defendat, alatur egenus. ¶ Primū ergo est, q̄ habet hūc honorē vt præsentet instituendū ad prębēdas, siue ecclesias nō collegiatas, extrà eod. ferè per totū. in collegiatis autē in electione* 5 *iam facta nō fienda postulatur assensus patroni. eo. ti. à nobis. vel etiā in fienda, si in fundatione hoc cōcessit episcopus patrono clerico, & papa laico: vt in d. c. à nobis. iuncta glo. Et si episcopus, vel alius prælatus sine patroni præsentatione rectorē instituit: institutio ipso iure nulla est, per c. decernimus. xvj. q. vij. secūdū Io. And. in c. ij. de of. vica. lib. vj. Quod fallit primò, si patronus fuisset negligens in præsentādo: qa elapso tēpore episcopus bene instituit. & secūdò si instituēs sit papa: quia instituere potest sine præsentatiōe patroni: licet secus sit in alijs prælatis citra papā: extrà eo. cū dilectus. & similiter potest legatus de latere, si patronus sit ecclesiasticus: secus si secularis. pro quo vide gl. in cle. per literas. de pręb. & Pan. in c. quoniā. extrà eo. & est casus d. c. cū dilectus. ¶ Secūdū est, q̄ habet hūc honorē, q̄ quasi principalis & primus in processiōibus inter dit. xvj. q. vij. piæ mētis. & c. Frigentius. ¶ Tertium est, q̄ habet hoc onus, q̄ sit defensor præcipuus ecclesiæ: ideò, q̄ tenetur eā defendere ab omnibus oppressorib⁹. xvj. q. vij. filijs. vnde ei tenetur de administratione rationē reddere præsentatus. intellige, si patronus sit ecclesiastic⁹, vt no. in c. cū & plātare. de priui. & Pan. in c. ex literis. & c. cū propter. eo. ti. non tamen valde strictè dicēdo quid expendat quotidie, sed in genere: vt no. Pan. in c. ex literis. extrà eo. ¶ Quartū, vt habeat hāc vtilitatē, q̄ si vergat ad inopiam, alatur de bonis ipsius ecclesię. d. c. filius. ita scilicet, q̄ ex reditibus vltra necessaria remanētibus ecclesia tenetur alimētare patronū pinguius, quàm alios pauperes. xvj. q. vij. quicunq;. el ij. & c. nobis. in fine. de iure patron. ¶ Tertiò quæritur, *vtrū patronus aliqd possit exigere in recognitionem iuris patronatus? Et dico, q̄ nō, secūdū Panor. in c. præterea. el ij. eo. tit. nisi in fundatione hoc à diœcesano fuisset sibi reseruatū. Nam in ipsa fundatione pōt patron⁹ laicus de cōsensu episcopi certū retinere censum. d. c. præterea. non tamen potest seruitiū aliquod exigere post fundationē: vt dicit ibi Pan. nisi reseruatū fuerit per episcopū tępore fundationis, vel aliàs iure cautū. Vnde si episcopus authoritatē præstitisset, posset tale ius vēdere, titulo apud ipsum remanēte. ¶ Et dicit primò per illū tex. se aliàs consuluisse, q̄ populus patronus exigere nō potest à presbytero certos cereos in recognitionē iuris patronat⁹, ex quo illud nō fuit reseruatū tēpore fundationis: nec potest patronus propria authoritate aliquod seruitiū, vel aliud tēporale sibi reseruare: sed hoc facere debet episcopus ad eius petitionē. Infert etiā secundò, q̄ si patronus in testamēto mandauit ecclesiam cōstrui, & reseruauit aliquā pensionē annuatim filijs soluēdā, q̄ eā exigere non poterunt, nisi episcopus illud reseruet patrono per statutū. ¶ Et tertiò, q̄ patronus donare nō potest ius patronatus sine consensu episcopi: & intellige laico, vel clerico ratione patrimonij. Secus si vult donare ecclesiæ extrà eo. illud. Imò secūdū Doct. si episcopus statuisset pēsionē patrono immoderatā respectu reditū ecclesiæ, vel quæ ex postfacto incipiat multū grauare: reduci poterit ad moderationē debitam. ¶ Fallit quod dictū est de reseruatione cū authoritate episcopi: primò, qñ patronus nō dedit dotē pinguē, & abundantē, sed solū necessariā ad sustētationē ministrorū: quia tūc nullū seruitiū poterit sibi retinere: vt not. Pan. in c. j. de cen. ¶ Secūdò, qñ locus religiosus, puta monasteriū, in proprio solo proprijs expēsis ecclesiā cōstruxit: quia talis locus habet in ea omnia tēporalia bona, sicut episcop⁹ omnia spūalia. de priu. cū & plātare. §. in ecclesijs. & de capel. mo. c. j. & nihilomin⁹ habet dictus locus ius præsentādi. de supp. neg. prel. c. sicut. ¶ Quartò queritur specialiter *vtrū, & qūo ius patronatus transire possit ad hęredes, vel legatarios? Et dico multa. ¶ Primū. Pro intellectu dicēdorum aduerte, q̄ dupliciter hoc ius trāsit in aliū. Primò secūdū se: sicut cū permutatur cum alio spūali. Secundò, gratia ei⁹ cui est annexū: vt cū vendit, vel donatur, aut aliter trāsit in aliū villa, vel huiusmodi: vñ & dicitur trāsire in aliū cū vniuersitate bonorū: vt xvj. q. vij, nemini. & extrà e. ex literis. & c. cū seculū. nisi specialiter de ipso excipiatur, secūdū Host. sic ēt trāsit ius sepulchri. ff. de cōtr. emp. l. in modicis. & similiter oīa iura q̄ possunt p laicos possideri. Sed secus de decimis, & ecclijs, & alijs iurib⁹ mere spūalib⁹, secūdū Inn. qa illa cū vniuersitate nō trāseūt. quod Host. limitat, nisi vniuersitas trāsiret in ecclesiā, vl locū religiosū: qa tūc etiā illa trāseūt. Nō pōt aūt secūdū Arc. & Io. And. tolli à patronis etiā à legato de latere, sed solū à papa: qui ēt hoc nō facit, nisi ex causa vrgēti, ne laici retrahātur à constructiōe & dotatione ecclesiarū. Ius igit⁹ patronatus trāsit ad hęredes, secūdū Pa. in c. j. de iure pat. & oēs docti. Et erit hoc ius apud quēlibet hęredū i. solidū, ēt si ex inæqualib⁹ partib⁹ sint hęredes, secūdū gl. i. c. j. e. ti. modo nō sit aliqs hęres cōstitutus in certa re: & cuilibet patronorū cōpetit quo ad oēs effect⁹ prēter sacerdotis presentationē, quę ita est apud oēs cōiter, q̄ nō ē apud aliquē singulariter: extrà eo. c. j. & ij. vt cōiter tenēt Doct. licet forsan, vt dicit Inno.

pingu-

pinguior sit vox illius qui plus habet in hæreditate? Et ratio est secũdũ gl. quia cùm hoc ius sit indiuisibile, nõ possumus dicere vnum habere duas partes in eo sicut in hæreditate. ¶ Secundũ. Nec potest diuidi hoc ius inter hæredes, secundũ Pano. in d.c.j. qualitercunq; intelligatur ista diuisio, cùm ipsum ius sit incorporale: possent tamẽ cõuenire patroni vt alternatis vicibus præsentẽt. d.cle.fin. & de hoc possunt pacisci secũdũ Host. & Ber. licet contrarium senserit Inn. quod intelligi potest vt honestius sit si semper cõcordẽt. & similiter si habẽt plures ecclesias, possent cõuenire vt vnus in vna, & alius in alia presentet: qa sicut in tẽpore, ita & respectu locorũ est pmissa diuisio: & hæc nõ est ea quæ prohibetur in d.c.j. de iure pa. ¶ Tertiũ. Et non solùm ad suos, sed etiã ad extraneos hæredes transit, secundũ Pan. in c.cũ seculum. eod.tit. de mente Io. And. & Inn. quia si filij solũ succederent, nõ posset patronus illud transferre in aliam personam etiã cũ vniuersitate. quod patet falsum in d.c. cum seculũ. & in c. illud. eod.ti. Vnde trãsfertur in quoscunq; hæredes, & nõ solùm in mares, sed etiam in fœminas. arg. cle.fi. de cõcess. preb. & sentit gloss. in c. quoniã inueſtiturã. xvj.q.vij. & ideo secũdũ Fed. cõs. iij. filius, qui repudiauit hæreditatem paternam, non erit patronus: similiter nec filia dotata nõ succedens patri: quia renuntiat hæreditati. Ex his collige duo. Primũ, ꝙ si filia est hæres, succedit sicut masculus, vt dictũ est. Secundum, ꝙ ius patronatus regulatur ab hæreditate etiã inter filios: & sic filius, qui non est hæres, non succedit in hoc iure. qđ sentit Ioan. And. in c. si verò. eod.tit. dicens, ꝙ vbi est consuetudo, ꝙ solus primogenitus succedat, vt in Anglia, alij filij non succedent in iure patronatus: imò secundùm Pa. in d.c.j. eod.tit. si pater instituit filium in certa re, & extranei hęredem vniuersalẽ: ius patronatus in extraneũ trãsibit, & non in filium: vt d.c.j. ¶ Quartum. Succedunt autẽ hæredes, per stirpes, & non in capita, secundùm Panor. in d.c.j. & hodie determinatum est in clem. fi. extrà eo. vnde si plures succedunt vni ex duobus patronis ecclesiæ, omnes habentur loco vnius. Quintum. Nec potest hoc ius adiudicari vni ex hæredibus, secundũ Pan. in c. querimonia. eod.tit. quia si æqualiter diuidunt: tunc si datur habẽti minus pro restauratione, illicitũ est, & simoniacũ. eod.tit. pręter ea. ¶ Sextum. Panor. in d.c. cum secundũ. refert Ioann. And. dicere, ꝙ quemadmodũ ius patronatus potest donari, ita & legari: quia legatũ est donatio quędã facta à testatore: vt Instit. de lega. in prin. ideoq; infert, ꝙ si donatur ecclesiæ, non est necesse interuenire cõsensum episcopi, sicut in donatione inter viuos. Si autem legatur laico, vel ẽt clerico nomine proprio: tunc debet interuenire cõsensus episcopi, sicut in donatione. Dicit tamẽ hoc speciale fauore vltimę volũtatis, vt cõsensus episcopi possit interuenire etiã ex post facto: licet sit cõsiliũ vt habeatur cõsensus tẽpore testamẽti, vel ante mortẽ testatoris. Et idem sentit Io. And. in dicto cap. cum secundũ. eod.tit. dicens, ꝙ sine licentia episcopi tenet legatum factũ de eo ecclesię: sed non priuatæ personæ. Fed. autem fuit in singulari opinione, ꝙ titulo legati transferri possit sine consensu episcopi. Sed moderni cõmuniter tenent quod dictum est, maximè Cal. dicẽs, ꝙ ante consensum episcopi ius patronatꝰ cõsistit apud hæredẽ: quia ex ordinatione laici ius hoc non potest in aliũ trãsferri: & hoc plus placet Pan, quia iura communiter loquũtur de filijs, vel hæredibus, non autẽ de legatarijs: vt in c. filijs. xvj. quæst. vij. extrà eo. cap. j.

¶* Quintò quæritur, qũo generaliter trãseat in aliũ etiam in fiscum? Et dico multa. ¶ Primũ. Hoc ius directè non dicitur spirituale: quia cadit in laicum, sed secundũ quid, in quantũ per ipsum prestatur via ad cõsequendũ spirituale beneficium: vnde etiã vocatur annexum spirituali. extrà eo. de iure. ¶ Secũdũ. Summariè loquẽdo secundũ Host. hoc ius transfertur in aliũ quatuor modis. Primò. s. successione, vt dictum est: & secundò, permutatione ad aliud spirituale. de re. permu. ad quæstiones. & c.fi. & tertiò, donatione. extrà eod. præterea. & quartò, venditione: qa licet specialiter vẽdi nõ possit, extrà eo. de iure. tamẽ transit cũ vniuersitate, nisi de ipso excipiatur, vt dictũ est, extrà eo. ex literis. & c. cum seculum. Adde ꝙ similiter transit cum vniuersitate in cõductione ad firmam, seu ad pẽsionẽ. d.c. ex literis. & similiter secũdũ Io. And. in legatione, quæ est quædã donatio. ¶ Tertiũ. Donatione hoc ius sic transit in alium, ꝙ donari nõ potest cuicũq; laico sine licentia episcopi. extrà eod. præterea. maximè vbi dubitatur ne fiat in fraudem, & in potentiorẽ trãsferatur, vt ibi innuitur: cleri co autem sine tali licẽtia donari potest. quod Pano. in d.c. cũ seculũ. videtur limitare si clericus recipiat nomine ecclesię suæ: si verò nomine proprio, requiritur dicta licentia. & idem sentit Io. And. in d.c. cum seculum. vt patuit §. priore, partic. vj. Ecclesiæ verò, & loco religioso, secundũ Docto. cõmuniter, sine licentia episcopi donari potest, vt not. in c. nullus. & c. ex insinuatione. & c. illud. & c. vnico. eo.ti. li. vj. ¶ Quartum. Si aũt vẽdatur specialiter, est simonia: si verò ematur intẽtione priuãdi, aut præsentandi quẽ velit, spoliari debet emptor, & ecclesia esse libera, secũdũ Inno. Sed si ematur cum vniuersitate tẽporaliũ, cum qua & ipsum transit, non est simonia, secundũ Host. & Cald. & patet ex c. ex literis. eo. tit. Quod in c. quia clerici. limitat Pan. nisi illa temporalia principaliter ematur propter hoc ius consequendũ: quia esset simonia, scilicet ex parte emptoris. Limita etiã, nisi & ipsum cũ talibus in venditione exprimatur: quia secũdùm Io. And. in c. vnico. eod. tit. lib. vj. si dicatur, vendo tibi villam, & ius patronatus quod habeo in villa: nõ valet venditio: sed secus si simpliciter villã vendit: vt in clem. pastoralis. de re iudi. Et idem si vendatur palatiũ, in quo est capella: quia licet contrarium notet Inno. & Host. in d.c. ex literis. tamen verior est opinio dicentium, ꝙ transit illud ius patronatus cum palatio: ar. l. si mercede. §. si eum fundũ. ff. de actio. emp. Et ideo emptor & feudatarius cùm acquirant directum, vel vtile dominũ rerũ, similiter acquirũt ius patronatus licitè, sicut alios fructus habẽt. ff. de contra. emp. l. in lege. §. dolia. ¶ Quintũ. In feudum hoc ius dari potest cum vniuersitate: vt in d.c. cum seculũ. non autẽ specialiter & expresse, secundũ Host. quia feudũ requirit homagiũ, quod est rei temporalis: pignori autem dari nõ potest simpliciter, vt planum est, nec cum vniuersitate, secũdũ Inno. licet alij sint in contrarium. Et ratio potest esse: quia dato opposito, scilicet ꝙ esset pignoratum cum vniuersitate, nõ posset præsentare creditor: qa nõ põt vti re pignorata. nec debitor: quia trãstulit in creditorẽ. & sic fieret detrimẽtũ ecclesiæ: quod esse nõ debet. d.c. cum seculũ. ¶ Sextũ. Publicatis bonis omnibus patris, nõ cõfiscatur hoc ius, nec eo priuatur filius, si publicatio fiat ab Imperatore vel iudice seculari, etiã pro crimine lęsæ maiestatis: quia Imperator priuare hoc iure laicũ nõ potest, cũ habeat illud à papa: vt no. gl. Archid. in c. filij. xvj. q. vij. quod intellige verum, nisi hoc ius esset in aliqua vniuersitate seculari: qa cum ea trãsiret. Vide etiã glo. in c. satis peruersum. dist. lvj. quæ dicit, ꝙ licet pater cõmiserit crimen lęsæ maie. ex quo filij efficiũtur infames. l. quisqs. C. ad l. Iul. ma. infames aũt etiam promoti deijciuntur. vj. q.j. infam

q.j. infames. filij tamẽ clerici nõ perdunt beneficia: qa nõ efficiũtur infames: & sic nec ius patronatus, imò etiã si nõ sunt clerici, nisi cũ vniuersitate, vt dictũ est. ¶ Septimum. Secundũ Archi. dist. lxxj. c. hortamur. ius patronatus præscribi non põt à laicis etiã parochianis. Sed Ioan. And. in Nouel. super regula, quod alicui gratiose. in vj. diffuse disputans efficaciter destruit rationes Arch. & cõcludit cõtrarium. vide ibi. ¶ Sextò, cùm patronus habeat præsentare episcopo rectorẽ instituẽdũ in ecclesia, cuius est patron⁹. xvj. q. vij. decernimus. quæritur qñ debeat præsentare, vel episcopus instituere? Et dico multa. ¶ Primũ. Patronus, si est laicus, præsentare tenetur intra quatuor menses à tpe vacatiõis. Si verò est ecclesia, monasteriũ, vel cleric⁹, intra sex, etiam si ius patronat⁹ habuit ex collatione laici, extrà eo. si laicus. li. vj. aliter episcopus ordinabit de ecclesia. ar. extrà eo. quoniã. & c. cùm ꝓpter. Sed intellige si patronus sciẽter omittit præsentare: quia ei ignorãti non currit dictũ tẽpus, secundũ Fede. & Io. And. in c. ij. de sup. neg. prelat. & Pan. in c. cùm propter. extrà eo. ti. ¶ Secundũ. Si aũt patroni sint simul laicus & clericus, vel ecclesia seu monasteriũ: habebũt similiter tẽpus sex mensiũ ad præsentãdũ, secundũ Io. And. & Arch. in c. vnico. eo. tit. lib. vj. & glo. in d.c. si laicus. cõtra Host. ita, ꝙ ratione cõmuniõis priuilegium ecclesiæ transibit ad laicũ, ad instar eius quod dicit de eo qui habet rẽ cõmunem cũ pupillo, q̃ vsucapi nõ potest vel præscribi propter pupillũ: vt in l. si cõmunẽ. ff. quẽ adm. ser. amit. & ita per ecclesiã cõsequitur quod p se non posset. Et idem Pan. in c. eã te. eo. ti. quia magis dignũ trahit ad se minus dignũ: de cõsec. eccl. vel alta. c. quod in dubijs. Sed itellige de patrone ecclesiastico habẽte hoc ius ratione ecclesiæ: quia si haberet ratione patrimonij, esset idẽ per omnia sicut in laico. eo. tit. cùm dilectus. & glo. in cle. fi. eo. tit. & no. Pan. in d.c. eã te. ¶ Tertium. Si patroni ex contentione de patronatu occupati intra dictũ temp⁹ nõ presentãt: nihilominus episcopus prouidebit. Nã duo sunt casus, vt not. Pan. in d.c. quoniã. in quibus episcopus sine præsentatione patroni rectorẽ instituit. Primus, quãdo cõtentio super patronatu nõ deciditur intra tẽpus præfixũ patronis ad præsentãdũ. Ex hoc vltimo habes casum, in quo nõ valẽti agere currit tempus. Necnũ est simile de electoribus & præsentatoribus: qa si nõ deciditur quęstio inter electores intra tẽpus ad eligẽdũ præfixũ, non deuolui tur propter hoc ad superiorẽ potestas liberè ordinandi ecclesiã, secũdũ Host. & Io. And. quia nõ est quod imputet habẽtibus ius eligẽdi, cũ per eos nõ steterit, sed p litẽ sibi motã: vnde cũ contrariũ statutũ nõ sit nisi in pśentatiõe, nõ debemus hoc ius extẽdere ad electionẽ, vbi habet pinguius ius, & esset præiudiciũ maius: cũ fortè daretur superior nõ gratus vel nõ expediens. pro quo videtur tex. c. ij. de in integ. restit. vbi longo tẽpore fuit certatũ super iure eligẽdi: nec tamen fuit ad superiorem deuoluta potestas. ¶ Quartũ. Semestre, quod in c. nulla. de cõcess. præb. datur superiori, cùm facta est deuolutio ad eũ in beneficio cõferẽdo, nõ habet locũ in habẽte instituere præsentatũ p patronũ, secundũ dominos de Rota: vt refert Pan. in d.c. nulla. quia ille tex. loqtur in eo q̃ habet cõferre: nõ aũt extẽditur ad habẽtẽ instituere: qa in istitutione nõ debet esse tempus ita prolixũ: cũ institutor habeat solùm examinare præsentatũ: alioquin longo tẽpore posset vacare bñficiũ. i. per annũ, si institutor haberet sex mẽses, sicut & ecclesiasticus patronus. Et quia respectu institutionis nõ habetur tempus à iure præfixũ, remediũ est, ad superiorẽ recurre-

re, qui præfigat tempus instituտori. Et idẽ in eo qui habet cõfirmare electionẽ, vt scilicet tempus sibi per superiorẽ præfigatur, si differt intra tẽpus debitũ confirmare. hęc et illo. ¶ Septimò quæritur, *quales possit vel teneat patronus præsentare? Et dico multa. ¶ Primũ. Patronus tenetur presentare aliũ à se: & quantũcunq; idoneus seipsum præsentare nõ potest. extrà eo. per vestras. potest tamen pater præsentare filiũ suũ vel nepotẽ, si fit idoneus, secũdũ Host. Gof. & Ber. quin potius videtur presentandus quàm alius, scilicet cæteris paribus. de coha. cle. c.j. Si etiã sint plures patroni, possunt præsentare vnũ de seipsis. arg. de elect. c. cùm in iure. Similiter vacante ecclesia, potest eps vocare patronũ, & illi motu proprio cõferre, secundũ Host. arg. d.c. cùm in iure. & idem Pan. in d.ca. per vestras. & cõiter Doct. Et si obijciatur, qa institutio facta sine pśentatione patroni est irrita vel irritãda: vt in c. illud. eo. tit. respõdet idẽ Pan. ꝙ patronus acceptãdo collationẽ, videtur cõsentire, nec tamẽ se ingerere: cùm hoc nõ habuerit originẽ à se, sed à superiore. Item pśentatio interuenit aliquãdo ex post facto: vt in c. si verò. extrà eo. ¶ Secundũ. Si patron⁹ præsentet nõ idoneũ seu indignũ, si ipse est collegium vel persona ecclesiastica, priuatus est pro ea vice iure præsentãdi, & deuoluտ ad superiorẽ. extrà eo. cùm in cũctis. & de suppl. negl. præla. sicut. Et idẽ, secundũ quosdã, si sit laicus, saltẽ est priuãdus: licet secundũ Inn. bene faciat episcop⁹ si iterũ remittat, quisionẽ patrono laico. Et hoc sequitur Sum. Ros. sed Supple. & Sum. Ang. melius tenent, ꝙ nõ sit priuatus. quod etiã tenet Archi. in c. suspecti. de præb. lib. vj. & Inn. & Ber. in c. cùm vos. de offi. ord. vbi dicit glo. ꝙ nõ est priuatus vel priuãdus: quia laicus est minus expertus circa ecclesiastica, & minus habet tẽpus ad pśentandũ, quàm clericus: vnde & variare potest nõ cleric⁹. extrà eo. cũ aũt. Et hoc elicitur subtiliter ex d.c. cùm vos. & hoc sequitur Arch. addens, ꝙ potest priuari. Peccaret tamẽ mortaliter patronus etiã laic⁹ sciẽter præsentãdo indignũ: qa infidẽliter agit tỏfficio sibi cõmisso. ¶ Octauò quæritur, *posito, ꝙ multi possunt variãdo præsentari, quis eorũ sit præferendus? Et dico multa. ¶ Primũ. Potest patronus laicus duos successiuè præsentare: ita, ꝙ variare potest antequam episcopus cõfirmet. Et iudicio episcopi relinquitur quẽ velit instituere. extrà, eo. cùm aũt. Ex quo patet, vt ibi elicit Pan. ꝙ variare potest accumulatiuè, sed nõ ex toto recedẽdo à primò, aliàs episcopus nõ haberet illã facultatem. Si verò patronus sit collegiũ vel ecclesiastica pśona, variare nõ potest, sed primus est prefẽrẽdus, extrà eo. cùm aduocat. & Pan. addit de mẽte Inn. ꝙ eius præsentatio habet vim electiõis: quia sicut electores variare nequeũt, de elec. publicato. ita nec præsentãtes. & idẽ sentit Arch. ita, ꝙ posset appellare acquisito sibi iã iure, si sine causa repelleret, secundũ Gof. arg. extrà eo. pastoralis. Et intellige de patrono ecclesiastico, cui cõpetit pśentatio iure ecclesiæ: secus iure patrimonij, quia idẽ est per omnia in eo quod in laico. pro quo vide glo. in cle. ij. eo. tit. ¶ Secundum. Si duo sint patroni laicus & clericus, qui primò præsentauerunt vnũ, & deinde variãdo laicus præsentauit aliũ. Pan. ĩ c. cùm aũt. eo. tit. dicit, ꝙ nõ habebit locum dispositio d.c. cùm autẽ. vt scilicet episcopus possit gratificari: quia primus est potior, cùm præsentatus fuerit ab vtroq;, secũdus verò à laico tãtùm. Itẽ quia licet patronus variare possit ĩ præiudiciũ præsentati, nõ tũ cõpatroni. ¶ Tertium. Et si præsentatus secũdo sit idoneus magis, secũdũ Pan. in d.c. cùm aũt. episcopus nõ habebit optionẽ, licet Io. And. videatur sentire cõtrarium per c. si fortè. lxiij. vbi dicitur, ꝙ

vbi vota sunt paria, præferẽdus est qui maioribus iuuatur meritis. & facit d.c. cùm autem. dum ponderat, q̃ secũdus erat æquè idoneus: secus ergo si idone⁹ magis. Imò putat Panor. q̃ si magis idoneus postergaretur, posset appellare: quia id cõmittitur iudicio episcopi taquã boni viri: qa verbum, iudicium, sapit discretionẽ & arbitriũ boni viri.

4 licet habere annuos reditus: vt §. priore dictum eſt: tamen hoc debet intelligi pro victu aut veſtitu, & ad tps nõ modicũ. vnde ſecundũ Card. in d. cle. exiui. poſt Fed. eos poſſunt habere, ſi relicti ſunt ad certũ vſum diuini cultus: puta vinum pro ſacrificio: frũmentũ pro hoſtijs; & conuẽtus eſt capax. & ſimiliter ſi relicti ſunt pro victu aut veſtitu: vel indiſtinctè non perpetuũ, ſed ad modicũ tẽpus: quia videtur legatũ vinum, cuius ſumma quo ad ſolutionẽ diuiſa eſt: nec per hoc tollitur mẽdicitas, ſed ſubleuatur: ſed ſi relinquuntur ad tẽpus non modicũ, non valet: quia cõputãtur inter immobilia: vt in d. §. quicunq; annui. Dicitur autẽ tẽpus nõ modicũ, ſecundũ Sum. Ang. id quod eſt vltra decennium: ſed melius dicitur ſecundũ Sum. Roſe. decẽnium, vel vltra: vt no. in cle. j. de rebus eccl. non alie. in gl. Addit etiã ipſe Card. q̃ non repugnat mendicitati ſeruare victualia, quando timetur q̃ alio modo haberi non poterunt. ¶ Secundum. Legata autem quę fiũt eiſdẽ fratribus minoribus, dum quidã indirectè relinquunt hoſpitalibus aut collegijs cum onere ſoluẽdi ſingulis annis duas petias pãni, vel huiuſmodi, ſecũdũ Pan. in c. in præſentia. de probatio. & in c. nimis praua. de excel. præla. nõ valẽt: qa eſſet habere quandã proprietatẽ: & poſſent eſſe tot annui reditus, q̃ eos nõ oporteret mẽdicare. qđ eſt cõtra eorũ regulam. Prędicatores tamen non ſunt incapaces ex eorũ regu- 6 la: ſed ex cõſtitutionibus. Sed intellige iſta nõ licere, non quidẽ indiſtinctè, vt tenuit Sum. Roſ. ſed quãdo poſsidẽãtur quaſi reditus & proprietates, exigẽdo etiã in iudicio: ſecus eleemoſynaliter extra iudiciũ petendo, vt §. ſequẽ. ¶ Tertiũ. Petrus de Palu. ordi. prædica. in epiſtola ad magiſtrũ ordinis eiuſdẽ, loquẽs de dicto ordine, & conſequẽter de omnibus mẽdicantibus, de anniuerſarijs perpetuis ſic dicit: Sicut nõ eſt contra ordinẽ, imò de ordine recipere quotidianas eleemoſynas: ita etiã anniuerſaria perpetua. nec hoc eſt habere redit⁹ recipiẽdo gratis, & petẽdo extra iudiciũ, nec eſt in hoc neceſſaria diſpenſatio, ſicut nec in quotidie mendicando: ſed repetere illa in iudicio, tanquã reditus ſibi debitos, non licet abſq; diſpenſatione, quæ fieri non debet, nec illud diſsimulari, niſi ex cauſa neceſsitatis: puta, in locis vbi ita charitas refriguit, q̃ fratres ſeminãtes ſpiritualia nõ poſſunt aliter metere corporalia. hæc ille, addens idẽ eſſe de cenſibus annuis & reditibus fratrũ ad vitã. & cõcor. Archid. & Farinerius ordi. mi. generalis in conſti. dicens, q̃ non licet fratribus inducere aliquẽ ad talia legata faciẽda: quod ſi facta fuerint, in iudicio non petant: quaſi innuẽs, q̃ extra iudiciũ, per modum eleemoſynæ peti poſſunt. Ex his Sum. Roſ. infert, q̃ annuum prouentum locorũ poſſeſsionis vel huiuſmodi, non licet minoribus etiã extra iudiciũ exigere: ſed recipẽ. ſp õte oblatum. Sed per exactionẽ ſi intelligit compulſionem ad dãdum, nihil eſt quod dicitur: quia hoc extra iudiciũ non fit niſi per violentiã. Si verò intelligit petitionẽ, dico q̃ hoc poſſunt, ſecundũ Sum. Ang. licet is qui eſt daturus, ad hoc in cõſcientia teneatur: ſicut poſſunt petere eleemoſynã ab eo, qui ad eã tenetur ratione ſuperfluitatis. Prędicta limita de reditibus & prouẽtibus ad magnũ tẽpus: quia ſi ſint ad modicũ, poſſunt mẽdicantes illos petere in iudicio, exceptis minoribus, quibus nõ licet per dictã cle. §. verũ. de verb. ſig. Pro prædictis etiã aduerte ſequi ex dictis Petri, q̃ idẽ prouẽtus reſpectu vnius fratris poteſt repugnare mẽdicitati, nõ reſpectu alterius: vt quia vnus intendit in iudicio repetere, & non alius. ¶ Quartũ. Quod dictum eſt de perpetuis anniuerſarijs, idẽ à fortiori dici poteſt de prouentibus, quos aliquãdo domini ordinãt annuatim fratribꝰ dari ſuper datijs vel gabellis iuſtis: quia ſunt eleemoſynæ, cùm ſponte & ad beneplacitum dentur & reuocentur. ¶ Quarto quæritur,* vtũ legatũ factũ duobus re coniunctis, ſi vnus repudiat, aut viuo teſtatore moriat, aut deportetur, vel huiuſmodi, accreſcat alteri? Et dicit Pet. de Peru. in tract. de ca. porti. epiſcopi. q̃ ſic. l. re cõiuncti. ff. de leg. iij. & l. vnica. §. his ita. C. de cad. tollen. non autẽ accreſcit cognatione legali coniũctis. l. mulieri & Titio. ff. de condi. & demonſtra. Eſt autẽ notandũ, q̃ legatarij dicũtur cõiuncti re & verbis, qñ vna res legatur eis copulatim: vt, lego Stichum meũ Petro & Martino. & re tantũ, quando legatur diuiſim: vt lego Petro Stichum meum: itẽ, lego Martino Stichũ meum: vt Inſtitu. de lega. §. ſi eadẽ res. in tex. & glo. & verbis tantũ: vt quãdo Petro & Martino legatur fundus æquis portionibus. Præfertur autẽ coniũctus re & verbis, alijs coniũctis re tantùm: an verò coniũctus verbis tantùm, præferatur coniũctis re tantũ. eſt opinio diuerſa. Sed dic q̃ nõ æqualiter veniunt, vt not. in d. l. re cõiuncti. Vnde dicit Angel. Aret. Inſtitu. de pupil. ſubſtitu. §. ſingulis. q̃ qñ teſtator dicit, lego filiabus meis cẽtum pro qualibet, licet ſint verbaliter coniũctæ, tamen quia quælibet ad ſua centũ, & ſic ad rem diuerſam vocãtur, nõ eſt inter eas ius accreſcẽdi. & caſus eſt, & ibi Barto. in l. huiuſmodi, §. j. ff. de lega. j. ¶ Quintò quæritur,* vtrũ legatũ factũ epiſcopo, in dubio præſumatur factum contẽplatione eccleſiæ? Et dico duo. ¶ Primũ. Cùm aliquid relinquitur cõſtituto in dignitate non ratione dignitatis, ſed ratione ſuæ perſonæ, illud eſt ſuum, & ſi ante diem cadentem legati moriatur, expirat legatum, vt ſuprà dictum eſt Legatum. j. §. viij. & arg. l. cum princip. & ſequen. ff. de legat. ij. Sed ſi legatũ aſſequatur, erit ſuum, & ab inteſtato ſuccedũt propinqui. arg. c. quia nos. de teſtam. Si verò relinquitur ei ratione dignitatis, vel loci, in quo habet dignitatem, etiam ſi moriatur ante diem cadentem legati, debetur ſucceſſori: quia dignitas non moritur. xij. quæſt. ij. liberti. ¶ Secundum. Adquæſtionem igitur motam dicunt aliqui, q̃ cùm aliquid relinquitur principi, videtur legatũ eſſe dignitati, ex hoc quòd relictum eſt ſub nomine dignitatis: vnde ſucceſſori debet

debetur, ſi ille moriatur ante diẽ legati cadentẽ: quia dignitas non moritur. d. c. liberti. Sed vbi relinquitur aliqd Auguſtæ, ſi illa moritur ante diẽ legati cadentẽ, legatũ perijt. l. cũ principi. & ſeq. ff. de leg. ij. quia cũ dignitatẽ habeat, nõ ex ſe, ſed ex Auguſto, nõ videtur ei relinqui ſub nomine dignitatis, ſed ſub nomine ꝓprio: vnde nõ debetur Auguſtæ ſuccedẽti, niſi alio medio ꝓbabili cõcludatur teſtatoris volũtas. Et ex his de mente Bart. faciũt theorica, q̃ ſi quid relinquatur expreſſo nomine proprio tantùm, videtur relictũ pſonę. expreſſo verò appellatiuo tãtùm, relinquo principi, vel epiſcopo: videt relictũ dignitati. expreſſo verò vtroq;, ſi præcedit, ꝓpriũ, videtur cedere perſonæ: ſi appellatiuũ dignitatis, vel eccleſiæ, cedit dignitati. & de hoc p Card. in l. ciuibus. ff. de reb. dub. Pan. aũt in c. requiſiſti. de teſta. dicit, q̃ in dubio ad cõiecturas eſt recurrẽdũ: vt ſi factũ à perſona cõiuncta, nõ præſumatur factũ contẽplatione eccleſiæ, quãuis dixerit, relinquo hoc epiſcopo, vel domino Ioanni, nõ expreſſo epiſco: & ſic erit ſuũ, & ſuccedent propinqui ab inteſtato. c. qa nos. de teſta. Si verò legetur ab extraneo: præſumitur factũ cõtẽplatione eccleſię. & idẽ per omnia dic de quocunq; habẽte adminiſtrationẽ, ſeu prelationẽ in eccleſia. Sed ego dico, q̃ poteſt cõiunctus nõ amare cõiunctũ, & ecõtra extraneus extraneũ amare: & ſimiliter nomine ꝓprio poſſumus ſignificare dignitatẽ, Imperatorẽ vocãdo Cæſarẽ. & ecõtra nomine appellatiuo certã perſonã: ſicut cũ ruſticus cognominat rex: ideo voluntas teſtatoris in dubio ex cõiecturis explorãda eſt probabilibus, primò qdẽ ex realibꝰ, & verbalibꝰ ſimul, ſi poſsibile eſt, vt innuit tex. in d. c. requiſiti. deinde verò ex ſumptis à rebꝰ, vt facit Pan. dein 11 de verò ex ſumptis à nomie ſi reales deficiũt, vt facit Bar. Eſt aũt notãdũ, q̃ verbũ, adminiſtratio, hic verificatur in habẽte dignitatẽ, ſeu miniſterĩ in eccleſia ſeparatũ à cõgregatione, & ſecũdũ Inno. in d. c. requiſiſti. adminiſtrationẽ habet, q̃ poteſt abſoluere: prælatio etiã hic ſumitur largè, vt cõpræhendat etiã habentes eccleſiã curatam. Ex traneus etiã dicitur, qui nõ eſt cõiunctus in quarto gradu cõſanguinitatis, vel affinitatis: vt eſt tex. in auth. licentiã. C. de epiſc. & cle. & in auth. de ecc. ti. §. interdicim⁹. & idẽ gl. xij. q. iij. c. j. & eſt cõmunis opinio, quãuis aliqui aliter 7 teneãt. ¶ Sextò* quæritur, cuius cõtemplatione præſumatur factũ legatum eccleſiaſtico, nõ habenti tamen adminiſtrationẽ in eccleſia? Et dico, q̃ de habẽte adminiſtrationem dictũ eſt §. priore. de nõ habẽte verò, q̃ tamẽ eſt eccleſiaſticus, dicit Pan. in d. c. requiſiſti. de teſta. q̃ in dubio præſumetur factũ intuitu pſonæ, ſi propriũ poteſt habere: ſi verò habere nõ põt propriũ: puta, qa religioſus, ſic pſumitur factum intuitu monaſterij, vel eccleſiæ. Facit l. Deo nobis. C. de epiſc. & cle. & xviij. q. j. c. vnico. Et ſic quãdo factũ eſt intuitu eccleſiæ, diſponere non poterit, niſi ſicut 8 de rebꝰ eccleſiæ. ¶ Septimò* queritur, cuius erit legatũ ſactũ eccleſiæ ſanctæ Mariæ indiſtinctè, cũ in loco ſint multæ? Et dicit Pan. in c. indicãte. de teſta. q̃ in dubio dabitur eccleſiæ parochiali, ſi vocatur illo nomine: alioquin dabitur pauperiori, ſecũdũ cõmuniter doct. & ſi ſint æquales, ſecũdũ cõmuniorẽ opinionẽ dabitur epiſcopo, vt diſtribuat, vel gratificet alteri. & ſi nulla ſic vocet in loco illo, ſecũdũ glo. in d. c. nos quidẽ. de teſta. dabitur eccleſiæ cathedrali: vt no. in gl. prędicti c. indicãte. & facit l. quæ cõdictio. ff. de cõdi. & demõ. vbi ſi teſtator mãdauit aliqd fieri in foro, & nõ dixit in quo, intelligitur de foro illius municipij vbi habitat: & hoc de autoritate epiſcopi, & executoris. Similiter quãdo legatur aliquid eccleſię faciẽdę, & nõ dicitur de loco: epiſcopus & executor ꝓuidebũt de loco cõſtructiõis: & hoc fauore piæ cauſæ, niſi aliter cõſtet de 9 mẽte teſtatoris. ¶ Octauò* queritur, vtrũ legatum factum filiofamilias in dubio præſumatur factũ intuitu patris? Et dicit Bar. in l. cũ aliquis. C. de iur. delib. & refert Pan. in c. Raynutius. de teſta. q̃ ſi ſit per iſta verba, lego filio Martini: intelligitur cõtẽplatione patris: maxime ſi exprimatur nomen filij: puta Titio filio Martini: & nominatio patris intelligitur facta cauſa demõſtratiõis. nõ obſt. d. l. cũ aliquis. quę loquit in ſeruo: quia exprimitur qualitas, quæ ſi eſſet vera, legatũ de iure acquireret domino. & ſic videtur contẽplatione domini factũ. ſed ſecus in filio: quia filiatio nõ facit relictũ acquiri patri: qa poſſet eſſe emãcipatus, & maximè hodie, cùm in aduentitijs acquiratur filio ꝓprietas. Si verò fieret de patre mẽtio, & de patria poteſtate, idẽ eſſet ſicut de ſeruo: de quo tñ dubitat Pan. quia filiationis qualitas nõ impedit ꝓprietatẽ acquiri filio: & ideo videtur, q̃ ſolũ vſusfructus acquiratur patri. ¶ No- 10 nò queritur,* vtrũ legatũ factũ omnibꝰ canonicis talis ecclesiæ, etiã expreſsis nominibus, præſumatur eccleſiæ cõtẽplatione factũ? Et dico q̃ ſic, per l. ciuibus. ff. de reb. du. vbi dicit rex. q̃ ciuibus ciuitatis legatũ, vel fideicommiſſum datũ, ciuitati relictũ videtur. qđ verũ eſt, ſecũdũ gl. niſi datũ ſit, vt ſingulis: qa nõ ciuitati, ſed ipſis ciuibus acquiritur. Facit l. annua. §. à Titia. ff. de annu. leg. Secus ſi vni nõ habẽti adminiſtrationẽ, vel prelationẽ, qui eſt ſimplex canonicus: qa ſibi, nõ eccleſię acquiritur, vt dictũ eſt: niſi probaretur legatũ factũ fuiſſe intuitu eccleſię: vel niſi legatarius fraudẽ adhibuiſſet. d. c. reqſiſti. in fi. de teſta. & 12 facit l. nonnunquã. ff. ad Treb. ¶ Decimo* quæritur, cùm legatarius vti nõ põt legato, niſi reſpectu eccleſiæ: vt qa legauit quis clerico viã per ſuũ fundũ, qua vadat ad eccleſiam: vtrũ in dubio intelligatur factũ intuitu eccleſiæ? Et dico q̃ ſic: & ſic acquiritur eccleſiæ. & ita intelligo qđ no. glo. in l. nõ plures. C. de ſacroſan. ecc. ne legatũ ſit inutile. Vide etiam quod notant doct. in l. j. C. eod. ¶ Vndecimò 13 quæritur,* qd ſi quis legat ſic: lego Petro & filijs eius poſſeſsionẽ, vel aliud? Et dico, q̃ Petrus habebit medietatem, & filij eius aliã medietatem cõſequenter. ff. de vſufr. accr. l. ſi quis Titio. & de teſta. c. Raynaldus. in glo. ¶ Duodecimò 14 quæritur,* vtrũ legatũ, quo mihi licet cædere lapides in ſolo teſtatoris, trãſeat ad meos hęredes? Et dico q̃ nõ. & eſt tex. in l. apud Iulianũ. §. ſi quis. ff. de leg. j. Et ratio ſecundũ gl. eſt, qa eſt ius perſonale. ¶ Decimotertiò* quæritur, vtrũ faciens legatũ alicui adimi, & ſibi relinqui per ſuggeſtionẽ, ſolicitudinẽ, vel importunitatem, teneatur? Et dicit do. Bar. Cepo. in ſuis cautelis, quòd teneat actione de dolo, vel in factũ ſubſidiaria ei, cui ademptum eſt, vel cui ideo nõ eſt relictũ. ff. de doli excep. l. j. not. Ang. in l. fin. C. ſi quis ali. teſta. prohi. & facit l. j. & ibi no. C. de peti. bo. ſubla. lib. x. Sed melius dic vt j. Reſtitutio. ij. §. vj. q. 15 incipit, aliquãdo. ¶ Decimoquartò* quæritur,* quid ſi teſtator erret in nomine? Et dico nõ officere, modò cõſtet de quo ſentit. l. ſi in nomine. C. de teſta. Facit ff. de leg. j. l. iiij. Inſti. de lega. §. ſi quis in nomine. ¶ Decimoquintò 16 queritur de quotidiana queſtiõe:* Pone q̃ legatarius cõmiſerit aliqd, quod ſi teſtator ſciuiſſet, vt qa vxorem eius corrupit: quæritur, an legatarius repellatur exceptiõe? Et videtur dicere gl. in l. fideicõmiſſum. C. de fideic. q̃ ſic: qđ Bar. dicit procedere ſine ſcrupulo, ſi hoc cõmiſit vino teſtatore: ſi verò cõmiſit poſt mortẽ eius, eſt dubiũ: qa dici nõ poteſt, q̃ teſtator tacitè reuocauerit. & ideo tũc putat dicendum, quòd legatũ nõ extinguitur: ſed à legata-

rio auferetur tanquam ab indigno: vt not. in l. sorore. C. de his qui. vt indi. hæc ex illo. Et sic ex prædictis videtur dicẽ dum, ꝙ talis legatarius possit tenere cũ bona conscientia dictum legatum, donec per iudicẽ aliter fuerit iudicatũ. Secus tamen videtur dicẽdũ, si testator diceret, rolinquo vxori meæ centũ, si castè vixerit: quia si fornicetur, non poterit in conscientia illa habere, seu vsumfructum.

RVRSVS de Legatis tertiò, quæritur ad rem legatã, quid scilicet possit, aut qd intelligatur legari.

1 *Legari quid possit.*
2 *Legari an possit res aliena, etiam in foro conscientiæ.*
3 *Legata una re, an intelligantur legari ei annexa.*
4 *Legatum in genere, an ualeat.*
5 *Legatæ quatuor mensuræ olei, quæ sunt in tali uase, an debeantur, si ibi non reperiantur nisi duæ.*
6 *Legato omnium bonorũ mobiliũ, an cõtineant fructꝰ, & debita.*
7 *Legans lancem minorem, qualem debeat.*
8 *Legans uni fundum, & alteri usumfructum, quid intelligat.*
9 *Legato alimentorum, quid debeatur.*
10 *Legatum annuum, an singulis annis debeat peti.*
11 *Legatum dotis quid ualeat.*
12 *Legans creditori, an uideatur uelle compensare.*
13 *Legato si sit annexũ onus, an ratione eius detrahat de gabella.*
14 *Legans ancillam nomine Bertam, si eam uendat, & aliam Bertam emat, an debeatur secunda.*
15 *Legatam rem si uendat testator, an postea teneatur hæres.*
16 *Legatis Titio centum, quæ si perdat, iterum lego alia centum: an semel tantùm debeantur.*

LEGATVM tertiò considerari potest, quo ad rẽ legatam: quid scilicet possit, aut quid intelligatur legari. pro quo etiã vide j. Lex. ℣. xvj. ad fi. ¶ Primò igitur quæ-1 ritur,* quid legari possit ex bonis nõ alienis? Et dico multa. ¶ Primũ. Legari potest, quod nondũ est in rerum natura, modò sit futurum: vt fructus futuri in tali fundo, aut quod nascetur ex ancilla, & huiusmodi. Inst. de lega. ℣. ea quoq; res. ¶ Secundũ. Quælibet res testatoris, & hæredis similiter legari potest: nec refert an sciuerit, vel ignorauerit esse suã, vel hæredis. Instit. eo. ℣. si quis rẽ suã. Et ratio huius patebit ℣. si quidẽ. ¶ Tertiũ. Iura, actiones, & seruitutes, & huiusmodi incorporea, similiter legari possunt, nisi viuẽs testator debitũ exegerit, vel remiserit. Et in dubio præsumitur legatũ voluisse adimere exigẽdo, vel re-3 mittendo. Inst. de lega. ℣. cũ aũt. in tex. & in glo. ¶ Quartum. Debitori sua liberatio legari põt. Instit. eo. ℣. si quis debitori. nisi testator viuꝰ exegerit. Instit. ibidẽ. ℣. causam. ¶ Secundò* quæritur, vtrũ testator legare possit rẽ alienã 2 etiam in foro cõscientiæ? Et dico ꝙ sic, si sciens legauit: & hæres tenetur eã emere, & præstare, vel soluere æstimationem, si eã habere nõ potest, vt possit æstimari. Inst. de lega. ℣. nõ solum. & ℣. quod autem. Sed pro intellectu prædictorũ dico multa. ¶ Primũ. Quãtũ ex Pan. extrà, de testa. in c. filius. colligitur, intellige, quod dictũ est cũ tali distinctione: Aut eã res legata sciens, erat testatori pignorata, vel in ea habebat aliquod aliud ius: & tũc nõ præsumitur legasse, nisi ius quod habebat: & sic nõ debitè æstimatio: vt in l. serui electiõe. ff. de leg. j. & sic si legauit fundum, quẽ cõduxerat per quinquenniũ, hæres soluet pensionem, & legatarius habebit vsum fundi, sine aliqua solutione. l. qui cõcubinã. ℣. qui hortos. ff. de le. iij. Aut res legata erat simul cõis testatori & alteri: & sic intelligitur legasse partem suam solùm, nisi dixisset totam talem rem, vel aliqd æquialẽs: quia sic æstimatio deberetur: vt not. Bar. in l. cũ alienã. C. de lega. Aut res omnino est aliena: & tũc si est hæredis, debet res omnino. & est tex. in l. vnũ ex familia. ℣. si rẽ. ff. de leg. ij. Si verò nõ est hæredis, sed alterius: si legauit sciẽter, debet res, vel æstimatio, si æstimari potest. d. l. cũ alienã. sed si illus rei cõmerciũ haberi nõ potest, legatũ est inutiliter: vt qa legauit rẽ sacrã, vel principis. l. apud Iulianũ. ff. de lega. j. Si verò legauit ignoranter: tunc aut extraneo: & non valet indistinctè, secundũ Sum. Ange. vel mèlius secundũ Sũ. Pisa. non valet, nisi res esset hæredis: quo casu tenetur eã præstare. d. l. vnũ. ℣. si rẽ tuã. aut nisi reliquerit psonæ cõiunctæ, cui aliàs tantũ de suo erat relicturus si sciuisset. d. l. cũ alienã. Et Bal. in l. j. C. de sacrosan. eccl. tenet ecclesiã esse coniunctã personã, cùm sit omniũ fideliũ mater. xij. q. ij. qui abstulerit. Sed Pan. in c. filius. de testa. tenet ꝙ nõ, sed solũ coniunctũ sanguine esse hic coniunctam personã: vt in c. nonnulli. de rescrip. Ego autẽ dico, ꝙ coniunctã personã, vel extraneã per accidens sẽ habet: sed per se considerandũ est, si ei aliàs erat relicturus: & tenetur hæres, etiã extraneo: tũ quia si aliàs erat relicturus, est ratio legis: tũ volũtas eius pro lege seruanda est. xiij. q. ij. c. vl. ¶ Secundũ. Quæ decisa sunt parti cula priore, cõter doct. tenent esse vera. etiã in foro canonico, & cõscientiæ: vt refert Panor. in d. c. filius. de testa. ipse verò ibi tenet cõtrariũ propter tex. dicentẽ, ꝙ secũdũ leges seculi hæres cogitur soluere rẽ alienã legatã: sed quia lege Dei, nõ lege huius seculi viuim⁹, valde iniustũ videtur, vt res tibi legatæ, quę cuiusdã ecclesię esse phibẽtur, à te teneãtur. Sed suũ motiuũ est inefficax: qa secũdũ Inn. tex. loquit in rebus ecclesiæ, legatis alteri ecclesię, in qbus legatũ nõ tenuit. vnde indubitãter in omni foro tenenda sunt prædicta: quia procedũt in virtute huius, ꝙ volũtas testatoris seruãda est, si scitur, aut ꝓbabiliter deprehenditur per cõiecturas: & eo casu idẽ est, ac si legasset alternatiuè rẽ principaliter, aut saltẽ pretiũ eius. ¶ Tertiũ. Per prædicta soluitur quæstio, quę de facto accidit, scilicet vtrũ muliere legãte monasterio pro salute animę vestem alienã. i. soceri, teneat legatũ? Et dico ꝙ sic, iuxta prædictã distinctionẽ. nõ obst. d. c. filius. qa cõmunior est lectura Inn. ꝙ loquatur in rebꝰ ecclesię. quẽ etiã intellectũ tenet gl. in c. si episcopꝰ. xij. q. v. vbi Archi. videt dicere, ꝙ hoc casu legatarius agere poterit ad æstimationẽ. Et hoc, scilicet legatũ valere, & saltẽ æstimationẽ deberi, cõmuniter tenẽt doctores in d. l. cũ alienã. ¶ Tertiò* quæritur, vtrũ 3 legata vna re, aliquãdo debeat ĩtelligi legata esse etiã alia in dubio? Et dico multa. ¶ Primũ. Legata domo, debetur etiã hortus ei cohærens, secundũ Pan. in c. Raynutius. de testa. ff. si serui. ven. l. testatrix. & ff. de act. emp. & vend. l. si creditor. in fi. quod limita primò in dubio: qa si aliter cõstaret de voluntate legãtis, secus esset: & secundò quãdo eadẽ ianua claudit domũ & hortũ. tẽcus si sic nõ cohæret: qa nõ debetur. Et sic intellige gl. in c. fi. xij. q. ij. & Pan. vbi s. De hoc in c. sancitũ. de censi: vbi domus, ac hortus ponuntur vt diuersa. ¶ Secũdũ. Legatis vestibus vxori, ornamenta aurea, vel argẽtea earũ nõ videtur legata: qa accessoria pretiosiora suo principali nõ accedũt. Sed tñ Lud. Ro. tenet, ꝙ veniẽt etiã pretiosiora; & accedãt principali: vel l. & si nõ sunt. ℣. pueniam⁹. ff. de aur. & arg. leg. & Bar. ibi in l. cũ aurũ. dicit gl. falsam in l. ij. ff. de pec. leg. q vule, ꝙ accessoria pretiosiora nõ extinguãtur destructo principali. Est autem aduertendũ, quod Bart. in l. nulli prorsus. C. nulli licere in fræ. & eque. sel. lib. xj. notat mulieribus non esse de iure prohibita ea, quę spectant ad earum ornatũ: sed hodie in multis ciuitatibus est statutũ, quod aliqua ornamenta eis portare non liceat. Propter quod dicit

dicit, eo casu quo sunt prohibita, nõ possunt dici accessiones vestium. arg. dict. l. Et eodem modo nõ possent dici mulieris causa empta ea, quæ gratia eius sunt prohibita. Hæc ex illo. ¶ Tertium. Legato chirographo, intelliguntur legatæ actiones q̃ sunt in eo. l. qui chirographũ. ff. de lega. iij. ¶ Quartum. Legato lecto venit ornamentũ eius: 4 vt in l. librorũ. ℣. si. ff. de leg. iij. ¶* Quartò quæritur, quid 7 debeatur quãdo legatum fit in genere? Et dico ꝙ legatum nullum est, si genus illud sit generalissimũ: vt, lego substãtiam vel rem. Si verò est subalternũ: vt, lego animal, cor- 8 pus, & huiusmodi, similiter est nullũ: qa data musca esset quis liber. Si verò est genus inferius, quod impropriè dicitur genus, sed est species specialissima: tunc distinguẽdũ est. Nam si res huiusmodi generis habet certos fines à natura designatos, vt bos, equus, & huiusmodi: est varia opi- 9 nio. Sed placet mihi opinio Ioã. quam sequitur Accur. in l. legato generaliter. ff. de le. j. scilicet, ꝙ aut testator quos reliquit seruos vel boues incertos, & de incertis sunt in suo patrimonio: & tunc eligit legatarius: vt Instit. eo. ℣. si generaliter. dum tamẽ non eligat optimũ. d. l. legato. Aut nõ sunt in suo patrimonio: & sic electio erit hęredis: vt ff. 10 de tritico leg. l. iij. in princip. & l. iiij. Et similiter vbi testator de certis seruis sensit incertũ: puta, qa legauit vnũ de seruis suis: sic electio erit legatarij. l. qui duos. ff. de lega. j. Si verò habet certos fines ex sola distinctione hominis: vt fundus. ff. de lega. j. l. quod in rerum. ℣. si quis. sic nõ valet: 11 quia videtur deriserĩ: quia hæres præstãdo fundũ vnius digiti vel vnguis liberaretur: dicta lege, quod in rem̃ ℣. si quis autẽ. Si verò habet facto hominis: vt domus, quę per factum hominis de duabus fit vna: diruendo parietem, & huiusmodi: vt ff. cõmunia prædio. l. si quis duas. ℣. j. sic aut legans domũ in genere reliquit domos aliquas: & electio 12 erit legatarij. aut nõ reliquit: & legatũ erit derisorium. ff. de lega. j. l. si domus. Aduertendum est tamẽ, quòd quãdo electio datur hęredi in rebus legatis in genere, & istud genus est talis qualitatis, ꝙ in ipso sunt quædam nihil valentia, & quæ nõ habere magis expedit quàm habere: tũc nõ potest talia dare: sed debet rem mediocrem: vt in d. l. lega. to. & C. de dona. l. si quis argẽtum. ℣. j. & C. commu. de legat. l. fina. ℣. j. Si verò sumus extra talia, poterit hæres dare numum in tali genere. l. si ita scriptum fit. in fin. & l. apud Iulianum. ℣. Seio. ff. de leg. j. & ff. de reg. iu. l. semper in obscuris. ff. de verb. obli. l. si ita stipulatus. Fallit hoc in legatis ad pias causas: quia debetur id quod melius est fauore piæ causæ, vel saltẽ mediocre: puta, legatũ est vas: debitur argẽteum inter aurum, & orichalcum, vel stannum: vt habetur & nota. in l. Titia. ℣. Seia. ff. de auro & argento lega. to. vbi dicit Bart. ꝙ si legatur calix, intelligitur argenteus: 5 si planeta, intelligitur de serico. & sic de similib. ¶* Quin tò qritur, quid iuris si quis legauit quatuor lagenas olei, quæ sunt in tali vase, quæ scilicet nõ sunt nisi duæ: vel si de pecunia quæ est in tali capsa legauit vni xxx. alij xx. alij x. 13 & non sunt nisi triginta? Et dico solùm deberi id quod inuenitur. l. si quis testamẽto. ff. de leg. j. & vnicuiq; pro rata defalcabitur, vt scilicet is cui xxx. legauerat, nõ habeat nisi xv. alius x. alius v. Facit l. cũ certus numerus. ff. de tri. vi. & oleo leg. & de lagenis est casus in l. si quis seruũ. ff. de leg. 6 ij. ¶* Sextò quæritur, vtrum legans mihi omnia bona sua *mobilia, in dubio intelligatur etiã omnes fructus & debitores legasse?* Et dico ꝙ sic, omnes fructꝰ, qui tẽpore mortis testatoris erant à solo separati. ff. de rei vendi. l. fructus. sed nõ habeo de tali legato nomina debitorũ suorum, nisi aliter de mente constiterit: quia nomina debitorum non sunt mobilia nec immobilia, sed *in tertia specie*. ff. de re iudic. l. à diuo Pio. ℣. in venditione. Item quia non est nostrũ quod nobis debetur: sed tãtùm illud quod possumus vendicare. ff. de auro & argen. leg. l. ij. Sed de hoc dic vt ŝ. Alienatio. ℣. ix. Et idem dic de lignis & lapidibus ad ædificium præparatis, ꝙ non veniunt: arg. ff. de leg. iij. l. ligni appellatione. ℣. si. ¶* Septimò quæritur, quid si habẽs lan- 7 cem maximam, minorẽ, & minimam, legat lancem minorem? Et dico, ꝙ debetur mediæ magnitudinis in dubio. ff. de auro & argen. leg. l. qui lancem. ¶* Octauò quæritur, vtrum is qui legauit vni fundum, alij vsumfructũ fundi, in dubio debeat intelligi legasse vnicuiq; ipsorum dimidiũ vsusfructus dicti fundi? Et dicit Ludo. de Ro. ꝙ sic. l. si alij. ff. de vsufruct. lega. secus in iudicis sentẽtia: vt l. & puto. ℣. j. ff. famil. ercis. ¶* Nonò quæritur, quid habebit is cui le- 9 gatur victus, & vestitus, seu alimenta, quod idem est? Et dico ꝙ habere debet cibũ, potum, vestes, lectum, habitationẽ, & ea, sine quibus viuere nõ potest. ff. de alimẽ. & ciba. lega. l. legatus. ff. de ver. signifi. l. victus. non tamen ea quæ pertinent ad disciplinam. d. l. legatus. intellige nõ necessariam: vt ŝ. Alimenta. in principio. ¶* Decimò, si testator 10 legauit filiæ suæ nuptæ quotãnis aureos decem pro indumẽtis, & illa per quatuor annos dictam summam à fratribus nõ petiuit, quæritur an petere possit summã præteritorum annorũ? Et dico ꝙ non, arg. l. quidam prædia. ff. de vsufruct. lega. ¶* Vndecimò quæritur, quid vxori valeat 11 legatũ quo legatur ei sua dos? Et dicit Asten. ꝙ plenior est actio ex legato quàm ex dote. Instit. de legat. ℣. & si vxori. quia vt ibi dicit gl. legatũ statim debetur: dos verò, si constat in mobilibus, debetur post annũ. Itẽ valet, qa nõ habebit probare dotẽ fuisse tãtæ quãtitatis si exprimatur: aliàs sic. C. de fals. causa adiect. l. iij. ¶* Duodecimò quæritur, 12 vtrũ legãs creditori suo in dubio videatur voluisse cõpensare? Et dicit Pan. in c. officij. de testa. ꝙ sic, per l. si cũ dotẽ. ℣. si pater. ff. sol. ma. vbi dicitur, ꝙ filia, cui debebatur dos, & factũ est legatũ, nõ potest repetere vtrũ. j.: quia videtur testator legasse animo cõpensandi cum dote. & ibi Bar. & cõiter moderni hoc limitãt verũ, quãdo relictũ est per debitorẽ necessarium, qui ex necessitate iuris tenebatur ad debitũ. Secus per debitorẽ volũtariũ, qui scilicet sua volũtate se obligauit ad debitũ: quia hoc casu nõ videtur factũ animo cõpẽsandi, nisi sit expressum: vt probatur in l. vnica. ℣. sciẽdũ. C. de rei vxo. act. vbi habetur, ꝙ si maritus, qui tenetur. l. ex volũtario cõtractu matrimonij, restituere dote post mortẽ, aliquid vxori simpliciter legauerit: illa poterit petere vtrũq;. Et similiter dic de legato facto cuicũq; creditori à debitore. ad quod C. de hæ. inst. l. si cõpẽsandi. ff. de leg. j. l. Lucius. & ff. de leg. ij. l. vlt. ℣. pe. & in d. c. officij. vbi legatũ episcopo simpliciter factũ, nõ minuit portionẽ sibi debitã ex aliis legatis factis ecclesijs: quãuis, vt dicit ibi Pan. legator nõ est debitor epi necessarius aut volũta-
rius, sed ecclesiæ ipsæ, quibus reliquit. ¶* Decimoterciò 13
quæritur, si legato sit annexũ certũ onus, an ratione dicti oneris sit legatarius absolutus à soluẽda gabella, qua ex statuto debetur solidus ꝓ libra, vel hmõi? Et dico, ꝙ tãto minus soluere tenetur, quãta est oneri æstimatio: vt videtur voluisse Dy. & Bal. per l. sed si hoc. ff. de cõd. & demõst. sit hoc facit secũdũ Sum. Ro. cõtra gabellarios, qbus pro facco frumẽti debẽtur quatuor solidi, vel hmõi: vt solui non debeat de eo quod accepit molẽs: quod rationabiliter diceretur, si per portã transiret frumentũ solùm dũ fertur ad molendinum. sed vbi transit propter multas causas, de his nõ habet iudicare datiarius, sed accipere quod statutũ est.

14 ¶*Decimoquartò quæritur, si legans ancillam nomine Bertam eam vendiderit, & emerit aliam vocãs eam simili ter Bertam, an debeatur Berta secunda? Et dico ꝙ sic. ff. de cõdi. & demonst. l. filiæ suæ. quod limita nisi testator vendendo habuerit animũ adimẽdi legatum. de quo dic vt §. 15 sequenti. ¶*Decimoquintò quæritur, vtrũ legatis aliquibus rebus & postea venditis per testatorẽ, teneatur hæres? Et dico quòd sic, nisi vẽdẽdo testator habuerit animũ adimendi legatũ. Insti. eod. §. si rem. & in dubio probabit hæres voluntatem defuncti esse mutatam: vt no. glo. in d. §. si rem. Et idem dicendum si rem legatam pignori tradidit: quia nisi habuerit animũ adimẽdi legatum, tenetur hæres eam redimere & tradere legatario. d. §. si rem. Instit. eod. 16 ¶*Decimosextò. Quid si testator dicit, lego centum Titio: & si ea perdiderit, iterum lego alia centum? Et dico, ꝙ hæres semel tantùm restituere tenetur. ff. de leg. iij. l. fidei commissa. §. si quis decẽ. Quomodo legari possit vsusfructus, & quomodo intelligantur talia legata: relinquo vxorem meam dominam & vsufructuariã, vide j. Vsus. §. xiij.

RVRSVS DE LEGATIS quartò ad pias causas.

1 *Legatum quod dicatur esse ad pias causas.*
2 *Legatum pro male ablatis incertis an dicatur ad pias causas.*
3 *Legatum incertum an censeatur esse ad pias causas.*
4 *Legatum consanguineo pauperi an sit ad piam causam.*
5 *Legata ad pias causas an gaudeant eodem priuilegio cum legato ecclesiæ.*
6 *Legato ad pias causas facto an detrahatur Falcidia uel Trebellianica.*
7 *Legatum ad pias causas ut ualeat, quot testes requirantur.*
8 *Legata ad pias causas an ualeant sine institutione heredis.*
9 *Legata ad pias causas an ualeant in testamento minus solemni.*
10 *Legata ad pias causas an uitientur uitiato testamento.*
11 *Legatum ad certum usum an possit ad alium usum conuerti, à quo fiat talis commutatio: & an requiratur consensus heredis. nume. 12. 13. & 14.*
12 *Legata præstari quis iudex compellat.*

1 LEGATVM quartò considerandum est, quando est ad pias causas. ¶*Primò verò quæritur, quod legatũ dicatur esse ad pias causas? Et dico, ꝙ tale est omne quod relinquitur pro anima: vt sentit gl. & clarius Bar. in l. si quis 5 Titio. ff. de leg. ij. Et quod relinquitur miserabilibus personis, vt pupillis, viduis, peregrinis, pauperibus, & huiusmodi auxilio proprio destitutis, secundũ Petr. de Peru. in tract. de canonica portione episcopi. alleg. lxxxvij. dist. c. j. quia huiusmodi personæ in iudicio & extra quadam prærogatiua lætantur. C. quãdo Imperat. inter pu. & vi. per to 6 tum. & in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. & in auth. de eccl. ti. §. fi. & de verb. sign. c. super quibusdam. in fi. quod verum limita de pupillis & viduis pauperibus. de foro compe. ex tenore. de offic. deleg. significantibus. Et quod relinquitur ecclesiæ, vel alijs pijs locis. de testi. c. fin. Pia autẽ loca sunt hospitalia, monasteria, & quælibet alia loca, in quibus senes, pauperes, & languidæ personæ aluntur, & alia opera charitatis exercentur. d. l. si quis ad declinandam. & l. orphanotrophos. ibidẽ. & de relig. do. de xenodochijs. Et secundũ quosdam quod relinquitur ad custodiã ciuitatis, vel aliorum locorũ communiũ seu publicorum, arg. c. ij. de immun. eccle. & C. de dona. l. penult. §. 7 ij. sed clare l. illud. C. de sacrosanct. eccle. & quæ ibi not. & 8 quod relinquitur ad refectionẽ pontium, & viarum, vt dicit glo. in l. j. §. ad municipiũ. ff. ad legem Falcid. similiter murorum & fossatorũ vrbis, aut castri, & similiũ: & hoc si necessitas immineat, aliàs nõ: arg. l. ad instructiones. C. de sac. sanc. eccle. & l. omnes prouinciarũ. & l. ad portus. C. de oper. publ. & l. vnica. C. de quibus mu. & l. pe. C. de priuil. do. Aug. & c. ij. & c. nõ minus. & c. aduersus. de immu. eccl. Et quod legatur in ornamentis ecclesię, pro luminaribus, fabrica, libris, & alijs ad cultũ diuinũ pertinẽtibus, siue sit ad tẽporalem, siue ad perpetuũ cultũ. de testa. c. fin. & facit gl. C. ad l. Falc. auth. similiter. Et quod relinquitur pro redimẽdis captiuis. l. nulli. C. de epis. & cler. in auth. de eccl. tit. §. si quis. Et quod relinquitur pro maritãdis puellis, secundũ Bar. in l. j. ff. sol. mat. & in l. si ego. in prin. ff. de iure do. & in l. ij. ff. de dona. & argu. c. fi. de fer. vbi dicũt doctores, ꝙ dos est pia causa: & consequẽter relictũ pro dote, est ad piam causam. Et quod relinquitur pro alimẽtis: intelige egentiũ. xij. q. ij. aurũ. Et generaliter quod Deo relinquitur, pro anima cẽsetur relinqui. Et ideo cõclude, ꝙ pro priè dicitur relictũ ad pias causas, quando relinquitur pro Dei honore aut sanctorũ: vel pro salute animæ, quibuscunque personis aut locis relinquatur: quia piũ est quod fit ꝓpter cultũ diuinũ. secus pro honore mũdi, aut perpetua fama: quia nõ dicitur piũ. In foro tamẽ causarũ, si dubiũ fuerit, presumetur omne relictũ supradictis, ad piã causam esse relictũ, id est, pro Deo & animæ salute. ¶*Secũdò quæro, vtrũ dicatur ad pias causas legatũ ꝓ male ablatis incertis? Et dicit Io. And. in addi. ad Spec. de instru. edit. ꝙ sic, si relinquatur pauperibus, vel ecclesijs, & huiusmodi: aliàs nõ. vnde dicit potius cõsiderari cui, quàm quare legat. l. illud. C. de sac. sanc. eccl. vbi dicit gl. ꝙ quãdo legatur diuitis pro anima, non est ad pias causas: secus si non diuiti. d. l. si quis Titio. quod verũ est quo ad præsumptionẽ: secꝰ quo ad veritatẽ, quæ principaliter respicit intẽtionẽ. ¶*Tertiò quæritur, quid si leget centũ, nõ expressa causa ꝓpter quã, nec persona cui legat? Et dicit Io. And. vbi suprà, illud esse legatũ ad pias causas. Et vt no. Alberi. in d. l. ad instructiones. C. de sac. sanc. eccl. legatũ incertũ ad piũ vel publicũ vsum, puta viarũ & pontiũ refectionẽ, valet: vt ff. de legat. ij. l. quidã in testamẽto. ¶*Quartò quæritur, vtrũ relictũ cõsanguineo pauperi, sit ad piã causam? Et dicit Bal. in l. j. C. de sacr. sanc. eccl. ꝙ nõ, nisi dicat pro anima & pro Deo hoc se facere. Et facit quod no. Card. in d. l. j. sed intelige quo ad præsumptionẽ. ¶*Quintò quæritur, vtrũ legata ad pias causas gaudeãt eodẽ priuilegio cũ relicto ecclesiæ? Et dicit Pan. in c. relatũ. el j. de testa. ꝙ sic: quia ecclesia priuilegiatur propter animã cõtẽplatione Dei. facit quod no. Ioã. And. in c. j. de in integ. resti. lib. vj. vbi voluit, ꝙ sicut ecclesia, ita & alia pia loca possunt petere restitutionẽ in integrũ. ¶*Sextò quæritur, vtrũ delegatis ad pias causas possit Falcidia vel Trebellianica detrahi? Et dicit Pan. in c. Raynaldus. de testa. cõiter teneri, ꝙ nõ, quo ad Falcidiam: quo verò ad Trebellianicã, Bar. in l. Marcellus. ff. ad Treb. & Bal. in l. id quod pauperibus. C. de epis. & cleri. & multi alij tenẽt etiã ꝙ nõ detrahatur: sed Io. And. tenet cõtrariũ in gl. sua. & multi alij, vt not. Alberic. in l. si quis ad declinandã. C. de episc. & cler. Prima aũt opinio est magis pia & tenẽda: quia rationabilius est hoc de Trebellianica quàm de Falcidia: sicut potior est in hæreditate hæres, cui absolutè relinquitur, quàm hæres cui relinquitur vt restituenda alteri: vnde testator sicut põt ꝓhibere Falcidiã, ita & Trebellianicã: vt j. Legitima. §. xij. ¶*Septimò quæritur, quot testes requirãtur aut valeãt ad legata pia? Et dico vt j. Testamentũ. j. §. v. & vij. ¶*Octauò quæritur, vtrũ valeãt legata ad pias causas sine institutione heredis? Et dicit Pan. in c. indicãte. de testi. ꝙ si testator noluit mori intestatꝰ: nõ valẽt. Inst. eo. §. ante heredis. quod intellige in foro causæ:

causarũ: vt patet ex dicẽdis §. seq. sed vbi quis eligit mori intestatus, valẽt nedũ legata ad pias causas, sed & quæcũq; alia. Qui autem talia legata facit, in dubio videtur voluisse mori intestatus: vt probatur tex. in d. c. indicãte. & facit quod legitur & no. in l. iij. ff. de iure codi. ¶Nonò q̃ritur, 9 *vtrũ legata ad pias causas valeant in testamento etiã minus solẽni volũtate facto? Et dico, ꝙ sic. extrà. de test. cùm esses. quia in tali legato sufficiunt duo vel tres testes: cùm 11 tamẽ dicat ibi do. Ant. de But. ꝙ de iure ciuili in testamento requirũtur septẽ, nisi sit rusticorũ, in quo sufficiũt quinque, sicut & in codicillis. C. de test. l. fi. Sed qa d. c. cũ esses. videtur cũ duobus aut tribus testibus requirere etiã ꝓsbyteri præsentiã, quærit an valeat testamentũ non absistente presbytero parochiali? Et dicit, ꝙ sic, quantũ ad legatũ ad pias causas, secũdùm cõmuniter Docto. nõ aũt in alijs, nisi adsit presbyter cũ duobus testibus: & sic d. c. debet ĩtelligi secundũ c. sequẽs, scilicet c. relatũ. quod de duobꝰ testibꝰ, nõ de presbytero mẽtionẽ facit. Et dicit Spe. ꝙ si adessent tres alij testes, & nõ presbyter, nõ valeret. & idem si alius presbyter, & nõ suus: quia à solẽnitate legali recedi nõ debet, nisi quantũ expressum est in iure canonico. vñ cũ tex. reqrat presbyterũ sui: dẽpto presbytero suo remanemus in dispositiõe iuris ciuilis. & ista est cõmunis opinio. Ipse tñ aliter determinat, vt j. Testamẽtũ. j. §. v. ¶Decimò quę 10 ritur, *vtrum ex defectu testamenti vitiẽt legata ad pias causas? Et dicit Pan. in c. indicãte. de testa. ꝙ non, secundũ vnam opinionem: vt not. in l. j. C. de sacrosan. eccle. & in l. eam quam. C. de fideicõ. pro quo facit quod no. Bar. in l. j. & Bal. in l. illa institutio. ff. de hære. instit. qui tenent, ꝙ cũ quis relinquit sua respectu piæ causæ dispositioni Titij valet: licet nõ valeat testamẽtum, quando hæres ponit in voluntate alterius: de quo j. Testamẽtũ. j. §. ix. Ratio diuersitatis est: quia talis, cuius arbitrio cõmittitur, habet regulã iuris diuini, humani, & gentiũ, limitantẽ eius volũtatẽ: q̃ est, vt præ omnibus Deo & religioni debeatur, & ad rediměda peccata. xiij. q. ij. animæ. de pœn. di. j. medicina. ideo ꝙ aliud facere non potest. In profanis aũt nulla est regula limitãs: ideoq; posset aliud velle q̃ testator: & propterea cũ volũtas testatoris sit incerta, ideo est captatoria. i. adulatoria, seu deceptoria, secũdũ gl. in c. cũ tibi. de test. Aduertendũ est hic secundũ Bar. de Saxofer. in sua Minorica, ꝙ aut testator voluit, ꝙ testamentũ valeret iure directo testamenti, & nõ aliter: & sic si testamentũ est nullũ, quia instituit hæredẽ incapacẽ: hæres, ad quẽ veniũt bona, nõ tenet in cõsciẽtia. aut voluit, ꝙ si nõ iure testamẽti, saltẽ valeret iure codicillorũ, & omni alio modo quo posset: & tũc ille, ad quem bona peruenerũt, tenet implere legata defuncti: & sic est præsumendũ: nisi quãdo testator ꝓuidit sibi, puta alium substituendo: vel quãdo ordinauit quid faciendum sit, quod ordinauerat, nõ habebit effectũ. & facit l. cũ proponas. C. de hæred. instit. Item dic secundũ Bar. in l. in testamẽto. ff. de fideicom. lib. & Pan. in c. j. de succes. ab intesta. ꝙ licet voluntas defuncti nõ fuerit perfecta ratione publicationis: vt puta, quia testamentũ manu sua conscripsit, volẽs postea redigi in publicã formam: sed morte vel furore ꝓuentus nõ potuit: ꝙ nihilominus hæres tenetur. Itẽ si testamentũ facere cœpit, sed cõplere nõ potuit: legata facta valẽt: quia negari nõ potest, quin sit perfectus consensus ratione volũtatis, licet nõ ratione operis. Itẽ Bart. in l. cùm quis. C. de iur. & facti igno. tenet, quòd si testamẽtum est nullũ, vel quia deficit volũtas defuncti, vel ex præteritione hæredis, ignorãdo, quòd eum habeat, sic legata nõ valent. quod limita, nisi sint realia, ꝙ etiã si filium se habere sciuisset, nihilominus feciſſet. arg. xvij. q. iiij. c. fi. Sed quãdo est irritũ ex præteritione vel exhæredatione nominis, debentur omnia legata: vt in auth. ex causa. C. de liber. præteri. Quãdo etiã est nullũ, quia nõ sunt testes sufficiẽtes, vel deficit solẽnitas aliqua iuris ciuilis: si constat hæredi de volũtate defuncti, vel per duos testes, ꝓbari potest, obligatur naturaliter iure gẽtium ad illã implendã. ¶Vn decimò quærit,* vtrũ legatũ ad certũ vsum, possit ad aliũ cõuerti? Et dicit Archi. post Lap. in cle. quia cõtingit. de relig. do. ꝙ ea, quæ ad certũ vsum largitione sunt deputata si deliũ, ad illũ debẽt, & non ad aliud, sãlua sedis apostolicæ authoritate, cõuerti. de reli. do. quia cõtingit. Et sicut hoc, scilicet mutare legata, non licet in facto: ita nec in modo, nec in loco. de restit. spol. Pisanis. Ex causa tñ, puta quia in loco illo fieri non põt vbi est legatũ, licet mutare. de testa. nos qdẽ. & hoc etiã ꝓ episcopũ vel aliũ inferiorẽ à papa. Sed Petrus de Per. vbi s. distinguit. Nam si ipse vsus impleri potest de iure & de facto: puta, qa legauit quis vt monasteriũ fiat in tali diœcesi, episcopus est cõtẽtus: & sic de iure tenet. de consec. dist. j. nemo. & nullũ est impedimentũ in facto: quia pecunia est parata, & cætera necessaria: nec est q̃ aduersetur, & potest fieri de facto: tũc dicit, ꝙ in alium vsum cõuerti non põt. & est casus c. nos quidẽ. de testa. & ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. j. de quo etiã est casus in l. nulli. C. de episco. & cle. Imò si per legatariũ nõ impletur, tale legatũ redit ad hæredẽ. & pro hoc est casus in c. cũ dilecti. de dona. & facit quod no. de condi. appo. c. verũ. Et hęc intellige vera, nisi in legatis ad pias causas, si interueniat dispensatio papę. Si verò ille vsus potest impleri de iure, sed nõ de facto, puta, ꝓpter guerras, vẽ quia pecunia est modica, vel nõ est locus in ecclesia vbi legauit ꝓ capella fiẽda, & hmõi, tũc iste casus est in l. legatũ. ff. de admi. re. ad ciui. perti. & in d. c. nos quidẽ. ibi, impleri nõ põt. quod verbũ intelligitur etiam de potẽtia. facit de rescri. fcisitatus. & potest fieri cõmutatio authoritate superioris, etiã si in testamẽto sit clausula, ꝙ ad alium vsum conuerti non possit quàm deputatũ. Ratio est, quia volũtas testatoris interpretanda est secũdũ ius commune, vt res magis valeat quàm pereat. de ver. sig. abbate. ideoq; cũ de iure cõmuni possit in alium vsum cõuerti, talis clausula nõ obstabit. Et ex his dicit Spec. ꝙ si mihi legatur vt vadam vltra mare, & nullꝰ audetire, ꝙ assequar legatũ, licet nõ vadã, modò vadã ad similẽ locum. Similiter si testator legat ꝓ labore itineris vel pœnitẽtiæ sibi iniunctæ, vt vadam Romam, & propter impedimẽta nõ possum, ꝙ assequar legatũ, modo vadam ad locum similem. d. l. legatũ. Excipitur tñ, quod legat pro subsidio terræ sanctæ: quia si nõ possum modò, expectabitur tempus, & seruabitur legatũ, de vo. magnę. Si verò talis vsus potest impleri de facto, sed nõ de iure, tũc aut hoc est quia nõ est ad aliquem finem honestum, puta quia legauit quis centum vt fiat ludus theatralis in ecclesia, q̃ est illicitus de iure. de vita & hon. cler. cùm decorẽ. & sic legatum inutile est, nec fiet cõuersio. arg. eorum quę not. glo. in l. j. ff. de condi. instit. aut hoc est nõ. quia nõ fit ad finem honestum, sed quia ius habet, & tunc fiet conuersio in aliũ vsum honestum: vt est casus in l. legatum ciuitati. ff. de vsu fruc. lega. & sic intellige d. c. nos quidem. in verbo, nõ potest impleri, scilicet de iure. Exẽplũ. Testator legat, quòd prædicatores aut minores se cõferant ad habitãdũ in suis domibus, & ibi diuina celebrẽt ꝓ salute animæ suæ: quod de iure fieri non põt. per c. vnicum. de excess. prælat. lib. vj. tamen vsus est honestus, quia pro anima & cultu diuino.

¶Similiter legat, ꝙ fiat ecclesia in tali loco, quod fieri nõ

poteſt ꝓpter priuilegiu quod habẽt Prædicatores & Minores, vel huiuſmodi. ideoq; fiet in loco cõgruo & hone
12 sto. ¶ Duodecimò q̃ritur,* cuius authoritate talis cõmutatio fiet? Et dicit Pet. de Peru. vbi ſ. ꝙ ſi non ſubeſt cauſa, intelligẽ ex parte rei vel legati: puta, qa poteſt de iure & de facto ipleri: adde, & nihil apparet in quod ſit bonũ mutare: tũc, inquit, ſolus papa poteſt. l. legatum. ff. de admi. rer. ad ci. perti. & clemen. quia contingit. de relig. domi. Si verò ſubeſt cauſa legitima: poteſt diœceſanus, etiã ſi poteſt impleri de facto & de iure: niſi teſtator ꝓuidiſſet quid fiẽdum de legato, vſu nõ impleto: quo caſu fierinõ poteſt cõmutatio: vt no. Bar. in l. liberto. ſ. Luci⁹. & ibi tex. ff. de annu. legat. intelligẽ ſaltẽ per diœceſanũ. Bar. aũt in d. l. legatum. aliter diſtinguit per illã l. Quando enim relinquitur, vt fiat opus nõ licitũ, intellige nõ quia ſit in ſe inhoneſtũ: ſed quia ius prohibet: vt ſ. priore. tũc cõuertitur in aliud authoritate ꝓximi ſuperioris cauſa cognita, & vocatis his quorũ intereſſe poteſt: vt l. legatũ. ff. de vſufr. lega. Quãdo verò poteſt licitè fieri: tunc ſi pecunia pro hoc relicta ſuffi
cit, non poteſt in alium vſum cõuerti, niſi authoritate prĩ cipis: vt d. l. legatum. in princ. ſi verò non ſufficit, conuerti poteſt abſq; principis authoritate: vt d. l. legatũ. hæc ex illo. Vide pro his etiã no. ꝓ Bal. Ang. & Sali. in l. ſi teſtamentum. C. de teſta. vbi ſtrictius dicunt, ꝙ nõ licet papæ alterare vſum illarum rerum, quæ per fideles ſunt relictæ: quod intellige de poteſtate ordinaria, & in nõ pijs: ſecꝰ de abſoluta, vel in pijs legatis. Ex quibus omnibus cõclude, ꝙ voluntas ac legata teſtatoris circa pias cauſas poſſent per papam mutari in alium pium vſum, etiã ſine cauſa ſe tenẽte ex parte rei: nõ aũt ſine cauſa ſe tenẽte ex parte ipſius papæ: quia oportet, ꝙ faciat bono fine, quæ eſt cauſa. Vnde ſecundùm Bal. in l. reſcripta. C. de prec. Impe. offe. omnis ratio motiua principis, habetur ꝓ cauſa. Per epiſcopũ vero, ſecundũ aliquos, indiſtinctè mutari nõ poſſunt: quod Sũ. Roſ. videtur tenere in tit. Legatus. ſ. vij. alle. cle. qa cõtin
15 git. de relig. dom. licet ibidẽ ſ. ix. ſentiat oppoſitũ. Secundùm alios verò poſſunt p epiſcopũ mutari: primò ex cauſa legitima, ſcilicet ſe tenẽte ex parte rei: non aũt ſine cauſa. & ſecũdò ĩ dubio an cauſa ſit legitima nécne. & hoc tenet Pet. de Peru. & Archid. poſt Lap. vbi ſ. & Bart. de Saxo fer. vbi ſ. & facit dictũ Lud. de Rom. in no. ꝙ legatũ factũ ꝓ calice. vel reparatione eccleſie, ſi eccleſia nõ habet opꝰ, poteſt per epiſcopum ſolum fieri cõuerſio in alium vſum pium. Ad d. verò cle. dico, quòd limitatur cõmuniter, maximè ſecundũ Iap. vt epiſcopus hoc non poſſit ſine cauſa. Et idem eſt ſecundùm gloſſ. ordinariam, & Lap. in d. cle. de legato ſedis apoſtolicæ: quia ſcilicet hoc nõ poteſt ſine cauſa. Et idẽ videtur tenere Zab. ibi, dicẽs, ꝙ legatus de latere hoc poteſt, quãdo cõuerti nõ poteſt ad vſum deſtina-
13 tum. ¶ Decimotertiò quæritur,* vtrũ in tali commutatione requiratur cõſenſus hæredis grauati? Et dicit Pe. vbi ſ. ꝙ ſi impleri nõ poteſt de iure vel de facto, requiritur conſenſus hæredis grauati, & eccleſiæ cui legatũ eſt. & ita loquitur l. legatum. ff. de vſufruct. legat. Et idem dic quãdocunq; ex cauſa legitima debet fieri mutatio. Et ſi eccleſia, cui legatur, conſentit commutationi, hæredes verò diſſentiunt, epiſcopus fauebit eccleſiæ legatariæ fauore volũtatis defuncti adimplendæ, & non hæredi. & eſt caſus in d. l. legatũ. Quod tamẽ fallit in legato pro monaſterio fiẽdo, quod ſine conſenſu hæredis cõmutari non poteſt, niſi fuerit negligens: quo caſu epiſcopus elapſo termino hoc põt ſine eius conſenſu. d. c. nos quidem. Prædicta autẽ faciunt ad quæſtionem quam notauit Specu. & Io. And. de eo qui relicto hærede & tribus commiſſarijs iuſſit ædificari & dotari eccleſiam, quo mortuo duo cõmiſſarij voluerũt legatum conuertere in transferẽdo vnum monaſterium malè ſituatum, ſed tertius & hæres diſſenſit: & tenent, ꝙ nedum duo ex his, ſed nec omnes cõtra voluntatẽ hæredis potuerunt, quia in eccleſia nouiter conſtructa ius debet acquiri patronatus: & per id memoria defuncti conſeruatur. Et remittit Io. And. ad ea quæ no. in c. nos quidẽ. de teſta. Verũ tamẽ in prædictis excluditur authoritas ſedis apoſtolicæ: quia vt dicit Guliel. de mõte Laud. papa poteſt in legatis ad pias cauſas quicquid voluerit facere. ¶ Decimoquartò
14 quæritur,* vtrum legatũ factũ pro conſtruẽdo hoſpitali, in quo poneretur rector ad arbitriũ certi prælati, poſſit ꝑ hæredes mutari in ædificationẽ monaſterij religioſorum? Et dicit Lap. in d. clem. quia contingit. & refert do. Ant. in d. c. nos quidem. ꝙ Ioan. And. cum quibuſdam Iuriſtis conſuluit, ꝙ ſic, cum licẽtia epiſcopi, etiã cõtradicẽte illo prælato: quia qui melius facit, non aliud, ſed idem facit. de iure reuertã. peruenit. el ij. & facit c. ſcripturæ. de vot. & regula, plus ſemp. de reg. iur. li. vj. Sed contrà, quia volũtas defuncti pro lege ſeruari debet: vt patet xiij. q. ij. c. vltima voluntas. de celeb. miſ. c. cũ Marthæ. & cõſequẽter forma mãdati debet diligẽtiſſima accuratione ſeruari: nec eo caſu plꝰ cõtinet in ſe quod eſt minus, vel ecõtrario. de præb. c. cùm de beneficio. li. vj. & in hoc videtur reſidere Lap. & Zab. & dicũt illud nõ eſſe ſimpliciter maius quàm hoc, ſed ſunt diuerſa opera pietatis, q̃ ſe habẽt ſecundũ excedens & exceſſum. Dicit autẽ ad hoc domin. Anto. ꝙ iſta ſunt vera in materia odioſa vel ambitioſa, & cõſequenter reſtringibili. de præb. c. quamuis. lib. vj. Opinio verò Io. And. loquitur in materia fauorabili, maximè animæ defuncti, in qua fit plena interpretatio, de donat. c. cũ dilecti. Vnde veriſimiliter præſumitur, ꝙ defunctus nõ cõtradixiſſet demonſtrando ſibi vſum vtiliorem. Facit ad hæc quod no. Bar. in
15 l. ſi. de oper. publ. ¶ Decimoquintò quæritur,* quis poſſit ſuum officium impendere, vt legata cõſequantur ſuũ effectum? Et dico duo. ¶ Primũ. Secundũ Pan. in c. nos quidẽ. de teſta. hoc poteſt etia iudex ſecularis, etiã in legatis ad pias cauſas. tex. eſt in auth. de ecc. ti. ſ. ſi quis ædificationẽ. Similiter tam ſecularis quàm eccleſiaſticus poteſt cõpellere vt legata ſoluantur, quæ fiunt nõ certæ perſonæ: vt ſi certæ, tamen eſt talis, ꝙ nõ poteſt in iudicio petere, vt ſũt fratres minores. d. ſ. ſi quis. Secus ſi legatum ſit factũ certæ perſonæ nõ ad piam cauſam, quia tunc oportet, ꝙ ſolũ ad inſtantiã partis cõpellat. ¶ Secundum. Secundùm eundem Pan. in c. ſi hæredes. de teſta. ſi teſtator ꝓuidit ſibi de executore, epiſcopus nõ ſe poteſt intromittere in legatis ad pias cauſas, niſi in defectũ, vt ĵ. Teſtamẽtum. ij. ſ. iij. & viij. & in c. tua nos. de teſta. & in auth. de eccle. titu. ſ. ſi qs pro redẽptione. Si verò de executore ſibi nõ ꝓuidit, tunc in legatis pro redẽptione captiuorũ, & alimonijs pauperum prouidebit epiſcopus. vt in d. ſ. ſi quis ꝓ re. & l. nulli. C. de epiſc. & cle. in alijs aũt hæres, vt in d. c. ſi hæredes. & c. tua. & c. nos quidẽ. de teſta. niſi in negligẽtiã, vt infrà Teſtamentum. ij. ſ. vj. De cautela danda volenti legare ꝓ anima, ſed timenti parentes, vide infrà Pactum. ſ. xij.

LEGATVS, vide ſ. Delegatus. ſ. x. Et adde, ꝙ impediẽtes legatos vel nũtios apoſtolicos, ne exerceãt ſua officia, ipſo facto ſunt excõicati, & terræ, regna, vl̃ loca eorũ ſunt interdicta tandiu, quandiu in cõtumacia perſtiterint eorum domini. c. ſuper gẽtes & regna. de offic. leg. lib. vj.

DE LEGITIMO, ET Legitimatione.

1 *Legitimus filius quis ſit.*

Legi

2 *Legitimare quid ſit.*
3 *Legitimatio triplex.*
4 *Legitimatio facta à iure quotuplex ſit.*
5 *Legitimatio iure ciuili quot modis fiat.*
6 *Legitimatio iuris ciuilis an ualeat quo ad ſpiritualia.*
7 *Legitimatio facta ab homine quotuplex ſit.*
8 *Legitimatio qualiter fiat.*
9 *Legitimatio papæ quo ad tẽporalia an ualeat in terris Imperij.*
10 *Imperator ubi poſſit legitimare.*
11 *Comites Palatini an legitimare poſſint in præiudicio agnatorũ.*
12 *Legitimatio quatenus extendatur ex parte legitimati.*
13 *Legitimatio per ſequens matrimonium an ſiat in filio clerici in quatuor minoribus conſtituti.*
14 *Legitimum ſe pronuntiari an quis petat.*

1 LEGITIMVS* filius eſt, ſecũdũ Ray. qui de legitimo matrimonio natus eſt, vel de eo, quod legitimum reputabatur, ſupple, licet intereſſet impedimentum. extrà, q̃ fil. ſint legi. cùm inter Ioannem. & hoc ſiue ambo in facie eccleſiæ cõiuncti ſunt bona fide, credentes ſe legitimè copulatos, cùm tamen nõ eſſent: ſiue ſi alter tantũ hoc credebat: quia ſic etiã legitimus eſt filius, & vtriq; parẽti ſuccederet: extrà eod. ex tenore. Secus ſi clandeſtine cõtraxiſſent: quia videtur fuiſſe ignorantia affectata: & multo magis ſi ambo impedimentum ſcientes publicè contraxerunt. de clan. deſpon. cum inhibitio. Conſentit S. Tho. & Pet. Sed adde, ꝙ etiã ſunt legitimi qui nati ſunt de ſponſa, ſi ſponſalia fuerunt cõtracta in facie eccleſiæ, & ibi nõ fuit impedimentũ, nec copula fornicaria. Et ſic intellige Pan. in c. pertuas. qui fil. ſint legi. imò etiã ſi copula fuit fornicaria: vt videtur caſus in c. is qui. de ſponſa. & ibi hoc videtur tenere Pan. Si verò ſponſalia fuerũt clandeſtina, nõ tamen fuit impedimentũ, nec copula fornicaria: dicit gl. ſi. in c. lator. qui fil. ſint leg. ꝙ clandeſtine cõtrahentes nõ dicũtur cõiuges. Sed Ala. dicit hoc procedere reſpectu nubentiũ, nõ reſpectu filiorũ, ſed dicuntur cõiuges. & placet Pan. Ex quo infertur, ꝙ natus ex maſculo & fœmina ſimul habitantibus, preſumitur legitimus, quaſi fauore legitimationis, maximè ſecũdũ Inn. ſi ſe vocabãt cõiuges. de quo vide ibi Panor. & idẽ in caſu noſtro fauore matrimonij. Si aũt ſponſalia fuerunt clãdeſtina, & copula fornicaria, ſed nullũ erat impedimẽtũ: videtur, ꝙ filij ſint illegitimi: niſi ex diuturna cohabitione preſumatur matrimonium: vt ſ. Filius. ſ. viij. quia nõ eſt matrimoniũ verum, nec præſumptium.

2 ¶ Legitimare aũt,* eſt habilitando de illegitimo legitimũ ex gratia facere. & legitimatio, eſt habilitatio illegitimi ad actus legitimos, ad quos ex illegitimitate erat inhabi-
3 lis. de quibus ĵ. eo. fere per totũ. ¶ Licet autẽ* legitimatio in ordine ad legitimantẽ diſtinguatur, vt ĵ. ſ. j. & ij. tamẽ in ſe & in ordine ad ſuũ effectũ eſt triplex, vt colligitur ex Anto. de But. in c. per venerabilẽ. qui fil. ſint legi. dicentẽ, ꝙ legitimatio eſt triplex. Quædã enim eſt pleniſſima, per quã deletur fundamentũ vitij, à quo legitimationis & illegitimationis differẽtia cõſurgit, quã ſolus papa facere poteſt, quia ſolus diſponere põt ſuper matrimonio. Quædam verò eſt plenior, quæ integrat ad iura primæuæ naturæ, non diſponendo in vitiũ: quam põt & papa & Imperator, ſecundũ ea quæ ſpectãt ad illos. Quædam verò eſt plena, vt diſpẽſatio cum illegitimo in aliquo effectu legitima
4 tionis, nõ integrãdo ex toto: quam etiã facere poteſt eorũ vterque. hæc ex illo. Sed intellige, ꝙ diſponere in vitium, & facere, ꝙ illicitè coeuntes licitè coniungantur: puta cõcedẽdo matrimonium in quarto gradu. ¶ Primò verò q̃ritur,* quotuplex ſit legitimatio facta à iure? Et dico, ſecũdũ Petrum de Pal. in iiij. diſt. xlj. quæ. xxxvij. ꝙ eſt triplex. Quædam enim eſt cõmunis iuri canonico & ciuili: vt qñ in vxorem ducitur concubina, ex qua prius nati ſunt filij: quia tunc per ſequens matrimonium filij prius ex illa ſuſcepti fiunt legitimi quo ad omnia: ſi tempore conceptionis potẽrat eſſe vxor legitima, quãuis aliàs meretrix communis ſiue mediatè ſiue immediatè ducta fuerit, aliter nũ quam, de quo ſuprà, Illegitimus. ſ. iij. ¶ Quædam verò eſt iuri canonico propria, quæ eſt per religionis ingreſſum, ſcilicet cum effectu profitẽdo, quo legitimatur ingrediẽs quo ad omnes ordines, & nullam dignitatem proprie dictam: vt ꝙ ſit prælatus per electionem. de ſi. presby. c. j. qa curã animarum iure ordinario, ſiue per electionẽ, ſiue per cõmiſſionẽ, habere non poteſt. Et quod dicunt aliqui, epiſcopum poſſe diſpenſare cum ſpurio religioſo ad curam & abbatiã, non legi, inquit: ſimiliter, ꝙ poſſit ex hoc ſuccedere, vel ordo pro eo, qui ſuccederet, ſi eſſet legitimus. C. de ſacroſanct. eccl. l. Deo nobis. non credo, quia eſt ſtricti iuris. Vnde ſi eſt legitimatus quo ad ordines, non propter hoc eſt quo ad ſucceſſionem. ¶ Quædã verò eſt * propria iuri ciuili, quæ fit multis modis, de quibus expreſſe habẽtur iura ciuilia in diuerſis locis. ¶ Primus eſt, quando pater (intellige non habens filios legitimos) filium naturalem tradit curiæ ciuitatis ſuæ vnde eſt oriundus: vel ſi eſt oriũdus de veteri, aut noua Roma, offert eũ curię cuiuſq; ciuitatis metropolitanę: & fit officialis in ea. Inſti. de nup. ſ. vlt. ¶ Secũdus eſt, quãdo pater offert illum Imperatori: & fit curialis. in auth. qui. mo. na. effi. ſui. ſ. ſi quis igitur. Sed tamen iſte nõ ſuccedit agnatis aſcẽdẽtibus, vel deſcendẽtibus: vt ibidẽ. ¶ Tertius eſt, quãdo pater filiã naturalẽ matrimonio copulauerit officiali ciuitatis, vnde eſt oriũdus: vel ſi eſt pater oriũdus de veteri, aut noua Roma, copulet officiali ciuitatis metropolis. C. de nat. li. j. iij. & l. ſi. Quartus eſt, quia nullo alio legitimo exiſtẽte, vel ſi exiſtit, nõ cõtradicit, ſed cõſentit, filius naturalis patre defuncto offert ſe ipſum curiæ in officialẽ, & illa eum recipit: vt in d. ſ. ſi quis igitur. Erit enim legitimus, vt ſuccedat patri ab inteſtato, nõ tamẽ alijs cognatis ex parte patris: nec ipſi illi: vt in d. auth. ſ. filiũ verò. ¶ Quintus. qñ pater, deficiẽte prole legitima, offert principi pecs ꝓ filijs naturalibus, vt ſint legitimi ſucceſſores, etiã ſine matrimonio, dũ tamen princeps preces admittat. d. auth. ſ. illud tamen.

¶ Sextus, qñ pater in teſtamento dicit eum ſibi velle ſuccedere: ſi tamen filius poſt mortẽ patris principi ſupplicauerit, & teſtamẽtũ oſtenderit: quia tunc dono principis & legis erit hæres legitimus, modò ſequatur voluntatẽ patris: vt in d. auth. ſ. ſi verò is qui. ¶ Septimus, qñ pater in vltima volũtate nominat filiũ, & hæredẽ inſtituit. C. de na. li. auth. item ſi quis. quod limita ſecundũ quod in caſu ſequẽti. ¶ Octauus, qñ in publico inſtrumẽto, id eſt, ſcripto per notarium, aut etiam ſi ſit ſcriptũ propria manu cũ ſubſcriptione triũ teſtium, nominauerit eũ filiũ, nec adiecerit naturalem. quod Bal. in c. innotuit. de electio. limitat, ſi addat ſuũ: quaſi dicat, in ſua poteſtate, & ſic legitimãs: nec ſufficeret ſola nominatio, ſecũdũ eundẽ. Et hoc caſu ſi ſunt plures filij naturales ex eadẽ matre nati: licet teſtimoniũ dederit vni tãtũ, omnes tñ erũt legitimi. Et hoc intellige, qñ nõ ſupereſt pro legitima, ſecũdum gl. in c. per tuas. qui fil. ſint leg. quam ſequuntur cõiter Doct. ¶ Eſt aũt* notandũ, ꝙ prædicta legitimatio iuris ciuilis propria ſecundũ Pet. de Pal. non tenet quo ad ſpiritualia, nec etiã quo ad alia: qa lẽges, inquit, Imperatoris in his quæ nec eccleſiaſtica nec ſpiritualia ſunt, ligãt, niſi per papã reprobentur: ita

ecclę

ecclesiasticis autē & spiritualibus, cuiusmodi est causa legitimationis & matrimonialis, nō ligāt, nisi per canones approbētur, ēt si nō reprobētur specialiter. Sum. verò Ange. videtur aliud extremū tenere, scilicet ꝙ indistinctē dicta legitimatio valeat. Ego verò dico, quòd melius dicit Sum. Ros. cum Inn. & Ber. eam valere ad secularia & temporalia, quo ad successionē & dignitates ī terris subiectis potestati legitimātis: & in alijs, vbi nō fit alteri præiudiciū: non autē ad ordinē, vel dignitatem ecclesiasticā. Et ad Petrum dico, ꝙ legitimatio, quo ad secularia & tēporalia, nō est causa ecclesiastica, vt spiritualis merè: alioquin quo ad hęc cōditor legū Imperator nō posset legitimare. quod falsum patebit. Contra Sum. verò Ang. dico, ꝙ legum potestas nō potest se plus extēdere, quàm Imperatoria, à qua habent efficaciā: quæ potestas Imperatoria nō se extēdit ad legitimādum quo ad omnia indistinctē, vt etiā patebit. Spurij verò, quātū est per leges, legitimari nō possunt, sed solùm per papā, vel Imperatorē, aut aliū eius authoritate,
7 secundùm Ray. Pet. & Al. ¶ Secūdò quæritur,* quotuplex sit legitimatio facta ab homine? Et dico, ꝙ est triplex, secū dùm eundē Petrum, vbi suprà. Quædam enim fit per episcopum, quē certum est posse legitimare quātū ad minores ordines & simplicia beneficia, id est, q̄ nec curæ sunt, nec dignitatis. de filijs presby. c. j. & de facto dispensare vi
8 detur, si ordines, vel beneficiū illegitimo cōferat sciēter. quod de subditis intelligendū est: cùm nō subditū soluere nō possit à pœna legis, sicut nec ligare: vnde ei nec beneficium nec minorū ordinū executionem dare potest, nisi à suo episcopo fuerit legitimatus. Ad antecedentia autem legitimatus, videtur etiam & ad sequētia legitimat⁹ esse. Vnde quia canonici, maximè cathedraliū ecclesiarū, in iudices impetrātur, videtur, ꝙ si aliàs illegitimi iudices esse non possunt: quia de hoc sunt opiniones: tamen eo ipso, ꝙ canonici sunt, in iudices, sicut & ceteri, possent impetrari: quia cuilicet quod maius est, nō debet quod minus est nō licere. Ad successionē verò hæreditatis nec episcopus nec aliquis prelatus papa inferior potest legitimare: quia non est ei permissum. ¶ Quedā verò fit per papā: extrà eo. per venerabilē. quē certū est legitimare posse ad omnē ordinem, beneficium, dignitatē ecclesiasticā: cùm hoc nihil sit aliud quàm impedimēta iuris canonici amouere: & ad omnes act⁹ seculares & spirituales, & ad successionē hæreditariā in terra sibi subiecta, si sit illegitim⁹ iure positiuo: qa omne tale pōt remouere nō solùm à principio, sed etiā ex post facto: nō faciēdo, ꝙ legitimat⁹ sit natus legitimè, sed faciēdo, ꝙ à successione nō repellatur ratione illegitimitatis, imò secundū Pet. de Pal. etiā si sit illegitimus iure diuino aut naturali: quia cùm nō priuetur per hoc, ꝙ natus est illegitimè: alioquin à quocunq; legitimatus priuaretur: sed per hoc, ꝙ nunc iudicatur illegitimus: ecclesia, cuius est iudicare an sit illegitimus, etiā ad successionē potest eū facere haberi pro legitimo. hæc ex illo: qui intēdit, ꝙ licet illegitimitas sit de iure diuino aut naturali, tamē inhabilitas illegitimi ad succedēdū est de iure positiuo, & cōsequēter tolli potest ab eo. De terra verò nō subiecta illi, patebit ī. §. iiij. ¶ Quedā verò fit per principē secularem, Imperatorē, aut alium principē eius authoritate, aut aliū nō recognoscētē superiorē in temporalibus: de quo vide per Doct. in c. per tuas. qui fi. sint le. Quē quidē imperatorem certū est posse legitimare super prole presenti in temporalibus: puta in successionibus & honoribus seculi in terris sibi mediatē, vel immediatē subiectis: non autē in terris ecclesię: cùm absurdū sit, eū maioris esse potestatis in terris eccliæ, quàm papa, secūdū multos, in terris imperij. Item quia in illis nō habet iurisdictionē temporalem, sed papa. similiter nec in spiritualibus: puta in ꝓmotione ad ordines, etiā in terris suis: vnde legitimatus ab eo simpliciter, vel ab alio eius authoritate, indiget dispēsatione, si vult promoueri. Vide gl. x. dist. c. lege. nec erit legitim⁹ in dominio eorū, qui Imperatorē nō recognoscūt, quantum ad ea, per quæ fieret alteri præiudiciū: puta, quātū ad successionē bonorum ab intestato: vt no. in d. c. per venerabilē. Similiter nec super prole futura: quia nō potest sua lege tollere gradus consanguinitatis & affinitatis. Et hæc procedūt de Imperatore iā coronato. de nō coronato aūt magis est dubiū: tamen Iac. de Are. & Io. And. tenēt, ꝙ potest. ¶ Quantū verò ad alios principes, legitimare potest subditum suū quicūq; in temporalibus non habet dominū temporalē superiorem: quia ex hoc potest pœnas temporales suorum subditorū statuere, vel destituere: vt vult, secūdū Arch. & Pet. de Pal. Vnde si lex ciuilis dicit spuriū non succedere: non ligat spuriū Francię, nisi inquantum placet regi Francorū. hæc omnia ex Archi. post Pe. de Pal. Sed intellige de non recognoscēte superiorē licitè & iurè dicè propter concessionē eccliæ, vel cōsuetudinem rationabilem & præscriptā, vel huiusmodi. ¶ Tertiò quęritur, *de qualitate, vel modo legitimationis ab homine? Et dico multa. ¶ Primum. Secundùm Pan. in d. c. per venerabilem. quatuor requiruntur, vt valeat legitimatio. Primò, vt exprimatur qualitas legitimationis. s. an sit spurius, vel in cestuosus, vel naturalis tantùm. Secūdò, vt exprimatur an habeat fratres legitimos aut naturales. Tertiò, ꝙ pater & filius legitimādus cōsentiāt. Vnde Bar. in l. inuiti. ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. cōcludit, ꝙ pater legitimare non potest filios bastardos ipsis inuitis. & idem dicit de naturalibus natis ex cōcubinis: nisi filius sit infans: vt l. iubemus. C. de eman. lib. Et est ratio, secundū Lud. de Ro. quia liber homo non pōt nolens alterius subijci potestati. dicuntur tñ cōsentire, si sciant suā legitimationē impetrari, & non cōtradicūt. & est glos. sing. in l. adoptionibus. ff. de adopt. aliquādo tamen cōmuniter cōtrarium tenebatur: quia in præiudicialibus taciturnitas non habetur pro consensu. Quartò, ꝙ si pater mortuus fuerit, vocētur agnati vt cōsentiāt, nisi princeps legitimare vellet ex certa sciētia ipsis nō vocatis: quia potest ex certa scientia restituere in integrū cum præiudicio alterius: vt not. in l. j. C. de sen. pas. & in l. in causæ. ff. de minorib. Si tñ pater viuit, sufficit si ipse consentiat: & similiter si est mortuus, & disponit vt legitimaretur post mortē suā: nec tunc esset necesse, ꝙ agnati vocarentur: quia tūc etiā ipsis inuitis posset legitimari, adeo ꝙ etiā succedet ab intestato ipsis agnatis. ¶ Secūdū. Adde quo ad primū prędictorum, ꝙ secundū Io. And. in addi. ad Spe. in ti. qui fil. sint legi. si quis impetrando legitimationem dicit se spuriū: & sit spurius duplicat⁹: vt quia ex vxorato & vxorata: si hoc nō exprimatur, impetratio nō valet, sed reputatur subreptitia. facit in simili cle. j. de præben. & de fil. presby. c. fin. ¶ Tertiū. Adde quo ad secundū & tertiū, ꝙ secūdū Ant. de But. si legitimatio fiat in vita patris, potest disponere de hæreditate, quod vult in preiudicium sperātis hereditatē: & valet legitimatio nō citata pte: sed tamē exigitur, ꝙ mentio fiat agnatorum. & idem si fiat ad instantiam filij intuitu patris: sed tamen requiritur assensus patris à principio, vel ex postfacto. ¶ Quartū. Dicit autem generaliter, ꝙ omne tacitum, quo expresso princeps non legitimasset, habet vitiare legitimationē, & eam facit subreptitiam: imò secūdùm Pan. in d. c. per venerabilem. etiam

etiam si non ita de facili legitimasset. ad quod de rescript. postulasti. sed saltē primum est verum. ¶ Quintum. Adde pro quarto, ꝙ secundū Ant. de Butr. quādo legitimatio fit post mortem patris, si fiat per verba restrictiua: vt dicēdo, cōferimus tibi legitimationem: tunc nō retro trahatur. Si verò fiat per verba restrictiua: vt dicēdo, integram⁹ te ad omnia primæua naturæ, ac si legitimè nat⁹ esses: quod fieri debet, quādo legitimans vult totaliter integrare: tūc retro trahitur, sed diuersimodè secundū diuersos. Nā secundùm aliquos sic retro trahitur, quòd tollit ius alijs medio tēpore quæsitū: secundùm Bar. aūt in l. Gallus. ff. de libe. & post. nō tollit, nisi aliud legitimato specificetur restitutū. Et hoc tenet Io. And. in addi. Spe. & Ant. de But. dicens, ꝙ si nō appareat de expressa voluntate principis, ꝙ voluerit alteri præiudicare, nec exprimatur aliud de iure alteri quæsito, valet legitimatio, sed nō ad præiudiciū alteri⁹. Et hęc intellige de legitimatione, quā quis facit in terris suis: ali
2 bi aūt nō posset, etiam citatis illis, quibus ius est quæsitū, nisi cōsentiant. ¶ Quartò quæriē specialiter,* vtrum papa legitimare possit quo ad successionem hereditariā, & alia temporalia in terris imperij? Et dico, ꝙ sicut Arch. recitat, in hoc duæ sunt opiniones. Quidam enim dicūt, quòd ex quo aliquis legitimatur à papa in spiritualibus, videtur p consequentiam legitimatus in tēporalibus, quo ad successionem scilicet & dignitates, ne sit absurdum & quasi mōstruosum, vt legitimatus ad spiritualia, illegitimus ad tēporalia cēseatur: quam opinionē tenet Gofr. in Sum. & concordat d. c. per venerabilē. Alij verò dicunt, ꝙ hoc nō pōt quo ad successionē, quæ esset iudicialis hæredi: sed quo ad actus spirituales, & dignitates seculares. quod de facto tenuit in regno Franciæ: quia primogenitus comitis Flādriæ legitimatus nō successit in comitatu, sed ali⁹ minor legitimus. Veritas aūt quantum ex Archi. post Petr. de Pal. colligitur, est vt in terris sibi tēporaliter non subiectis legitimare possit, primò quantum ad actus spirituales: & secundò quantū ad dignitates vel officia publica nō præiudicantia alteri: puta, esse iudicē ordinariū, vel delegatum. & tertiò quātum ad successionē respectu iuris quærendi: puta, viuente patre, quando constat de mente papæ exprimētis quasi ad successionem: vt iuxta dicēda ī. §. ij. quia hoc spectat ad ius positiuum, vt §. ij. dictū est. quartò verò respectu iuris iam quęsiti, vt quia legitimatur post mortem patris iam acquisito alijs iure in hæreditate paterna, aliud est: quia obstat non solùm ius positiuum, dicens ipsum nō debere succedere: sed etiam naturale, dicēs rem iustè quæsitā, sine culpa & facto suo perdi nō debere. Vnde papa facere nō potest, nisi sit dominus temporaliū, in casu, in quo hoc Princeps posset. hæc ex illis. Adde quintò quantum ad prolem futuram, secūdùm Anto. de But. scilicet faciendo, quòd legitimè nascatur, qui aliàs illegitimè nasceretur, scilicet remouendo aliquem gradum consanguinitatis vel affinitatis generaliter: sicut Gregorius ix. remouit quintum. & sextum. vnde hodie in his gradibus nascuntur legitimi. Vel particulariter cū aliquibus dispēsando, vt cōtrahāt in gradibus stantibus, puta tertio vel quarto: & generaliter remouēdo omne impedimētū matrimonij iuris positiui. Omnes autem Doct. cōmuniter concordant quo ad tria prima & quintū: sed in quarto est tota diuersitas. & tenent multi Canonistæ, ꝙ nō pōt in terra non sua sine consensu tēporalis domini nō recognoscentis superiorem legitimare prolem prędētē, cum præiudicio iuris quæsiti alijs. vt Ioā. & Bern. & Pan. vt illi imponit Sum. Ange. quæ hoc sequitur. Alij verò, quos sequitur Sum. Ros. contra Ange. hoc limitant, & melius, sicut Ant. de Bu. qui limitando excipit, quando legitimat sibi supposituū, vel de proximo supponendū: puta clericū factum, vel de ꝓximo clericādum: quia tunc legitimando simpliciter, intelligitur legitimatus quo ad successionē & honores. & simpliciter Pan. qui in d. c. per venerabilē. simpliciter excipit, quādo hoc facit ex maxima & ardua causa: puta, quia inde sequitur maxima fidei dilatatio, vel huiusmodi: quia tūc papa exercere potest iurisdictionē temporalē: vt in d. c. p venerabilē. & in c. pro humani. de homici. li. vj. & quādo dominus temporalis nō recognoscens superiorem cōsentit: & quādo ipsum nō recognoscentē superiorem legitimat, aut filios ei⁹: & quādo vult incipere à radice matrimonij: vt in c. tanta. qui filij sint legit. & in c. quia circa. de cōsan. & affin. Alij verò adhuc magis appropinquantes veritati, dicunt duo. Primum, quòd papa in hoc absolute & sine distinctione potest: & secundum, quòd hoc nō potest directè, sed indirectè tantùm, per hoc, quòd legitimare potest in maioribus, id est, spiritualibus: vel per hoc, ꝙ potest in radicem matrimonij, id est, per hoc, ꝙ illud matrimoniū potuisset facere legitimum. Et quantum ad primum verū dicunt, vt patet per dictum c. per venerabilem. in prin. vbi papa virtualiter sic arguit, & dicit: Sedes apostolica legitimat non solùm naturales, sed etiam adulterinos filios ad actus spirituales, etiam ad episcopalem dignitatem, in quibus maior prouidentia, authoritas, & idoneitas requiritur: ergo legitimare potest ad seculares: qa quod in maiori cōceditur, licitum esse videtur & in minori, præsertim si præter Romanū pōtificē inter homines superiorē alium nō recognoscant. quod etiā videtur posse probari p simile: quia eo ipso, ꝙ aliquis ad apicē episcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patria potestate. hæc ibi. vbi clarè patet propositū. Et si dicatur, ꝙ intelligitur in terris ecclesiæ tantū, siue in patrimonio beati Petri, cōtra primò: qa hoc excluditur per ly præsertim: quod Ioā. glossat, id est, maximè: quāuis alij contra intellectū dictionis glossent, id est, tantū. Secundò, quia probatio adducta, scilicet quia spiritualia sunt maiora, vbiq; probat, cū vbiq; sint maiora, etiā in terris Imperij. Si etiā dicatur, ꝙ intelligitur de actibus secularibus nō præiudicātibus iuri quæsito alicuius: cōtra primò, quia hūc sensum dicta probatio excludit: cū & illi sint spiritualibus minores: secūdò, quia etiā excludit illū, simile adductū: quia episcopalis dignitas cōfertur cū præiudicio patris. Secūdum verò dictū, scilicet ꝙ hoc posit solùm īdirectè, esset falsum: quia quidirectè potest mai⁹, directè pōt & minus. Vnde decepti sunt in textu, non distinguentes inter posse & facere: quia tex. nō dicit, ꝙ dispensans in spiritualibus, cōsequenter posit dispēsare in secularibus: sed, ꝙ consequenter dispensat, scilicet etiā si nihil aliud exprimatur: quod in nō præiudicātibus indubitanter est verū: & similiter in alijs, si cōstet de voluntate pontificis. Sed contra prædicta arguo per text. ibi dicētem: Id autem, scilicet legitimare quo ad secularia in patrimonio beati Petri, liberè potest apostolica sedes: ex quo videt, ꝙ alibi hoc liberè non possit. Sed dico, ꝙ vtiq; in terris sibi non subditis tēporaliter hoc papa liberè nō potest, sed requiritur causa non solùm ex parte legitimādi, vt in dicto patrimonio. sed etiam ex parte Imperatoris vel Principis, cui præiudicare nō potest, dispensando cum subditis eius eo modo quo sunt subditi, id est, quo ad temporalia, sine causa vel licētia eius: ex causa tamen potest, puta, quia ille deberet legitimare, & nō vult, vel non potest de facto, aut de iure, vel huiusmodi. Cōcludo igitur, & dico, quòd cùm

pote

poteſtas Imperatoris, & à fortiori aliorum principum, vt probant Herue. & Augu. de Ancho. & recitat Archi. tertia parte, titu. xxiij. ſit ſubdelegata reſpectu papæ. ij. q. j. c. quicunque litem. & ſic deriuata à Deo mediante papa, qui ſecundùm *Sanct. Tho. in ij. diſt. xliiij. in* lege tenet apicem in poteſtate ſpirituali & temporali, & tota iuriſdictio Imperatoris à papa depẽdeat, qui illum inſtituit & deſtituit: vt j. in titul. Papa. ſtultum eſt dicere, quòd nõ poſsit circa ſubditos ei⁹, quicquid ille poteſt, vel vltra, maximè de plenitudine poteſtatis: quicquid ſit de poteſtate iurium: quæ tamen non legi aliquid contra hoc apertè dixiſſe: imò expreſſe d. ca. per venerabilem. cõcludit, quòd ex cauſa hoc poteſt, etiam extra patrimonium beati Petri: & hoc nõ ſolùm, ſi ad ipſum recurratur, vt videtur velle glo. ſed ſimpliciter, modò ſubſit cauſa ex parte domini temporalis: qua non extante, hoc non poſſet immediatè de iure: quia præiudicaret domino ſine cã. Et ſi de facto contrariũ tenuit in regno Franciæ, hoc non fuit quia papa hoc non potuerit: ſed quia non expreſsit ſuam voluntatem quãtùm ad *ſucceſsionẽ*, vel ex alia cauſa. Quòd etiam hoc non ſeruetur in practica, nõ eſt quia papa non poſsit, ſed quia non
10 vult, vel certè non expedit. ¶ Quintò* ſpecialiter quæritur de Imperatore, vbi poſsit legitimare? Et dico, quòd in terris ſibi ſubiectis mediatè vel immediatè: imò de iure *ipſe* ſolus poteſt in toto Imperio, non autem alij reges vł principes recognoſcentes eum in dominum: quia legitimatio, ſicut & famæ reſtitutio, & ſimilia, reſeruata videntur principi, cuius eſt proprium diſpenſare circa ſuam legem. Sec⁹ ſi eſſent principes vel ciuitates nõ recognoſcẽtes in temporalibus ſuperiorem: quia iſti tantam habent poteſtatem, quãtam Imperator in ſuo Imperio. vnde & in c. per venerabilem. dicitur, quòd videtur aliquibus, regẽ Franciæ ex hoc quòd ſuperiorem non recognoſcit poſſe legitimare filiũ ſuum, nõ inquantum eſt pater, ſed inquantum eſt princeps. In terris autem eccleſiæ nõ poteſt legitimare per reſcriptum, maximè quantum ad ea quæ p̄iudicant iuri quæſito vel quęrendo: quia in eis nullam habent iuriſdictionem: poteſt tamen in eis legitimare per legem generalem, ſecũdùm Anto. de Butr. quia virtus legis eius ſe extendit ad exiſtẽtes in terris eccleſiæ, nõ ex virtute legis ſolùm, ſed ex generali approbatione eccleſiæ. diſtin. x. ſi in adiutorium. & papa approbare cenſetur, eo, quòd nõ reprobat. *Similiter* legitimare nõ poteſt in terris eorum, qui ſuperiorem in temporalibus licitè nõ recognoſcunt, eadem ratione: & multominus hoc poteſt, qui eius authoritate legitimat: ſed hoc poteſt ſolùm vbi & Imperator. Pro hoc autem ſciendũ eſt, ꝙ vt patet in d. c. per venerabilem. rex Francorum *ſuperiorem* in temporalibus nõ recognoſcit. quod glo. dicit verum de facto: de iure tamẽ ſubeſt, inquit, Imperio Romano. vij. qõ. j. in apibus. ad quod etiam, de elec. c. per venerabilem. multa adducit, & idẽ tenet Hoſti. contra Inno. dicentem, ꝙ de iure tamen ſubeſt papæ, & non *Imperio*: *quia* omnes principes ſeculares Imperatorem recognoſcere debẽt in dominum. lxviij. diſtĩ. Adrianus. Ex quo dicit, quòd reges Hiſpaniæ, Angliæ & Franciæ tenentur de iure obedire Imperatori, licet de facto non obediant. & ſentit, ꝙ cõtra Imperium præſcribere nõ potuerũt, niſi præſcripſiſſent paſsiue, id eſt, nomine eccleſiæ Romanæ: fortè tamẽ, inquit, interim excuſantur à peccato, dũ Imperator non exigit ab eis obediẽtiam: ſicut in ſimili notatur de decimis. & cõſentit Io. Andr. Pan. autẽ in d. c. per venerabilẽ. dicit, ꝙ præſcribere nõ potuerunt, vt ipſi nõ ſubſint Imperio: quia ſine poſſeſsione præſcriptio nõ procedit. non poteſt autem quis poſsidere ſeipſum: iura autem Imperij in ſuis regnis præſcribere potuerunt. Ad quod facit quod not. Io. And. in c. cùm epiſcopus. de offic. ordin. lib. vj. & cum hoc trãſit Sum. Roſ. *Sed* domi. Ant. dicit poſſe defendi, quòd *iſti* cõtra Imperium præſcripſerũt: quia plures poſſunt eſſe Imperatores: quẽadmodum quando plures eliguntur in diſcordia, de conſuetudine vterq; miniſtrat, vt not. gl. in clem. Romani. de iureiur. & hoc tenet etiam quantùm ad non ſubijci: quia *licet nemo poſsit eſſe* in poſſeſsiõe ſui eo modo quo dominus ſerui: ſecus eo modo quo liber homo eſt in poſſeſ-
11 ſione libertatis. ¶ Sextò quæritur,* vtrum comites Palatini, vel alij habentes authoritatẽ legitimandi ab Imperatore, legitimare poſsint in pręiudicium agnatorum? Et dicit do. Anto. *in* d. c. per venerabilem. ꝙ non: & ſimiliter ſi habeant illã à papa: quia huiuſmodi cõceſsiones, tanquam p̄iudiciales *alijs*, ſunt reſtringendæ: vt l. j. §. ſi quis à principe. ff. ne quid *in* loco publi. & intelligũtur ſine aliorũ pręiudicio. ff. de offi. deleg. ſuper eo. Bal. autem in ru. C. eſt in contrariũ, quando ſimpliciter eſt conceſſa authoritas legitimandi. Pan. autẽ in d. c. per venerabilem. dicit inſpicienda fore verba poteſtatis collatæ: & vbi eſſet data ſimpli*ci*ter, credit, ꝙ poſsint legitimare in præiudiciũ agnatorũ, quemadmodũ & Imperator: quia in hac legitimatione iura non loquũtur niſi de patre: cùm agnatis nõ præiudicetur, niſi reſpectu ſpeciei. Poſſet autẽ dici, ꝙ dictum Baldi & Pan. eſt verum quo ad filios naturales tantùm, maximè cùm præiudicatur ſolùm in ſpe: non autem in *ſpurijs* & alijs natis ex coitu legibus dãnato: niſi expreſſe cõcedatur. & facit quod no. Io. And. in addi. ad Spec. in tit. qui fil. ſint leg. dicens, ſi ſpurius dupliciter, ſcilicet ex patre vxorato, & matre maritata, ĩpetrat reſcriptũ legitimationis, nõ *va*let, ſi non ſit expreſſum vtrũq;. facit etiã quod dictum eſt ſuprà §. iij. dicto tertio. facit etiã quod dicet̃ §. ſequenti.
12 ¶ Septimò quæritur,* quomodo intelligẽda ſit legitimatio ex parte legitimati? Et dico multa. ¶ Primum. Legitimatus quo ad ordinem & beneficiũ eccleſiaſticũ, ſi quidẽ hoc fiat ab epiſcopo, nõ *intelligitur* legitimat⁹ niſi ad ea, ad quæ epiſcop⁹ poteſt, ſcilicet ad ordines minores, & beneficiũ ſine cura & dignitate, & poterit etiã ĩ alia diœceſi promoueri, quia hoc eſt de iuriſdictione eccleſiaſtica, & ĩ nullius præiudiciũ: nõ tamen erit legitimatus ad actus ſeculares, ſecundùm *Sum. Piſ. niſi* in terris ſubditis temporaliter papæ. quod non intelligas quantũ ad ſucceſsionẽ, quæ ſummo pontifici reſeruatur, vt dictum eſt, ſed quãtũ ad dignitates ſeculares, & alia nulli præiudicãtia. *Si verò* hoc fiat à papa, poterit promoueri ad parochialẽ eccleſiã, *non* ad perſonatũ vel rectoriã, ad quam per electionẽ procedi cõſueuit. de præb. c. vlti. & conſentit Raynal. Gofr. & Hoſt. ¶ Secundũ. Si papa aliqua exprimat, ad quę aliquem legitimat, ſecundùm Ant. de But. non propter hoc intelligitur legitimare ad alia, niſi quando ſunt minora & non præiudicatiua alijs: ſicut ſi legitimat ad dignitates, non legitimat propter hoc ad ſucceſsionẽ, ſed ad poſſe eſſe conſeruatorem, & huiuſmodi. ¶ Tertium. Legitimat⁹ à papa ſimpliciter in foro cõmuni, ſecundũ Ant. de Butr. non intelligitur legitimatus ad ſucceſsionẽ, niſi exprimatur, etiã ſi legitimaretur quo ad omnia: nec ſecũdũ Gofr. eſt legitimatus quo ad dignitates, ſed verius ſecũdũ Hoſ. eſt, ꝙ ſic, quia talis eſt perinde, ac ſi ex legitimo matrimonio eſſet natus, cũ hoc faciat lex mortua. c. tanta. qui filij ſint legi. & multomagis viua. ff. de cõſtit. prin. l. beneficiũ. & ſicut ſimpliciter reſtitut⁹, ad omnia reſtituitur. C. de ſen. paſ. l. j. ſic
ſimpli

ſimpliciter legitimatus, intelligi debet ad omnia legitimatus. extrà, de priuileg. quia circa. & idem Aſten. libro viij. Sed intellige ſemper excepta præiudicialia, vt dictum eſt. ¶ Quartum. Legitimatus à papa ad dignitates, ſecundùm Gofre. in Sum. & *Hoſt. non intelligitur* legitimatus ad epiſcopatum, & alias dignitates maiores: ſed tãtùm quo ad inferiores. de conceſ. præbẽ. dilectus. quia cũ hęc indulgẽtia ſit odioſa, eſt reſtringẽda: extrà, de cõſang. quod dilectio. ¶ Quintum. Si papa diſpẽſat in matrimonio contracto in gradibus ꝓhibitis *iure canonico*: *nõ* ꝓpter hoc legitimat filios antè cõceptos, ſed cõceptos pòſt legitimat quo ad omnia: & ſi *expreſſe* legitimet antè cõceptos, nõ erũt quo ad oĩa, id eſt, quo ad tẽporalia in terris papæ nõ ſubditis, ſecundũ dominum Anto. Sed verius ſecundùm Io. An. & Pa. in d. c. *venerabilem*. legitimãdo matrimoniũ, vt extũc, erũt legitimi ꝑ omnia, modò ꝓles fuerit generata ex coitu matrimoniali ſaltẽ effectu, licet de iure poſitiuo non tenuerit. ¶ Sextum. Legitimatus ab aliquo principe ſeculari *vel ciuitate*, ſecundũ Innocẽ. intelligitur legitimatus quo *ad omnes* actus ſeculares in terris ſubditis legitimãti: ſed non intelligas de præiudicãtibus, niſi ſpecialiter exprimãtur, iuxta prędicta: in alijs aũt terris quo ad preiudicantia tantùm. & intellige, etiã ſi expreſſe fuiſſet legitimatus ad prẹiudicãtia, ſed propter hoc non erit legitimatus ad ſpiritualia. ¶ Septimũ. Legitimatus ab Imperatore cũ clauſula iſta, ſine præiudicio filiorũ legitimorũ: ſecundũ Ludo. de Bolog. in additio. conſilij xxix. Ioannis de Ana. inci. in Chriſti nomine. debet intelligi, ꝙ æqua lance ſuccedat: non autem, ꝙ in totum ab hæreditate excludatur: quia in omnibus literis, maximè gratioſis, debet euitari maligna & callida interpretatio, & eligi ſana. de decimis. ad audiẽtiã. & de clericis non reſiden. Interpretatio aũt, ꝙ iſte in totum excludatur à ſucceſsione, parũ aut nihil ꝓdeſt: quod eſſe nõ debet: vt in c. ſi papa. de priuilegijs. li. vj. & eſſet cõtra mẽtem & verba legitimantis: & produceret effectum contrarium, contra omnia iura mundi: vt patet in l. legata inutiliter. ff. de leg. j. Et pręterea, ꝙ tale præiudicium non attenditur virtute dictæ clauſulæ, expreſſe probatur per tex. iuncta glo. fi. in c. ij. de pactis. libr. vj. ¶ Octauò quæri-
13 tur,* vtrum filij nati ex clerico non exiſtente in ſacris, ſed in minoribus, & concubina, legitimentur per ſequens matrimonium? Et tenuit Rich. Mal. quòd non: quia coitus cõcubinarius *in clericis* eſt totaliter reprobatus à lege: vt in auth. de ſan. epiſco. §. clericos. vnde non poſſunt dici filij naturales, nec conſequenter legitimari per ſequens matrimonium. Sed Io. And. in mercu. in reg. ſine culpa. recitato dicto Richar. determinat contrarium, per regulã, quòd ex quocũq; coitu ſint *nati*, modò potuerit eſſe vxorius, ſi conſenſus affuiſſet, legitimantur per ſequens matrimonium: ſecus ſi tũc nõ poterat eſſe vxorius. Bar. aũt in l. cõcubinã. ff. de cõcu. diſtinguit an ille cleric⁹ fuerit beneficiat⁹ néc-ne. ſed hoc nihil facit cõtra Io. And. quia dato, quòd eſſet beneficiatus, nihilominus ſi contraheret matrimonium, teneret: & conſequenter legitimarentur: per d. c. tanta. Et per dictam regulam patet, ꝙ ſi Saracenus habuit filium ex Chriſtiana, & poſtea effectus Chriſtianus contrahat cum illa, nõ propter hoc filius legitimatur: quia tempore cõceptionis nõ poterat eſſe matrimoniũ: vt in c. caue. xxviij. q. j. Et idẽ dic de nato ex coitũ inceſtuoſo: licet poſtmodum ex diſpẽſatione eccłię cõtrahatur matrimoniũ: niſi aliud in diſpẽſatione dicatur: quia tẽpore cõceptionis non poterat eſſe matrimonium, obſtãte impedimẽto cõſanguinitatis & affinitatis. Et ſic Panor. in d. c. tãta. concludit, quòd vbi coitus non poterat eſſe vxorius, obſtãte impedimẽto perpetuo, non remouibili ſine diſpẽſatione eccłię: filij per ſequẽs matrimonium nõ legitimãtur. ¶ Nonò quæritur,
14 * vtrum poſsit quis petere ſe pronuntiari legitimũ? Et dicit Inno. quòd non, niſi ad aliquem effectum: puta, ſi agitur de ſucceſsione: & imputatur ſibi, quòd non eſt legitimus: quia tunc hoc poteſt petere: vt in c. j. qui filij ſint legi. vel ſi diffamatur de illegitimitate. Et idẽ Pan. in c. cauſam. eod. titu.

DE LEGITIMA PORTIONE.

1 *Legitima portio quotuplex ſit, & quid in eis cõputetur. & nume. 1.*
3 *Legitima debita iure naturæ an poſſit ſtatuto, uel conſuetudine tolli.*
4 *Legitima an perdatur per non confectionem inuentarij.*
5 *Legitima filij an perdatur per crimen patris in læſam maieſtatem.*
6 *Legitima an priuari poſſet filius non implens uolũtatem piam patris.*
7 *Hæres inſtitutus an poſſit repudiare hæreditatem retenta legitima.*
8 *Legitimæ ſupplementũ petit, qui eſt inſtitutus in minori parte.*
9 *Falcidia in quibus caſibus ceſſet.*
10 *Falcidia an detrahatur etiam de legatis ad pias cauſas unà cũ alijs.*
11 *Falcidia quæ ceſſat in legatis ad pias cauſas, an pertineat ad onus hæredis, uel aliorum legatariorum.*
12 *Trebellianica in quibus caſibus ceſſet.*
13 *Legitimam & Trebellianicam an quis ſimul deducat.*
14 *Inſtitutus in re certa an per omnia habeatur loco legatarij.*
15 *Eccleſia hæres adiens ſine inuentario an teneatur in ſolidum.*
16 *Legitimam an ſufficiat habere quoquo titulo relictam.*
17 *Legitimam an debeant habere parentes iure inſtitutionis.*
18 *Legitima an ſit aucta in aſcẽdẽtibus ſicut in deſcendentibus ad trientem uel ſemiſſem.*

LEGITIMA portio, eſt pars hęreditatis aliquibus à lege decreta. Cùm enim olim poſſet teſtator totã hæreditatem ſuam alteri relinquere, lex ſtatuit aliquid relinqui legitimis hęredibus, vt patebit. ¶ Primò ergo quęritur,
1 *quotuplex eſt legitima portio? Et dico, ꝙ eſt triplex. ¶ Prima dicitur legitima: vt C. de inoffi. teſtamen. l. omnimodo. dicitur etiam aliquando debita pars: vt in l. ſcimus. C. eodem. aliquando debitum ſimpliciter: vt in authen. de triente & ſemiſſe. §. j. aliquando debitum bonorum ſubſidium: vt C. de inoffici. donatio. l. ſi totas. aliquando dicitur pars debita iure naturæ: vt in authentico, de triente & ſemiſſe. §. hoc nos. Hæc debetur iure naturæ filijs, qui ſine cauſa exhæredari non poſſunt: & eis mortuis debetur nepotibus ex eis legitime natis: & huic nullum grauamẽ poteſt imponi per legata aut fideicõmiſſa: ſed per debita tantùm. non poteſt etiã ei imponi dilatio, vel cõditio, aut modus: & ſi apponantur, habentur pro non adiectis: dicta l. omnimodo. & duabus ſequẽtib⁹. Et hæc eſt talis: Si filij ſunt quatuor, vel infra, debent habere tertiã partem: ſi quinq;, vel vltra, debent habere medietatem. C. de inofficio. teſtamen. authent. nouiſsima. Et intellige etiã partem, vel medietatem eius quod eis deferebatur ab inteſtato: vt nota. gloſſ. in l. ſi arregator. de adoptio. & ibi Bart. pro hoc allegat l. Papinianus. §. quoniam autem. ff. de inofficio. teſtamen. Et intellige detractis debitis, ſi quę eſſent. Pro quo facit l. veniſſe. ff. de verbo. ſigni. ¶ *Secunda, dicitur Falcidia* à Falcidio authore, quę debetur iure inſtitutionis, & eſt quarta pars totius hæreditatis, quã inſtitut⁹ hæres retinet
& detr

& detrahit sibi de singulis legatis, nisi ad pias causas, si hæreditas est exhausta legatis: vt quia supra dodrátem in tres partes hæreditatis est aliquid legatum vel fideicõmissum. de test. Raynaldus. auth. similter. C. ad legẽ Fal. Insti. eo. j. respõ. ¶ Tertia dicitur Trebellianica, à Trebellio autore: quæ debetur inre institutionis: & est quarta pars totius hæreditatis: sicut cùm institutus hæres vniuersaliter, vel in certa quota hæreditatis, rogatur vt alteri restituat hæreditatẽ sine liberis moriẽdo: põt sic institutus retinere quartã partẽ totius hæreditatis. Inst. de fideic. hære. §. sed quia. 3 & C. ad Treb. per totũ. etiam si plures fuerint hæredes: tamen institutus hæres in certa parte eam nõ habebit, secundùm Bal. in l. j. ff. ad legem Fal. Vnde no. secũdùm Pano. in c. Raynutius. de testa. ℘ hæc quarta Trebellianica non detrahitur per hæredem constitutum in re certa, sed per vniuersalẽ: vt cõsuluit Bal. per l. j. ff. ad l. Fal. id est, per constitutũ hæredem insolidũ, vel in quota hereditatis: sicut Falcidia detrahi potest per institutũ in dimidia: vt probatur in c. Raynal. de testa. Et hæc detrahitur de tota hæreditate, sicut Falcidia deducitur nõ ex tota hereditate, sed ex singularibus relictis. ¶ Secũdò quæritur,* quid cõputetur in 2
istis legitimis? Et dicit Panor. in c. Raynutius. de testa. ℘ in Falcidia non computantur nisi ea, quæ obuenerũt hæredi iure institutionis: non autem legata, vel alio titulo prouenientia. in Trebellianica verò cõputantur nõ solũ quę obuenerunt illi iure institutionis, sed etiã quę ex testamẽto: puta, iure legati, vel donationis: nõ aũt alia obueniẽtia extra testamentũ: & de prædictis est casus, vt ibi Bart. & Ange. & Imo. in l. in quartã. ff. ad legem Fale. & ibi ponũt rationẽ differẽtię: cũ gl. quę dicit, ℘ ideò est, quia i Falcidia plus grauatur hæres, cùm onera hæreditaria remaneãt penes eũ in solidum: ideo q; releuatur in hoc, vt illud solùm computetur in Falcidiam, quod iure hæreditario capit: in Trebellianica aũt non sustinet onera, nisi pro parte: ideóque plus grauatur. In legitima verò, seu in portione debita iure naturæ cõputãtur nõ solũ prouenientia ex testamẽto quocũq; titulo, sed etiã vndecunq; sint profecta, scilicet à defuncto: secus si quid caperetur extra patrimonium defuncti: qa illud in quartã nõ imputatur: vt l. scimus. §. repletionẽ. C. de inoff. testa. quod etiam vult Bartol. in d. l. in quartã. Et sic patet, ℘ captum extra testamẽtum, non cõputatur in quartã Trebellianicam: vt l. pater filiũ. ff. ad Trebellia. & tũ cõputatur in legitimam debitam iure naturæ. Cuius ratio est, secundùm Bar. in d. l. in quartam. quia Falcidia, & Trebellianica debetur occasione testamẽti: ideo in eam non cõputatur, nisi quod venit ex testamẽto: debita verò iure naturæ venit aliunde, cũ nõ proprie proueniat ex volũtate patris, sed ex legis dispositione: quia, velit, nolit pater, oportet filium habere legitimã suã. ¶ Et ex his patet, ℘ in alijs quartis, quæ deberentur ex alijs dispositionibus, vt mulieri, vel viro ex forma statuti, computatur quicquid extrinsecus venit: vt in authen. præterea. C. vnde 4
vir & vxor. ¶ Aduertẽdum est tamẽ circa hoc vltimum, secundùm Pan. in d. c. Raynutius. ℘ aut pater donauit filio ob causam, puta dotis, vel donationis propter nuptias: & illud imputatur in suam legitimam: vt in auth. ex testamento. C. de collatio. aut fuit donatio facta simpliciter: & tũc si tenuit, vt quia facta fuit filio emãcipato, vel filio vt bene merito, illud non computatur: quia valet hæc donatio, ac si fuisset facta extraneo. Aut donatio nõ tenuit in vita: & 5
tũc cõputatur in legitimam, etiam si morte cõfirmetur. Et ex his infert Pano. in d. c. Raynutius. quòd Falcidia magis est prius legata, quàm Trebellianica, & ista est magis, quã legitima. ¶ Aduertẽdũ est etiam, secundùm Asten. quantũ ad modum inchoandi huiusmodi quartas, si hæres institutus sit de liberis testatoris, ad quem pertinet portio naturalis: primò ex tota hæreditate deducet legitimam portionem, scilicet tertiã, id est, quatuor vncias: ex reliquis verò octo vncijs defalcabit per legem Falcidiã iure institutionis, quartã, id est, duas vncias: reliquas verò sex, id est, medietatẽ hæreditatis diuidet inter legatarios pro rata. Inst. ad legem Falcidiam. §. cùm autem. ¶ Tertiò quæritur, *vtrũ legitima debita iure naturæ possit per statutum, vel consuetudinem tolli in totum? Et dicit Alber. in l. quoniã in prioribus. C. de inoff. testa. ℘ Doctores communiter, & etiam Vltramõtani tenent, ℘ non: alij verò magni tenent, ℘ sic. Sed prima opinio videtur esse verior, scilicet, ℘ nõ in totũ: licet possit per statutũ, vel consuetudinem minui aut distingui: quia sicut à natura dependet alimentatio filij à patre. ff. de iust. & iur. l. j. §. hinc desc̃dit. ita post mortem patris alimẽtatio filij ab hac portione iure naturę debẽ pẽdere videtur: vt innuitur in auth. de triẽ. & semi. §. j. ad fi. & §. phibemus aũt. ibi: si vult filiorũ. &c. Pro hoc facit Insti. de iur. natu. §. j. ff. de pac. l. ius agnationis. Cy. autẽ in l. sancimus. C. de nuptijs. & Dy. in regula, indultũ. & Bart. in l. Titio. §. fi. ff. de cõd. & dem. tenet, ℘ tolli potest in totũ: quia ista portio est de iure ciuili, cùm olim non esset. Sed hæc ratio nõ cõcludit: quia est de iure ciuili solũ, quãtũ ad taxationẽ talis quãtitatis, non autẽ absolutè. Potest tamen in d. c. Raynutius. distingui, & bene. Nam aut filius nõ habet vnde viuat aliũde: & sic vera est opinio prima, & mouetur: quia iure ciuili spurio nihil debetur: vt in auth. ex cõplexu. C. d̃ incest. nup. & tamẽ ius canonũ sequẽdo naturalẽ æquitatẽ disponit vt habeat alimenta. de eo qui duxit in mat. c. cũ haberet. ergo forti⁹ ĩ legitimo, si hoc vult ius ciuile, posset ius canonicũ hoc tollere. Aut habet vnde viuat: & sic est vera secunda. Aduertendũ est tamẽ, ℘ licet in legitima ista filius grauari nõ possit per fideicõmissũ, secundùm opinionem communem, per l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. testa. & l. cũ patronus. ff. de leg. j. de quo Bar. & Dy. dubitauerunt in l. j. ff. de vulg. & pupilla. substitutio. tamẽ succedẽtes ab intestato ipsi filio, si illũ decedere cõtingat impuberẽ, possunt grauari. & est casus in l. si fundũ per fideicõmissum. cũ l. seq. ff. de leg. j. Vnde dicit Bal. in l. cũ virum. C. de fideicom. ℘ substitutus filio impuberi, poterit grauari vt restituat legitimam filio debitam. Et si verba sunt dubia: puta, testator dixit, post mortẽ filij mei impuberis hæreditas integra restituatur Seio: nec ex presisit, per filium, vel succedẽtes ab intestato filio meo, vt per substitutũ datum filio meo: fideicommissum debebitur in legitima, etiam secundùm Barto. in l. qui duos. ff. de vulg. & pupil. substi. & communiter sequuntur scribentes ibi. & refert Pan. fuisse consultũ per Io. de Imo. & Fulg. in c. Raynutius. de testa. licet Bart. in l. cohęredi. ff. de vulga. & pupi. sub. aliter dixerit. ¶ Quartò quæritur,* vtrum per 4
non cõfectionem inuẽtarij perdatur legitima debita iure naturæ? Et dico, ℘ Bar. in auth. sed cùm testator. C. eod. refert. glo. tenere, quòd non, in authẽ. hoc amplius. C. de fideicom. ¶ Quintò quęritur,* vtrum legitima debita iure 5
naturæ amittatur per crimen patris in læsam maiestatem? Et dico, ℘ Car. in cle. pastoralis. de re iud. refert Landu. tenere, quòd nõ: & filios audita cõdẽnatiõe patris, si furtim subripiant legitimã, non teneri ad restitutionẽ principi, saltẽ in foro animę: qa possunt tenere de iure naturæ, qd per ius positiuũ tolli non potest. Ad hoc, de testa. Raynutius. quia pater nõ potest priuare filiũ legitima, nisi in casu ingratitudinis. C. de inoffi. test. l. quoniã in prioribus. & facit c. ius dictũ. de verb. signi. & authẽ. de hęre. & falci. §. si quis autem nõ implens. vbi dicitur, ℘ etiam propter reatũ inobedientiæ filius priuari nõ potest legitima. Sed Zen. tenet contrariũ: quia per contractũ potest tolli legitima: cùm debeatur deducto ære alieno: vt l. Papinianus. §. iiij. ff. de inoffi. test. In delictis autẽ quasi contrahimus: quia per quasi contractũ quis se obligat ad pœnã. ff. de iure fis. l. Imperatores. Hanc opinionẽ tenet Ioan. de Lig. & dicit veriorẽ: quia legitima est quota bonorũ, quã pater 7
habet tempore mortis: nihil autẽ habet, quãdo sunt confiscata. ff. de inter. & releg. l. iij. Et pro ista opiniõe facit qđ not. Bart. in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. vbi dicit, ℘ portio legitima filio debita, non debetur, nisi post mortem naturalẽ: vt l. j. §. si impuberi. ff. de col. bo: vbi dicit Bar. ℘ ille §. facit ad quæstionẽ, an pater debeat soluere condẽnationẽ vsq; ad legitimã, si filius condẽnetur ℘ maleficio? Et dicit, ℘ videtur tex. ibi, ℘ non: quia in vita 8
patris nõ debet legitima separari: vt in d. §. si impuberi. & in l. fi. ff. de lib. agno. dicit, ℘ filiꝰ nullũ ius habet in debito bonorũ subsidio viuẽte patre. Et de hoc vide casum 9
in d. l. fi. quia patronus nullũ ius habet in bonis liberti. ℘ quo l. ij. ff. si à pa. quis fue. manu. Sed quòd dicit Bar. legitimam nõ deberi, nisi post mortem naturalem: intellige, vel sibi æquiualentem, scilicet mortẽ ciuilem: puta, religionis ingressum, quando hęc habet, quo ad bona tẽporalia omnino eundẽ effectũ, quem habet mors naturalis: puta, si ingrediatur religionẽ fratrũ Minorũ: vt no. Bart. in d. authen. si qua mulier. Pro quo etiam facit c. cùm simus. de regula. & idẽ est de quacunque religione, in qua ingressus bona sibi retinere nõ potest etiã in communi. Primam opinionẽ Landul. Sum. Ange. tenet, tanquã magis piam, licet de rigore iuris minus verã: quia per titulum lucratiuum, & donationem, pater in præiudiciũ filij alienare nõ potest. C. de inoffi. do. per totũ. & de dona. & quod ibi no. c. fi. fiscus autẽ hoc capit ex titulo lucratiuo: ideóq; non potest in præiudiciũ filij. Ad Zen. dicit verũ dicere, quãdo ex quasi cõtractu dãnificauit principem in bonis: aliàs nõ est æs alienũ: nec propriè pater tenetur ex quasi cõtractu, sed simpliciter ex delicto. Ad Io. de Lig. dicit patere: quia alienatio facta titulo lucratiuo in fraudẽ filij, non valet. Ad Bar. mihil dicit, nec illũ adducit. Summa autem Ros. tenet opinionem secundam: & ita tenendum est: quia Sũ. Ang. male probat, & male soluit. Patet primũ: quia quod dicitur, patrem alienare nõ posse titulo lucratiuo in præiudiciũ filij, verum est, sponte sua: quod non est hic, vbi cogitur: & prętera hic ipse nõ alienat, sed ius. Patet etiã secundũ quo ad Zen. quia princeps damnũ patitur, in honore saltẽ: & est æs alienũ, non ex sublatione, sed ex legis condemnatione. Et quo ad Ioan. de Lig. quia
6 valet talis alienatio, quãdo est coacta, & à lege. ¶ *Sextò quæritur, cùm dicitur in testamento, ℘ si filij non fuerint executi voluntatẽ testatoris, sint exhęredati, & priuati legitima debita iure naturæ: an incurrant dictã pœnã non exequẽdo, maximè ad pias causas? Et dico ℘ gl. in c. si hæredes. de testamen. limitat authẽ. hoc amplius. C. de fideicomiss. dicens, ℘ filius institutus nõ implens voluntatẽ in relictis ad non pias causas, solùm priuatur successione defuncti, nõ autem debito iure naturæ: sed si relicta sunt ad pias causas, priuat etiã debito iure naturæ. Et licet glo. in fi. nõ videatur istã opinionẽ firmare, eam tamen sequitur Host. licet fateatur, ℘ si filiũ pœniteret, ecclesia posset illi facere aliquã eleemosynam. Panor. autem dubitat de

hoc: quia iura loquuntur de relictis in testamẽto: hæc autem portio filio debetur extra omne testamẽtum, cùm sit quasi debitũ naturę. Vnde iura solùm voluerũt excludere à cõmodo habito per defectũ: quia ex quo noluit onus, non debet habere honorem, seu emolumentũ. Quæ ratio cessat in debito iure naturæ, quod debet sine aliquo onere: vt l. quoniam in prioribus. de inoffi. testa. Item negare nõ possumus quin res sit dubia: & in dubijs sequi debemus partẽ benigniorẽ: vt in regu. odia. de reg. iur. lib. vj. vide etiã §. ix. casu iiij. ¶ Septimò* quæritur, vtrum filius 1
institutus hæres possit repudiare paternã hæreditatẽ retentã sibi legitimã? Et dicendum est quòd non: quia cùm etiã in legitima fuerit institutus, nõ põt pro parte acceptare, & pro parte repudiare, secundũ Bar. in l. gerit. ff. de acqui. hęre. & Bald. in l. vnica. C. quando non petent. par. Et eadem ratione idem dicendum est patre decedẽte ab intestato: quia nõ potest agnoscere hæreditatem paternã pro parte, & pro parte abstinere. ¶ Octauò* quęritur, qd 1
si filius institutus sit in minori parte? Et dico, ℘ nihilominus aget vsq; ad supplementũ. d. l. omnimodo. quia hęc legitima datur in bonorũ subsidiũ de iure naturę. ¶* Nonò 1
quęritur, in quibus casibus esset Falcidia? Et dico quòd in multis. ¶ Primò, in his, quę sic legãtur, ℘ alienari nõ possunt, vt pueniãt ad successores eius, cui relicta sunt. C. ad le. Fal. auth. sed in ea re. ¶ Secundò, in his, quę ad pias causas relinquũtur, vt in in auth. similiter. C. ad le. Fal. & Bal. in l. à iure. §. à Titio. ff. de cõdi. & demõst. Si tamen ecclesia, vel piꝰ locus institueretur hæres: tũc detraheretur Falcidia de legatis factis alteri ecclesię, vel pio loco: quia currit priuilegiũ cũ priuilegio: & sic cõcurrentibus priuilegijs vtuntur iure cõmuni. Pro quo facit l. assiduis. C. qui po. in pigno. hab. & no. Pan. in c. in præsentia. de proba. & idem tenet Dy. & sequitur Alberi. in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cle. Et quod dictũ est, Falcidiã non deberi de legatis ad pias causas: Bal. in d. l. auia. dicit verum, etiam si indirectè relinquãtur: puta, cũ legatur mihi fundus, cũ pacto, ℘ restituatur ecclesię. ¶ Tertiò, in testamẽto militis. C. ad l. Falc. l. in testamento. Sed hodie corrigitur per auth. de hęred. & fal. §. fi. ideó q; nõ cessat. ¶ Quartò, in malè ablatis certis, vel incertis legatis: & similiter in alijs alienis. l. ĩ ponẽda. C. ad l. Falc. & tenet Sũ. Ang. sed melius Sum. Ro. cũ Bar. in l. j. C. de sacrosan. ecc. distinguit: quia si sunt incerta, cessat Ffalcidia, qa sunt ad pias causas, id est, pro anima illius, cuius erãt. Si verò sint certa relicta his, quibus debẽtur, nõ sunt ad pias causas: quia proxima causa relinquendi, est debitũ, & nõ causa pia: quę est solũ, quãdo nulla necessitas subest: sed sola religio, & liberalitas in Deũ. Vnde in his videtur cõcludere, ℘ Falcidia possit detrahi, si probari nequeũt: si verò is, cui relinquuntur, probaret sibi debita esse aliũde, q̃ ex testamento, detrahi nõ posset, sed cessaret. ff. de auro & argẽ. leg. l. qui vxori. Hęc ex Bar. quẽ sequitur Sũ. Ro. indistinctè. Sed melius dicitur, ℘ Bar. loquitur in foro causarũ: in foro autẽ animæ etiã si probari nequeũt, modò hęres sciat, vel ℘ probabiliter credat esse aliena, nõ põt Falcidiã subtrahere: quia esset subripere aliena. Et si pater pro malè ablatis tantum leget, ℘ legitima iure naturę debita minuatur: dicit Astẽ. lib. iij. tit. xxv. post Monal. ℘ si talia malè ablata probari non possunt, hęres soluere nõ tenetur, vt debitũ, id est vt æs alienũ, sed vt legatũ. Vnde si legitimã iure naturę debitã minuit, soluere non tenetur: intellige in foro causarũ, etiã in foro cõscientiæ, nisi sciat, vel probabiliter credat ita esse. Secꝰ in illo, cui Falcidia cõpetit: quia cùm talia le-

gata sint ad pias causas, cessat hodie, vt dictum est: ideó q; illã nõ detrahet. Consilium autem datur tali patri à Monal. si filiũ inducere nõ potest, vt velit ea restituere male ablata, quę quasi totã hæreditatem exhauriunt, vel ad hoc se obligare, legitima nõ detracta: vt restituat ipse dum viuit, vel faciat codicillum, in quo ordinet omnia bona sua distribui pauperibus, pro male ablatis incertis: asserens, ꝙ plura sunt male ablata, quàm sua bona, & similiter, quæ ꝙbari nequeũt relinquat his, quibus debẽtur. ¶ Quintò, si testator certꝰ de quãtitate sui patrimonij prohibeat ex presse deduci Falcidiã: in auth. sed cũ testator. C. ad l. Fal. ¶ Sextò, si hæres nõ fecerit inuentariũ secundũ modũ, & tempus statutũ à iure: vt in dicta authen. sed cum testator. ¶ Septimò, si hæres intra legitimũ tempus voluntati non paruerit testatoris: de testa. Raynaldus. ad fi. vbi dicit gl. tempus legitimũ esse tẽpus anni à iussu iudicis cõputandũ, intra quod si nõ paruerit, dicit etiã, ꝙ perdit omnia, excepto eo, qđ sibi debetur ex fideicõmisso. ¶ Octauò, de legato dotis: vt l. ij. §. idẽ quæsiuit. ff. de dote prę le. ¶ Nonò, in libertate legata. l. Papinianus. ff. de inoffici. testamẽto. ¶ Decimò, quando legatur instrumentum rei alterius. ¶ Vndecimò, in casu legis beneficio, quãdo scilicet occultauit, vel negauit res hæreditatis. ff. ad legẽ Falcidiã. vide etiã infrà §. xij. casu. ¶ Decimò* quæritur, vtrũ factis multis legatis, tã ad pias causas, quàm non pias, excedentibus facultatẽ hæreditatis, debeat fieri detractio de vtrisq;, an solũ de his, quę nõ ad pias? Et dicit Alberi. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cleri. quòd fit cõmuniter de vtrisq;, nõ obstãte, ꝙ cesset Falcidia ĩ his, quę ad pias causas: qa nõ est Falcidia, sed declaratio legati inaniter facti ab initio. ff. ad Treb. l. j. §. si is qui quadraginta. ¶ Vndecimò* quæritur, cũ in legatis ad pias causas cesset Falcidia: vtrũ hoc ptineat ad onus hęredis, an aliorũ legatariorũ? Et dicit Bar. in auth. sed & in ea. C. ad legem Falcidiam. ꝙ onerãtur hęredes, & legatarij: quia ista legata debẽt ante omnia detrahi, vt æs alienũ. ff. ad l. Falcid. l. æris alieni. & sic ex hoc hæres minorẽ quartã, & alij legatarij minus habebũt de legato. ¶ Duodecimò* quæritur, in quibus casibus cesset Trebellianica? Et dico ꝙ in multis. ¶ Primò, in legatis ad pias causas: vt dictũ est s. Legatum. iiij. §. vj. ¶ Secundò, si testator prohibuit: vt in authen. de hęred. & Falci. §. si verò expressim. ¶ Nã si potest tollere Falcidiã, multo magis Trebellianicã, quę minꝰ est priuilegiata: vt ff. ad l. Falci. l. in quartã. Et licet cõtrariũ teneat gl. in authen. sed cũ testator. C. ad l. Falci. tamen Bar. in l. Marcellus. ff. ad Treb. cõcludit quòd potest: dicens idem tenere Odof. lac. de Aret. & Cy. & est opinio cõmunis, & verior: vt in d. §. si verò. ¶ Tertiò, quando substitutio euanescit: vt puta, qa restituere rogatus si decederet sine liberis, vel nõ maritaret, & huiusmodi, ingreditur religionẽ: vt in authen. nisi rogati. C. ad Treb. ¶ Quartò, quãdo solo iudicis officio cõpulsus adijt hæreditatẽ: quia totũ restituet. Inst. de fideicõ. hære. §. in primis. ¶ Quintò, in fideicommisso vniuersali relicto ad pias causas: quod vniuersale dicitur, quãdo tota hæreditas venit restituẽda: sicut dicitur particulare, quãdo restituẽda venit solũ quædã particularia bona. Hoc eñ tenet Bar. in authẽ. sed in ea. C. ad leg. Falci. cõtra gl. in c. j. de testa. lib. vj. nõ obstãte ratione in contrariũ, scilicet quia si in fideicommisso vniuersali nõ detrahatur, frustra erit hęres. Dicit enim in lege, Marcellus. ff. ad Trebellia. hoc esse contra textum in corpore vnde sumitur auth. similiter. C. ad leg. Falci. vbi loquitur quãdo tota substãtia est exhausta. Nec est in vacuũ hęres: quia tex. in dicto auth. de hęred. & Falc. §. si verò expressim. dicit, ꝙ habet meritũ quo ad Deũ: quia exercuit actũ pietatis. ¶ Sextò, admittitur tã ipsa, quàm Falcidia, secũdùm Bal. in l. scimus. §. licẽtia. C. de iure delibe. per negationẽ fideicõmissi in qualitate, vel quãtitate facta: si ille, cui fideicõmissum est factũ, probauerit qualitatẽ, vel quãtitatẽ fideicõmissi: nec aliquã ex ipsis poterit detrahere. ¶ Septimò, secundũ aliquos, per nõ confectionẽ inuentarij. Sed verius est secundũ Bar. in d. auth. sed cum testator, quòd non debet induci correctio legis corrigentis: vt l. præcipimus. C. de adop. & idem tenet Iaed. de Bel. & Cy. ¶ Decimotertiò* quæritur, vtrũ qs possit deducere duas legitimas portiões, scilicet debitã iure naturæ, & Trebellianicam? Et dico de hoc olim fuisse opiniões: vt patet in l. quanquã. C. ad le. Fal. hodie verò distinguendũ est cum Bar. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testa. & Bal. in l. filiũ quẽ habentẽ. C. famil. ercisc. & Canonistis in c. Raynutius. & in c. Raynaldus. de testa. Nam si substitutio aut rogatio sit facta purè, aut ad certũ diẽ, intellige de præsenti, quod pinde est, ac si sit pure facta, tũc detrahere nõ poterit, nisi vnã quã voluerit. Sed si sit facta sub cõditiõe: puta, si decedat sine liberis, vel ad incertũ diem: tunc poterit deducere ambas. Et sic cõcorda ius canonicũ & ciuile. & hæc est opinio cõmunis, secundũ Pan. in d. c. Raynutius. vbi etiã approbatur, sicut & d. c. Raynaldus. licet contrarium videatur de iure ciuili: vt in authẽ. de resti. §. quã ob rem. Vnde dicit Bart. ꝙ vbi quis esset rogatus de restituendo incõtinẽti, vel purè, nõ obseruaret illa decretalis de duplici portione deducẽda, vt sæpe cõsulit. Quod qdẽ sæpe accidit, quãdo dispositio nõ valet iure testamẽti: & est apposita clausula, ꝙ valeat saltẽ iure codicillorũ. de qua vide j. Testamentũ. j. §. xj. Tunc enim si testamẽtum non valeat aliqua ratione, vt quia in eo nõ sunt testes debiti, vel alia causa: testator videt voluisse, ꝙ hęreditas restituatur veniẽtibus ab intestato statim: vt no. in auth. ex causa. C. de liber. preterit. & sic non detrahetur, nisi vna quarta. hæc ex illo. Ratio aũt diuersitatis secundũ doct. vt refert Aften. lib. iij. tit. xxv. & Pan. in d. c. Raynutius. est, qa in restitutione fienda pure de præsenti cõcurrunt eodem tempore duæ deductiones. quod regula iuris ciuilis non patitur: vt l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad l. Fal. & in l. iubemus. C. ad Trebel. & in d. l. filium quem habentẽ. Vbi verò nõ est fienda purè, vel ad certã diem de præsenti, sed ad incertã, posset incontinenti deduci quarta debita iure naturæ: qa eã sine omni grauamine debet hãbere: in processu verò tẽporis deducet Trebellianicã, ĩ qua cũ fructꝰ percepti cõputãtur, minus diminuitur substãtia hæreditatis, quàm si fieret restitutio incõtinẽti, vbi substantia eius minueretur. Et per hoc videtur, ꝙ si dies illa incerta, vel cõditio emergeret ante pceptionẽ fructuũ, detraheretur tertia portio tãtũ. ¶ Decimoquartò* quęritur, vtrũ institutus in re certa habeatur p omnia loco legatarij? Et dicit Pan. post gl. in d. c. Rayn. ꝙ habetur loco legatarij, quo ad quędã, & quo ad quędã loco hęredis. de quo dicẽdũ, vt in l. quoties. C. de hęre. instit. Et inter cæteros effectus operatur hoc vnũ notabile in instituto in re certa: qa cohęredẽ nõ potẽte, vel nolẽte adire hęreditatẽ, iste habebit illã in totũ: qa nõ põt testator decedere pro parte testatus, & ꝙ parte intestatus. l. j. §. si ex fundo. ff. de hęre. insti. quã vtilitatẽ iste nõ assequeretur, si esset purus legatarius, quinimo deret legatũ, ex quo nõ adit hæreditas ex testamẽto. C. si quis omi. cau. test. quasi p totũ. nisi ad piã causam: quia talia debẽtur, etiam nõ adita hęreditate: vt voluit Bar. l. j. C. de

C. de sac. sanc. eccl. De quo vide s. Legatũ. iiij. §. viij. ix. & x. ¶ Decimoquintò quæritur, quid si ecclesia vel hospitale instituitur hęres, & adeat absq; beneficio inuentarij, an teneatur in solidũ? Et Bar. in d. auth. sed cũ testator. respõdet per verbũ, cogitabitis. sed in l. j. C. de sacrosan. eccle. tenet ꝙ non: quia iura ciuilia nõ possunt obligare ecclesiam, & pia loca, vltra vires hęreditatis: cùm talis obligatio nõ sit de iure naturali: vt in legatis ad pias causas cessat omnis solẽnitas iuris ciuilis. Si tamen aliquis facerdos instituatur hæres ratione cõsanguinitatis vel amicitiæ, nõ intuitu diuinæ religionis: tũc putat teneri in solidũ: vt in authen. de hæred. & Falcid. §. penulti. Secus si amore Dei, vel pro anima sua. ¶ Decimosextò quęritur,* an filio sufficiat habere legitimã, quocũq; titulo relicti? Et dicit Bar. in auth. nouissima. C. de inof. testa. ꝙ hodie habere debet iure institutionis: vt in authent. vt cum de appel. cogno. §. aliud. Ratio, quia est titulus magis honorabilis. Item, quia habet ius accrescendi in hæreditate: vt no. in l. quoties. C. de hæred. instit. Et debet eam habere cũ vsufructu: vt in auth. de trien. & semis. §. prohibemus. Et sic l. vxori meę. de vsufructu leg. est correcta in filijs. Dicit etiã glo. in d. §. aliud. ꝙ in minimo facta institutio excludit querelã, vt in dicta authen. vt cum de appel. cogno. §. cęterũ si qui. aget tamẽ ad supplementũ: vt C. de inoffic. testa. l. omnimodo. Nec sufficeret, si filio relinqueretur fideicõmissum vniuersale: vt vult Bart. in l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebe. & in l. scimus. §. cùm aũt. C. de inoffic. testam. vbi glo. reprobat: quia tex. in corpore, vnde sumitur authen. nouissima. præallegata, expressam mentionẽ facit, ꝙ non valet iure fidei cõmissi: quod etiã videtur expressum in dicto §. qui rogatus. Gloss. tamen singularis in dicta authen. nouissima. de qua ibi Alexãder de Imo. facit magnũ festum, distinguit: quia si testamentũ fiat solenne, debet institui. Si verò minus solenne, puta inter liberos, sufficit quocũq; relicti titulo, dũmodo aliquid relinquatur, quia defectus alicuius solennitatis iuris positiui, illud nõ vitiat: vt in §. ex imperfecto. l. hac cõsultissima. C. de testam. & aget vsq; ad supplementũ. Secus si præteriti fuerint aliqui ex ipsis filijs: qa testamentũ esset nullum. l. filio præterito. ff. de iniusto rupto; testa. Item limita, ꝙ debet habere iure institutiõis: nisi institutio omitteretur in fauorẽ filij: vt in casu l. multi. de liber. & posth. vt notabiliter videtur cõcludere Bart. & Imo. in l. cùm ex filio. de vulgari & pup. substi. Item fallit si statutũ hoc nõ sic diceret: secundũ Bald. in l. fin. C. de bon. quæ libe. Et nota, ꝙ mater nõ debet habere legitimã filij, nisi quãdo filius facit testamentũ, vel moritur ab intestato: secus si pater facit testamentũ filio impuberi: vt in c. si pater. de testa. lib. vj. ¶ Decimoseptimò quæritur,* vtrũ hodie parẽtes debeãt habere legitimã iure institutionis? Et dicit Barto. in d. authen. nouissima. ꝙ gloss. in l. j. §. j. ff. si à pa. quis fuer. ma. tangit istam quęstionẽ in patrono: & cõcludit, ꝙ patronus potest habere quocũq; relicti titulo. Pater aũt & patronus æquiparãtur ad omnia, exceptis quibusdam, quæ notãtur in dicta l. j. inter quæ nõ reperitur ista diuersitas, ergo &c. Præterea, quod nõ mutatur expresse, remanet incorrectum: vt l. præcipimus. C. de appe. hæc Barto. Bald. autẽ in l. j. C. de bonorum possessione contra tab. lib. tenet contrariũ: vbi dicit, ꝙ filius debet relinquere parentibus iure institutionis. & fundat se per text. expressum in dicta l. omnimodo. circa principiũ. & idem Iacob. de Belui. Et hæc opinio est tenẽda, vbi filiꝰ testãs nullos filios relinquit: quoniã vbi filij superessent, nulla legitima videtur debita patri: imò in nihilũ succedit, vt est gl. valde nota. Instit. quibus modis ius patriæ potesta. sol. §. nostra aũt. in verbo, paterno. Et nõ mirũ, quia in successione prima causa est liberorũ: vt in authen. de hære. ab intesta. circa prin. Gloss. tamẽ in l. pater filiũ. ff. de inoffic. testa. tenet debere institui patrem, etiã extantibus liberis: sed primũ est verius. ¶ Decimooctauò quæritur,* vtrũ in ascendentibus sit aucta portio legitima, sicut est aucta in filijs, vsq; ad trientẽ & semissem? Et dicit Bart. in d. authen. nouissima. de mẽte glo. & doct. ꝙ sic, vt in auth. de trien. & semi. §. j.

LENO, secundùm glo. in §. quod si in adulterio. xxiij. quæst. j. est qui damnatam adulterã ducit: vel qui eam sibi reconciliat. C. de adul. l. castitati. vel qui scienter adulteram tenet: vt in d. §. quod si. vel qui recipit pecuniã pro adulterio. ff. de adult. l. ij. §. lenocinij. Sed limita prædicta in tribus primis casibus vera, nisi essent emẽdata. Item lenocinium committit, qui habet mãcipia quæstuaria: quia hoc non est minus quàm proprio corpore facere quæstũ. l. palam. §. lenocinium. ff. de ritu nup.

DE LEPRA, ET LEPROSO.

1 *Lepra superueniens soluit sponsalia de futuro, sed non matrimonium. & num. 2.*
3 *Lepra an excuset ab obligatione reddendi debitum, uel cohabitatione.*
4 *Leprosi an teneantur ad decimas.*
5 *Leprosi an habere possint ecclesiam & presbyterum.*
6 *Leprosus factus an tollatur à sfatione ecclesiæ, & an celebret.*

LEPRA inter morbos cõtagiosos cõputatur: vnde secundũ iura leprosi ab hominũ habitatione separãtur: de cõiug. lepro. c. j. Primò verò quæritur,* vtrũ lepra superueniẽs soluat sponsalia, scilicet de futuro ad instantiã sani? Et dico ꝙ sic: extrà eod. literas. & idẽ est de qualibet alia enormitate superueniẽte: quia in obligatione generali de contrahẽdo matrimonio subintelligitur, nisi quicquã turpe superueniat: vt in c. quẽadmodũ. de iureiu. ¶ Secundò quæritur,* vtrũ lepra superueniẽs soluat matrimoniũ, vel impediat contrahendũ? Et dico ꝙ nõ soluit matrimoniũ. extrà eo. c. j. & c. literas. in quo licet dicatur consummatũ, tamẽ secũdũ Ho. & Pan. debet intelligi, id est, contractũ. Similiter nec impedit: quia potest contrahere leprosus, si inueniat volentem. extrà eod. cap. ij. ¶ Tertiò quæritur,* vtrum soluat coniugem sanum ab obligatione reddendi debitum coniugale vel seruitij, aut cohabitationis? Et dico quo ad debitum coniugale ꝙ non, secundũ glo. in dicto ca. j. nisi eo modo quo dictum est suprà, Debitum. §. j. scilicet propter periculum infectionis probabile: non obstante quòd in cap. ij. eod. titu. in hoc casu nulla exceptio inuenitur, quia intelligitur propria: secus de communi & generali, quæ in multis casibus inuenitur, scilicet ratione dicti periculi, vel etiã ratione impossibilitatis: sicut fortè quis ex horrore reddere non potest, sicut nec moueri: qui & si ob hoc excõmunicaretur, haberetur pro excõmunicato apud ecclesiam, non tamen quo ad Deũ, secundũ Pan. ar. c. literas. de resti. spo. & in c. inquisitioni. de senten. excom. Similiter non absoluit à debito seruiendi in necessarijs: cùm hoc sit minus periculosum quàm debitũ coniugale. Absoluit autem secundùm S. Thom. in iiij. distincti. xxxij. à debito cohabitandi in eodem lecto, vel in eadem domo: quia non ita inficitur ex coitu, sicut ex frequẽti cohabitatione. & idem gloss. in d. cap. j. Filij quoque leprosorum debent manere cum sano, ne inficiantur, secundũ omnes. ¶ Quartò quæritur, vtrũ leprosi teneantur ad decimas? Et dicit gloss. in cap. ij. de ec. ædi. ꝙ sic, nisi de hortis & nutrimẽtis animalium suorũ, quæ solæ ibi excipiun-

tur: sed intelligo quãdo coiter viuũt: vt ibi. aliàs de omnibus simpliciter dare tenẽtur vt alij Christiani. ¶ Quintò quæritur,* vtrũ leprosi habere possint ecclesiam & presbyterũ qui celebret eis? Et dico ꝙ sic, si tot sunt simul cõmuniter viuẽtes, ꝙ eam cum cœmeterio possint cõstituere: modò veterib⁹ ecclesijs de iure parochiali nõ fiat iniuria. d.c.ij. ¶ Sextò quæritur, vtrũ sacerdos fact⁹ leprosus possit in ecclesia parochiali prælationis officio fungi? Et dico ꝙ si sine scandalo & abominatione pop̃uli nõ potest illud exercere, debet ab officio remoueri: ita tamen ꝙ secundũ facultates ecclesiæ administrẽtur illi necessaria quoqsque vixerit: vt in c. tua nos. de cleri. agro. Rectorib⁹ verò eccle siarũ, qui sine scãdalo eorũ qui sunt sani, altari seruire non possunt, dãdus est coadiutor, qui curã habeat animarũ: cui adiutori ad sustẽtationẽ cõgrua portio de facultate eccle siæ eiusdẽ assignetur: vt in c. de rectoribus. de cleri. ægro. Ex quo etiam patet, ꝙ non prohibetur celebrare, qñ hoc sine scandalo potest, vt in secreto, & huiusmodi: ar. d. c. de rectoribus. vide de hoc suprà, Corpore vitiatus. §. vij.

LEX.

1 *Legis septem species.*
2 *Legis naturalis, canonicæ, & ciuilis, quæ sunt partes.*
3 *Legis naturalis quæ sint peculiaria.*
4 *Legem quis possit facere.*
5 *Lex esse iusta ex quibus dicatur.*
6 *Lex ne obliget, quæ requirantur. & num. 7.*
8 *Lex omnis an transgressores obliget ad mortale. & num. 9.*
10 *Leges ciuiles iniustæ enumerantur multæ, nec ligantes laicos. & num. 11.*
12 *Leges iniustas statuentium quæ sit pœna.*
13 *Canonicæ leges an inueniantur aliquæ non obseruandæ.*
14 *Lege an omnes ligentur.*
15 *Leges & statuta laicorum an ligent clericos.*
16 *Lex quomodo sit interpretanda & extendenda etiam in odiosis ac pœnalibus. usq; ad nu. 19.*
20 *Legis mens, cõprehensiua & extensiua quomodo demõstretur.*
21 *Prohibitum an intelligatur quicquid non est lege concessum.*
22 *Legis indulgentia an intelligatur saluo iure partis.*
23 *Constitutio an respiciat præterita.*
24 *Lex loquens per verba præterita an extendantur ad futura.*
25 *Leges humanæ an sint mutandæ faciliter.*
26 *Lex quibus modis tollatur.*
27 *Lex quid tollat.*
28 *Legi contrarius actus an sit nullus ipso iure.*
29 *Fraus si fiat legi, an valeat factum.*

Lex dicta est, secũdũ S. Th. j. ij. q. xc. à ligãdo, quia obligat: quod omni legi est cõmune: vel à legẽdo, qa scripta est, qd omni nõ cõuenit, sed ei primò quæ apud nos legis nomẽ habuit, i. humanę cõstitutionis: deinde etiã diuinæ. Sunt verò quatuor gñalia nomina ex diuersis sumpta ad significandũ idem. s. lex, eo ꝙ liget vel legatur: ius redactũ, maximè in scriptis, eo ꝙ per hoc iustũ cognoscatur & reddatur: statutũ, eo ꝙ firmetur deliberatione, quasi in statu, id est in gradu immobili situm vel positũ: & cõstitutio, quasi simul statutio, eo ꝙ ad eã deliberandã multi, id est, populus cõuenirẽt. Nec tamen significat cõstitutio solùm id quod populus statuit: sed ampliatur ad omne statutũ & legẽ. Est igitur lex, secundũ eundẽ ibi, ordinatio. s. actiua rationis. s. practicæ: ad bonũ, cõmune. s. terræ, ciuitatis, pro- 2
uinciæ, regni, aut mũdi, ab eo qui curã habet cõmunitatis, de iure nõ de facto promulgata. Ex qua diffinitione sic intellecta sequitur primò, ꝙ lex sit aliquid rationis. s. propositiones uniuersales rationis practicæ actu vel habitu cõsideratæ: vt dicitur *j. ij. q. xc. ar. j.* siue dictamẽ practicę rationis, vt ibi. q. xcj. art. j. Et secundò, ꝙ voluntas principis nõ habet vim legis, sed iniquitatis, nisi vt regulatur aliqua ratione, vt etiã dicitur *ibi arti. j. ad tertiũ.* Et tertiò, ꝙ nullũ præceptũ habet vim legis: nisi secundũ ordinẽ ad bonum, scilicet cõmune, ad quod omnis lex, vt ad finẽ, ordinatur, vt ibi *ar. ij.* Et quartò, ꝙ nullũ præceptũ vel ordinatio in iustẽ præsidentis est lex: nec obligat in aliquo foro. ¶ Primò verò quæritur,* quot, & quę sint propinqę partes seu species legis in cõmuni? Et dico ꝙ quantũ ex S. Tho. j. ij. q. xcj. & Thomistis colligitur, sunt septem. ¶ Quarũ prima est lex æterna, quæ est ordinatio rationis Dei ad bonũ cõmune totius mundi: seu sub alijs verbis, est cõceptus gubernationis rerũ in Deo. *j. ij. q. xcj. ar. j.* quã legẽ seu præceptũ Deus dedit cœlis, & cõsequẽter alijs, iuxta illud Psal. Præceptũ posuit, & nõ præteribit. Secũda est lex naturalis, quæ est participatio quædã legis æternæ, & impressio *di*uini luminis in creatura rõnali, qua inclinatur ad debitũ actũ & finẽ. *j. ij. q. xcj. art. ij.* siue sub alijs verbis, est ordinatio rationis in homine impressa à Deo in ordine ad finẽ debitũ. ¶ Tertia, est lex Mosaica. ¶ Quarta, est lex Euãgelica, Omnes hæ quatuor sunt leges diuinæ. ¶ Quinta est cõsuetudo, quæ est quędã lex humana, inquãtũ habet vim legis ex principis seu populi voluntate: quæ quid sit, dictũ est §. sicut & de omnib. spectãtibus ad illã. ¶ Sexta est lex canonica, q̃ applicãdo diffinitionẽ legis in cõmuni §. positã ex mẽte Sancti Tho. si nõ sit vniuersalis, est ordinatio rationis ad bonũ cõmune ecclesiasticũ, ab eo qui habet authoritatẽ promulgatã. si verò sit vniuersalis, est ordinatio rationis ad bonũ cõmune ecclesiasticũ totius orbis à summo põtifice, promulgata. Si verò sit particularis, est ordinatio rationis ad prouinciæ, vel loci cõe bonum ecclesiastici, à metropolitano, vel diœcesano, aut ecclesiastico collegio habẽte authoritatẽ promulgata: & tũc propriè dicitur lex municipalis, q̃ videtur appropriare sibi nomen statuti. ¶ Septima est lex ciuilis siue politica, quæ si diffiniatur cõmuniter ad iustã & iniustam, vniuersalẽ & municipalẽ, sic lex est cõstitutio populi, qua maiores natu simul cũ plebe aliqd sanxerũt. dist. ij. lex. Sed si distinguamus ad mentẽ S. Thom. si sit vniuersalis & iusta, est ordinatio rationis ad bonũ cõmune ciuile tot⁹ vrbis à tota multitudine vel gerẽtes vices eius promulgata. Si verò sit particularis, est ordinatio rationis ad bonũ cõe, prouinciæ, vel loci, à tota multitudine, aut gerẽtes vices eius promulgata. Et ẽt quæ dã lex specialis cõformis generali, id est rescriptũ: & quædam priuata, quasi generali aduersa, id est, priuilegium, de quibus j. in locis suis. Cũ aũt sint septẽ genera legũ vniuersaliũ, de æterna non intẽdimus, cũ spectet ad Theologos, nisi quatenus j. in ti. Volũtas. §. vnico. dicetur de cõformitate volũtatũ. similiter nec de Mosaica: qa hodie nõ viget nisi quatenus cõtinet naturalẽ. similiter nec de Euangelica, nisi quatenus continet præcepta, de quibus j. Præceptũ, per totũ. & cõsilia, de quibus j. Religio. nec de cõsuetudinaria, qa de hac dictũ est §. Cõsuetudo, sed solùm de naturali ex parte: & de canonica, inquãtũ habet aliquid cõmune cũ ciuili: & de ciuili principaliter: & de vtraq; principaliter, inquantũ est vniuersalis: inquãtũ verò est particularis. vel municipalis secũdariò, inquãtũ in ea saluatur quæ de lege in cõmuni dicũtur. ¶ Secũdò quæritur,* quæ sint partes harũ triũ legũ, naturalis, canonicæ, & ciuilis: & qũo allegẽtur? ¶ Et dico quantũ ad naturalẽ, ꝙ cũ partes eius accipiãtur solũ penes cõtẽta in illa, licet numeraliter sint nobis innumerabilia: in genere tamen sunt tria. s. principia

cipia, cõclusiones, & particulares determinatiões. de quibus §. Cõsuetudo. §. ix. quę tamẽ tria dispersa sunt per totũ ius Canonicũ ac ciuile: vnde particulariter nõ allegantur. ¶ Quãtũ verò ad ius canonicũ, dico, ꝙ partes eius dupliciter sumũtur. ¶ Primò quãtũ ad cõditores, vel modũ cõdẽdi tales leges: & sic distinguũtur secundũ nomina significãtia huiusmodi legis præcepta, quę sunt canon, decretũ, decretalis. Canõ autẽ Græcè, Latinè dicitur regula. iiij. dist. canõ. quomodo in medicina sunt canones regulantes in medicãdo. & scriptura dicitur canonica: quia regulat in credẽdo & agẽdo: & omne qđ habetur in corpore iuris canonici, etiã si nõ sit cõstitutio ecclesiastica, sed dictũ alicuius doctoris. sed strictè, & in proposito dicitur canõ cõstitutio ecclesiastica facta in cõcilio vniuersali, vl̃ puinciali: & sic capitur de cõsti. canonũ. Decretũ verò secundùm Spe. dicitur qñq; sententia diffinitiua. ff. de re iudi. l. decretũ. vel interlocutoria. ff. de assess. j. i fi. Quãdoque est cõsensus eligẽtiũ in scriptis redactus. ij. q. j. legum. de elect. innotuit. Quandoq; illud, qđ capitulũ, vel ordo, vel vniuersitas, vel maior pars ordinauit. ff. qđ cuiusq; vni. l. planè. & quasi per totũ. Quando q; autoritas iudicis in alienationibus rerũ præcipuè minorũ interposita: vt C. de prædi. mi. l. interposita. & per totũ. Quandoq; autoritas principis in rescriptis beneficialib. interposita. Quãdoq;, vt in proposito dicitur, id, qđ Papa statuit de cõsilio cardinalũ, nulla facta cõsultatione: quod & in scriptis redigit: vt de rescri. c. presenti. xx. dist. decreta. & c. seq. Decretalis verò epistola est, in qua Papa ad cõsuetudinẽ alicuius respõdet. de rescri. c. j. siue solus, siue de fratrũ cõsilio: vt de elect. bonæ memoriæ. Inueniũtur & alia nõa significãtia iuris canonici p̃cepta: sed semp significãt aliqd p̃dictorũ ex alia ratiõe: vt dogma, qđ cõsistit i doctrina fidei: mãdatũ in doctrina morũ: interdictũ, in quo nulla pœna adijcitur: sanctio, vbi adijcit pœna. tñ vnũ, p alio frequẽter ponitur. xxv. q. ij. fi qs. ¶ Secũdò sumũtur partes iuris canonici secũdũ libros in quibus cõtinetur, quę sunt quatuor. s. Decretũ, Decretalis, Sextus, sic dict⁹, ꝙ post quinq; libros Decretaliũ sit editus: & Clemẽtinæ, sic dictus, qa cõstitutiones cõtineat Clemẽtis quinti. Aliæ autẽ cõstitutiones papales, quę emanarũt post cõpilationẽ Decretaliũ, nõ habẽt vim, nisi de eis mẽtio fiat in vj. vel nisi sint editæ post Sextũ: vt probatur in prologo dicti Sexti. Decretũ diuiditur in tres partes. primò scilicet in distinctiões centũ, vel centũ & vnã, secundũ eos, q vltimã distinguũt. Allegatur aũt sic, xxvj. dis. acutius. ita ꝙ ly acutius, est principiũ capituli. Et secũdò in causas xxxvj. distinctas p quæstiones, distinctas p capitula, excepta tertia quæstiõe xxxiij. causæ, quæ distinguitur p septẽ distinctiones, & vocatur tractatus de pœnitetia: & allegat sic, xvj. q. decimæ. quæstio tamẽ de pœnitẽtia allegat sic, de pœ. dist. iij. septies. Et tertiò in tractatũ de cõsecratione, distinctũ p quinq; distinctiones: & sic allegat, de cõse. di. j. vasa. Liber verò Decretaliũ in quinq; libros diuidit diuisos p rubricas, & capitula. & sic allegatur, extrà, de Iudæ. & si Iudæos. imò melius omittitur ly extra. i. extra decretũ, secundũ Pan. in prœmio Decretaliũ: qa allegatio quãto breuior, tãto melior, modò intelligatur. Sext⁹ verò, & Clemẽtinæ eodẽ modo p easdẽ rubricas distinguũtur, sicut & Decretales. & eodẽ modo allegãtur, exepto quòd additur lib. vj. vel in cle. sic, De sen. exc. si iudex. lib. vj. de ver. sig. sępe. in cle. Quãtum verò ad ius ciuile dico, ꝙ partes multis modis sumunt̃, de quibus prosequitur S. T. *j. ij. q. xcv. art. iiij.* & ibi vide si vis: sed quãtũ pertinet ad præsentẽ cõsiderationẽ, dupliciter sumũtur. ¶ Et primò quantũ ad modũ descendi à iure naturali: & sic diuiditur in ius naturale. i. gentiũ, quod sci licet à natura, etiã sine lege habet autoritatẽ: & ius legale. i. lege positũ: vt patet v. Ethic. & ius gentiũ derivatur à naturali, vt cõsuetudo: vnde & ipm est aliquo modo naturale. ius verò legale deriuat, vt particularis determinatio: de quo vide §. seq. partic. iij. Pro quo sciẽdũ est, ꝙ ius siue iustũ naturale dicitur, qđ ex sui natura est alteri adæquatũ: quod dupliciter cõtingit, scilicet sẽm suã absolutã rationẽ: sicut fœmina adæquatur masculo, vt inde fiat generatio, & secundũ aliquid inde cõsequens: sicut ager adæquatur isti, vel illi, vt sit suus proprius, nõ secundũ suã rationẽ absolutè, sed secũdũ opportunitatẽ colẽdi: & similiter hic homo illi, vt sit eius seruus, nõ secũdũ suã rationẽ absolutè, sed inquantũ vtile est huic regi ab illo, & illi iuuari p istũ. Naturale autẽ primo modo cõuenit omnib⁹ animalibus, sicut & apprehẽdere aliqd absolutè: sed naturale secũdo modo est hominis propriũ, qa propriũ est rationis cõsiderare aliqd cõparatiuè ad illud, quod inde sequitur: & hoc est ius gentiũ. Vnde dicit Iurisconsultus, ꝙ naturalis ratio inter homines cõstituit id, quod apud oẽs gentes custoditur, vocaturq; ius gentiũ. ¶ Secũdò diuiditur, quãtũ ad libros, in quibus cõtinetur: & sic diuidit in tres partes principales, quarũ prima dicitur Digestũ: & sic scribitur, ff. & cõtinet 50. libros, diuisos in tria volumina, Digestũ vet⁹, & Infortiatũ, & Digestũ nouũ: quorũ quodlibet diuiditur p libros, & libri p rubricas, & rubricæ per leges, seu capitula, & hæc aliqñ p paragraphos: vnde Digestũ vetus cõtinet xxiij. libros, & partẽ xxiiij. i. dictas rubricas. Infortiatũ verò cõtinet xiiij. libros, & rubricã vnã. Digestũ aũt nouũ cõtinet libros xij. vnde totũ ff. cõtinet 50. libros. Secũda dicit̃ Codex. & scribitur sic, C. vel sic, Co. & cõtinet nouẽ libros, vt s. Tertia verò dicitur volumen, quod in se cõtinet quatuor volumina, seu opera: primũ dicitur Instituta. secũdũ tres libri Codicis numerati cũ nouẽ priorib⁹, licet sint in alio volumine. tertiũ Authẽticũ. quartũ, liber seu vsusfeudorũ. Quidã tñ ius ciuile diuidũt in quatuor partes principales: scilicet ff. C. authen. Insti. ¶ Allegatur autẽ ius ciuile septem modis. Primò sic, ff. de eden. l. si qs ex argẽtarijs. §. j. id est, Digestis de edendo. l. si qs. §. tali, vel tali. & significatur hoc esse in aliquo 50. librorũ. ff. Secũdo sic, C. de epis. aud. l. minime. i. Codice de epopali audiẽtia. l. tali, vel tali. Tertio sic, C. de agri. & cẽ si. l. cũ scim⁹. lib. xj. & patet totũ, excepto ꝙ additur li. xj. ad denotãdum dictã legem nõ esse in nouẽ primis libris Codicis, sed in tribus, qui sunt in volumine, quorũ prim⁹ est decimus, secũdus vndecim⁹, tertius duodecim⁹. Quartò sic, C. de epis. & cle. auth. statuimus. i. Codice de episcopis & clericis. auth. statuimus. Pro quo aduerte, ꝙ quædã sentẽtiæ sunt extractæ de libro Authenticorũ, & denotatæ in margine Codicis, vel etiã in aliquib⁹ codicib⁹ inser tæ textui secũdũ cõueniẽtiã rubricarũ, quę nõ sunt quærendæ in Authentico: sed in Codice sub rubrica allegata. Quintò sic, Auth. de leno. §. sancim⁹. i. authẽtico, de lenonibus. §. tali. & alia ponitur collatione talis: & designatur allegata esse in lib. Authẽticorũ, q cõtinet nouẽ collationes: vnde ly authẽtica ĩ genere fœminino importat legẽ: in neutro verò librũ Authẽticorũ. Sexto sic, In libro, vel in vsi. feu. de prohi. feu. alie. c. qñ. i. in lib. vel vsibus feudorũ. de pẖibita feudi alienatione. c. tali. & patet totũ. Septimò sic, Inst. de re. di. §. itẽ ea. & patet totũ ex dictis. Et sic patet, ꝙ quãtũ ad allegatiões diuidit in quinq; lib. s. Digestũ, Codicẽ, Authenticũ, librũ feudorũ, & Institutũ: qa

3 Codex tribus modis allegatur. ¶ Tertiò * quæritur, quæ ſunt tradita p doctores de lege naturali, quę expedit noſtræ intētioni eſſe ſcita? Et dico ꝙ ſunt multa. ¶ Primum. Secūdū S. Th. ij. ij. q. xciij. ar. ij. lex naturalis nō eſt eſſentialiter habitus rationis, quo ſcilicet ratio agit: quia ipſa eſt quoddā actū, ſiue cōſtitutū p rationē: ſed eſt habitus. i. aliquid habitualiter tantū, inquātū principia eius aliquādo habitu tantū cōſideрātur. i. ipſa principia humanorum actuū cōtēta in habitu, qui eſt ſyntereſis: puta, nō inferre iniuriā, reddere depoſitū, vim vi repellere, & huiuſmodi: quę omnia habēt rationē vnius legis naturalis, inquātum omnia referūtur ad vnū principiū. ſ. bonū eſt faciendū, & 4
malū vitāndū: quod eſt primū præceptū legis naturalis: vt ibi ſubtiliter probatur, ſuper quo, inquit, fundātur omnia alia præcepta: vt ſcilicet omnia alia faciēda, aut vitanda pertineāt ad præcepta legis naturalis, quę ratio practica naturaliter appræhēdit eſſe bona. Hęc ex illo. ¶ Secūdū. Sicut dicit S. Th. j. ij. q. xciiij. arti. v. aliquid dupliciter pōt intelligi eſſe de iure naturæ. primò, quia ad illud natura inclinat, vt ꝙ nemini faciēda eſt iniuria. Secūdò, ꝙa natura cōtrariū nō induxit: ſicut dicere poſſūm⁹ de lege naturę eſſe ꝙ homo ſit nudus: quia natura illi veſtimenta nō dedit: & ſic eſt etiā de lege naturę communis omniū poſſeſsio: quia ſcilicet diſtinctio poſſeſsionū, proprietas, & ſeruitus non ſunt inducta à natura: ſed per hominū rationē inuēta ad vitę vtilitatē. ¶ Tertiū. Sicut dictū eſt ſ. Cōſuetudo. ſ. ix. in lege naturali tria ſunt, ſcilicet prima eius principia: vt, declina à malo, & fac bonū, nulli nocēdū, ſecūdū rationē viuendū, & huiuſmodi. & quędā cōcluſiones principiorū cōmuniū, quæ ſunt quaſi ſecundaria præcepta: vt non occides, depoſitū reddes, iniquū punies. & omnia præcepta decalogi: vt j. ij. q. c. arti. iij. & arti. v. ad primū. & quædam particulares determinatiōes: vt, iniquū punies hoc, vel illo modo. ¶ Quartū. Ius naturale tēpore nō variatur, ſed permanet immutabile: vt dicit Gratia. diſt. l. ſ. j. qđ S. Th. j. ij. q. xciiij. arti. v. ſic exponit: ꝙa cū dupliciter hæc lex intelligatur mutari. ſ. per ſubtractionē, vt iam nō ſit de lege naturæ, quod prius erat: & p additionē. primo modo quātum ad ſua prima principia eſt omnino immutabilis: quātum verò ad ſecunda precepta, quę ſunt quaſi propinquæ primorū cōcluſiones, eſt immutabilis in pluribus, ſed in paucioribus pōt mutari, vt dicetur in ſequenti particula. Secūdo verò modo mutari poteſt: quia multa ad naturalē legem ſuperaddita ſunt, tā per leges diuinas, quàm humanas, pertinētia ad vtilitatē humanæ vitæ. Tu verò adde, ꝙ etiā primo modo mutari pōt, quo ad particulares determinationes: ſicut & lex humana, à qua habent vigorem. ¶ Quintū. Ius naturale, ſecūdū Iſid. in lib. Etym. eſt commune omniū nationū: quod Sā. Tho. j. ij. q. xciiij. arti. iiij. dicit eſſe verū quantū ad prima principia ſecūdùm rectitudinē: quia ſcilicet ſemper ſunt recta, & obſeruāda: & ſecundū notitiā, quia ſcilicet ſemper, & ab omnibus cognoſcūtur eſſe recta, & ſeruāda. Et ſimiliter eſt verū, quātum ad cōcluſiones ſecundū rectitudinē & notitiā, vt in pluribus: ſed in paucioribus deficit, quantū ad rectitudinē, ꝓpter particularia impedimēta: ſicut depoſitū i caſu nō eſt reddendū, quia eſſet dānoſum: & cōſequenter irrationabile: vt ſi repetatur ad impugnādū patriā: & ſimiliter deficit in paucioribus quantū ad notitiā, ex hoc, ꝙ aliqui habēt rationē paſſionibus deprauatā: vel malā cōſuetudinē ſeu malā habitudinē naturæ: ſicut Germani olim nō reputabant latrocinia eſſe peccata: vt refert Iulius Cæſar. Nec obſtat quod dicit Gratia. in prin. Decretorū, ius naturale eſſe quod in Lege, & Euāgelio cōtinetur: quæ nō ſunt omnibus cōmunia: quia, vt dicit S. Th. nō ideo ſic dicitur quaſi oīa cōtēta in illis ſint de iure naturæ, cū ibi quędā tradantur ſupra naturā, vt ſpectātia ad fidē: ſed ꝙa ea, quæ ſunt de iure naturæ ibi plene cōtinētur: vt qđ fiat, vel non fiat alteri, qđ ꝙs ſibi vult fieri, vel non fieri. Quantū verò ad particulares determinationes nō eſt omnibus cōe: ꝙa vt patet vbi ſ. q. xcv. illę nō habēt vigorē, niſi ex humana lege, quę ſcilicet nō eſt eadē apud omnes. Sextū. Ius naturale prius eſt omni lege creata: ꝙa cœpit ab exordio creaturæ rationalis: vt dicit Grat. diſt. vj. in fi. & poſt hoc exordium habuit ius cōſuetudinis. ¶ Quartò * quæritur, quis poſſet facere legē? Et dico ꝙ ſecundū Hoſt. canonē, id eſt, eccleſiaſticā cōſtitutionē facere poteſt Papa generalē in omnibus ſpiritualib⁹, & eccleſiaſticis. de cōſti. c. & generale cōciliū eius autoritate factū. diſt. iij. regula. & legatus in prouincia ſua. de offi. leg. c. de loca. & cōd. ex reſcri. & conciliū prouinciale, ſiue legatus ad faciendū illud ſpecialiter deſtinatus. diſt. xvj. quod dicitur. & metropolitanus cū ſuo cōcilio ꝓuinciali de paruis negotijs, & ſpectā tibus ad onus ſuū: nō autē de magnis, vt ſpectātibus ad fidem. xvij. diſt. multis. ſed ſui canones obligant ſolùm ſibi ſubditos. i. prouinciales. & ſecūdū Archi. diſt. iij. ſ. j. durāt etiā, eo recedēte. de offi. lega. nemini. de alijs aūt præceptis, inhibitionibus, & interdictis, dicit, ꝙ ſi prohibeat aliquē aduocare poſt tēpus ſuæ adminiſtrationis, ille aduocare poterit. ff. de pœ. l. vl. ſecūdū Vin. & ſimiliter, ſi adtē p⁹ ꝓhibet illud. ff. de pœ. l. mortis. Si verò ſentētialiter cū cāæ cognitione, ſuo officio finito nihilominus tenet ſtatutū. & ita intelligit C. de poſtu. l. j. Et ſimiliter canonem facere pōt epiſcopus in ſua diœceſi. de maio. & obe. ſi qs. & hoc ſaltē in ſuo cōcilio ſynodali, ſecundū. gl. diſt. xvij. ſ. j. licet ꝓpriè nō cōſueuerit dici canō, ſed cōſtitutio ſynodalis. Et ſimiliter capitulū pōt ſibi cōſtitutionē facere, extrà eo. c. cū acceſsiſſent. & vniuerſitas clericorū, ac magiſtrorū, extrà eo. ex literis. & ſimiliter ſtatuere aliquod ius, diſt. xj. catholica. vbi dicit Arch. ꝙ nullū ſtatutū facere pōt eccleſia cathedralis, vel alia ſine cōſenſu epiſcopi. de cōſue. cū cōſuetudinis. & de his, quę fi. à prela. nouit. niſi ſint aliqua minima. Et ratio eſt, quia epiſcop⁹ eſt caput cathedralis eccleſiæ & aliarū, de teſti. reqſiſti. & ſine capite nihil eſt faciendū, ſecundū Inn. ꝙ ſic nō. de cōſti. cū acceſsiſſent. & quod videtur cōtradicere, extrà, de cōſti. cū oēs. & de cle. nō re. cū dilect⁹. Dic, ꝙ illa iura poſſunt intelligi, qñ illa cōſtitutio facta fuit autoritate ēpi: vel nō erat qui illam impugnaret: aliàs nō valeret, niſi Papa ex certa ſcięntia illā cōfirmaſſet, ſecūdùm Ber. Cōpoſt. q ita not. in d. c. cū. omnis. ¶ Legē verò ciuilē generalē facere pōt in tēporalibus Imperator. C. de legib. l. ij. & l. fi. & præfectus prętorio, & oēs quibus Imperator hoc mādat, & populus Rom. & Roman⁹ ſenat⁹, & omnis ciuitas, ſeu populus poteſt ſibi legē facere. Et probātur hęc oīa Inſtit. de iur. na. ſ. j. & ij. Dicit autē Bal. in l. oēs populi. ff. de iuſt. & iur. ꝙ quantū quis habet de iuriſdictione, tantū habet de autoritate condendi legē vel ſtatutū, nec vlterius extenditur: niſi hi, quorū intereſt, cōſentiant, vel ad minus ſint ꝓſentes, ſecūdū Inno. in c. j. de loca. & in c. à nobis. el j. de ſent. excō. & alleg. c. fin. de his quę fiunt à prela. Ratio ſecundùm do. Ant. in c. cū laicis. de reb. eccle. nō alie. quia potestas ſtatuendi depēdet à iuriſdictione, & imperio in ſtatuente, & ſubiectione, quo ad eum, in quē ſtatnitur. de cōſtit. eccle. xcvj. diſt. bene quidē. glo. & Bar. in l. j. ff. de iuſt. om. iud. ¶ Omniū autē dictorum in hoc ſ. quo ad ca-

nones

nones & leges rationem aſsignat S. Tho. j. ij. q. xc. quia in quit, ordinare aliquid ad bonum cōmune, quod facit lex, eſt vel totius multitudinis, vel alicuius gerētis vices eius. vnde legem condere pertinet ad totam multitudinē, vel ad perſonā publicā, quæ habet curam toti⁹ multitudinis. Et dicit etiā idem in ij. diſt. xliiij. in lit. ꝙ poteſtatis ſpiritualis & ſecularis papa apicem tenet. Vnde dico, ꝙ ipſe poteſt quo ad ciuilia ex cauſa facere legē vbiq; melius quàm
5 Imperator. vide ſ. Legitimatio. ſ. iiij. ¶ * Quintò quæritur, quæ vel quot requiruntur ad legē eſſe iuſtam? Et dico ſecūdū Arch. poſt S. Tho. j. ij. q. xcvj. ar. iiij. ꝙ leges dicuntur iuſtæ vel iniuſtæ, ſecundū quadruplex genus cauſarū. quod ſic intellige, quia requiritur ad iuſtitiā earū iuſtitia ſecundū omnes cauſas ſimul: ad iniuſtitiā verò ſufficit iniuſtitia ſecundū vnam: quia ſecundū Dio. bonum ex toti & integra cauſa, malū ex ſingulis defectibus. ¶ Ex fine igitur dicitur lex iuſta, quando ordinatur ad bonū cōmune, quod eſt finis eius: iniuſta verò, quādo eſt cōtraria bono cōmuni: ſicut quādo imponitur ad priuatā vtilitatē imponentis, vel cupiditatē aut gloriam, iniuſta eſt. ¶ Ex cauſa verò efficiēte iuſta eſt, ſi ſtatuens nō excedit ſuam poteſtatem: quia ſcilicet eam tacit ſubditis ſuis: iniuſta verò ſi fert eam ſuper eos, in quibus nō habet poteſtatē: puta ſi laicus quicunq;, etiā Imperator, faciat legē etiam ſuper clericos: vt ꝙ reſpondeant in foro ſuo, vt ſoluāt tallias, & huiuſmodi. ¶ Ex forma verò iuſta eſt, quando ſecundū æqualitatē proportionis imponūtur onera ſubditis in ordine ad bonum cōmune: quia cùm vnus homo ſit pars multitudinis, quilibet homo quod eſt & quod habet eſt multitudinis: ſicut & quælibet pars quod eſt, toti⁹ eſt. vnde ex cauſa iuſta à rectoribus imponūtur collectę, ſecundū proportionem: puta ad ſe defendendū in bello iuſto: iniuſta verò quando non imponuntur onera proportionaliter: ſed aliqui alleuiantur, aliqui nimis notabiliter aggrauātur. ¶ Ex natura verò iuſta eſt, quando eſt de rebus in ſe iuſtis: iniuſta verò quādo eſt de illicitis: puta cōtra ius diuinum aut naturale.
6 ¶ * Sextò quæritur, quæ & quot requirantur ad hoc, ꝙ lex habeat vim obligatiuam in ſe, ſiue in communi? Et dico ꝙ multa. ¶ Primò, ꝙ ſit iuſta: quia aliàs non habet rationem legis, ſecūdū S. Tho. vt dictū eſt. ¶ Secundò, ꝙ ſit publicè promulgata, aut ſolenniter edita: puta, in concilio populi, ſecundū Pan. de poſtu. prælato. c. j. ¶ Tertiò, ꝙ elapſum ſit tempus, poſt quod incœpit obligare: circa quod ſciendum eſt, ꝙ Hoſti. & ſimiliter Bern. quos ſequitur Supple. dicit indiſtinctè conſtitutionē generalem incipere arctare poſt duos mēſes à publicatione: vt in auth. vt lac. no. conſtit. in rubro & nigro. colla. v. & idem Io. And. niſi aliud in cōſtitutione caueatur. quia, inquit, cū hoc ſit iure ciuili expreſſum, & iure canonico contrariū nō ſit cautū, illud ſeruabimus: quoniā etiā roboratū videtur extrà, ne cle. vel mo. c. vlt. & de ſen. excō. nouerit. inferiorum autē cōſtitutio ſecundùm eundem Ho. puta, capitulorū & vniuerſitatū, vel epiſcopi, & huiuſmodi, ligat incontinenti facta promulgatione, niſi forte abſentes & ignorātes, quibus neq; tempus dabitur, neq; limitabitur, ſed relinquitur iudicis arbitrio: extrà, qui ma. accu. poſ. c. fi. Sum. verò Ang. indiſtinctè dicit legē, poſtquam eſt ſoleniter edita, ligare ſciētes ſine expectatione tēporis alterius. Sum. verò Roſ. melius diſtinguit Pan. in c. cognoſcētes. extrà eo. Nam aut conſtitutio ponit tempus, poſt cuius lapſum vult ligare: & ſtādum eſt tempori. & ſic intelligendū. c. cùm ſingula. de præbē. li. vj. adeò ꝙ ſi conſtitutio dicat, ꝙ ex nūc vult ligare, immediatè ligat. quod intellige reſpectu retractationis actus, non autē reſpectu pœnæ: quia abſurdū eſſet ad pœnā obligari ignorātes: vt in d. c. cognoſcētes. nam verba generalia debēt reſtringi ad hoc vt abſurditatē non includāt. Aut conſtitutio non apponit tēpus, ſed loquitur ſimpliciter: & tūc ſi eſt inferioris à principe, immediatè ligat omnes facta promulgatiōe: niſi forte abſentes & ignorātes, quibus nec tempus dabo nec limitabo, ſed iudicis arbitrio relinquo. in cōſtitutionibus tamen inferiorū à principe opinio eſt determinata, ꝙ non ligant ignorantes. extrà eo. vt animarum. lib. vj. Si verò eſt cōſtitutio principis, ſecūdū omnes dantur duo menſes: vt in dicta auth. vt fac. no. cōſtit. quod quidē tempus incipit currere ſecūdū aliquos à publicatione facta in prouincia: vt videtur velle d. auth. ſecūdū alios verò à publicatione facta in curia Romana, pro quo vide gl. ſuper data lib. vj. vbi dicit Ioan. And. primū eſſe verū in cōſtitutione Imperatoris, qui diſcurrit per prouincias. ſecundū verò in conſtitutione papæ, qui ſic non diſcurrit. Et ita expreſſe tenet Pan. in c. nouerit. de ſen. excō. dicens nō eſſe neceſſe cōſtitutionē papæ publicari in qualibet prouincia: ſed ſtatis eſſe ſi in curia Romana. Et ita tenet Sum. Roſ. & tenendū eſt, cū eius ſtatuta nō ſint ſingulorū auribus inculcāda. de po. præla. c. j. licet ipſe Pan. in d. c. cognoſcentes. dicat ſe de hac opinione Ioā. And. dubitare. Sum. tamen Ang. idem tenet eſſe de vtraq; conſtitutione, cōtra illud quod ſeruatur in practica: & præterea cū nulla fortè decretalis publicata ſit in omni⁹ prouincijs, nulla vbiq; ligaret. Si verò ante terminū dicti temporis cōſtitutio venit ad notitiā, immediatè ligat, ſecūdū gl. in c. ij. de reb. eccl. nō alie. lib. vj. & idē Pan. ibi: & idē Hoſt. & idē Pan. in c. j. de poſt. præla. & placet Io. de Lig. quia fruſtra expectatur euentus, cuius nullus eſt effectus. de offi. deleg. cū contingat. ¶ Quartò, ꝙ per inferiores ſit ſuſcepta & approbata. diſt. i iij. in iſtis. ſ. leges. vbi & virtualiter hæc ratio aſsignatur: quia ſi mores vtentiū poſſunt legē cōfirmatā abrogare, poſſunt etiā facere ne firmetur & accipiat vim obligatiuā. Et ſi opponatur, ꝙ hoc ſit abſurdū, ꝙa poteſtas cōdentis legē pēderet à ſubditorū arbitrio: dico primò hoc nō eſſe inconueniēs in principe ſeculari, id eſt, Imperatore: quia, vt recitat & ſequi videtur Arch. diſt. iij. lex. quidā, vt Landu. dicunt populū poſſe auferre Imperatori authoritatē, quā in eū tranſtulerunt, iuxta ſ. ſed quod principi. Inſti. de iur. natu. ſicut iudex qui delegauit. ſed omnes eccleſiæ non poſſunt auferre authoritatē à papa: quia eā habet à domino. Vide ſi vis Archi. iij. parte. tit. xvij. c. vnico. col. iij. Eſto tamen ꝙ illud ſit inconueniēs in Imperatore, ſicut in papa: dico ꝙ hoc nō ſequitur: quia poteſt princeps deputare executorem compellentē ad obſeruantiā legis: quo caſu neceſſaria erit ſuſceptio legis ſubditis cōpulſis. Et dato, ꝙ compelli non poſsint: adhuc nō ſequitur illud inconueniēs: quia eo caſu, quo princeps vult cōpellere, ſed nequit, non receptio nō impedit vim legis: cùm eo modo eam impediat quo cōſuetudo tollit, ſcilicet quia princeps ſcit & tolerat. ¶ Circa hoc Card. in proœ. clemē. duo dicit, primū ꝙ non receptio tunc excuſat, quādo lex per cōſuetudinē contrariam eſt non recepta: quā princeps ſcit & tolerat. quod intelligo, quia alibi, vel à maiori parte eſt recepta: & ſic intelligitur dictū c. in his. & c. ſeq. ſecundū quod aliàs nō receptio nihil operatur. Ego aūt approbo primū dictum & ſecūdū, quādo maior pars recipit, vel princeps nō receptionē non tolerat. ſecus ſi eam ſcit & tolerat: puta ſi condita lege antequā veniat tēpus receptionis actua lis ſeu vſus, propoſitum mutat, & tolerat non vſum. ¶ Pro maiori autem horum notitia ſciēdum eſt, ꝙ glo. ſingula-

res dicuntur malefici, & specialiter magi, vt patet in d.c.
nec mirũ.xxvj.q.v.¶ His præmissis ad quæstionẽ dico,ꝙ
licitè maleficiũ destrui potest per orationes & adiuratio
nes:vt patet ex dictis s. Adiuratio. §.iiij.Põt ẽt qlibet sciẽs
maleficiũ,id est,signũ fœderis p̃dictũ destruere,quicunq;
illud scit,si põt,diabolo scilicet nõ impediente: sed tamẽ
nulli licet hoc facere per aliud maleficiũ,id est,per aliquã
incãtationẽ vel obseruãtiã:quia hoc esset esse maleficũ,&
habere pactum cum diabolo.Similiter nulli licet aliquem
inducere ad soluendũ maleficiũ per maleficum:quia esset
inducere ad peccatũ.similiter nec licet vti parato soluere
per maleficiũ,vt patebit.¶ In hoc tamẽ sunt opiniones in
ter Summistas:quia cùm Sum.Ros.& Supple.sequẽtes do
ctrinam sanam S.Tho.Archidia.& aliorũ Theologorũ di
cunt aliquo pacto hoc non licere.Summa verò Ange. suo
more in determinando audax & periculosa,dicit hoc lici
tum esse,probãs authoritate Petri Aureo.& ratione:quia
malo alterius vtilicet ad bonum nostrum.& exẽplo,sicut
secũdùm August. licitè vtimur iuramẽto infidelis iurãtis
ĩ nomine Dei sui.& potest addi de parato fœnerari,à quo
licitè accipitur mutuum.¶ Sed ista opinio est nefanda,&
occasio infinitorum peccatorũ,& maximè cõferẽs ad dila
tandũ regnum diaboli:quod sic patet. Nam est cõtra legẽ
naturalẽ requirentẽ reuerentiã & fidẽ ad dominum suũ:
quia suo domino nõ est fidelis,qui ab eius inimico certã-
te cũ eo de statu,petit aut accipit auxiliũ,etiã parato auxi
liari:quia hoc pertinet ad habere amicitiam cum illo: cũ
naturale sit amare benefactorẽ.diabolus aũt est inimicus
Dei,quærens vsurpare sibi dominum mũdi,& volẽs ado-
rari vt Deus,secundũ Theologos,& scripturas,& experiẽ
tiã.Est etiã contra legẽ Dei:quia magi sunt malefici, & pa
rati exercere opera diaboli,cũ artẽ istã exerceant: & tñ di
citur Leu.xx.Anima quę declinauerit,id est, accesserit ad
magos & ariolos,ponã faciẽ meã contra illã,& interficiã
illã.¶ Est etiã cõtra ius canonicũ,quod nõ solũ p̃hibet ali
cui suadere vt talia faciat, sed ẽt ad domũ taliũ accedere.
nec mihi dubiũ,quin Aug. taliter determinãtẽ appellaret
apostatã à fide,qui in c.nõ obseruetis.xxvj.q.vij.enumera
tis multis speciebus diuinationum,& alligaturis,ac incan
tationibus,cõcludit, Qui has,scilicet obseruantias,& quas
cũq; diuinationes,obseruat,aut attẽdit,aut cõsentit obser
uantibus,& q talibus credũt,ad domũ eorũ eũtes, aut suis
domibus introducũt,& interrogãt,sciãt se fidem Christia
nã & baptismũ præuaricasse,& tanquã paganum & aposta
tantem,id est,retro abeuntem,& Dei inimicũ,irã Dei gra
uiter in æternũ incurrisse.hæc ibi. vbi nota nõ solũ p̃hi-
beri suasionẽ ad faciendũ maleficiũ, sed etiam cõsensum.
Est etiam contra iura ciuilia, quæ prohibẽt istos consule
re:vnde etiã iste compilator dicit infrà ti.Mathematicus.
ꝙ diuini ad limen alterius accedere nõ debent,aliàs con-
cremantur,nec aliquis eos suscipere seu cõsulere,aliàs de
portantur,& bona eorũ cõfiscãtur,& diuinator gladio vl
tore feritur, vt C.de malef.& mathem.l.nullꝰ.l.nemo & l.
culpa.Ecce ergo,ꝙ quãtumcunq; sint parati,nõ licet eorũ
operibus vti.¶ Est etiã ista opinio occasio inumerabiliũ
peccatorũ,qa aperit viã omnibus incãtationibꝰ, cũ vbiq;
sint viri & fœminæ parati incãtare,& soluere maleficia p
maleficia,& cõsequẽter multi currẽt ad huiusmodi, ĩ quo
diaboli regnũ cõsistit,quia adire huiusmodi est ab eo ex-
petere beneficia sanitatum.Ad authoritatem autem quam
iste adducit,dico,ꝙ ille Doctor nullꝰ est authoritatis,qa
fundauit multas falsas opiniões, vtpote cuius studiũ fuit
omnibꝰ cõtradicere.Ad rationem dico, ꝙ licitum est ma
lo alterius vti ad bonum nostrum,quando ipse actus, quo
vtimur,de se non importat aliquid illicitum,sicut Deꝰ li-
citè vtitur peccatis ad sui gloriã,ea permittẽdo & puniẽ-
do,& inde bona eliciendo,quia ea permittere, nõ est ali-
quid in se illicitum.Secus autem si ipse noster vsus esset ĩ
se illicitus,sicut parato occidere inimicum meũ non licet
mihi vti ad homicidium,quod cedit in bonum meũ,quia
ipse vsus est aliquid in se malus,id est cõsensus directus in
homicidium.Vnde San.Doctor in de ma.xiij.q.iiij.sic di-
cit,Aliud est cõsentire alicui in malitia, aliud est vti mali
tia alicuius ad bonũ.ille enĩ alicui in malitia cõsentit, cui
placet vt ille malitiã exerceat,& ad hoc fortè eũ inducit.
& hoc est semp peccatũ.vtitur autem malitia alterius,qui
hoc malum, quod alijs facit,retorquet ad aliquod bonũ.
hæc ille.Et ita est in proposito, tum quia ipse vsus est, cũ
accessit ad tales,quod iura prohibent:tum quia est cũ cõ-
sensu directo in aliquid,quod sine peccato fieri non põt,

& ideo est consensus in peccatū. Ad exēplum autem dico ꝙ nō est simile: quia in tali iuramēto ipse vsus est consensus in aliquid, quod de se nō est malū, & sine peccato fieri potest, id est, in hoc quòd ille dictū suū firmet iuramēto, licet ipse ex sua malitia hoc faciat eū peccato: sicut à simili dicit S. Th. quòd accipiens mutuū sub vsuris, nō dat occasionem vsurario vsuras accipiendi, sed mutuādi: ille autem sumit occasionē peccādi ex malitia sui cordis. Et ita patet rationem dissimilitudinis stare in hoc, ꝙ ibi directè cōsentitur in peccatū, non aūt hīc: vt patet ex verbis Aug. ad Publi. dicētis, ꝙ qui fide vtitur per falsos deos iurantis ad bonum, nō pacto illius se sociat qui per dęmonia iurauit: sed pacto ei⁹ bono, quo fidem seruauit. Et similiter ex verbis S. Th. ij. ij. q. lxxviij. art. iiij. dicētis, ꝙ accipiens mutuū sub vsuris nō cōsentit in peccatum vsurarij, sed vtitur eo, nec placet ei vsurarū acceptio, sed mutuatio, q̄ est bona. Vnde in iiij. dist. xxxiij. art. ij. ad tertiū, istam opinionem damnat. ¶ Nonò quæritur*, vtrū in dissoluendis maleficijs licitū sit vel tolerabile retūdere vana vanis, id est, aliquibus de se nō illicitis: vt dicit Hosti. in c. literæ vestrę. §. mulier. de frigid. & malef. Et pro solutione q̄stionis declaro qūo sit illicitum credere maleficis. & dico hoc non esse quasi sit illicitū credere, ꝙ malefico faciēte opera sua sequatur aliquis effect⁹, puta sanitatis: quia hoc aliquādo est verum ad sensum: sed peccatū est credere, ꝙ effectus, q̄ videntur, fiant à malefico virtute verborū suorū, aut eorū quæ facit, si talia sunt quę de sui natura nō sint nata sic effi cere: quia talia fiunt à diabolo mediāte aliquo pacto cum malefico. Et ista est mens Henr. de Gan. quolib. v. & similiter Sco. & patet idem xxvj. q. v. nec mirum. iungendo finē principio. & ibidem q. ij. illud. Ad quæstionē igit̄ dico, ꝙ illud dictum habet veritatem. Primò, quādo qs faceret illa vana, id est, indifferētia, & de se non illicita, credēs aut volēs experiri an per talia soluatur maleficium, nō ꝓ operationem diaboli, sed per eius cessationē ab operādo: vt pote qui habebat pactum cum malefico vt à vexādo desisteret, si fieret tale quid ablatiuū signi prioris: talia em̄ ali quando diabolus aliquibus reuelat, & deinde veniūt i notitiam hominū. Secūdò, quādo quis talia facit, nescięs esse illicita & peccata: quia tūc tolerari potest quasi nō mortaliter peccans: & credo istā fuisse mentē Host. Est autē falsum illud dictū, si quis talia indifferētia exerceat superstitiosę, quasi credens talibus eo modo quo & alijs incātationibus: quia omnia remedia vana non naturalia sunt illicita & pernicioſa. xxvj. q. ij. illud. & multo magis est falsum, si quis credat quidem talia vana esse vana: sed tñ ad exercitium talium diabolū cooperari ad solutionē maleficij.

1

MALITIA, est priuatio abstractiuè significata, à qua mal⁹ denominatur mal⁹: sicut mors est malitia corporis, à qua dicitur mortu⁹: & cæcitas, malitia oculi à qua dicitur cæcus. Diuiditur aūt malitia secundū priuationes formarū & perfectionū: sed tñ inquantum ex malitia dicimur peccare, malitia tripliciter dicitur. j. ij. q. lxxviij. arti. j. ad tertiū. & ma. q. iij, art. xij. ad octauū. ¶ Primò habitus vitiosus, ex quo qui peccat, ex malitia dicitur peccare. ¶ Secūdò dicitur malitia ipsa mali electio actualis. ¶ Et tertiò culpa præcedēs: sicut cùm quis ex inuidia impugnat gratiā fraternā. Sum. aūt Ange. dicit, ꝙ malitia dicitur primò habitus vitiosus. secundò, cōtēptus & abominatio spiritualiū. & tertiò, peccatū in spiritū sanctum. addens, ꝙ his duobus modis semper est mortale. secundùm S. Tho. ij. ij. q. xxxv. Sed quicquid sit de diuisione, q̄ ex dictis patet sustētabilis: tamē falsum est, ꝙ dicta abominatio semp sit peccatum mortale: vt ibi, arti. iij. ad secundum argumentum, cuius solutionem iste non vidit, sed solum corpus articuli. & de hoc suprà Acedia. §. j. in fine.

2

DE MANDATO, Mandatore, & Mandatario.

1 *Mandati quæ actio competat mandatori uel mandatario.*
2 *Mandatum quatenus se extendat.*
3 *Mandatum quando expiret.*
4 *Mandans delictum an puniatur pœnis statuti sicut committēs.*
5 *Mandans an teneatur de delicto post multum tempus cōmisso.*
6 *Mandans an teneatur de casu fortuito.*
7 *Mandatarius non seruans formam mandati an faciat aliquid ualidum.*

MANDATVM dicitur quasi manu datū, quia ꝓ alio ꝓpriè fiat: & Theologicè loquēdo est iusta facta de bono meliori, id est, ad quod quis nō obligatur ex necessitate: vt colligitur à S. Th. j. q. xcix. art. v. Sed loquēdo iuridicè, mandatum secūdum Azo. est officium, id est, obsequium seu ministeriū ab eo qui gratuitum gratis suscipit exhibēdum. vel clarius, est imperium, quo quis aliquid iubet ad satisfactionem suæ volūtatis: nulla data pecunia, vel alio, quæcūq; verba interueniant, quod ideo dicitur, quia si mādetur aliquid alicui ad satisfactionem seu vtilitatem eius cui mandatur, dicitur persuasio, & persuasor, non mandator: vt no. Bar. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. Si autem data pecunia, aut non est circa delictum: & mandatarius dicitur locator, & mandans conductor, & non est mandatum propriè. aut est circa delictū: & sic mandatum accipiens dicitur assassinus, de quo in c. pro humani. de homic. li. vj. mādator verò est is, qui aliud mandat alicui, mandatarius verò est, qui mandatum suscipit adimplēdum. ¶ *Primò verò quæritur, vtrū inter mādatorem & mandatarium oritur actio? Et dico, ꝙ sic hinc inde. nam mandatori & eius hæredi contra mandatarium cum primò cogi nō posset, quòd reciperet mandatum, cōpetit actio mandati directa, inquantum mandatoris interfuit factum fuisse quod mādabatur. ff. eo. l. si verò. §. fi. & l. si mandato Titij. & rursus ipsi mandatario, qui mandatū suscepit, competit actio mandati contraria, si quas expensas fecit, vel impensas ratione mandati suscepti, inquantū non excesserit fines mandati. ff. eod. l. fi verò nō remunerādi. Si verò mandata excesserit, eas nō repetet actione mandati contraria, sed actione negotiorū gestorum, si vtiliter expendit, secundū Mar. l. x. & Accur. contra. prout legitur & not. Insti. eod. §. is qui. & ff. eod. l. sed Proculus. cum l. sequenti. & C. de neg. gest. l. fi. in glo. vlt. Si autem mandauit tibi fundum emere, & nōdū soluto pretio ages mecū mādati vt suscipiam obligationē qua teneris vēditori: qa & ego agere possum tecū vt cedas mihi actionē empti. ff. eo. l. si mandato meo. primo responso. vide etiam infrà §. vj. ¶ Secundò quæritur* in genere, quomodo obliget vel intelligatur mandatū? Et dico multa. ¶ Prmum. Si mandatū fiat posterius, nō denegat primo, nisi de eo faciat mētio nē. de offi. ord. graue. ¶ Secundū. Similiter si mandatū sit generale, nō plures nisi illicita. de verb. sig. super quibusdā & tantū valet quo ad oīa, quantum speciale quo ad q̄dam. de vo. & vo. re. magnæ §. rei. ¶ Tertiū. Si aūt mandatū sit speciale, derogat generali, ēt si de eo nō faciat mentionē. de rescri. pastoralis. secundū Ber. q̄ tñ in quatuor casibus fallit. Primò ī generali, quod effectū est speciale. de off. de leg. ex pte. Secundò, in priuilegijs, de resc. eū ordinē. Tertiò, q̄n res non est integra. & quartò in legatis. ff. de supel. leg. l. iiij. ¶ Quartū. Mandatū rei turpis, nullū est. ff. mād. l. ij. ¶ Quintum. Mandatū qualificatum, secundùm Pan. in c. *in c. de restit. spo. distribuitur in duo mādata: & si impleri non pōt in facto, seu in substantia, impleri debet in modo seu in qualitate. Ex quo infertur, ꝙ si duo mādātur, etiam data certa forma, licet non possint simul impleri, debet tamen fieri quod pōt: & valebit actū. facit quod no. per glo. & Docto. in c. cōstituimus. de rescrip. ¶ Tertiò quæritur, 3 *quando expiret mandatū? Et dicūt quidā tam mandatum quàm præceptum finiri morte mandantis & præcipientis, si nominibus expressis scribātur, secūdū Ioan. Andr. xiiij. q. j. quod præcipitur. Alij verò dicunt, ꝙ præceptū non præcipitat mors præcipientis: mandatū autē mādatore cadente cadit: vt no. de rescrip. eam te. & c. in his. de verb. signif. Sed cōmuniter Docto. tenent in c. gratum. & in c. relatū. de offi. deleg. ꝙ re integra expirat mandatū morte mādatoris. C. manda. l. mandatum. aliàs non. Quomodo aūt res dicatur integra: vide ibi per Docto. Sed prædicta intellige de præcepto & mādato iurisdictionali, id est, quo datur iurisdictio ad aliquid exequendū circa aliquā causam. ar. d. c. gratū & c. relatū. nō autē de obligatiuo præcise, quo qs obligatur ad aliquid faciendū, puta ieiunādum: quia talia præcepta expirant morte præcipientis, nisi fiant per modum cōstitutionis: vt cōsuetudo interpretatur. ¶ Quartò 4 quæritur,* vtrū mandans delictum, includatur sub dispositione iuris, vel statuti puniētis eū qui fecerit tale delictū? Et Pan. in c. mulieres. de sen. excō. sic distinguit. Nam aut verba scripta sunt in rē: puta, dicit ius siue statutū, Pro homicidio imponatur talis pœna: & sic includitur ex ꝓpria 6 significatione verborū: & de homicidio, quod mādauit, tenetur. l. hęc verba. ff. de all. & l. aut q aliter. §. hæc verba. ff. quod vi aut clam. & vtrobiq; per Bar. & p Cy. in l. nō ideo minus. C. de accu. Aut verba sunt scripta in personā: vt qa dicitur, si quis cōmiserit homicidiū, punitur tali pœna: & sic si cōmittit per instrumētum quod necessariò operatur necessitate facti, sicut mittēs sagittā: vel necessitate iuris, sicut q̄n procurator, vel subdito aliquid mandatur licitū: sic includitur mādās: quia ipse vere facit: quoniā actus attribuitur principio. & facit l. itē Mela. §. j. ff. ad l. Aquil. & pro hoc text. in l. si pater. in fin. ff. de manu. vin. & l. iij. §. si procurator. ff. quod quisq; iur. Vnde si statutū punit, ꝓponentē exceptionē cōtra instrumētū: mandans procuratori proponere, tenetur pœna statuti. Si verò instrumentū per quod explicatur, operatur volūtate propria, nō necessitate facti, vel iuris: puta, quia mādauit delictū cōmitti, & mādatarius nō tenetur obedire: tūc in dispositione iuris cōis mādator cōprehēditur, nō ex propria significatione, sed iuris interpretatione: quod vult parū interesse, vel ꝓ se vel per aliū facere: vt dicit tex. in l. j. §. deiecisse. ff. de vi, & vi ar. sed nō habebit locū in statuto, ī quo fictio nō habet locū. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & hoc tene: licet Bal. ī d. l. nō ideo minus. aliter distinxerit. Distinguo tñ secūdū Bar. in l. oēs populi. ff. de iust. & iur. sic: nā aut statutū indulget, puta homicidæ remittatur certa pars pœnę: & sic comprehēditur: qa cessat odiū, & fauor est ampliādus. re. odia. lib. vj. aut punit: & tūc aut in pœna regulari, quæ nō multū exorbitat à iuris cōis dispositione: & sic includitur: qa tūc statutū debet interpretari secūdū ius cōe: vt in c. cū dilect⁹. de cōsue. no. Inn. in c. causam quæ. de rescr. & Bar. in d. l. oēs populi. qua quidē pœna ius cōe vult, vt cōprehēdat, vt dictū est. Exēplū. De iure cōi nō est expressa pœna: statutū exprimit pœnā, & loquit̄ de faciēte: & tūc includitur. Aut punit pœna irregulari, & quæ exorbitat à iure cōi: & sic nō includitur, sed habebit locū in casu suo. & hoc sensērūt Doc. antiqui in simili in l. quæcūq; q. C. de ser. fug. in il- 7 *la quæstione, nūquid masculinū cōcipiat fœminīnū: quod in odio regulari cōprehēditur: sed in irregulari, nō. Nec obst. prędictis c. mulieres. de sent. excō. in verbo, vere. q̄d innuere videtur, ꝙ nō interpretatiuè: qa illud v erū est secūdū Bar. in l. sed si vn⁹. ff. de iniu. in peccato, sed nō in pœna. Et ꝙ nō verè cōprehēdat, facit tex. vt famæ. de sen. exc. vbi, inquiēs, facere videātur: ergo interpretatiuè. Ad idē, de cle. pug. in duel. c. ij. vbi pugil verè homicida dicitur, & mādās nō, licet teneatur de homicidio. Itē qa text. ponit vt diuersa, facere, & mandare. di. 50. c. si qs viduā. & de homi. sicut dignū. Ergo in pœnis à iure cōi irregularibus, per statuta nō habebit locū, vbi fictio nō habet locum, vt dixi. Itē dic, ꝙ quo ad effectus naturales, q̄ ex ipso facto proueniūt, vel requirūtur, nunquā sunt paria, facere per se, vel per aliū. Et facit quod notat Bar. in d. §. deiecisse. vbi vult, ꝙ nō est idē, adulteriū facere per aliū, sicut per se. sed quo ad effectus ciuiles, qui cōsistunt in reprimēdis iniurijs, tenet q̄d s. dictū est: nisi q̄n ius punit aliquē q ꝓsonaliter fecerit: quia tunc non includitur in pœna faciēs per aliū. Et sic intellige & limita gl. in c. sciant cuncti. de elect. lib. vj. & iura in ea allegata. ¶ Quintò quæritur,* q̄d si quis mādauit de- 5 lictū, & mādatarius post multū tempus exequitur? Et concludit Inn. in c. ad audientiā. de homi. ꝙ tenetur, si non reuocauit expressè, vel tacitè: puta, quia fecit pacē cum inimico, vel parentelā. l. iij. §. fi. & ibi gl. & Bar. ff. de adimen. lega. & hoc sequitur Bal. in d. l. nō ideo minus. ¶ Sextò quæ- ritur,* vtrū mādās teneatur mādatario de casu fortuito? Et dicit Pan. in c. sicut. de iureiu. ꝙ agens actione mandati petit damna, quæ verisimiliter contingere potuissent: quasi mandans ea cogitare debuerit à principio, secundùm Inn. in d. c. sicut. & sic petit expēsas & dāna. ar. ff. de negot. gest. l. Nesennius. & sic dicit intelligēdā l. inter causas. §. nō omnia. & l. si quis alicui. §. impendia. ff. man. nisi dāna cōtigissent ex casu fortuito, qui verisimiliter nō fuisset cogitatus. d. §. nō omnia. Et hoc etiā tenet Ioan. And. in reg. dā nū. in mer. lib. vj. Sed Accur. dicit illū §. non omnia. de curialitate nō debere seruari: nec, secundū aliquos, de iure, si in casum fortuitū incidat, nō incursurus nisi propter impletionē mandati principaliter, vt vult Inn. in c. sicut. el. iij. de iureiur. Bart. aūt in l. seruus cōmunis. ff. de furt. videtur distinguere & concordare, vt prima opinio sit vera, si ambasiaria fuit procurata. Si verò non fuit procurata: tūc aut portabat res nō necessarias: vt puta, propter pompā duxerunt plures equos q̄ deberent, vel alias res: & tunc nō debet sibi emēdari: vt dil. seruus. §. quod verò. quia est quod eis imputetur. Si verò portabāt res necessarias: & tūc ista debēt eis emendari. f. si aliàs non erant perituræ naturaliter. l. cū duobus. §. damna. ff. eod. & d. §. quidam fagariam. Et ita dicit determinasse quendam solennē Doctorē. Et hoc tanquā æquissimū tene quo ad omnia necessaria: etiā si cum eis portassent superflua, modo nō fuerint causā perdēdi necessaria. Vnde omnia decide & determina sub hac maxima, ꝙ quicquid habeat, & aliās non abesset, mandatario ratione mandati etiā à casu sine omni sua culpa, reſarciendū est à mādatore. Et intellige prædicta in eo qui gratis suscipit mādatum: nam mādatum debet esse gratuitū. l. j. §. j. ff. manda. Vnde isti stipendiarij, qui pretio adducūtur ad bellū, agere nō possunt ad damna: quia nō sunt mādatarij, vt dictū est: similiter nec qui causa pietatis, vel parentelæ, & huiusmodi hoc faciūt. xxxij. q. iij. non inferēda. nec qui ex debito tenetur. ij. q. iij. si dominus. & c. Iulian⁹. Vide quod not. in d. l. Nesennius. & etiā s. Bellū primò. §. x. ¶ Septimò quæritur,* vtrum mandatarius non seruans formam

formam mandati, faciat aliquid validum? Et dico, ꝙ non: quia gesta contra formā mandati nulla sunt: & non solū quando fit expresse contra formā, sed etiā quādo fit præter & citra formam: quia quādo ad actum datur certa forma, paria sunt agere cōtra, præter, & citra illam. Pro quo 1 vide tex. cum glo. in c. si cui. de elect. lib. vj. & c. prudentiā. de officio deleg. & facit l. diligenter. in prin. ff. mandat. & not. Pan. in c. fi. de restit. spo. quod limita, vt ſ. Absolutio. iij. §. j. De mandatis Dei & ecclesiæ, vide infrà Præceptū per totum. Qui autem sint casus requirentes speciale mā datum, vide per glo. magnam in c. qui ad agendū. de proc. libro vj.

MANIFESTVM tripliciter præsumitur. ¶ Primò scilicet, vt est idē quod notoriū: & sic est id quod per confessionē, vel probationem legitimē notum fuerit, aut rei euidentia, quæ nulla possit tergiuersatione celari. de verb. sign. cùm olim. & ibi dicit glo. ꝙ propriè manifestū dicitur, qđ nō indiget ꝓbatione. ¶ Secundò, vt est species diuisa cōtra notoriū: & sic manifestum dicitur, quod sem per ex scientia & certo actore procedit possibile probari. C. de testa. l. hæredes. Sed intellige possibile probari sufficienter, sed nō per omnes, aut partē maiorē: quia esset no 2 torium. Vnde manifestum, secundū aliquos, dicitur quod probari potest de facili per multos testes, vt authores, sed non per tot, ꝙ fiat notoriū, quod probatione nō indiget. 3 Vel secundū Specu. est, quod patet pluribus, sed nō omnibus, sicut notorium omnibus patet. & not. in l. ciues. C. de appel. per Bal. & Butr. & intellige omnibus, id est, maiori 4 parti: & est idem cum priore dicto. & hoc modo intellige glo. iij. in fine. in c. constitutionē. de verb. sign. lib. vj. dicē tem, euidēs & manifestū est, cuius probatio est in euidēti & manifesto. quod intellige etiā si talis probatio colligat ex cōiecturis & verisimilibus præsumptionibus: pro quo est tex. in l. licet. ff. de leg. j. vbi dicitur, euidēs volūtas testa toris, quæ coniecturis elicitur. & Abb. Sicul. in c. j. de cler. nō re. manifestū aūt hoc modo aliquādo dicitur etiā occultū. C. de appel. l. eas. ga occultū dicitur, qđ quinq; sciūt. de pœ. dist. j. §. hæc aūt secreta. & glo. in c. manifesta. ij. q. j. ¶ Tertiò sumitur cōmuniter ad notorium & manifestum propriè: & sic manifestū est idem quod patens omnibus. s. vel aliquibus. Est aūt notandū secūdū Pan. in d. c. cū olim. ꝙ in dispositione, in qua fit simpliciter mentio de manife sto, ad sciēdū an debeamus accipere manifestum proprie, id est, vt distinguitur à notorio: considerare debemus ma teriam subiectam, vt no. in c. Rom. j. q. iij. & etiam vsum lo quendi. arg. c. quāuis. de verb. sign. Sed in dubio debemus capere propriè. ad quod l. non aliter. ff. de lega. iij. & in c. fin. de verb. sign. & maximè in pœnalibus.

DE MANVMISSIONE, ET MANVmissore, & Manumissis.

1 *Manumissio quid, qualiter & quando fiat.*
2 *Manumissio quemodo reuocetur.*
3 *Manumissio facta in fraudem creditorum non ualet.*
4 *Manumittere quis possit uel non possit.*
5 *Manumissor an possit in manumissione retinere aliquod seruitium spirituale.*
6 *Patronus quod ius habet in libertum.*
7 *Manumitti an possit, qui propter delictum incidit in seruitutē.*
9 *Manumissus ab ecclesia & priuato in quibus differant.*

MANVMISSIO à manu & missione dicta est, quasi emissio rei de manu, vel extra manū, quæ prius ma nu detinebatur: & in proposito sumitur à manu metapho rice dicta, id est, potestate, quā dominus habet in seruū: vn de manumissio est datio, seu collatio libertatis: manumissus verò dicitur seruus libertati donatus: Instit. de liberti. in prin. post quam donationē dicit libertus, id est, libertati donat⁹: manumissor verò est dominus donās libertatē, q deinde dicitur patronus. ¶ Primò verò quæritur,* quali ter & qñ fiat manumissio? Et dico, ꝙ fit multis modis. Ali quādo enim fit in ecclesia sub aspectu episcopi & plebis, de quo debet ad cautelā fieri scriptura. C. de his q in eccl. ma. l. j. de ser. non or. c. j. Aliqñ verò fit corā iudice: & dicit manumissio vindictæ: qa vindicta appellabatur virga prę toria, qua tangebantur à prætore qui manumittebantur. Instit. de liberti. §. in multis. & ibi gloss. & quidē si ad hoc fiat, vt manumissus ordinetur, potius corā ecclesiastico, ꝙ corā seculari iudice fieri debet. ar. de ser. nō or. c. j. Aliquā do fieri potest in secreto: vt dicēte domino, esto liber: vel inter amicos: vel per epistolā, vel per testamentū, aut quācunq; vltimā voluntatē: etiā diebus feriatis, tam de die, ꝙ de nocte: & à iudice in via, id est, nō pro tribunali sedēte. d. §. multis. & si fiat à principe, per solā voluntatē fieri po test. C. de com. ser. man. l. cū apud. Insuper serui fiunt libe ri aliter, quàm per manumissionem: vt §. Seruus. §. v.

¶ Secundò quæritur,* quo manumissio reuocatur? Et di co, ꝙ propter omnes causas, ex quib⁹ reuocatur donatio, de quibus ſ. Donatio. j. §. xij. in authen. vt liber. de cęte. §. illud. & de do. c. fi. ¶ Tertiò quæritur,* vtrū valeat manu missio facta in fraudē creditorū? Et dico, ꝙ non. C. qui ma numit. non poſſ. l. j. & Instit. ex qui. cau. ma. §. j. ¶ Quartò 4 queritur,* quis possit, vel nō possit manumittere? Et dico, ꝙ hoc potest dominus maior xx. annis, nisi careat aliàs ad ministratione, vt furiosus, & prodigus: minor verò xx. an nis manumittere nō potest inter viuos, nisi ex causa; & tūc si est maior xvij. ann. C. qui ma. non pos. l. si minor. *sed in* vltima volūtate potest, ex quo pōt testari, id est, post xiij. annū. C. eod. authen. *sed hodie*. Item episcopus potest ma numittere seruos ecclesiæ benemeritos. xij. q. ij. si quos. & alios nō benemeritos, dum tamē det eccl'iæ pro vno duos eiusdē meriti & pecul*ij*. xij. q. ij. episcopus qui mancipiū. quod intelligit Veruec. si de suis bonis proprijs, nō de rebus ecclesiæ. Itē potest manumittere causa miserationis. xij. q. ij. cū redēptor. quod quidam dicūt, posse intelligi de benemeritis. Sed tu intellige simpliciter: qa alia & alia ra tio manumissionis est pietas, & benemeritū esse, vt patet in d. c. cū redēptor. & d. c. episcop⁹. iūctis gl. Abbas aūt nō pōt manumittere seruū monasterij, nisi de cōsensu episco pi & monachorū. dist. liiij. Abbati. Intellige nisi sit consue tudo cōtraria. de his quæ fiunt à præl. c. nescitur. Intellige etiā de monasterijs nō exēptis. Itē seruus cōmunis pluriū manumitti pōt ab vno: sed manumissor alios seruare de bet indēnes. C. de com. ser. ma. l. j. Sū. aūt Ang. simpliciter cōcedit, ꝙ libertatem inter viuos dare potest, qui habet rerū suarū administrationē, & xviij. annū incœpit. allegās Instit. qui. ex cau. ma. nō lic. §. pe. sed *melius Sum. Ros.* & Suppl. post Arch. & Pis. hoc limitāt si faciat ex causa, vt eui tetur contradictio legum. ¶ Quintò quæritur, vtrum manumissor in manumissione possit aliquod spirituale seruitiū imponere, puta, ꝙ sibi dicat horas, & huiusmodi? Et dico, ꝙ sic: ita ꝙ si seruare noluerit, etiā si fuerit ordinat⁹, degradatur, & pristinæ seruituti subijcitur. de ser. non or. nullus. Et si objiciatur contra, argu. c. quæcunque. dist. liiij. vbi nō ordinātur qui manumittuntur, retento seruitio ali quo: dicit gl. in d. c. nullus. illud intelligi de obsequio tem porali, quod retinetur in eo qui manumittitur, nō ad ordi nes, sed vt laicus remaneat: non autē in eo qui manumitti tur ad

6 tur ad ordines. ¶ *Sextò quæritur, in quib⁹ cōsistit ius pa tronatus, quod patronus habet in libertum? Et dico, ꝙ in multis: vt no. in l. fi. C. de bo. lib. *in glo.* ¶ Primò scilicet vt non proponat turpē actionem aut exceptionem aduersus patronū. ¶ Secundò, vt ei reuerentiam exhibeat tam in fa ciendo quàm in nō faciēdo. ¶ Tertiò, debet illi præstare aliměta, si aliàs nō habet. ¶ Quartò, pōt eū in seruitutem reuocare ratione offensæ *in illum* cōmissæ. ¶ Quintò, ha bet ius succedēdi illi, scilicet liberto. nā libertus tenetur *illi* relinquere legitimā, quę est tertia pars suorū bonorū, si *in* bonis habet plus quàm centū aureos, & nullos habet liberos eū decedit. Si verò min⁹ quàm centum aureos ha bet in substātia, nō tenetur *ei* aliquid relinquere. quòd si mortu⁹ fuerit ab intestato, nullo liberorū relicto, succedit *in* totū, & nomine liberorum veniūt legitimi tantū: vt ſ. Liber. in prin. vide ſ. Hæreditas. j. §. iiij. vide etiam Instit. de succes. lib. § sed nostra cōstitutione. Ad quid aūt tene tur patronus *liberto* gloss. *in* §. *libertinorum*. Instit. de lib.
7 ¶ *Septimò quæritur, vtrum possit manumitti is, qui pro pter delictum incidit in seruitutem? Et dicit Pan. in c. ita
8 quorundā. de ludæis. ꝙ non, secundū Io. And. ¶ * Octauò quæritur, in quo differūt, manumissus ab ecclesia, & manu missus à priuato? Et dicit Host. ꝙ *in multis*. ¶ Primò, scili cet quia isti liberti ecclesiæ reuocantur *in* seruitutem pro pter operas nō præstitas. xij. q. ij. diaconi. quod Innoc. in c. de famulis. extrà, de ser. nō or. intelligit de impositis, non de alijs: quia ad ea nō tenentur: imò nec de impositis, nisi sint obsequia multùm necessaria, puta quia negant alimē ta: secⁿ de illis scilicet l bertis priuatorum. ſ. de lib. c. solo. ¶ Secūdò, quia istorū filij etiam nati post manumissionē obnoxij sunt ecclesiæ. xij. q. ij. de libertis. & c. liberti. *el ij*, secus in illis. C. de libert. l. j. & ij. ¶ Tertiò, quia isti tenentur ecclesiæ seruire, etiā si eis nulla opera sint ꝓposita. xij. q. ij. diaconi. in fi. & c. liberti. *el ij*. secus in illis. C. eo. d. l. j. & ij. & no. Inn. in d. c. de famulis. cōiunctis quæ not. secun dū Ray. in Sū. Cōfes. lib. iij. tit. xvij. q. xiiij. ¶ Quartò, quia isti si iniuriētur ecclesiæ, vel illā accusent, aut contra eā te stificētur, reuocātur in seruitutē, etiā si fuerint ordinati. di stin. liij. qui ex famulis. & in prædicto c. diaconi. & d. c. de famulis. ¶ Quintò, quia isti manumissi vt ordinētur, non possent de acquisitis quocunq; modo ad alios trāsmittere secūdū aliquos: quin poti⁹ omnia ad ecclesiā pertinebūt. sed veri⁹ est, vt hoc sit verū solùm, quādo in manumiss: ōe fuit dictū: aliàs etiā testamentū cōdere possunt de his quę acquisierūt. xij. q. iij. c. j. & ij. Et idē tenet Ray. Vl. & Host.

MARTYRIVM est idē quod testificatio Christianę veritatis aut doctrinæ: sicut & martyr Græcè, Latinè dicitur testis: a *el* quā testificationē secundū S. Th. *ij. ij.* q. cxxiiij. & Pet. de Pal. in iiij. di. xlix. tria requirūtur. ¶ Pri mò requiritur pœna quæcūq;: sed quæ est mors, vt ex qua sequitur mors. ¶ Et secūda causa. i. veritas fidei, vel opus virtutis, ita, ꝙ dicta pœna sustineatur pro cōfessione fidei, aut pro quocūq; bono opere faciēdo, vel peccato vitāndo. ¶ Et tertiò volūtas, vt volūtariè dicta pœna sustineat: licet innocentes sine vsu volūtatis fuerint martyres ex gratia: de quo, & de ꝓdictis omnibus vide S. Th. vbi ſ. ¶ Ex quo etiā in diuersis locis multa de martyrio & martyribus col liguntur. ¶ Nā martyr nō baptizatus, si resurgat, debet ba ptizari, Hebr. vj. col. iij. ¶ Et in martyrio fit plena absolu tio à pœna & culpa. iiij. dist. iiij. & ij, q. lxviij. Et martyres in tormentis percipiebant aliquid de gloria Dei: essentiā tamē diuinā non videbāt. veri. iiij. xiij. arti. iij. ad nonum. ¶ Et martyriū est opus maximæ perfectionis, nē secūdùm se, sed vt ꝓperatur à charitate, & eā ostēdit. ij. ij. vbi suprà. ¶ Et quo ad actum, id est, mortē, potest esse sine charitate: sed quo ad modū, id est, promptè & delectabiliter esse nō potest sine magna charitate. quolib. iiij. q. x. ¶ Et martyriū oblatum tolerari debet patiēter: sed quæri nō debet, cùm dari non debeat occasio agēdi iniustē. ij. ij. vbi ſ. arti. j. ad tertium. Sed intellige, ꝙ dicta occasio dari nō debet sine necessitate: secus ex necessitate, sicut licitum est indigen ti accipere mutuū ab vsurario, & mulieri pulchræ adire ec clesiam sub oculis lasciuorū, quos euitare nō potest. ¶ Et est martyriū de præcepto secūdùm præparationē animi. ij. ij. vbi suprà. & iiij. dist. xlix. quod dictū San. Bonauē. diffundit in iij. dist. xxxix. dicens: si adest necessitas aut amit tendi vitā aut iustitiā, quilibet tenetur magis dilecto Deo mori, quàm illo offenso viuere. Si quis etiam videt, ꝙ per suam mortem potest seruari fides vel iustitia, & persequu tio non est personalis, sed vniuersalis, tenetur de ꝓcepto mortem sustinere: sicut prælat⁹ quando videret, ꝙ ex sua fuga sequeretur dispēdium in fide vel iustitia in ecclesia, & similiter quilibet alius tenetur ex præcepto sustinere mortem: sicut fecit beat Tho. Cantuariēsis. Si verò adest solùm opportunitas manifestandi gloriā diuinam, & ædifi candi ecclesiam, martyrium est supererogationis, & nō ne cessitatis. Si verò homo daret se morti pro Christo eo, ꝙ vitam haberet exosam, mortaliter peccaret: quod itellige extra casum necessitatis: & quando non fieret principali ter pro Christo, sed pro vita effugienda.

MASCVLINVM concipit aliquādo fœminiū. ff. de verb. sig. l. j. ff. de pac. l. tres fratres. & de elec. c. gña li. lib. vj. sed distinguit, nā aut ipsum masculinū est adiectiuum, vt quicunq;, quisquis, quidam: & sic intelligit homo: vel persona, & concipit fœminiū in omni materia, in qua ratione, vel lege, aut statuto, vel vsu, nō est differētia inter virū & mulierē: quia tūc ad paria iudicātur: sicut ibi, ꝙ no ctu proiecerit nocēs de fenestra, soluat decē: venit ētiā mu lier. l. quicūq;. C. de ser. fugit. & sumitur significatū ex pa ritate delicti. secus si dicatur, quis pōt postulare in ætate xvij. annor. nec ibi intelligitur fœmina: quia in contrariū est edictū de postulādo, quo fœminę prohibētur postula re, laltē pro alijs. l. j. §. sexū. ff. de postul. & idē de esse ꝓcu ratorē *in iudicio*. l. fœminæ. ff. de ꝓcu. & idē ad esse testē iure ciuili Romanorū: vt in §. testis. Insti. de testa. etiam si exprimatur nomē cōmunis generis. vbi tamē numerus te stium nō adhibetur, duo sufficiunt. l. vbi numer⁹. ff. de te sti. & cōtinetur etiā mulier. Si verò masculinū est nomen appellatiuū, vt filius: tūc distinguo. Si enim de fauore agi tur, cōcipit: si de odio, nō concipit, vt not. in l. quicūq;. C. de ser. fugit. & in l. j. ff. de ver. sig. vbi ponit exceptiones: & ita cōmuniter dicitur secundū glo. in d. c. generali. vnde si dicitur, filius meis do tutorē: etiam filiæ veniūt. ff. de test. l. si ita. Ratio est, voluntas ex æquali affectione prouidēdi eis: sed ibi, filios meos exhæredo: fœminiū nō concipi tur. l. j. §. quæritur. ff. de vēt. in pos. mit. quia masculinū de se nō significat fœminiū, nec est ibi cōiectura ꝓbabilis, qua hoc cōcludatur, sed ibi est odiū exhæredationis, quod dictat significatū verbi nō extēdi, vt in reg. odia. li. vj. Sed hoc intellige, si verbū odiosum sit, platū ab homine, & sic intelligitur d. §. quæritur. sed si à lege profertur, siue sit odiosum, siue nō, fœmina cōtinetur. ff. de iu. om. iud. l. si qs id quod. patet in crimine læsę maiest. vbi ponit crimino sus cū filijs, vbi & filiæ comprehenduntur, licet mitius pu niantur. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie. Vnde indistinctē tā in odiosis quàm fauorabilibus, & neutris, Ioā. And. in d. c.

generali.dicit ſecundū Car.dicēdū, ꝙ maſculinū prolatū à lege cōprehēdit fœmininū, vt ꝓbatur ex c. ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.iūcto c.mulieres.de ſent.exc.niſi eadē vl' alia cōſtitutione excipiat fœmina.de elec.indēnitatib⁹. §.ſed cùm eos.Et licet Card.ſecundū aliquos intellexerit de lege puniēte aliquod delictū, tñ tu vniuerſaliter intellige, niſi vbi ratio,lex,vl' ſtatutū,vel cōſuetudo aliter ſentit de fœmina quàm de maſculo:niſi in materia cōtractuū: vt §. Emphyteuſis.in prin.ecōuerſo aūt fœmininū nō concipit maſculinū.l.ſi qs in fundi vocabulo.ff.de le.j.cum ibi no.

MATHEMATICI à Matheſis dicti dupliciter dicūtur,ſicut & matheſis:quia ſi ſcribat̄ mateſis ſine aſpiratiōe,& proferatur media longa, eſt idē qđ diuinatio, & matematici ſunt diuini.ſi vero ſcribat̄ cū aſpiratiōe,& proferatur media breui:ſic eſt quadriuiū,& mathematici ſunt quadriuiales,iuxta illud,Scire facit matheſis:ſed diuinare mateſis.De diuinis aūt vide §. Maleficiū.& j. Superſtitio.

DE MATRIMONIO PRIMO IN SE.

1 *Matrimonium quid.*
2 *Matrimonium à quo, quādo, & propter quid fuerit inſtitutū.*
3 *Matrimonij eſſentialia quæ ſint.*
4 *Copula carnis an ſit eſſentia matrimonij.*
5 *Matrimonium quotuplex ſit.*
6 *Vir & uxor an dicantur ante copulam.*

MATRIMONIVM dictum eſt quaſi matris muniū. i.officiū,vel matrē muniēs aut monēs,vel mē vni⁹, vel à matre & nato.iij.diſt.xxvij.vbi etiā patet, ꝙ magis à matre dicitur quàm à patre:quia ad eā magis quàm ad patrē pertinet:cū ſit facta propter hoc, & magis ſit officioſa circa prolē.& eſt matrimoniū,coniunctio legitima viri & mulieris,indiuiduā vitæ cōſuetudinē retinēs.xxvij.q.ij.c. j.extrà, de pſum.illud.& Inſti.de nup. §.ij.item Inſti.de patria poteſt.in prin.vbi ſecundū Ray.dicitur viri & mulieris,nō virorū & mulieris, nec viri & mulierū: qa nec vn⁹ vir plures vxores,nec vna mulier plures viros habere poteſt:licet aliquādo Deo diſpēſante vn⁹ habuerit plures.de quo j.Papa. §.xvij.Dicitur etiā cōiūctio.ſ.animorū, & matrimonialis,& indiuidua,&c.vel quia neuter ſine alterius conſenſu poteſt cōtinentiā profiteri,vel orationi vacare, 2 ſecundū Ray.nec ſe alteri copulare. Vel ſecundū Veruec. intelligitur de cōſummato inter fideles,quod ſeparari nō poteſt: matrimoniū aūt̄ infideliū nō eſt omnino firmū, niſi ratificetur per fidē Chriſti,ſecundū Sanc. Tho.in iiij. diſt.xxxix.ideo diſſolui poteſt: vt j.Matrimoniū.viij. impedimento x.& ſimiliter nō conſummatū inter fideles:vt
1 j.Matrimoniū.viij. §.xij part.iiij. ¶ *Primò verò quæritur, quid de matrimonio in ſe ſummariè tradiderit Sanct. Tho.Et dico, ꝙ ex iiij.diſt.xxvij.& j.ij.q.xxix. & alijs locis doctrinę ſuę ſummariè & concluſiuè præter ea quæ dicta ſunt §.Debitū,de actu cōiugali,& præter ea q̄ nō ſpectant ad hoc opus,colligūtur iſta. ¶ Matrimoniū formaliter & eſſentialiter eſt cōiūctio animorū & cōiugū relatio: & ratione eſſentiæ.i.cōiunctionis dicitur cōiugiū:ratione cauſæ.i.deſponſationis,vel cōſenſus,nuptiæ: ratione finis, id eſt,prolis,dicitur matrimoniū.Eſt aūt ſacramentū, etiam* 3 *ſi ſit ſecundū,tertiū, aut ſequēs:cuius forma ſunt verba exprimentia conſenſum: materia verò ſunt actus exteriores tantū:vnde dicti actus ſunt ſacramētū tantū: obligatio autē mutua eſt res & ſacramentū: effectus aūt eius ſunt tantùm res cōtenta:ſed vnio Chriſti ad eccleſiā eſt res ſignificata,nō cōtenta:& ſimiliter cōmiſtio carnalis, q̄ etiam eſt de ſecunda matrimonij perfectione,nō de prima. ¶ Cauſa prima matrimonij,eſt diuina virtus illud inſtituēs: inſtrumentalis aūt eſt cōſenſus, etiā in occulto expreſſus ꝓ verba vel nutus,in mutis, vel alia ſigna, vel ꝓ nō cōtradicere in deſpōſatione.Et ſi exprimatur cōſenſus ꝓ verba de futuro,nō facit matrimoniū, etiā addito iuramēto:imò nec addita copula carnali,niſi in foro eccleſiæ.ſimiliter nec ſi exprimatur ꝓ verba de præſenti:& ipſe mutu⁹ interior cōſenſus deſit:nec ſimiliter facit matrimonium cōſenſus ad tps. ¶ Quælibet pſona libera cōtrahere pōt ſine parentū cōſenſū,& religionē intrare:ſed nec cogi pōt ad matrimoniū filius à patre.licet poſſit inducere cām rationabilē:& tūc ad eius ꝓceptū obligatur ſicut ad cām. ¶ Poteſt autem quis cōtrahere ꝓ nūtiū vel ꝓcuratorē: ſed ſi ante alterius cōſenſum pœniteat,nō eſt matrimoniū,etiā in foro eccleſiæ,ſi ꝓbetur. ¶ Finis matrimonij per accidēs eſt ille, quē cōtrahēs intēdit,qui ſcilicet pōt eſſe bonus & malus:vt diuitiæ,pulchritudo, virt⁹, & huiuſmodi.finis verò ꝓ ſe principaliter vel primò eſt proles generāda & educāda:deinde vitatio fornicatiōis:mutuū obſequiū:fides & ſacramētū, & ꝓpter horū tria,quæ ſunt de eius rōne.ſ.fidē, prolē, & ſacramentū,excultatur actus eius,ne ſit malus ex hoc, ꝙ habet annexā iacturā ratiōis, & carnis tribulationē. ¶ Tribuit aūt matrimoniū tria remedia cōtra cōcupiſcētiā: primò reprimēdo eā per gratiā, quā cauſat:ſecūdò honeſtādo eā ꝓ bona ſua:tertiò explēdo actus eius, ꝓ quod dū ſatisfit ei in actu cōiugali, nō ita incitat ad alias corruptelas.Hæc ex illo.Ex qb⁹ patet, ꝙ matrimoniū eſt officiū naturæ ad generādū, & remediū cōtra cōcupiſcētiā, & ſacramētum:quod quomodo intelligat.ſ.ꝙ ſit ſacramētū, vide ipſum:qa diuerſimodè à Doct.hic aſſignatur forma, materia, & hmōi. ¶ Ex his tñ.ſ.ex hoc, ꝙ matrimonium eſt ſacramentū, infert Arch.poſt Pet. de Pal. ꝙ cōtrahere matrimoniū ꝓ verba de præſenti ei, qui eſt in mortali, tā viro quàm mulieri eſt mortale:imò videtur aliqñ ipſe Petr.tenere, ꝙ requiratʳ cōfeſſio:nec ſufficiat contritio ſola: vt in diſt.xvij.q.ij.& hoc ei adſcribit Sū. Ange.tū in rei veritate hoc nō tenet,vt patet ibi in fi.vbi dicit, ꝙ cōtritus cùm ſit iam Deo cōiūctus,nō peccat mortaliter miniſtrādo & ſuſcipiēdo ſacramētū.ſ.aliud ab euchariſtia.nec eſt verū, vt §.Cōfeſſ.j. §.ij.Euchariſtia.ij. §.vij. ¶ Secūdò quæritur,* 4 *à quo,& qñ,& propter qđ matrimoniū fuerit inſtitutum:Et quātū ad primū dico, ꝙ fuit inſtitutū primò à Deo dicēte,Creſcite,& multiplicamini.& deinde etiā fuit inſtitutū ab hoīb⁹ tenētib⁹ locū Dei.i.legiſlatoribus. ¶ Quātū verò ad ſecūdū dicit Th.in iiij.di.xxvj.ꝙ vt eſt in officiū generādi prolē, q̄ erat neceſſaria,etiā peccato nō exiſtēte,inſtitutū fuit à Deo, etiam ante peccatū Adæ, dicēte Gen.ij. Creſcite,&c.Sed vt eſt in remediū cōtra peccatū, iſtitutū fuit poſt peccatū tēpore legis naturæ:ſecūdū verò determinationē pſonarū cōtrahētiū, inſtitutū fuit in lege Moyſi:ſecūdū verò qđ eſt ſacramētū repræſentās cōiunctionē Chriſti & eccleſiæ,iſtitutū eſt in noua lege: & ſecūdū hoc eſt ſacramētū nouæ legis.hęc ex illo.De prima aūt & ſecūda inſtitutiōe.xxxij.q.ij. §.his ita.& extrà,de diuor.gaudemus. Quantū ỳò ad tertiū,patet ex dictis §.priore. ¶ Tertiò q̄ritur, quæ ſint de integritate ſeu ratiōe matrimonij, ſine q̄bus.ſ.eſſe nō pōt? Et dico ex S. Th. ꝙ ſunt multa: vt patet ex dictis. ¶ Primò enim requiritʳ legitimitas contrahere volētiū:quia aliquorū matrimonia ēt facta dirimunt̄ quā nulla,vt patebit. ¶ Secūdò cōſenſus mutu⁹. iiij.diſt. xxvij.q.j.arti.ij.q.iiij. ¶ Et tertiò, expreſſio conſequēs per verba de pſenti,vel æquialētia ſigna.ibi,quæſtiūcula ſecunda. ¶ Et quartò requirūtur bona matrimoniū excuſantia;quia ſunt de eius ratione.iiij.di.xxxj.q.j.ar.j.quæ ſecūdùm

dùm cundem & Rayn. & xxvij.q.ij.omne.ſunt tria, ſcilicet fides:ne ſcilicet cōiux cū alia vel cū alio miſceat̄ proles, ſcilicet vt amanter ſuſcipiatur,& religioſe educetur:& ſacramentū,ſcilicet vt matrimoniū nō ſeparetur. & hæc tria adeò ſunt ſubſtātialia cōiugio, ꝙ cōditio cōtra aliquod eōrū appoſita vitiat cōtractū matrimonij:extrà,de cōdi.app. c.ſi.& de hoc plenè j.Matrimoniū.iij. §.xj. ¶ Quārtò quæ-
4 *ritur,*vtrum concubitus, ſeu copula carnalis ſit de integritate matrimonij? Et dico,ſecūdùm S.Thom.& Richar. ꝙ duplex eſt matrimonij perfectio.prima ſcilicet eſſētialis, & ſecunda accidentalis:& quantum ad primam non eſt de eius integritate:quia ſine ea eſt ratum. eſt tamē de eius integritate quantum ad ſecundam:quia per eā matrimoniū efficitur conſummatū:ſicut puer per deductionē ad quantitatē perfectā efficitur vir cōſummatus, q tamē puer exiſtēs habebat totā ſuā perfectionē in eſſe primo, quę reſpicit hominis eſſentiam. ¶ Quintò quæritur,* quotuplex ſit*
5 *matrimonium? Et dico,ſecūdùm omnes, ꝙ eſt duplex,ſcilicet non conſummatum:quod ſcilicet factū eſt per verba de præſenti ſine copula:& cōſummatū per copulā. Primū, ſecūdū gl.in c.ex publico.de conuer.eōiu.ſignificat cōfor mitatem fidelis animæ ad Chriſtū:& in paradiſo eſt inſtitutum:ſecundū verò coniunctionē eccleſiæ ad Chriſtum per incarnationem,& vtrūq;,vel propriè nō cōſummatū, ſecūdū mentē Ray.eſt triplex:quorū primum dicitur legitimū,ſed nō ratum, vt quod legali tāctum inſtitutione, vel prouinciæ moribus inter infideles cōtrahitur: quod ideo dicitur non ratū:quia ſine fide dicente Aug.non eſt ratum coniugiū,quod ſine Deo eſt. Secundū verò eſt econuerſo ratum,ſed non legitimū, ſcilicet quod eſt inter fideles & legitimas perſonas,ſed ſine legitima ſolēnitate contractū. Tertium verò eſt legitimū,& ratū,quod ſcilicet inter fideles & legitimas perſonas & cum legitima ſolennitate contrahitur.probatur hæc diſt.xxviij.q.j. §.illud.& extrà,de di-*
6 *uor.quanto.& e.gaudemus. ¶ Sextò quæritur,* vtrum matrimonium nō cōſummatum denominet virū & vxorem, ſeu vtrū appellatione viri & vxoris veniāt ſpōſi, qui cōtraxerūt per verba de præſenti ſine copula? Et dicit Pan.in c. ex publico.de cōuer.coniug.per tex.illum, ꝙ appellat̄ōe viri & vxoris intelliguntur illi qui matrimonium conſummauerunt,non autem qui ſolùm contraxerūt per verba de præſenti.& ita ſe cōſuluiſſe Senis.Vnde quia ſtatuto cauebatur ibi, ꝙ vxore decedēte ſine filijs, maritus lucraretur dimidiā partē dotis, & puella quædā q̄ de preſenti cōtraxerat,incognita deceſſit:multi dicebāt, ꝙ ſponſus lucrari debeat mediam partem dotis:tum quia interueniente cō-*
7 *ſenſu de præſenti matrimonium dicitur,& cōiuges appellantur:quia cōſenſus matrimonium facit.xxvij. q.ij. ſufficiat.tum quia tales ſpōſi,id eſt,promiſsi, à ſpōdeo dici nō poſſunt:qa non eſt promiſſa,quę de preſenti cōtraxit.Sed in cōtrariū & pro opinione Pan.facit ſingulariter ille tex. d.c.ex publico.quia cū matrimonium conſummatū dicatur magis firmum in hac materia odioſa, vbi ſpōſa ſine cā perdit dimidiū dotis, debem⁹ intelligere verba in potiori ſignificato:arg. §.ſed quoties.Inſtit.de iur.nat. Item ex cōmuni vſu loquēdi ſpōſa nō amittit nomē ſpōſæ, niſi ſit cognita.Pro quo tex.in d.c.ex publico.ibi, à viro deſpōſata. Ad quod etiā facit, qa vbi in lege non exprimitur cauſa legis, eā cōiectari debemus,& ad eius limites reſtringere, & ampliare legis diſpoſitionē, iuxta theoricā doctorū in l. nō dubiū.C.de leg.Cauſa aūt deferēdi lucrū tale marito, nō potuit eſſe alia, niſi propter nimios ſumptus in ducendo vxorē ad domum:quæ cauſa ceſſat in ſpōſa nōdū tradu-*

cta ad domū viri.Nā ſi hoc lucrū cōtingeret propter affectū coniugalē,ſtatutū deciſſet conſimile lucrum vxori ex morte mariti.Vñ ſi lucrū pariter eſſet vtriq; cōmune, bene crederem, ꝙ ſub verbis ſtatuti cōprehēderētur ſpōſus & ſpōſa de præſenti nō cognita,& ſic intelligerē l.Deo nobis.C.de epiſ.& cler.ſicut,& generaliter comprehēdūtur in materia larga ſub nomine viri & vxoris ſpōſi de futuro: vt ſingulariter probatur in l nō ſine.C.de bo.quę lib. Cy. quoque in l.vnica.C.de rei vxo.actio. videtur tenere dictam opinionē Pan.addens tale ſtatutū eſſe Ferrariæ,& factū propter expēſas mariti in vxorē, etiā propter nuptias. & idem Salicetus in l.cū te.C.de do.ante nup.dicens ita ſe conſuluiſſe vnā cum multis apud Florentiā. Sed Bart.in l. nihil.ff.rerū amo.in terminis quęſtionis propoſitæ contrariū tenet, modò cōtractū fuerit matrimoniū per verba de præſenti, etiā ſi cū ea nō habitauerit.allegans ad hoc d. l.nihil.& idē videtur ſentire Bal.in l.Deo nobis.C.de epi. & cler.licet contrariū teneat in l.nō ſine.C. de bonis quæ lib.Ang.autem de Aretio Inſtit.de actio.dicit, ꝙ licet opinio Salicetі de mera ſubtilitate iuris ſit verior: tamē aliā partē gl.ordi.in l.ea quę.la ſecunda.ff.ad munici.& Bar.& Bal.ſaluaret in practica,potiſsimè ſecūdū quod ait Rapha. in d.l.nihil.ſciam maritus ante mortē vxoris cœperat ſuſtinere onera matrimonij in veſtibus,& alijs, vt docet experientia.Et quāuis iſta expēſa & damnū mariti nō ſit tātū, quātū lucrū eſſet dotis:tū integrā medietatē dotis lucrari & habere debet.ar.l.creditor. §.ſi inter maritū.ff.mand.Si aut ecōtrario poſſet cōtingere marito, ꝙ fructus dotis, vel etiā media pars eius nō ſufficeret ad onera matrimonij in choādi, ſiue iam inchoati,& copula carnali cōſummati.ar. c.ſalubriter.de vſu.& tñ ipſe debet ſuſtinere integra onera matrimonij.l. ꝓ oneribus.C.de iure do.Vnde hoc pendet à fortuna:& cōſequēter videtur maritus emiſſe iſtū caſum ſiue aliū.l.in vēditione.& l.ſi.ff.de actio.emp.& vēd. Si aūt maritus iā nō ſuſtinuit onera, vel parua attēta quātitate dotis:tūc eſſet magis dubiū an deberet lucrari partē dotis ex ſtatuto:qa ceſſat dicta ratio.& cōcludit Sum.Roſel.poſt multa hīc, ꝙ eā lucratur:& ſic eſt cōtra Sū.Ang.tenentē opinionem Pan.in ti.Ex.Ego aūt magis approbo opinionē Pan.& Cy.& Salic.& dico, ꝙ dictā partē non lucratur,qui matrimoniū non cōſummauit,etiā ſi iam fecit expēſas aliquas:quia aut ſunt donationes, de quibus dicēdum eſt vt §.Donatio.ij.Aut ſunt circa res extātes,puta veſtes,& iocalia,& huiuſmodi, q̄ penes eum remanebūt. Aut ſunt pene nullæ:& ſic nō æſtimādę. Quæ autē addūcit Sū. Roſ.in cōtrariū, nō ꝓcedūt:imò aſſumūtur falſa, vl' dubia: vt patet iſtuēti. ¶ Septimò q̄rit, vtrū ſpōſa de futuro dicatur maritata, quātū ad ſtatutū, dicēs, ꝙ mulier maritata non admittatur cū fratribus ad ſucceſſionē fratrū? Et dicit Pan.ſuper rub.de ſpon.ꝙ nō:quia ex quo agitur de odio, appellatione maritatæ non venit ſponſa.Secus ſi ageretur de fauore.Pro quo eſt tex.in l.non ſine.C.de bo.quæ libe. pro quo etiam vide glo.Inſti. de nup. §.ſi vxor.& idē Cy. in d.l.non ſine.& Iac.de Are.& Pet.*

RVRSVS DE Matrimonio,ij: quomodo contrahatur quantum ad verba abſolutè.

1 *Conſuetudo & ſtatutum differunt in matrimonijs.*
2 *Statutum laicorum an poſſit aliquid circa matrimonium.*
3 *Conſuetudo an poſſit aliquid circa matrimonium.*
4 *Conſuetudo loci mariti an uxoris debeat attendi.*
5 *Matrimonium per quid contrahatur principaliter.*
6 *Cōſenſus partium in matrimonio an debeat præſtari ſimul & eodem tempore.*

Matrim

7 Matrimonij consensus an debeat necessariò exprimi per verba in ualentibus loqui.
8 Consensus signa quomodo cognoscantur.
9 Consensum quæ uerba probent.
10 Matrimonium ex quibus uerbis colligatur. usq; ad nu. 14.
15 Sponsalia de futuro si sequatur copula, an sit matrimonium.
16 Sponsalia de futuro quãdo transeant in matrimonium absq; copula carnali.
17 Matrimonium cõtrahentes sine iuris solẽnitatibus quas pœnas incurrant.

MATRIMONIVM secundò, cõsiderari potest quãtũ
ad modum quo contrahitur, quod dupliciter cõtin
git, scilicet quantum ad verba, & signa, quæ in foro causarũ
consideratur: & quãtũ ad intentionẽ, quæ attenditur in fo
ro animæ. & vtroq; modo cõtingit dupliciter, scilicet pu-
rè siue absolutè, & sub conditione. Nunc igitur considere
mus de eo quo contrahitur quãtum ad verba & absolutè.
1 Primum autem quæritur,* vtrum in disponendo de cõtra
ctu matrimonij, sit differentia inter statutũ laicorũ, & con
suetudinem regionis? Et dico, ꝙ sic de mẽte Pan. in c.j. de
spon. quia circa matrimonium statutũ laicorum est nullũ:
quia materia non pertinet ad eos. Secus de consuetudine:
quia in ea interuenit consensus episcopi & clericorũ. Vn-
de dicit Feder. ꝙ leges & statuta laicorum circa matrimo
nium nullius sunt momenti, quia hæc materia non est de
2 foro seculari, nisi vt in §. seq. ¶ Secundò quæritur,* vtrum
patriæ statutũ possit aliquid disponere circa modũ cõtra-
dem si tacẽdo facit, vt quia quantũ videtur tacet: quia plenè tenet cõtractus, si tacẽdo nõ facit, vt quia tacet, qa sibi displicet, quãtũ colligitur ex apparẽtibus, nõ tenet: in dubio aũt præsumitur pro matrimonio. ¶ Quintò* quæritur, vtrũ teneat ista cõditio, *Accipio te in vxorem*, si donaueris mihi centũ? Et dicit tex. in l. si ita stipulatus fuero. §. si tibi nupsero. ff. de verb. obl. ꝙ nõ. quod limita, qñ talis stipulatio fit nõ causa dotis, vel nõ subest iusta causa petẽdi illud: aliàs sic, quia secundũ Bar. nõ est inhonestũ si nobilis cõtrahẽs cũ plebeia, *in recõpensationẽ nobilitatis* aliquid exigat. cõcor. Pan. in c. de illis. de cõdi. appo. ¶ Sextò* quæritur, quid si B. cõtraxit cũ A. sub cõditione, ꝙ det illi centũ: & ante conditionis euentũ contraxit cũ C. sub eadem cõditione, & deinde A. & C. eodẽ tẽpore dẽt centum, & *conditionẽ purificent*: quod matrimoniũ prænalebit? Et dico ꝙ do. Ioã. And. reiectis tribus opinionibus ponit quartã, quã tenet Gasp. Cald. & Iaco. Zochus: quia neutrũ valet ratione incertitudinis. & facit c. ex literis. el ij. de spõs. vbi cõmuniter cõcluditur, ꝙ incertitudo vitiat matrimoniũ. facit etiã l. si ita fuerit. in prin. ff. de reb. dub. & l. duo sunt Titij. ff. de testa. tut. Item quia cõtractus conditionalis suscipit robur ab impletẽto. l. cedere diẽ. ff. de verb. sig. ideóq; perinde est ac si cũ duobus cõtraheretur eodẽ tẽpore. Nec obst. l. potior. §. videamus. ff. qui pot. in pig. hab. d. l. nec emptio. ff. de cõtrahẽ. emp. vbi impletẽ tũ conditionis trahitur ad diẽ cõtractus celebrati: vt pin de habeatur ac si à principio fuisset cõtractus, vt sic primũ videatur valere: quia prædicta iura intelligũtur, quando non est in potestate garẽtis secũdum tollere: quia si esset in potestate eius tollere, vt in casu nostro, bene tolleret: vt in d. l. potior. in prin. nec secũdũ potest primo prẽiudicare, quia nõ est maius vinculũ. Si autem aliquis eorũ citius impleret cõditionẽ, illud esset matrimoniũ. ¶ Septimò* quæritur, quid si quis sub hac cõditione, si coitũ permiserit, cõtrahat spõsalia cũ aliqua: vel dicat, si coitũ permiseris cõtrahã tecũ, & sequitur copula? Et dico, ꝙ secundùm Inn. Ber. & Verue: pro matrimonio iudicandum est: qa si de fornicario coitu intelligitur, turpis est conditio, & habẽda pro nõ adiecta. extrà eo. c. j. & vlti. Vnde secuta copula statim est matrimoniũ, saltẽ prẽsumptũ. Si verò intelligitur de coitu legitimo & matrimoniali: multo fortius pro matrimonio prẽsumẽdũ est. quod Sũ. Ang. ita intelligit, vt ibi dicitur *iudicãdũ* esse, ꝙ matrimonio, sit matrimoniũ, & nõ spõsalia tãtùm. Et idẽ Sum. Ros. & Suppl. Mihi aũt videtur, ꝙ si quis cõtraheret de ꝓsenti sub ista cõditione: vera sunt prædicta. Si verò quis cõtrahat spõsalia, vt est in omnibus prædictis casibus: vbi dicit, accipiã & nõ accipio: cõditio si sit turpis, nõ plus facit, ꝙ si absolutè contractũ fuisset. p verba de futuro: quia habetur ꝙ nõ adiecta. Si verò sit honesta, suspẽdit solũ cõtractũ spõsaliũ, & nõ matrimonij: qa suspẽdit solũ eũ, in quo ponit: & cõsequenter si purificetur, nõ perficit nisi sponsalia. Si tñ cõstaret, ꝙ copula esset matrimonialis, esset matrimonium, sed nõ ex virtute dictæ cõditionis. Vnde in prædictis casib⁹ dico esse sola spõsalia: quę scilicet sunt dispositio ad matrimoniũ. Et hac ratione dicũt doc. & Archiep. & Sum. Pis. iudicandũ esse pro matrimonio. Est autẽ idẽ iudicium, si dixit: si permiseris coitum, contrahã tecum, si vnquã cõtraxero: secundũ omnes. Et idem si dixit; ducam te post annũ. Et multo magis si dixit; nunquã decipiã tibi: vt s. Matrimoniũ. ij. §. xij. Si aũt dixit, si permiseris coitũ, cõtrahã tecũ, aut dabo tibi centũ: si sequatur copula, dicit Verue, nõ esse matrimoniũ: quia sic dicẽs, habet optionẽ

se liberandi, vtrumlibet faciẽdo: nec est inducta præsumptio à iure ꝙ intelligatur recessisse ab optione propter copulam carnalẽ. ¶* Octauò quæritur, quid si quis dicat, accipiã vel accipio te, si virginẽ te inuenero: & secuta copula non inuenitur virgo? Et dicit Bernard. Innoc. & Hostiẽ. iudicandum esse pro matrimonio, sicut & in §. priore. qđ primò debet intelligi referẽdo singula singulis: vt scilicet sint sponsalia, si verbum fuit futuri temporis: vel matrimonium, si præsentis. & secundò debet intelligi secundũ Hostien. in foro iudiciali propter hoc ꝙ haberi non possunt aliæ probationes: in iudicio tamẽ animæ nõ est matrimonium. extrà, de condi. appo. de illis. & c. super eo. & ca. pertuas. Nam bene est ꝙ mulier, quæ mentita fuit in fraudẽ, decepta permaneat, & viro subueniatur: qui fortè intẽdebat vitare bigamiã, & fuit honesta cõditio, licet actº inhonestus: & sic si probare posset per confessionẽ propriã vel aliàs ꝙ virgo non fuerit, etiam in foro iudiciali non teneret matrimonium. Sed Car. in d. c. per tuas. dicit, ꝙ si ista conditio, si te inuenero virginẽ, non referatur ad coitũ, sed ad aspectum matronarum vel huiusmodi, non est turpis, sed honesta: & suspendit actum. Si verò referatur ad coitum, est conditio turpis: quia prẽsupponeret rem cũ futura vxore prius quàm esset vxor: & sic tãquã turpis reijcitur, & matrimoniũ tenet: licet nõ sit virgo. Et sic intellige glo. in d. c. per tuas. & docto. communiter eam sequentes. Franc. autem de Areti. in suo consil. incipiente, in Christi nomine. idem tenet: limitans tamen quod de suspensione dicitur, esse verũ, quando conditionis verba sunt cõcepta in futurum: vt, si te inuenero. sed si essent cõcepta de præsenti, vt accipio te in vxorem si es virgo: incontinẽti valet matrimoniũ, si tempore desponsationis est virgo: aut nõ valet, si nõ est: quia conditio de præterito vel præsenti huius est naturæ, vt incontinẽti valeat actus, si est vera: vel nõ valeat, si est falsa: vt probatur in l. cùm ad præsens. ff. si cerpet. ¶* Nonò quæritur, si habentes legitimũ impedimẽtum contrahant sub conditione, si papa dispensabit: vtrũ papa dispensante sit matrimoniũ sine alio consensu? Quæ quæstio facit ad sciendum an trãsire possint interim ad secunda vota. Et sicut refert Pan. in d. c. super eo. quidam tenent ꝙ sic, vt Calde. & do. Anto. & quidam alij: quorũ opinionem Sum. Ange. sequitur contra Rosel. & dicit veriorem, per l. si rem meã. ff. de verb. obl. vbi possum stipulari *rem meam in tempus conditionis*, quando mea nõ erit, licet nũc, cùm sit mea, nõ possum. Et facit similiter l. iij. iuncta pe. ff. de oper. pub. vbi valet mandatũ priuati de opere publico faciendo principe annuente: quod tamẽ aliàs nõ valeret. Sed hæc non concludũt propositũ: vt patet, maximè d. l. iij. vt patet intuenti. Vnde contrariũ, scilicet ꝙ nõ valeat sine nouo consensu, tenet ibi Innoc. & quidam alij: quia primus cõsensus erat omnino à iure reprobatus. de quo l. inter stipulantẽ. §. sacram. ff. de verb. obli: vbi nõ valet stipulatio de re sacra vel publica, vel huiusmodi, de quibus nõ est commerciũ. & l. continuus. §. cùm quis. eo. tit. & l. apud Iulianũ. ff. de leg. j. vbi nõ valet stipulatio de prędijs Cęsaris, vel huiusmodi, de quibus sine iussu principis non est commerciũ. Ad dictum autẽ §. sacram. dicit Sum. Ang. ꝙ nõ obstat: qa ibi res nõ erat in cõmercio, nec esse poterat: quod nõ est hic: quia sublato impedimẽto per dispensationẽ, nihil obstat. Sed hoc simile nõ tollit, quia etiã à republica sublato impedimẽto per publicam potestatẽ quæ velit illam vẽdi priuato etiã valebit stipulatio. Ad dictam autem l. apud Iulian. dicit debere intelligi, ꝙ conditio sit impossibilis, quãdo pẽdet ex volũtate principis, in his, quæ princeps cõcedere nõ solet. secus in solitis cõcedi dispensatiuè: vt est textus in l. intercidit. ff. de condi. & demon. Sed dico, ꝙ d. l. apud. loquitur in omnibus, in quibus fine cõsensu principis nõ est commercium. Et hęc est ratio omniũ exemplorũ, quæ ibi ponuntur, vt patet in fi. l. autem, interdicit. nihil penitus loquitur ad intentionẽ allegantis. Hanc etiam opinionẽ sequitur ibi Card. dicẽs se sic in facto cõsuluisse: quia illud quod depẽdet principaliter à potestate alterius, dicitur impossibile. l. apud Iulianum. ff. de leg. j. & quod fit per remediũ extraordinariũ, dicitur fieri nõ posse: vt notat Inno. in c. pastoralis. de causa posse. & proprie. & sic istud matrimoniũ videtur cõtractũ sub cõditione impossibili. Pan. quoq; idẽ sentit, assignans ibi aliã rationẽ: quia ad hoc vt actus retro trahatur, oportet ꝙ potuerit incidere à principio, vt not. in l. si quis pro emptore. ff. de vsuca. matrimonium autẽ nõ poterat esse à principio tempore cõtractus obstante impedimẽto: & cõsequenter nõ poterat retrotrahi. Ric. etiã in quarto, videtur idem sentire in simili de his, qui ante concilij genera le capituli, nõ debet. de cõsang. & affini. in quo linea consanguinitatis restricta est ad quartũ gradũ, contraxerãt in quinto, vel sexto, aut septimo gradu: de quib⁹ cõcludit, ꝙ cũ dicta matrimonia fuerint nulla, nõ debuerũt simul habitare carnaliter, nisi nouiter cõtraxissent expresse vel tacitè. Dominus quoq; Frãc. de Are. idẽ tenet indubitatè in consil. cxlij. incipiente, ex facto proponitur. quia sicut nõ possunt cõtrahi spõsalia simpliciter, vel non potest fieri à parentibus promissio de sponsalibus faciẽdis inter personas prohibitas simpliciter: ita non possunt fieri sub ista cõditione, si summus pontifex dispensaret: quia videtur fieri sub conditione impossibili, cùm dependeat à volũtate solius principis. d. l. apud Iulianũ. Addo ꝙ conditio impossibilis vitiat stipulationẽ seu contractũ: non solùm si sit impossibilis natura, sed etiam de iure: vt in l. si stipuler. ff. de verb. obli. & hoc siue concipiatur affirmatiuè, siue negatiuè: vt patet per Bar. in l. impossibilis. ff. eo. Et si obijciatur ꝙ conditio impossibilis vitiat alios contractus, nõ autem matrimoniũ, vt no. Pan. ind. c. fi. dico verũ esse si sit impossibilis per naturã: secus si sit impossibilis de iure stipulandi. ¶* Decimò quæritur, quid si quis cum vna sub cõditione, & postea cũ alia purè cõtraxerit? Et dico ꝙ remanebit cum secũda, etiam si sit cõsanguinea primæ: quia nulla publicæ honestatis iustitia orta est: vt j. Matrimoniũ. viij. impedimento xiiij. part. vij. ¶* Vndecimò quæritur generaliter, quid requiritur ad hoc vt cõditio cõtractũ *ita*ũ suspẽdat? Et dico requiri multa. ¶ Primò, vt sit apposita *in principio*: quia si primò esset matrimoniũ contractũ, & postea conditio apponeretur: illum suspẽdere aut rescindere nõ posset. xxx. q. j. dicit. & facit quod no. do. Anto & Pan. in c. j. de condi. appo. ¶ Secundò, ꝙ in conditionem vterq; expresse cõsentiat: vnde si alter expresse nõ cõsentiat, etiam si taceat, erit matrimoniũ purum: vt in c. fi. de cõd. appo. & teneret matrimonium quamuis conditio esset cõtra substantiam eius: vt ibi no. Inno. & Pan. & facit c. aliquando. xxxij. qõ. ij. saltem quo ad ecclesiam. ¶ Tertiò, ꝙ conditio non sit necessariò futura: de quo dic vt suprà. Aut ꝙ non sit turpis vel impossibilis, quia habetur pro nõ adiecta: excepta ea quæ est contra substãtiam aut bona matrimonij. ¶ Quartò, quòd non interueniat consensus absolutus de præsenti post conditionem, & ante eius impletionem. ¶ Quintò, ꝙ ante eius euentum non interueniat copula carnalis: quia statim erit matrimonium, si fuerit contractũ per verba de ꝓsenti sub illa conditione: etiã si præceserat

conditionis defectus,modò alter esset ignorãs:puta quia
contraxit,si patri placeret:& pater contradicit:tamẽ alter
ignorabat hoc,& cõsentit in copulã:vt notat do.Anto.in
c.per tuas.de cõd.app.adducens in simili no.in c.ex parte
decani.de rescrip.& similiter Host.ibidem:quod tamẽ ve
rum intellige quo ad præsumptionem fori contentiosi:&
esse in cõsciẽtia,si ambo matrimonialiter intẽdebant co-
pulari:aliàs non:vt ĩ. Matrimonium.iiij.§.vj. ¶Sextò, ꝙ
sit propriè cõditio,nõ modus, de quo ĩ.§.se. ¶Septimò,
ꝙ conditio non sit de præterito vel de præsenti:quia non
esset propriè cõditio:vt in l.institutio talis.ff.de condi.in
stit.licet vitiet si nõ fuit:vt dicit ibi gl.sed debet esse de fu
12 turo. ¶*Duodecimò quæritur,quæ differentia sit inter cõ
trahere sub conditione vel modo, aut causa vel demon-
stratione?Et dico horum differentiã in cõtractibus posse
haberi plene suprà Conditio,ferè per totũ.& horũ exem
plũ breuiter est, vt vendo tibi fundũ istum,si hoc vel illud
feceris,quo ad cõditionẽ:aut vẽdo tibi vt hoc vel illud fa
cias,quo ad modũ,alioquin reuocetur:aut vẽdo quia hoc
est vel fuit,quo ad causam:aut vẽdo tibi fundũ quẽ emi à
Titio,quo ad demonstrationẽ.Et quidẽ contractus si fiat
sub conditione,nõ tenet nõ extante conditione,vt de ma
trimonio dictũ est:si verò fiat sub modo,statim tenet: sed
modo nõ seruato poterit reuocari.Dicit ergo Vernec. ꝙ
licet matrimoniũ vel sponsalia sub cõditione cõtrahi pos
sint,non tamẽ sub modo:ita scilicet ꝙ illo nõ seruato dis-
soluatur:quia si rite fiant nõ dissoluuntur,secundũ Pe.ve
rò de Pal.in iiij.idem de modo sicut de cõditione dicẽdũ
est,& secundũ eandẽ distinctionẽ,excepto vt infrà. Nam
si est cõtra ius matrimonij,& apponitur in ipso cõtractu,
vitiat contractũ:vt,accipio te vt procures venena sterilita
tis.secus si apponatur statim post contractũ.Si verò sit im
possibilis,habetur pro nõ adiecto,& purè tenet cõtract⁹:
vt,accipio te vt missam celebres,vel cœlũ digito tãgas.Si
verò sit necessarius, habetur pro impleto:vt, accipio te vt
moriaris.Si verò sit inhonestus, similiter habetur pro nõ
adiecto,& matrimoniũ tenet:vt accipio te vt fureris.Si ve
rò sit possibilis & honestus,non suspendit obligationẽ vt
conditio:quia de natura modi est vt posterius impleatur:
tamen tenet implere celebrato matrimonio,scilicet is cui
imponitur,nisi sit appositus solùm eius fauore:vt,accipio
te cũ decẽ libris,vt habeas vnde emas tibi fundũ: quia nõ
tenetur talis ante vel post emere.ff.de cond.l.Titio.Cùm
verò in cõtractu matrimonij sit appositio causæ: siue vera
sit siue falsa,secundũ eundẽ Pet.habetur pro nõ adiecta,&
purè intelligitur cõtrahi matrimoniũ,&similiter sponsa-
lia,vt,accipio vel accipiam,quia pater tuus desponsauit te
mihi vel me tibi:ẽt si hoc nõ sit verũ,est matrimoniũ vel
sponsalia:etiã si causa ponatur in futurum:vt,accipio quia
dabis decẽ pro dote.nisi esset necessaria,siue cõtineret im
pedimentũ:puta,cõtraho tecũ,quia est libera:quia si esset
serua,nõ valeret.similiter,cõtraho tecũ,quia est Ioannes
filius Titij,& huiusmodi:quia si esset error cõditionis vel
personæ,vitiaret matrimonium.Et idem est,quãdo in tali
contractu ponitur demonstratio:quia siue sit honesta,siue
inhonesta:siue cõtraria matrimonio,siue non:siue de præ
senti,siue de futuro,per se nunquam impedit matrimoniũ
vel suspẽdit,sed habetur pro nõ adiecta:vt,accipio vel ac
cipiã filiam tuam,quæ procurauit venena sterilitatis, vel
quæ est sterilis:aut quam audiui esse diuitẽ,& huiusmodi:
quia falsa demonstratio nõ vitiat legatũ.ff.de condi.& de
monst.l.falsa.nec consequenter matrimoniũ:nisi interue-
niret error cõditionis aut substantiæ: vt,accipio filiã tuã,
quæ est libera:quia si est ancilla,& hoc ignorabat,non va
let matrimonium.Et idem si demonstratio feratur ad sub
stantiam:quia error substantiæ & conditionis impedit,nõ
autem error qualitatis.Vtrum autem matrimonium con-
tractum sub hac cõditione aut duret solùm vsq; ad tẽpus,
sit verum matrimonium:vide titu.sequenti.§.v.

RVRSVS DE MATRIMONIO QVARTO, quomodo contrahatur quantum ad intentionem absolutè vel conditionaliter.

1 *Matrimonium an sit inter eos qui uerbis contrahunt,& animo dissentiunt.& nu.8.*
2 *Coniugi qualiter consulatur, cùm alter affirmat se nunquam consensisse.& nu.9.& 10.*
3 *Matrimonium ob causam inhonestam an uitietur.& num.seq. usque ad nume.7.*
11 *Matrimonium an impediatur ob protestationem præcedentem.*

MATRIMONIVM iiij.cõsiderari pôt quomodo cõ-
trahatur absolutè vel conditionaliter quantũ ad in
1 tentionem siue animũ. ¶*Primò verò quæritur,vtrum sit
matrimoniũ inter eos qui contrahẽtes verbis animo dis-
sentiebant?Et dicit Veruec.ꝙ siue vterq;,siue alter animo
dissentiat,nõ est matrimoniũ.Si tamen de verbis constite
rit,ecclesia coget eos simul esse:cùm de intẽtione cõstare
non possit.Vnde nec credetur dicẽti se non intẽdisse cõ
trahere.aliàs quilibet sic posset dicere,& separaret matri
moniũ:quia,vt dicitur extrà,de proba.per tuas.nimis in-
dignum est iuxta legitimas sanctiones,vt quod quisq; sua
voce lucidè protestatus est:in eũ casum proprio valeat te
stimonio infirmare.Si tamẽ signis euidẽtibus appareat de
simulatione,ecclesia nõ iudicabit matrimoniũ esse: & cõ
sequenter is qui cõsenserat,poterit denuò cõtrahere.Hoc
autẽ Sum.Ros.dicit posse intelligi quando vterq; vel al-
ter statim post contractũ reclamaret se non consensisse:se
cus si post tempus notabile,etiã si iuraret se nunquam cõ
sensisse,secundũ Rich.in iiij.dist.xxix.Sed melius dicen-
dũ videtur,ꝙ totũ iudicis arbitrio relinquatur: quia etiã
si quis statim reclamaret,possent esse cõiecturæ in opposi
tũ:vt quia nouiter potest melius cũ alia cõtrahere, vel hu
2 iusmodi. ¶*Secundò quæritur,quid consulendũ sit alteri
coniugũ cum reliquus affirmat se nunquã consensisse? Et
dicit Richar.in iiij.dist.xxvij.consulendum esse illi ꝙ hoc
nõ credat:quia nec credere illi tenetur.d.c.per tuas.Si ve
rò illi temerariè credit,durãte ista credulitate nõ licet ei
carnaliter cum illo misceri:nec ad petitionẽ propriã:quia
credit ꝙ non sit coniunx.nec ad petitionem alterius:quia
ille sibi in hoc præiudicat,quandiu affirmat se coniugem
non esse.Si autem postea affirmet se esse mentitũ,& debi
tum petat,si reliquus permanet in pristina credulitate:per
plexus est quandiu durat illa credulitas:quia ea durãte nõ
credit alterum suum cõiugem esse,& si redderet debitũ,
contra conscientiam faceret:si autem non redderet,etiam
peccaret,quia quamuis alter coniũx in dicendo se nõ esse
coniugem præiudicasset sibi quo ad potestatẽ exigẽdi de
bitum,quãdiu hoc nõ reuocabat,tamen quando reuocat,
credo ꝙ expiret illud præiudiciũ:quia reuocatio concor-
dat verbis, quibus in cõtractu expressit suum cõsensum.
Intellige verò totum hoc pocedere de credulitate teme-
raria:quia si prius illi probabiliter credidisset, non tene-
retur statim ad eius testimonium credere oppositum, &
reddere debitum,sed posset expectare,quòd euacuarentur indicia credendi quæ prius habuit,& alia inducerẽtur.
3 ¶*Tertiò quæritur,vtrum contrahere ex intentione ali-
cuius finis ad matrimonium se habentis non per se,vt pro
les,

les,fides,sacramentũ,vitatio fornicationis,& huiusmodi:
sed ꝑ accidẽs,vt pulchritudo,diuitiæ,& huiusmodi, vitiet
matrimoniũ.Et dicit S.Bonau.in iiij.dist.xxx.ꝙ si qs mo-
ueatur ex aliqua huiusmodi causa,sicut ex causa prĩcipali,
esset minus honesta,& cõtra sacramẽti vtilitatẽ:nõ tamen
cõtra eius veritatẽ:nisi ita esset finis, ꝙ nõ quæreret quis
nisi libidinẽ,aut diuitias,nõ vxorẽ.quia sic esset cõtra sa-
cramẽti veritatẽ.Et ita cũ ista limitatione vel distinctione
tenet Sũ.Ange.Sed quia est ĩpossibile,ꝙ quis quærat solã
libidinẽ,vbi ad eã per matrimoniũ vult attingere: sed ne
cessariò quærit matrimoniũ mediũ propter illam vt finẽ.
ideo melius Sum.Ros.cum S.Tho.& Petr.& Rayn.dicit,
ꝙ hoc non vitiat cõtractum,sed tenet matrimonium,quia
sufficit,ꝙ contrahere intẽdunt, & cõsentiũt per verba de
præsenti.xxxij.q.ij.solet.Deute.xxj.Si videris mulierẽ pul
4 chram. ¶Quartò quæritur,*vtrum mortaliter peccet cõ-
trahens principaliter ꝓpter dictas causas?Et dicit Petr. de
Palu.ꝙ cõtrahẽs propter finẽ matrimonij per se, sed secũ
darium secũdariò,scilicet propter vitationẽ fornicatiõis,
nõ peccat: quia nulla est deordinatio.Si verò cõtrahit prĩ
cipaliter propter secundariũ,est veniale: qa scilicet deor
dinatio:& hoc qñ est talis qui secũdũ cõmunẽ speciẽ pôt
generare:aliàs nõ.Vnde licet finis matrimonij primus &
per se sit intẽtio generãdi:tamẽ quãdo principale factum
est impossibile, sicut ĩ sene vel sterili,licet de secũdario si
ꝑe,q est vitatio fornicatiõis,facere principalẽ:aliàs senes
sine peccato cõtrahere nõ possẽt.aliæ aũt cõtrahẽdi causæ,
vt reformatio pacis,acquisitio amicitiæ aut diuitiarũ, pul
chritudo,& huiusmodi: etsi secũdariò possint intẽdi cum
veniali & sine:& si ẽt in se sint honestæ,vt reformatio pa-
cis:nõ tñ in matrimonio,si primò & per se intendãtur:cũ
ad hoc matrimoniũ nõ sit principaliter ordinatũ.Sicut ẽt
peccat qui baptizatur vl' cognoscit vxorẽ gratia sanitatis,
nõ tñ esset mortale si hoc principaliter ĩtẽderet: sicut nec
diuitias aut pulchritudinẽ principaliter intẽdere:aľs non
cõtracturus matrimoniũ:cũ homo nolit talia nisi modo li
cito:sicut etiã nõ est mortale cognoscere vxorẽ ꝓpter de
lectationẽ infra limites matrimonij. Quidã dicũt, ꝙ cùm
matrimoniũ sit verũ sacramentũ,non pôt in eo principa-
liter intẽdi finis extrane⁹ & ꝑ accidẽs omnino institutio-
ni matrimonij:sicut si quis principaliter baptizaretur ꝓ-
pter sanitatẽ vel questũ.Sed hęc opinio est multũ dura,qa
multos ĩuoluit:& videtur esse cõtra illud iij.Reg. vbi Da
uid in vxorẽ duxit Abisac,nõ spe prolis aut timore forni-
catiõis, cũ eã nõ cognouerit:sed solùm vt eũ calefaceret,
nec peccauit.hæc ex illo. ¶Circa ista aũt Sum.Angel.defi
cit in duobus:primò qa dicit Pet.de Pal.tenere, ꝙ sit mor
tale cõtrahere ꝓpter voluptatẽ prĩcipaliter. qđ falsum pa
tet ex dictis & dicẽdis statim.Secũdò,quia dicit,ꝙ securi⁹
est sic tenere:cũ tamẽ hoc sit falsum & durũ & inducẽs de
sperationẽ multis.Vñ intẽdit ipse Pet. ꝙ contrahere pro
pter huiusmodi fines per accidẽs & generaliter vti aliquo
sacramẽto principaliter ad finẽ,ad quẽ nõ est institutũ:pu
ta baptismo aut matrimonio ad sanitatẽ,est veniale,qñ qs
ideo hoc facit,quia ad illũ finẽ pertingit per mediũ in se
licitũ,id est,sacramẽtũ,licet male huic fini vel affectui ap
plicatũ:est verò mortale quãdo qs de iustitia medij nõ cu
rat,paratus quocũq; modo talẽ finẽ assequi.Et idẽ sentit
S.Th.in iiij.di.ij.dicẽs,ꝙ sine peccato vl' cum veniali po
tuit Iacob cõtrahere cũ Rachele propter faciei pulchritu
dinẽ secũdariò:si aũt principalis causa esset libido pulchri
tudinis,nõ excusaretur à mortali,si esset effrænata libido.
hæc ille.qui per libidinem effrenatam intẽdit eã quæ nõ
sistit intra limites matrimonij:sed in ea constituitur finis,
vt bene exponit Archi.Et prædicta intellige & limita quã
do talis effectus,ad quẽ quis vtitur,cõpetit naturaliter sa-
cramento,vt sanitas in matrimonio: vel miraculose, vt sa
nitas in baptismo.& cũ hoc ipse vsus de se non est cũ irre
uerẽtia:sed si qua irreuerẽtia interuenit,est ex fine vel in-
tẽtione veritatis.Addit autem idẽ Petrus dicens,Dato, ꝙ
cõtrahere ꝓpter voluptatẽ prĩcipaliter,esset mortale:nõ
tñ cognoscere propter voluptatẽ esset mortale,dummo-
do nõ esset idẽ cum alia facturus:quia non est ita damna-
bilis abusus rei cõmunis,id est,non sacræ, puta vxoris ad
coitum ꝓpter voluptatem,sicut rei sacræ, puta matrimo-
nij ad finẽ ĩdebitũ:sicut si biberet ex voluptate cũ scypho
communi,nõ est nisi veniale,nõ sequit' quin peccet mor-
taliter,qui calicẽ sacrum ex voluptate defert bibiturus ad
tabernã.hæc ex illo.qui in suis verbis vltimis decepit Sũ.
Ang.vt imponeret illi prædictum falsum,non intelligens
ꝙ iste vsus calicis ex se est cum irreuerẽtia eius etiã ces-
sante omni mala intentione seu voluptate potandi.Et in-
fert dictus Petr.esse ex dictis argumentũ,ꝙ si iudex pœna
pecuniaria punit malefactores,qui tamẽ aliàs esset puni-
turus,licet quærat pecuniã nihil cogitans actu de iustitia,
dum tamẽ nõ sit facturus iniustè,non est nisi veniale. hæc
ex illo.Ex quibus patet, quòd est veniale quãdo quis q̃rit
huiusmodi fines per accidens,aliàs non facturus si deesset
5 iustitia medij,per quod acquirit. ¶Quintò q̃ritur,* vtrũ
intentio peruersa circa substantiã matrimonij:puta siquis
cõtrahat cum intentione aliquando se separandi,seu cum
consensu ad tempus,vitiet matrimonium?Et dicit Petr.ꝙ
sic,nec est matrimoniũ.de condi.ap.c.fi. quia inseparabi-
litas est essentialitas matrimonij, vnde requiritur consen
sus ad ĩseparabilitatẽ.Hoc tamẽ intellige & limita secũdũ
mentẽ Inno.do.Ant.& Pan.si talis cõditio deducatur in
pactum expressum ab vtroq; cõiuge. Secus si talis cõditio
sit retenta in corde,aut etiam expressa per vnũ,reliquo cõ
tradicẽte aut tacẽte,hoc enim singulariter voluit Inno.vt
refert Pan.in d.c.fi.vbi distinguit.Nam si vterq; coniugũ
cõsensit cõditioni appositæ cõtra substantiã matrimonij,
tunc matrimonium nõ tenet.Si autẽ contradixit aliter,te
net matrimonium si processum fuit ad consummationem
eius.Et idem dicit fauore matrimonij, si alter tacuit:& sic
tacẽs habebitur ꝓ cõtradicẽte. ar.xxxij.q.ij.aliquãdo.vbi
no.secundũ Pan.dictũ Inn.quia videtur per hoc,ꝙ in alijs
cõtractib⁹ tacẽs videtur cõsentire cõtractui secundũ ꝓte
stationẽ alterius,licet onerosam & odiosam.Et idẽ ibi te-
nuit Host.& similiter idem do.Anto.Et ratio,quia ꝓpter
ea ꝓtestatio huiusmodi vel cõditio vitiat actũ:quia par-
tes agẽdo detrahere substãtiã actus,nõ videtur cõsentire
in actum:quod cessat qñ vnus solus agit detrahere, & alt⁹
tacet,siue non exprimit,quia tunc descendẽdo postea ad
actũ qui perficitur mutuo cõsensu,& copulã cõsummãdo
ĩ matrimonio,ex quo vtraq; pars turpitudini nõ cõsentit
cõtra substãtiã actus,videtur recessum à cõditione vel ꝓ-
testatione.Et hoc cõmuniter approbatur.vide etiã §.seq.
in fin. ¶Sed nota primò ꝙ ista nõ solùm sunt vera quo ad
forũ cõtentiosum,sed etiã in foro animæ secũdũ mẽtem
prædictorũ,& etiã S.Tho.qui in dist xxxj.iiij.q.j.art.iij.
loquens de bonis matrimonij, quæ secundũ eum sunt de
ratione matrimonij,dicit ꝙ nõ esset verũ matrimoniũ si
quid cõtrariũ eis exprimeretur in cõsensu faciẽte matri-
moniũ, & etiã est de mẽte legis in d.c.fi.vt ibi patet. ¶No
ta secũdò, ꝙ cõsummatio matrimonij, de qua loquit' In.
secũdũ do.Ant.intelligit' copula,tamẽ,vt patet ex ratio-

ne allegato,possum* intelligere per consummationē per
fectionem matrimonij primam, quæ cōsistit in prolatiōe
verborū de presenti ab vltimo ꝓferēte.¶ Sextò queritur,
6 *vtrum intentio peruersa circa bona matrimonij,puta in
tentio nō seruādi fidē,aut non exigēdi debitum,vel prolē
euitādi,vitiet contractū matrimonij?Et dicit Sum. Angel.
ex opinione Richar.in iiij.dist.xxxj.ꝙ ad hoc,ꝙ cōsensus
faciat matrimoniū,oportet ibi esse tria bona matrimonij,
siue cōtrahētes in eā cōsentire saltē implicitè & ī habitu:
primò in vinculi inseparabilitatē quo ad bonum sacramē
ti:secūdò in bonū fidei quantū ad ei⁹ essentiale, quod est
nō negare debitū,nisi Deo absoluēte ad hoc licet hoc sit
solum quoad bene esse quantū ad acci dētale seu accesso
riū bonū fidei,quod est nō exhibere alteri quàm suo cōiu
gi vsum corporis sui:tertiò in bonū prolis quantū ad eius
essentiale,quod est eā suscipere cōditionaliter si Deus eā
dederit,vel nō procurare ne eueniat:licet quantū ad ei⁹
accidētale,scilicet absolutè eā velle & educare non sit ne
cessariū.hæc illa.in quibus dicit duo,præcipuè cōtra S T.
q in xxxj.dist.iiij.vult,ꝙ ad bonum fidei vtrūq; pertineat,
debitum non negare cōiugi, nec alteri commisceri: licet
primum principalius,& ab bonum prolis nō solùm susce
ptionem,sed etiam educationem eius. Ex quibus etiā in-
fert multa,in quibus Supple. & Ro. dissentiunt. Primum.
Nā dicit nō esse matrimoniū,si quis cōtrahat cū intentio
ne separabilitatis quo ad vinculū.quod Ro.negat,nisi hoc
deducatur in pactū ab vtroq;,vt dictū est §.priore.¶ Secū
dum.Nam dicit non esse matrimonium, si quis contrahat
cum intentione negandi debitum petenti sine reuelatiōe
diuina:quia est contra bonū fidei. Ro.aūt & similiter Sup
ple.diceret hoc esse verū solùm si ista cōditio deducatur ī
pactum.quod patet:quia cùm ad bonū fidei dicat ptinere
ne cum alio commisceatur:dicit,quòd secūdùm Veruec.
tenet matrimoniū contractū cum proposito nō seruandi
fidem,sed adulterādi:dūmodo hoc non deducatur in pa-
ctum.Si verò deducatur in pactum,ꝙ liceat adulterari, vt
ꝓstituatur vxor,nō tenet matrimonium.de condi. app.c.
fi.¶ Tertium.Nam dicit nō esse matrimonium si quis cō-
trahat cū intentione non suscipiendi prolem, si Deus eā
daret:aut non educandi:aut procurādi venena sterilitatis
ne proles cōciperetur,nasceretur,vel educaretur.Ro. aūt
& Supple post Petr.dicūt, ꝙ firma intentio euitādi prolē
excludit matrimoniū:maximè si deducatur in pactum:sed
intentio nō educādi non excludit.Et concordat Hugo.&
glossa Rayn.& Summa Conf.Ego autem dico, quòd secū
dùm S. Thom.omnis conditio quæ est,non solùm contra
substantiam,sed etiam contra bona matrimonij suprà ex-
posita,illud vitiat si deducatur in pactū,qa dicta bona sunt
de ratione matrimonij secundùm eum.Si verò non dedu
catur in pactum,sic,ꝙ exprimatur ab vtroq; contrahētiū,
etiam si teneatur in mente,nō vitiat matrimonium: vt pa
tet ex dictis §.priore,& communi doctrina Canonistarū
& Theologorum.Ratio etiam horum esse potest:qa cau-
sa matrimonij proxima & immediata est consensus signis
sensibilib⁹ expressus.Vnde nec signa sine cōsensu, nec cō
sensus sine signis operatur:& ideò quęcunq; conditio nō
annectitur dictis signis,nihil facit vt operatur,sicut cōmu
niter dicitur,ꝙ conditio in mente retenta nihil operatur.
vnde stat matrimonium:modò sit intentio cōtrahēdi ex-
pressa.vide aūt §.priore,quasi ad fin.aliā rationē. ¶ Septi
7 mò qrit,*vtrum intētio non exigendi debitum vitiet ma
trimonium?Et dicit Pan.in c.commissum.extrà,eo.vt im-
ponit illi Summa Ros.ꝙ non,modò non deducatur in pa
ctum.Sed ego dico,ꝙ non vitiat,etiam si deducatur in pa
ctum:quia non exigere nō est contra bonum fidei,nec de
rogat proli quæ generari poterit,si reddat altero petēte.
Dico etiam,quòd malè adducitur Pā.quia nō loquitur de
intentione nō exigendi debitum, sed non consummandi
matrimonium,in quo includitur intētio negandi debitū,
quæ matrimonium vitiat si exprimatur.Vnde Veruec.re-
spō dens ad istam quæstionem inter illas intētiones distin
guit dicens,ꝙ si sit intētio non exigendi, contrahitur ma
trimonium:sicut inter beatam Virginem, & Ioseph: imò
etiam si sit intentio negādi,modò nō deducatur in pactū.
8 ¶ Octauò quæritur,*vtrum sit matrimonium si quis cōtra
xit per verba de futuro vel etiam de præsenti, non habēs
intentionem cōtrahēdi,& sequuta est copula?Et dico se-
cundùm S.Thom.in iiij.dist.xxviij.& in quol.v.q.viij. &
Rich.ꝙ præsumi debet ꝓ matrimonio in foro, scilicet cō
tentioso.extrà eo.dē.tua.& ita in dicto foro iudicaret. sed
in foro conscientiæ si ille nō proposuit illam ducere, nec
vnquam assensit in eam,non debet ex illo facto matrimo
niū iudicari,quando ex altera parte dolus affuit,& defuit
omnino consensus,sine quo nequeunt cætera fœdus effi
cere coniugale.d.c.tua. Et ille ex parte cui⁹ nō fuit dolus,
excusatur à peccato.Si autem alius interim cum alia con-
traxerit,tenet matrimonium secundū Doc. communiter:
& probat S.Tho.in dicto quolib.qui licet loquatur in ca-
su sponsalium de futuro:tamen sua ratio probat etiā si fue
rāt de ꝑsenti: quia ī primo matrimonio cessat cōsensus,q'
est causa:& consequenter cessat effectus,& in secundo po
nitur causa,id est,cōsensus verbo expressus, ergo & effe-
ctus. Tenetur tamen deceptor antequam contrahat cū se
cunda,eam ducere in vxorem,si est sibi æqualis vel maior
secundùm S.Tho.vel etiam si est quasi æqualis, secūdum
alios,quia modicum est quasi nihil.secundo Physi.& post
quam secundo nupserit,si illa ex hoc patitur notabile da-
mnum in honore vel huiusmodi,tenetur ei necessariò sa-
tisfacere,& secundùm Sanctum Thom.prouidere de nu-
ptijs,id est,de dote,nisi fuerit multò melioris cōditionis,
vel aliud euidens signū fraudis apparuerit,sic,ꝙ pōt pro-
babiliter præsumi eam non fuisse deceptam, sed deceptā
finxisse,quia tunc non tenetur ad prædicta secundùm ali-
quos,vt Sanct.Tho.in iiij.dist.xxviij.recitat, & videtur te
nere.Si tamen mulier probare posset cōtractum de ꝑsen-
ti vel futuro,& copulam sequentem,cogetur vir illā duce
re,nec admitteretur probatio in cōtrarium, vt no.in c.is
qui.de spōs.nisi vt intrà. §.ix.& si cum alia cōtraxisset,co-
geretur ad primam redire, licet ipse si nō habuit consen-
sum in primam,& illum habuit in secūdam,etiam ad præ-
ceptum ecclesiæ redire non deberet ad primam,sed poti⁹
humiliter etiam excommunicationem pati, & cū secunda
taliter habitare, quòd inde scandalum non generetur.
Et licet quidam dicant, secundum non esse matrimoniū,
quia ecclesia talem inhabilitat ad contrahēdum cum qua-
cunque alia à prima,in dicto c.is qui.tamē tu dic vt suprà,
quia est communis opinio,vt not.ibi Pan. nec ecclesia ta
lem inhabilitauit ad contrahendū cum alia,licet fortè ho
die benè faceret illum inhabilitando,quia prædicta ex in
discretione multorū venerūt ad aures virorū,& nō puel-
larū in paucis.& sic multæ illaqueant. ¶ Nonò quæritur,
9 *quid cōsulendū sit istis mulierculis,quæ exiguitate cere
bri & carnis voluptate tam crebro illaqueātur à cōtrahen
tibus cum eis clandestinè verbo,sed nō animo?Et præter
id quod dictū est suprà §.secūdo. dico tria esse remedia.
¶ Primū.Si enim vir statim reuocauit, & patefecit, quòd
non

non consensit:& inde ad secunda vota transiuit, tunc esset
tolerabile,si & ipsa similiter ad secunda vota transiret.
¶ Secundum. Nam si inter eos erat magna disproportio,
viro existēte multò melioris cōditionis quàm sit mulier,
ita quòd non est verisimile,ꝙ ille istam accepisset in vxo
rem:vt dicit Richard.si aliquod aliud euidens signum frau
dis appareat,per quod potest probabiliter presumi,ꝙ spō
sa nō fuerit decepta,sed se decipi finxerit: tūc si vir cū alia
contraxit,etiam mulier poterit cum alio contrahere:viro
autem non contrahente,non est tutum,quòd ipsa contra-
hat:quia videmus sæpe multos diuites & nobiles propter
pulchritudinem cōtraxisse cum vilibus:etiam si inter eos
esset disproportio magna. ¶ Tertium.Dato, quòd iste sta
tim nō dissenserit,nec inter eos sit distantia magna: tamē
si post interuallum temporis hoc iurat,& ex suæ vitæ qua
litate potest sic præsumi:puta quia omni anno confitetur
& cōmunicat,& cum viris bonæ vitæ conuersatur: tūc eo
trāseunte ad secunda vota posset & ipsa transire.Et simili
ter si in aliquo trium prædictorum casuū transiret ille ad
religionem,& in ea profiteretur. Isti autem tres casus sub
ista regula militāt, quòd mulier transire potest ad secūdā
vota viro asserente se in eam non consensisse:quando est
probabile & verisimile,quòd verum dicat;arbitrio prudē
tum:si ipse de facto ad secundā vota transiuit:vel si eam o-
mnino accipere recusat:aliàs tenetur viuere castè.Et si de
facto siue tali probabilitate cōtraxit:quātū in se est,tene-
tur viuere castè:licet præiudicare nō possit coniugi maxi
me ignorāti:vnde nō potest exigere,sed reddere tenetur:
nisi probabiliter crederet,quòd in rei veritate prior con-
iunx cōsenserit:licet modo neget:qa tūc nec exigere nec
reddere posset:ar.eorū quæ no.in c.inqsitioni.de sen.exc.
10 ¶ Decimò*posito,ꝙ iste qui cum aliqua contraxit animo
extorquēdi copulam,& nō consentiendi:audiat à cōfesso
re,quòd fuit verum matrimonium, propter copulā, & ꝙ
cū alia contrahere nō potest,& sic credens dicto cōfesso-
ri habitat cum ea,& illam cognoscat tanquā coniugē:quę
ritur an propter hoc sit matrimoniū?Et dico, ꝙ non quo
ad Deum:quia ex quo nullū vinculum precesserat,talis co
pula nō facit matrimonium quo ad Deū:vt no.in c.is qui.
de spon.vbi dicunt Docto.ꝙ si sponsalibus solutis copulā
sequatur,non inducitur matrimonium, ex quo sponsaliū
vinculum solutū est.Idem dicunt vbi interuenerit promis
sio de contrahendis spōsalibus in futurū. Pro quo facit l.
fin.de condi.ob causam.Item error iuris non inducit con
sensum matrimonialē:quia nihil tam cōtrariū cōsensui est
quàm error.l.si per errorē.ff.de iuris.om.iudi. Et facit qđ
no.Barto.in l.multū.ff.de condit. & demonstra. vbi dicit
nō valere processum si iudex errat in fundamēto iurisdi-
ctionis:licet in veritate haberet iurisdictionē.& probatur
in cap.sciscitatus.de rescriptis.iuncto cap.prudentiam. de
officio delega.vbi si iudices delegati cū clausula, si nō o-
mnes,procedunt sine alio,ignorātes impedimentū, & cre
dentes se posse sine eo procedere,nō valet processus,licet
habeant iurisdictionē:quia errant in fundamento iurisdi-
ctionis.Similiter enim iste errauit in fundamento matri-
monij,cùm cōsensus sit eius fundamentū,& de substantia
eius:vt in c.tuę.de sponsa.Et si iste informatus à peritis, ꝙ
ibi sit matrimoniū,de nouo consensit,qaia putauit se liga
tum,aliàs nō cōsensurus si credidisset ibi non esse matri-
moniū,& sic faciens de necessitate virtutē:adhuc non est
matrimoniū quo ad Deū.Pro quo facit quod not. Docto-
res in c.j.de reg.li.vj.vbi not.ꝙ si quis ante annos puberta
tis facit votū religionis,non obligatur ad tale votū maior
factus,nisi illud ratificauerit:quod si faceret credēs se obli
gatū,aliàs non ratificaturus,non tenetur ad illud. Vnde si
talis aliam accepit,dimittere nō potest in foro animæ,aut
religionē exire,si quam professus est.& statur eius confes
sioni in hoc vltimo:vt no.gloss.in d.c.is qui.& ibi per Do
cto.& in c.significasti.de homi.& idem cōsuluit do. Alex.
11 de Neuo.in facto. ¶ Vndecimò,* posito quòd quis coram
pluribus protestetur,quòd quicquid facit nō facit animo
contrahendi,postea verbo contraxit,& carnaliter cogno-
uit:quæritur vtrū iudicabitur ibi matrimonium? Et dicit
Veruec.quòd sic:quia recurrendum est ad communem in
telligentiam verborum,quòd cōtra eum;qui dolum adhi
buit,interpretatio faciēda est.& quia licet sic protestetur,
potuit tamen mutasse voluntatem.Et concor.Host.& Sū.
Confes.quod tamen limita,quando quis dolose est prote
status:secus si ob iustam causam,puta vitandum scandalū,
& copula non est sequuta:quia tunc non est matrimoniū
propter defectum cōsensus:nec iste ad aliquid tenetur, vt
no.in Sum.Con.eod.titu.q.xvij.Dicit tamen Veruec. ꝙ si
quis animo decipiendi cōtrahens non vtitur forma con-
sueta verborū,sed mutato suo nomine dicit,Ioan.vel Pe-
trus desponsat te:sicut cōtingit in casu c.tua nos.de spon.
tunc contra huiusmodi matrimoniū præsumptū propter
copulam carnalē subsequutam admitti potest probatio in
contrariū ad probandam fraudem: qua probata pronūtia
bitur nullū fuisse matrimoniū,& poterit ad secunda vota
transire.Nec negatur in illo c.quin de fraude ista consta-
re possit:sed dicitur tantùm,qualiter tibi constiterit nō vi
demus:& non,qualiter constare poterit.Si autē esset vsus
verbis consuetis,non admitteretur probatio in contrariū
dictæ præsumptionis:vt in d.c.is qui.

RVRSVS de Matrimonio v.à quo, & per quem contrahi possit.

1 *Matrimonium quis contrahere possit.& nu.2.*
3 *Malitia quando suppleat ætatem.*
4 *Pubertati proximus quando quis dicatur.*
5 *Matrimoniū an ualeat ultima die anni decimiquarti uel duodecimi.*
6 *Matrimonium contrahentes ante legitimam ætatē, an peccent.*
7 *Matrimonium an ualidè contrahat qui est inhabilis ad coitū.*
8 *Matrimonium contractū ante pubertatem,an ualidetur postea per oscula.*
9 *Matrimonium an cōtrahatur per procuratorem, & qualiter. nu.14.*
10 *Matrimonium an contrahatur per procuratorem,si quis antea pœniteat.& nu.11.*
12 *Matrimonium qualiter contrahatur per literas & nuntios.& nume.13.*

MATRIMONIVM quintò,cōsiderari potest quantū
ad personas,à quibus & per quas contrahi potest.
1 ¶Primò ergo queritur,*quis possit matrimoniū contra-
here?Et dico,ꝙ quilibet qui est debitæ ætatis,sanus inge-
nio,& lege non prohibitus:quia edictum de matrimonio
est prohibitorium,secundū Ray.ita scilicet, ꝙ omnis qui
nō prohibetur,cōtrahere potest.de spon.cùm apud.Aetas
autem legitima secūdū Docto.est annorū xiiij. completo
rum in puero,& xij.in fœmina.extrà, de despon. impub.c.
impuberes.& c.cōtinebatur.Vnde si ante cōtrahūt matri-
moniū,nō erit matrimoniū,sed spōsalia,iuris interpreta-
tione.de despon.impu.c.vnico.lib.vj.nisi essent pubertati
proximi, & malitia suppleret ætatē.extrà,de despon. imp.
c.de illis.el ij.& cōcord.S.Tho.& Petr.Sanitas verò inge-
nij requiritur,vt quis possit consentire:vnde furiosus,nisi
habeat

habeat lucida intervalla, contrahere non potest, sicut nec cõsentire. & idē est de ebrio. Quis aūt impediatur lege cõtrahere, patebit infrà, cùm de impedimentis agetur.

2 ¶ Secundò, *cùm c. de illis. in his qui nõ sunt debitæ ætatis, requirat, q̃ sint proximi pubertati, vel malitia suppleat ætatē, quæritur vtrũ necessariò vtrũq; horum requiratur? Et dicit Panor. *in* d. c. de illis. q̃ si incipitur à primo, id est, proximitate pubertatis, necessariò requiritur secundũ: qa proximitas ætatis sola nõ sufficit ad cõtrahendũ matrimoniũ, sed etiã requiritur secũdũ, id est, malitia, quæ quo ad hoc exponitur, id est, vigor naturalis seu potẽtia coeundi: vt colligitur ex dicto tex. ibi, potuerint coniungi. Non enim sufficeret malitia in rebus agendis: vt in c. puberes. de desponsa. impu. Secundũ autẽ bene sufficit sine primo, dũmodo sint doli capaces: ita q̃ potuerint discernere vires matrimonij: sicut de illo puero nouem annorũ, qui reddidit nutricem suã prægnantẽ: vt dicit glo. xx. q. j. in Sum. & Alber. in iij. dicit se vidisse puellã in nono anno concepisse, & peperisse in x. imò secundũ Ioã. de Deo, si minor ann. vij. fuit cognita à maiore quatuordecim, erit matrimoniũ: quod tamen est verũ solùm si erat multũ discreta & doli capax: aliter non, secundũ Pan. in d. c. cõtinebatur. quia non habet consensum aptum ad contrahendũ. ¶ Ter

3 tiò quæritur, *quo modo deprehẽdatur potẽtia ista coeũdi, quæ habet supplere defectũ ætatis? Et dicunt quidã requiri, q̃ verè inter eos copula intercesserit. quod etiam sequitur Host. sed Gof. Inn. Abb. & Io. And. tenẽt oppositũ, dicentes satis esse, q̃ potuerint coniungi: quia si masculus minor annis xiiij. alias mulieres cognouit, aut fœmina minor annis xij. ab alijs fuit cognita: nemo negabit matrimoniũ cõsistere iter istos, ex quo apparet, eos potẽtes ad copulã. Et pro hac sentẽtia arg. in c. vnico. de despõ. impu. lib. vj. Si aūt clare hoc non constat, sed tantùm per signa: puta si ex aspectu corporis vel alijs signis extrinsecis fœmina aut masculus videt aptus ad copulã: sentit Inn. hæc signa sufficere. quod placet Pan. ar. c. attestationes. de desp. impub. vbi nixus ad copulã cum consensu adhibito propetatẽ legitimam sufficit ad matrimoniũ. Ad prædicta vide 8
Nic. de Ly. Exo. xxj. vbi dicit secundùm Rabbi Salo. q̃ ortus pilorum & menstruorũ sunt signa pubertatis: imo secundũ medicos menstrua sola arguunt pubertatem in muliere: quæ si incipit habere, est apta ad generationẽ: & si nõ habet, generare nõ posset: & consequenter tũc malitia etatem nõ suppleret. Puer verò dicitur aptus ad cõtrahẽdum,

4 si potest seminare. ¶ *Quartò quæritur qualiter debet intelligi, q̃ quis sit proximus pubertati? Et dicit gl. in d. c. cõtinebatur. q̃ quando distat per sex menses. quod Pan. dicit facere ad statuta, vt dicatur aliquis proximus alicui ætati, cùm ab illa distat per sex menses, aut minus. Et bene facit l. non tantùm. ff. de excu. tut. quæ probat, q̃ distans per sex menses, dicitur esse prope illam ætatẽ. & idẽ Innoc. ac Host. Pano. autem dicit, q̃ hoc cõmuniter non tenetur: vt est glo. in. §. furiosus. Insti. de inuti. stip. & in §. in summa. Instit. de oblig. quæ ex delic. nasc. quæ dicunt, q̃ masculus dicitur proximus pubertati, cùm est decẽ annorum cũ dimidio: fœmina verò cùm est in nono cum dimidio. Et est ratio: quia post pueritiã, quæ contingit in septimo anno, restant septem anni vsq; ad pubertatẽ in masculo: vnde ex quo tẽporis huius medietatẽ excedit, videtur proximior pubertati quàm infantiæ. & idẽ dic in fœmina. ¶ Quintò

5 quæritur, *vtrũ valeat matrimoniũ vltima die anni xiiij. vel xij. cõtractum? Et dicit Pan. in d. c. attestationes. se credere, q̃ sic, sicut dicimus in testamẽto. l. qua ætate. ff. de testa. & hoc fauore matrimonij. ¶ Sextò quæritur, * vtrum peccent mortaliter aut venialiter ante ætatẽ legitimã contrahentes? Et dicit gloss. in c. vbi non est. de despon. impu. q̃ ante ætatẽ legitimã non debent aliqui coniungi tam respectu matrimonij quàm sponsaliũ. Idem Inno. & expressius Host. in Sum. dicẽs causam huiusmodi prohibitionis fuisse bonũ publicũ: quia ex spõsalibus, quæ tenẽt, oritur publicæ honestatis iustitia: & cùm de facili dissoluantur, si per minores cõtrahantur, iam non potest spõsa cõtrahere cũ sponsi cõsanguineis, neq; ecõuerso: vt in c. sponsam. de sponsa. Aliam rationẽ assignat gl. in d. c. vbi. quare prohibeantur sponsalia inter istos: quia sæpe mutata voluntate oriuntur discordiæ, & diuertentes cõsanguineis copulantur. de sponsali. iuuenis. & dicit Panor. in d. cap. vbi. hunc esse cõmunem intellectũ glo. & Doct. licet ipse intelligat dictum tex. non de coniunctione verbali, sed de carnali. An verò sit mortale: Ioan. And. videtur tenere, q̃ nõ: quia illa decretalis loquitur de honestate: sed Panor. dicit huic obstare illud verbum, distinctè prohibemus. & Archid. in c. interdixit. xxxij. dist. dicit, quòd in omni prohibitione intelligitur præceptio, & ecõuerso: & ideo hoc verbum prohibitiuum ponitur pro præceptiuo, secundùm Hug. & Ioan. de Fan. Et de hoc vide ś. Lex. §. xxj. Vnde Petrus de Palu. dicit, quòd peccant mortaliter, si sine iusta causa & licentia episcopi. ¶ Septimo quæritur, * vtrũ habilis ætate, 7
sed inhabilis coitu possit matrimoniũ validè contrahere? Et dicit gl. in c. puberes. de despon. impub. quòd non: sed Doct. ibi cõmuniter tenent contrarium: vt Pan. refert glo. reprobãdo: quia ex quo ætas est legitima, nec apparet de perpetuo impedimento, matrimoniũ tenet: aliàs sequeretur, quòd impotens ad coeundum propter infirmitatem, matrimonium cõtrahere non posset. Vnde iste adolescẽs debet expectare vsq; ad pubertatẽ plenã, quæ est xviij. annorũ: qua adueniente si generare non posset, & mulier instaret propter dissolutionem matrimonij, dissolui fieri posset: quia tũc præsumeretur esse impedimẽtũ perpetuũ. & hæc opinio Doctorũ videtur æquior. ¶ Octauò quæritur, *vtrũ matrimoniũ contractum post annũ septimũ, & ante pubertatẽ vtriusque vel alterius, quod scilicet est spõsalia, vel habet vim sponsaliũ iuris interpretatione: vt in c. vnico. de desponsa. impu. libr. vj. efficiatur verum matrimonium, si in pubertate interueniũt oscula, amplexus, & munera? Et dico, q̃ si interuenit copula: tex. est clarus in d. c. vnico, q̃ efficitur matrimonium. l. verum, aut præsumptũ: si etiã interuenit consensus expressus per verba sine copula & nixu, est idẽ: quia hoc solùm sufficit, etiã si aliud nõ præcessisset, vt patet ex dictis ś. Matrimonium primò, & secundò. Si verò nullum horum interueniat, Doctores variè loquuntur. Nam Ray. dicit, q̃ si intendebãt contrahere matrimoniũ, non sunt ibi sponsalia: quia hoc non intendebant: nec matrimonium propter ætatẽ: & consequẽter copula adueniens in pubertate nõ faciet matrimoniũ verum, aut præsumptũ. Si verò intendebant contrahere, si non vt agebant, saltem inquantum valere poterat: sic erũt spõsalia, scilicet non inducẽt matrimonium, nisi per copulam, aut consensum euidenter expressum. Host. autem variauit attestationes in c. attestationes. de desponsa. impu. Inn. verò inter actus tenet, q̃ ad hoc sufficiat copula sola, vel nixus, & nõ aliquis alius actus. Archid. aut in d. c. vnico. post multas opiniones concludere videtur, quòd non fit matrimoniũ, nisi iterueniat copula, vel traductio ad domũ. quod sequi videtur Ala. Vincen. & Gof. in c. literas. de desponsa. impub. Panorm. verò in cap. fin. de sponsa. tenet quòd

quòd fit, si interueniunt oscula, amplexus, iocalia, & huiusmodi: Ego aūt omnibus visis & pensatis, dico, quòd vt sit matrimoniũ requiritur nou⁹ consensus expressus signis: quia aut præcesserũt sola spõsalia, aut nihil: vt patet ex dicto Ray. & vtroq; casu requiritur quod dictũ est: quia ad hoc nõ est matrimoniũ quod solo cõsensu expresso per signa efficitur: vt aūt sit matrimoniũ verum in foro animæ, sufficit quodlibet signum, per quod cõsensum mutuũ cognoscũt, siue sint verba, siue aliud: vt patet ex dictis suprà Matrimoniũ. ij. §. v. vj. & vij. Vt aūt sit matrimonium præsumptũ in foro causarũ requiritur consensus expressus signis vniuocis, id est, solitis fieri legitimè & irreprehensibiliter solùm cũ vxoribus vel spõsis de præsenti: quia hæc videtur cõmunis opinio Theologorũ in iiij. dist. xxviij. & patet arg. l. minorẽ. ff. de ritu nupt. & d. c. attestationes. & nota. eorũ ibi. huiusmodi aūt signa sunt, copula, vt dictũ est, & nixus ad copulã, quod sufficit ratione publicæ honestatis & dubij: vt in c. iuuenis. de sponsa. & cohabitatio mutua seorsum, traductio ad domũ: itẽ oscula & amplexꝰ in aliq̃bus locis, & iocalia spõsalitia: & quæcũq; huiusmodi sunt arbitrio boni viri, id est, iudicis loci. Si verò signa 11
talia sunt, q̃ soleant etiã sponsis de futuro exhiberi: vt in aliqbus locis oscula & amplexus, & huiusmodi, nõ faciũt matrimoniũ præsumptũ: quia hoc nõ ꝓbat esse, quod ab hoc cõtingit abesse. l. neq; natales. C. de proba. de transla. prælat. c. ij. & sic cõcordantur Doct. quam cõcordantiã videtur tenere do. Anto. in d. c. attestatiões. & d. c. vnicum. quod loquitur de primis, & nõ de istis vltimis signis, dum dicit, constiterit euidẽter. & glo. quæ dicit, si se amplexabantur, non simpliciter: sed addidit, vt cõiuges. Vtrum autem iste nouus cõsensus requiratur ex parte vtriusq; vel alterius tantùm: dico, q̃ vtriusq;, si vterq; erat ꝑubes: vt in c. vnico. de despon. impub. lib. vj. ibi, contrahentes, in plurali. Si verò alter erat pubes, sufficit nouus cõsensus impuberis adeuntis pubertatẽ: quia vsq; tũc durat cõsensus puberis, cũ interim ab eo nequiuerit resilire seu dissentire: vt in c. de illis. el j. eo. ti. Nec obst, quòd ibi sint sola sponsalia, secundùm glo. in d. c. de illis. quia non sunt spõsalia simpliciter, sed iuris interpretatione: quæ scilicet ex vna parte sunt posibiliter cõsensus matrimonialis, siue matrimonium inchoatum. Non obstat etiã dictum verbum, cõtrahentes, in plurali, d. c. vnico, quia cùm præmisisset text. de pubere & impubere & duobus impuberibus, loquitur de cõtrahẽtibus impuberibus: quia nominati sunt plures, non aūt de pubere: quia ex quo durat cõsensus de se legitimus ad cõtractum matrimonij, per dictum c. de illis. nõ oportet illum iterare. Et hoc tenendũ videtur in fauorem matrimonij tanquã tutius: licet aliqui aliter sentiãt, volẽtes, q̃ etiam puberem oporteat repetere suum cõsensum; 14
& ita vt dixi tenẽdum, videtur tenere San. Tho. in simili in iiij. dist. xxx. q. j. art. iij. q. ij. ad secundum. vbi dicit, quòd ex cõsensu libero illius qui fuit prius cõuentus, nõ fit matrimonium, nisi inquantum consensus præcedẽs in altero
9 adhuc manet in suo vigore. ¶ Nonò quærit, * vtrũ absentes possint per procuratorẽ contrahere? Et dico, quòd sic, sicut Isaac cum Rebeca. xxxij. q. ij. §. cùm dicitur. sed non est idoneus procurator, nisi super hoc habeat specialissimum mandatum: & exprimatur persona, cum qua debeat matrimonium contrahi: vt in l. generali. ff. de rit. nup. nec potest alium substituere, nisi sit ei specialiter cõmissum: & si antequam contraxerit, fuerit reuocatus, licet ille vel illa, cum qua contraxerat, hoc ignorauerit: tñ non tenet matrimonium postea contractum. extrà. de procur. c. pro
10 curator. libr. vj. ¶ Decimò quæritur, *quid si quis consentit in absentẽ per verba de præsenti: deinde mittit procuratorem ad eam: & antequam illa similiter consentiat ipse dissentit: & illa postea consentit, credẽs illum in primo durare cõsensum? Et dicit Asten. libr. viij. quòd si antequam illa consentiat, reuocatio venit ad procuratorem, nil actũ est, vt patet. Sed si peruenit postquam iam illa cõsenserat, & de hoc potest fieri ecclesiæ fides, scilicet, quòd ille prius dissentit, similiter nõ tenet matrimonium: quia nec verè nec interpretatiuè concurrunt consensus. sed si non constaret de dissensu priuato, cogeretur vir propter defectũ probationis matrimonium cõsummare: quia ecclesia non iudicat de occultis. Et sic secundùm hoc diuersimode diuersa iura loquuntur de hoc: & aliqua loquuntur in primo casu, aliqua in secundo. Si autem postquam misit procuratorem, nec cõsensit nec dissensit, tradens fortè hoc factum obliuioni propter occupationes vel alias causas: videtur standum simpliciter pro matrimonio, tum ei⁹ fauore, de re iudica. c. duobus. tum quia non habet obicem cõtrariæ voluntatis: de baptis. maiores. in fin. & idem Rayn.

¶ Vndecimò quæritur, *quid si eum, qui consensit, pœniteat antequam absens consentiat, reuocatio tamẽ ad procuratorem, vel absentem non peruenit cum quo contraxit: an scilicet tenebit factum ꝓcuratoris? Et dicit Asten. vbi suprà, quòd non. intellige coram Deo & ecclesia, si cõstet de dissensu: quia ibi deficit consensus, sine quo matrimonium non tenet. xxvij. q. ij. sufficiat. Argumentum autem in cõtrarium est de procuratoribus. c. in ꝑsentia. Sed hoc esse credimus speciale in matrimonio, scilicet, quòd non teneat, etiam si reuocatio ad procuratorem nõ peruenit: modò constet de dissensu contrahentis, vt dicit Innoc. in c. iuuenis. de spon. & habetur extrà. de procur. c. fin. lib. vj.

12 ¶ Duodecimò quæritur, * vtrum & quomodo possit matrimonium contrahi per literas & nuntios? Et dico, quòd secundùm Ray. iuncta glos. sua contrahi potest per literas aut nuntium: sed si ille vel illa, cui mittunt, nulli exprimat consensum suum, credit sine præiudicio, quòd quantũcũque consentiat, non fit matrimonium, sed tunc demũ erit, quando notificauit, significando illi, qui misit literas, vel etiam alij. Ratio autem est, quia ad matrimonium consensus non sufficit, nisi fuerit expressus. facit c. cum apud. ar. xxxij. q. ij. honorãtur. Et idem Rodensis & Asten. & si ipsi nuntio procuratorio notificaret, non esset dubium, q̃ valet: quia, vt dicit Asten. idem est ac si notificaret mittenti: si autem notificet ipsi mittenti, vel etiam alij, volunt prę-
13 dicti, quòd valeat. ¶ Decimotertio quæritur, *vtrũ teneat reuocatio, si dominus nuntij vel procuratoris iurauit nõ reuocare? Et dicit Dire. lib. j. q̃ sic, licet sit periurus. ¶ Decimoquarto quæritur, *quis sit modus contrahẽdi matrimonium vel sponsalia per procuratorem? Et dicit Io. An. in c. procurator. de procur. lib. vj. quòd si contrahant spõsalia, dicendum est sic, Promitto tibi de mandato talis domini mei, & nomine eiusdem, quod ipse te ducet in vxorem, & hoc in animã suam iuro, & versa vice puella respõdebit, Promitto tibi nomine domini tui recipienti, & sibi per te, quod ego ducam ipsum in virum, nisi steterit per ipsum, & hoc iuro. In matrimonio vero de præsenti dicetur sic, Talis dominus meus mãdat tibi, quòd ipse p me, siue mediante me, & tibi nũtiante, accipit te & consentit in te tanquam in vxorem suã. & econtrario respõdet puella, Et ego te mediante dominum tuum recipio in meũ virum, cùm ipse te mediante me in suam recipiat, & in eum consentio tanquam in dominum, & maritum.

RVR

RVSRVS DE MATRIMONIO SEXTO, quantum ad eius impedimenta in genere.

1 *Matrimonij impedimenta uaria. & nume sequen.*
5 *Papa an dispenset in impedimentis matrimonij.*
6 *Episcopus quando dispenset de impedimentis matrimonij.*
7 *Impedimenta matrimonij qualiter inquirenda. & quid de scitente. & nume. sequen.*

MATRIMONIVM rursus sextò cõsiderari põt quãtum ad impedimẽta impedientia illud, siue ipediãt & non dirimant, siue faciant vtrunq;: & quantũ ad vtraq; seorsum, & communiter, siue in genere, vt modò facim⁹.

1 ¶*Primò ergo quæritur quid circa impedimenta scripserit San. Th. Et dico, ℊ, vt colligitur ex iiij. Sent. & iiij. contra Gentiles, summariè & concluſiue ſcripſit ſic: ¶ Impedimenta dirimẽtia matrimonium contractum ſunt xvj. vt ȷ̃. quod tamen intelligitur ſi illud præcedat: quia matrimoniũ ritè contractũ per nullũ impedimẽtum ſequẽs poteſt dirimi. Quicquid aũt impedit matrimoniũ in vno coniugum, impedit in alio: quia claudicare non põt. ¶ Vis tollit matrimoniũ, & ſimiliter metus, ſi cadat in conſtantẽ virum, & nõ aliter. ¶ Quælibet perpetua impotẽtia coeũdi dirimit matrimoniũ contractũ, nõ autem temporalis: ſed nõ poteſt impedimẽtũ eſſe ꝑpetuũ in viro reſpectu vnius perſonę & nõ alterius, ſed accidentale, vt abominatio mulieris. ¶ Quælibet frigiditas impedit matrimoniũ, ſi ignoratur, nõ autem ſi ſciatur: & ad frigiditatẽ reducitur calor perpetuò impediens coitũ: & quilibet alius defectus naturalis: qa frigiditas magis & ſæpius impedit. ¶ Eccleſia dat trienniũ ad experiendũ efficaciter ſi impedimentũ impotentiæ ſit perpetuũ. ¶ Senes ſunt calidi ſufficienter ad coitum, non ad generationem: ideo permittitur eis matrimonium, vt eſt in remediũ, non aũt vt eſt in officium. ¶ Frigiditas in muliere non impedit matrimoniũ, ſed arctitudo: cui⁹ eſt indiciũ idem ſicut de frigiditate in viro: ſimiliter nec ſterilitas: quia nõ caret fine matrimonij, vt eſt in remedium, ſed ſolùm vt eſt in officium. ¶ Statur iuramẽto viri aſſerentis ſe cognouiſſe vxorẽ, niſi ipſa probet oppoſitũ p aſpectum ſui corporis. ¶ Lepra nec matrimoniũ impedit, nec actum eius primũ: nec dirimit illud: ſed dat aliqua gratuamina quo ad actus ſeruãdos. ¶ Error perſonæ vel conditionis impedit matrimonium iure naturali: & dirimit contractũ. non autem error nobilitatis vel dignitatis: niſi inquantũ redundat in errorẽ perſonæ. Furia & defectus ætatis reducũtur ad impedimentũ erroris: & primũ, id eſt, furia, ſi præcedit matrimoniũ, impedit illud, & dirimit, niſi habeatur lucidũ interuallũ quando cõtrahitur: reliqua verò. i. defectus ætatis ſiue ante pubertatẽ, de qua titulo prio re. ℔. j. ſimiliter impedit & dirimit. Poſſent tamẽ pueri citius ſe obligare matrimonio quàm religioni & alijs contractibus: quia ad illud natura inclinat, & minus rationis requiritur. ¶ Seruitus ignorata impedit, & dirimit matrimoniũ cũ perſona libera: non aũt cum alia perſona ſerua, ſiue ſit ignorata ſiue ſcita. ſimiliter nec libertas, ſiue ſit ignorata ſiue ſcita. ¶ Seruus põt cõtrahere matrimoniũ, & vouere cõtinẽtiã, neſciente aut etiam cõtradicente domino: & ſi volẽte domino cõtrahit, debet prætermittere dominũ propter cõiugem: ſed eõuerſo ſi nolit. ¶ Infidelitas ſi precedit, impedit matrimoniũ cũ fideli, & dirimit: ſed ſi 3 fidelis cõtrahat cũ infideli hæretica baptizata, matrimoniũ tenet: cũ fideli aũt nõ baptizato. i. catechumeno, nõ tenet. ¶ Tenet aũt matrimoniũ infidelium in gradibus prohibitis ab eccleſia tãtùm: non autem in prohibitis à Deo: quia ſubdũtur ſtatutis Dei, non autem eccleſię. ¶ Et ſi baptizetur infidelis habens plures vxores, debet ſtare cum prima tantùm, etiam ſi ſit repudiata, ſi eſt cõuerſa. ¶ Si autem recedat fidelis à cõiuge infideli nitente cõtra fidẽ, cõtrahere poteſt cum alia: non aũt ſi cohabitare velit ſine iniuria. Poteſt etiã ingredi religionẽ, vel ſumere ordines, nec reſtituetur infideli, ſi poſtea conuertat, modò prius moneat.

2 ¶*Secundò quæritur, quæ & quot ſunt impedimenta matrimonij? Et dico ſecundũ Sanc. Tho. iiij. diſtin. xxxij. q. j. art. j. ℊ quædã impedimenta impediũt matrimonium contrahendum, ſed non dirimunt cõtractum, inquãtũ ſcilicet faciunt vt cõtrahi nõ poſſit ſine peccato: ſi tamẽ cõtrahat de facto, tenet ſicut interdictũ eccleſiæ & tempus feriatũ. vnde verſus: Eccleſiæ vetitum, necnon tempus feriatũ, Impediunt fieri, permittunt iuncta teneri. Quædam verò impediunt & dirimunt: quia ſcilicet ſi de facto cõtrahat cum peccato vel ſine, nõ tenet: quæ in his verſibus cõtinentur: Error, conditio, votũ, cognatio, crimẽ, Cultus diſparitas, ius, ordo, ligamen, honeſtas, Si ſis affinis, ſi fortè coieris quibus: Hæc ſociãda vetãt cõnubia, facta retractãt. hæc ex illo. Et ſic Thomiſtæ attribuunt illi, ℊ prima impedimẽta ſunt duo. quod verũ eſt de impedimẽtis, quæ directæ ipediũt, & ad alia impedimẽta nõ reducũtur: aliter ſunt multo plura: quia impedit & non dirimit etiã vinculũ ſponſaliũ, ſed indirectè in quãtum ratione datę fidei ad ilta quis prohibetur contrahere cũ alia: & quædã crimina, ſed reducuntur ad impedimẽtũ criminis: & catechiſmus, ſed reducitur ad cognationẽ ſpiritualẽ: & votũ ſimplex, ſed reducitur ad impedimẽtũ voti, Cõſuetudo verò etiã aliquãdo ipedit ſolùm: aliquando etiã dirimit, vt ℔. Matrimoniũ. ij. ℔. iij. ſed reducitur ſemper ad aliquod ꝓdictorũ, vt ibi patet: vbi etiã patet de ſtatutis ciuitatũ. ibi. ℔. iiij. Et ſimiliter attribuũt ei, ℊ ſecũda ſunt ſedecim. quod verũ eſt cognatione diuiſa in tria: vt ȷ̃. & crimine ſumpto pro vno impedimento, quãuis ſint plura, & errore diuiſo in duo. Sed intellige, vt dictũ eſt, ℊ ſecunda dirimũt ſi præueniãt matrimoniũ, nõ quia dirimãt verũ matrimoniũ, vt idẽ dicit, ſed qa dirimũt illud quod cõtractũ eſt de facto & nõ de iure. Si verò ſequãtur, nõ dirimunt niſi votũ religionis cũ effectu, quãdo ſcilicet quis cõtracto & nõ cõſummato matrimonio religionẽ ingreditur, vt in c. verũ. de cõuer. cõiu. & c. ex publico. & c. ex parte. el ij. Et intellige profitẽdo ſecundũ Th. in iiij. diſt. xxj. id eſt, quouſq; ſit religioni ſaltẽ tacita profeſsione obligatus, intra quod tẽpus beneficiũ ingredientis nõ eſt alteri cõferendũ ſine eius aſſenſu. de regula. beneficiũ. lib. vj. quod Supple. intelligit de religione etiã in genere, ſed male, quia in genere non põt obligari profeſsione, ſed ſolo voto ſimpl⁹ci, quod nõ dirimit. Et ſi obijciatur de eo qui voluit abſolutè virã mutare: dico, ℊ hoc nõ eſt profiteri propriè, niſi aliquis ſuſcipiat iſtã profeſsionẽ, & tunc eſt tali religioni obligat⁹, ſed eſt vouere aut profiteri impropriè. i. quantũ in ſe eſt: & de hoc ȷ̃. Religioſo. v. ℔. viij. Ante profeſsionẽ etiã, ſaltẽ tacitam, non dirimitur etiã ſecũdùm Pet. Quidam etiã dicere voluerunt ℊ dirimitur per ſacri ordinis ſuſceptionem. Sed contrarium declaratum eſt hodie per extrauag. Io. xxij. quæ incipit, antiquæ. vt dicit gl. in c. quod votũ. de vo. & vo. re. li. vj. per c. ex parte. el ij. de conuer. coniug. ¶ Tertiò quæritur,* quid agẽdũ quãdo Doctores diſcordãt circa aliquod impedimentum matrimonij? Et dicit Hoſt. ℊ tolerabilius eſt aliquos cõtra ſtatuta hominum copulatos dimittere ſi mul, quàm ſic cõiunctos cõtra Dei ſtatuta ſeparare. extrà, de teſtib. c. licet ex quadã. & ℊ vbicunq; dicũt ſolui matrimonium, ſi nõ adducũt ius expreſſum, dicenti cõtrarium adhæreas. arg. d. c. licet. in fi. Pro quo facit quod no. Pan. in c. ſi vir. de cogna. ſpi. dictum Hoſt. eſſe verũ: ſed limitat illud, niſi opinio cõmunis haberet quaſi tex. pro ſe. in alijs aũt, vbi Doctores in aliquo articulo ſunt varij, ſequẽda eſt opinio humanior, id eſt, rationabilior & æquior: & ſi vtra que opinio eſt rationabilis, ſequẽdum eſt iudicium plurimorum, ſecũdùm Hoſt. & Ber. Ad quod bonus tex. in ſimili xix. diſt. j. canonis. Idem ferè dicit in c. ſi. de ſent. & re iudi. & dicit cõfirmari dictum præfatũ Hoſt. per d. c. ſi. Sed limitat, niſi opinio illius Doctoris ſit euidẽter falſa, vel probabilibus rationibus cõuincibilis. Limita etiã tertiò quãdo illud matrimonium poteſt habere ſuũ effectũ: aliàs nõ eſſet iudicãdum pro eo ad dictũ vnius cõtra cõmunẽ opinionem: vt ȷ̃. Matrimonium. viij. impedimẽto xiij. ſcilicet

4 de impotentia coeundi. in fi. ¶ Quartò quęritur,* quid ſi eccleſia præcipiat alicui coniugũ cohabitare cũ altero: & ille, cui præcipitur, ſciat inter ſe impedimẽtũ? Et dicit Hugo, ℊ hoc caſu obedire debet quãtum ad cohabitationẽ & neceſſariorũ exhibitionẽ: quantũ verò ad redditionẽ debiti, non tenetur. Nam obedire debet quantum põt ſine peccato: vt in c. inquiſitioni. de ſen. excom. ¶ Quintò quæ

5 ritur,* vtrum papa diſpenſare poſsit in omnibus prædictis impedimẽtis? Et dico tria. ¶ Primũ. In impedimentis, quæ remouẽt cõſenſum, ſine quo nõ ẽ matrimoniũ, cuiuſmodi ſunt impedimẽtum erroris, perſonæ, & metus: papa diſpẽſare non poteſt: quia etiam nõ poteſt ſupplere cõſenſum. ¶ Secundum. In illis ſimiliter impedimentis, quæ ſunt diuini, aut naturalis iuris, cuiuſmodi eſt conſanguinitatis & affinitatis vſq; ad ſecundũ gradũ in linea inæquali: nõ poteſt diſpẽſare generaliter ea tollẽdo: vtrũ aũt hoc poſsit in particulari caſu ex cauſa, ſicut tenuit Io. And. & refert ac ſequitur Pan. in c. literas. de reſti. ſpo. vide infrà Papa. ℔. xvij. & vlti. & per Canoniſtas in d. c. literas. & in c. per venerabilem. qui filij ſint legi. & in c. propoſuit. de conceſ. præben. vbi variè loquuntur. Similiter etiã quãtum ad impedimẽtum ligaminis, inquãtũ eſt de iure diuino, vide infrà Papa. ℔. xvj. In illis verò impedimẽtis q̃ ſunt ex ſtatuto eccleſię, cuiuſmodi eſt impedimẽtũ interdicti eccleſiæ, feriarũ, & conditionis ſeruilis, ſecũdũ Rich. & Pet. de Pal. & voti caſtitatis: niſi ſolennizetur profeſsione. de quo infrà Votum iiij. ℔. v. & cognationis ſpiritualis ac legalis, & criminis, & diſparitatis cultus, & ordinis, & publicæ honeſtatis, & conſanguinitatis, ac affinitatis, quãtũ ad aliquos gradus, puta in iij. & iij. imò ſecũdũ Arch. poſt Pet. de Pal. quãdoq; in ſecũdo, puta collateralium æqualiter, cuiuſmodi ſunt filij duorũ fratrũ: & cõſtitudinis, papa diſpẽſare põt. & ſi poſt matrimoniũ, quod nullũ fuit propter aliquod impedimẽtũ papa diſpẽſet, nõ ratificatur propter hoc matrimonium quo ad Deũ, etiã ſi interueniſſet copula, ſecundũ Archid. ſed opus eſt nouo cõſenſu: qui ſi copulã ſequatur, ſufficit etiã ſine verbis: vt videtur dicere Rich. in iiij. di. xl. in quo dã ſimili. ¶ Tertiũ, de impotẽtia coeũdi dicit Sũ. Ang. ℊ eſt ex eccleſiæ ſtatuto: quia poſſe generare non eſt de ſubſtãtia matrimonij: alioquin ſenes cõtrahere non poſſent. Sed oppoſitũ eſt de mẽte S. Th. in iiij. diſt. xxxiiij. q. j. arti. ij. q dicit, ℊ poſſe coire eſt de eſſentia matrimonij, in quo datur poteſtas in corp⁹ vtriuſq; quãtũ ad copulã carnalẽ: & ℊ ſenes, licet nequeãt generare, poſſunt tamẽ coire: & ſic matrimonium competit eis vt eſt in remediũ. & ita tenet Arc. licet aliter reciter teneri à Pet. de Pal. Sextò quæ-

6 ritur,* vtrũ epiſcopus poſsit ſimiliter diſpẽſare in aliquo prędictorum impedimentum? Et dico, ℊ ſic, in interdicto eccleſiæ ſpeciali facto à ſuo inferiori: & in impedimento criminis impedientis ſolũm, & nõ dirimẽtis: de quo ȷ̃ Matrimonium. vij. impedimẽto vj. non autẽ in interdicto facto à ſuperiori ſuo, neq; in gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis, neq; in criminibus dirimentibus, de quibus ȷ̃. Matrimonium. viij. impedimẽto ix. aut in alijs quibuſcũq; impedimẽtis matrimonij ne cõtrahatur, diſpenſare nõ poteſt, niſi in caſibus, de quibus ſ̃. Diſpenſatio. ℔. ix. dictũ eſt, epiſcopum poſſe diſpenſare contra canonẽ, vel concilũ.

7 ¶ Septimò quæritur,* vtrum & quomodo ante matrimonium inquirendũ ſit de prædictis? Et dico multa. ¶ Primũ. Ante matrimoniũ debent in eccleſijs banna publicè per presbyteros proponi: vt intra competentẽ terminum qui ſcit impedimẽtũ proponat. & ſi apparuerit probabilis conjectura cõtra copulã futurã, interdicatur expreſſe, donec cõſtet quid fieri debeat: aliter ſi cõtraherẽt ſine bãnis, aut poſt prohibitionẽ, & extiterit impedimentũ, puta gradus prohibiti: tũc filij dicentur illegitimi: & nõ excuſabuntur propter ignorantiã parentum: nẽc non ſacerdos, qui tales cõiunctiones inhibere contẽpſerit, vel regularis, q̃ intereſſe preſumpſerit, per triẽnium ab officio ſuſpendatur: qui verò falſum impedimẽtum malitioſe obiecerit, canonicã non effugiet vltionẽ. extrà, de cland. deſpon. cũ inhibitio. ¶ Secundum. Huiuſmodi autem ſolennizatio regulariter cadit ſub præcepto: ſic, ℊ ſecundùm Arch. poſt Petrum de Palu. vbi ſeruatur, mortale eſſet illam omittere. quod limita, ſecundùm eundem Pet. niſi tales eſſent iuris ignari, ſecũdũ Aſtenſem de mẽte Rodentonis, ſi fiat ſine cauſa: quia ex cauſa dimitti poſſent huiuſmodi bãna & conſuetæ ſolẽnitates, ſecũdũ Hug. puta, quia fortè vir eſt ſenex & erubeſcit cõtrahere cũ tanta ſolennitate: aut accepit ignobilẽ cũ ipſe ſit nobilis: aut ecõtrario, & timet eius parentes: vel fortè qa diu manſerunt ſicut vir & vxor, & modo erubeſcũt adhibere ſolennitatem. de hoc ſuprà Matrimoniũ. ij. ℔. xvij. parti. iij. Credit autẽ, quòd in talibus ex cauſa per epiſcopum, & non per inferiorem prælatum, diſpenſari poſsit. ¶ Tertium. Laici aũt præſtantes ſuam preſentiam matrimonijs clandeſtinis, comprehenduntur ſecũdũ Docto. ex mente literæ, licet nõ ex verbis: & ſic eſt eis pœnitẽtia imponẽda ſicut & clericis. ¶ Quartum. Licet autẽ dicatur in eccleſijs: tamen ſecundùm Panormita. vbi ſuprà, ſi antiqui eorum, qui volunt contrahere, moram traxerunt in certa parochia: ſatis eſt in ea edicta proponi. Si verò in diuerſis, proponi debẽt in diuerſis, vel in locis publicis: puta, in prædicationibus. Secundùm Abb. autem quidã epiſcopi non admittunt forẽſes ad matrimonium ſine literis teſtimonialibus: quod eſt optimum: quia aliquãdo alicubi vxorati alibi accipiũt vxores. ¶ Quintum. Dicit autem Panormitanus in dicto capit. cum inhibitio. quòd eius diſpoſitio ſecundùm Doctores ex mente literæ habet locum in ſponſalibus de futuro: quia in multis caſibus tranſeunt in matrimonium ipſo facto: vt in capite, is qui. de ſpõſalibus. & facit lex, oratic. ff. de ſponſalibus. vbi dicitur, quòd prohibito matrimonio, prohibita videntur eſſe etiam ſponſalia. ¶ Sextum. Ex quo elice, quòd contrahentes ſponſalia clandeſtine, peccant: & iudex loci poteſt illa interdicere. Vbi tamen eſt conſuetudo, quòd iſta banna non fiunt, ſed ſolùm contrahuntur ſponſalia, ſolenniter & publicè multum ante matrimonium: & interim manifeſtari poſsit, an ſubſit impedimentum, dicit Archiepiſco. poſt Petrum de Palude, quòd omiſsio bannorum ratione contrariæ conſuetudinis non eſt peccatum. ¶ Septimum. Non peccant etiam mortaliter, ſecundùm Aſtenſem de mente Rod. reges & prĩcipes & milites ſine bãnis cõtrahẽtes, vbi nõ eſt conſuetum

consuetum eorũ matrimonij banniri:nec quod dicitur in d.c.inhibitio.extẽditur ad matrimonia nobiliũ, qui in ecclesia banniri non consueuerunt:nec secundùm Hosti.ad eũ q vxorẽ vocat à remotis , & publicè nuntios mittit:qa sic in faciẽ ecclesiæ contrahere dicuntur. ¶ Octauò queri
8 tur,* quid sit de illo qui audiuit perpetuũ impedimentum esse inter se & vxorem suam? Et dico,secundũ Veruec.q si audiuit à fide digno etiam iurato,aut compatre suo,aut à publica fama,vel proprio sacerdote,nõ ita credere tenetur,q nõ credẽdo peccet mortaliter:tenetʳ tamen inquirere,cũ non debeat esse negligẽs suæ salutis:aliàs esset ignorantia affectata,quæ nõ excusat.Et si de dicto alicuius probabiliter dubitat,debitũ tenetur reddere:sed exigere nõ debet.Si verò inuenerit ita esse pro constanti:nec exigere nec reddere debet.facit,de senten.excõ.in quisitioni.Si verò inquirẽdo nihil inuenit,vel audit hoc non à fide di-
9 gnis:sic debet cõsciẽtiã deponere. ¶ Nonò quæritʳ, * vtrũ peccet sacerdos,vel alius sciẽs impedimẽtũ indicãdo hoc alteri cõiugũ,vel ambobus,vel alter alteri? Et dicit Veruec.q si probari nõ potest,dicẽdo agit indiscrete,nisi credat,q audiẽs paratus sit in hac parte peritorũ cõsilij obedire.Si verò probari potest,& sciat hoc sacerdos parochialis,vel alter coniugum:tenetur solenniter diuortium agere,nisi de consensu velint cohabitare vt germani.De hoc
10 s.Cõfessio.iij.ʃ.xij. ¶ Decimò quæritur,*quas pœnas incurrat cõtrahẽs cũ prædictis impedimentis?Et dico,q aliquando peccat mortaliter,& est excõmunicatus: vt in impedimẽto consanguinitatis,vel affinitatis,vel ordinis,aut voti solẽnis:vt s.dictũ est Excõmunicatio.xx. ʃ.xl. Aliquãdo verò peccat mortaliter solùm:vt in impedimẽto inter dicti & feriarũ,& in omni impedimẽto dirimente,nisi sit impedimentum erroris:in quo tamẽ mortaliter peccat:q aliũ fallit sciẽter.aut impedimentũ metus,in quo est mortale cogere ad contrahendum.

RVRSVS de Matrimonio vij.quantum ad impedimenta,quæ impediunt tantùm, & non dirimunt.

Impedimenta quæ impediunt,& non dirimunt,sunt septem.

1 *Interdictum qualiter impedit matrimonium.*
2 *Feriæ qualiter impediunt matrimonium.*
3 *Sponsalia qualiter impediunt matrimonium cum alia.*
4 *Catechismus impedit contrahi matrimonium.*
5 *Votum qualiter impediat matrimonium.*
6 *Crimen qualiter impediat matrimonium.*

MATRIMONIVM rursus vij.considerari potest quãtũ ad impedimẽta quæ solũ impediũt, & nequaquã dirimunt, ita q si de facto cõtrahatur, peccatur quidẽ etiã mortaliter:sed tamẽ matrimonium tenet. quæ in genere sunt septẽ:vt patet ex dictis titu.priore. ʃ.ij.scilicet inter-2 dictum,feriæ,sponsalia,catechismus,votum simplex, consuetudo.de qua Matrimonium.ij. ʃ.iij.& crimen.Sed crimẽ nõ dirimẽs,sed impediẽs,diuiditur in sex, quæ sunt incestus,vxoricidiũ,raptus alienæ sponsæ,susceptio p prij filij per dolũ de fonte,interfectio presbyteri, & pœnitẽtia
1 solẽnis. ¶ Primò ergo quæritur,* quid iuris circa impedimentũ interdicti?Et dico multa. ¶ Primũ.Dupliciter matrimonium est cõtra interdictũ secundùm Pet.de Pal.Primò,quia est cõtra statutũ iuris:siue quia prohibet tali tẽpore fieri:vt dicetur ʃ.seq.siue quia prohibet fieri tali modo:vt de clandestino dictum est s.titu.priore. ʃ.vij.& suprà Matrimoniũ.ij. ʃ.xvij.Secũdò,quia est cõtra interdictum,id est,cõtra præceptum hominis ministri iuris & ecclesiæ,propter aliquam legitimam causàm prohibẽtis cõtractum. ¶ Secũdum.Dicit autem Sum.Ang.quòd tale interdictum facere nõ potest,nisi is,qui potest de causa matrimoniali cognoscere:sicut episcopus,vel aliʳ ordinariʳ, & qui habeat peritiã canonum.de consangui.& affini.c.j. Sed quia in d.c.dicitur sic:Causæ matrimonij sunt tractandæ per iudices discretos,qui potestatem habeant iudicandi,& statuta canonũ non ignorẽt:ideo dico,q d.Sũ.multipliciter deficit.Primò,qa putat idẽ esse pertractare causam matrimonij,& illud interdicere:cũ tamen parochialis sacerdos possit secundum,& nõ primũ.& secũdò, quia innuit,q delegatus hoc non possit: cuius contrariũ dicit ibi glo.iij.quia innuit,q ordinarius non habẽs peritiã canonum hoc nõ possit:cùm tamen tex.intelligat,q habeat peritiam per se,si causa est ei delegata:& hoc innuit gl. Si autem est ordinarius,sufficit,q habeat assessorem peritũ: alioquin nullus posset esse episcopʳ, nisi canonista.Et iõ dicit Pet.de Palu.q minister ad interdicendum matrimonium est sacerdos parochialis, qui potest matrimonium dispensare, etsi non iudicare:quia ipse habet inquirere de impedimẽto,& inhibere.Aut est officialis episcopi nõ sacerdos,qui solus benedicit nubẽtes:aut archidiaconus,vt abbas habentes hoc ex cõsuetudine,vel priuilegio, & habẽt iudicare, etsi nõ dispẽsare,si nõ sunt sacerdotes. Aut ẽ episcopus,vel eo superior,q habet iudicare ratione iurisdictionis,& dispẽsare ratione ordinis cũ cura. ¶ Tertiũ. Contrahentes cõtra istud interdictũ ecclesiæ,vel ministri, secundùm Docto.peccant mortaliter: nisi fuerit dispẽsatũ ab eo qui potest:& si causa,propter quam factum est interdictũ,est perpetua,id est,ad nullum tẽpus restricta:puta,si prohibetur fieri propter malũ quod inde sequi potest,secũdũ gl.in c.tua.de spon.probato impedimento data sententia diuortij omnino separabuntur.de matri.contra.cõtra inter.eccle.c.vlt.Si verò erat temporalis, id est, restricta ad certũ tẽpus:vt si prohibet propter veneration ẽ diei vel donec cognoscat,tenebit matrimoniũ:sed in pœnã debent ad tẽpus separari. extrà eod.c.j.& ij.Et addit Petr.de Pal.q si inhibitio facta fuit ab inferiore à papa,vt ab episcopo,vel parochiali:quãuis sit peccatũ,tamẽ si nõ est aliud impedimẽtũ,intellige perpetuũ,tenet.& idẽ si à papa facta est simpliciter:secus si prohibuerit decernẽdo irritum & inane si secus factum fuerit,quia est nullum: cũ per hoc reddat eos inhabiles:sicut & prohibẽdo matrimoniũ per cognationẽ legalẽ,spiritualem, vel,carnalẽ in gradu non ꝓhibito lege diuina,huiusmodi reddit inhabiles. ¶ Quartum.Sponsalia legitima de futuro non dirimũt matrimonium postea cõtractum per verba de præsenti cum alia cõtra interdictum ecclesiæ.extrà eod.c.ij.Quid autem possit papa circa inhabilitationem personarũ ad matrimonium, vide infrà Papa. ʃ.xvij. ¶ Secũdò quæritʳ,* quid iuris circa impedimentum feriarum?Et dico multa. ¶ Primũ. Tẽpus feriarum in proposito quantum ad nuptias, secundùm S. Tho.in iij.dist.xxxiij.est ab Aduentu vsq; ad Epiphaniã, propter communionem, quæ secundùm antiquos canones fieri in Natiuitate communiter solet.& à Septuagesima vsque ad octauam Paschæ propter communionem Paschalem:& à tribus diebus ante Ascensionem vsq; ad octauam Pentecostes:propter præparationem ad cõmunionẽ illo tempore sumẽdam.Et de primis duobus temporibus habetur xxxiij.q.iiij.non oportet.& tribus cap.seq.de vltimo verò extrà,de fer.capellanus.vbi etiã Veruec.dicit ar. quòd contrarium faciens mortaliter peccat. ¶ Secundũ.In prædictis temporibus nõ includitur octaua Epiphaniæ,cũ *dicitur*, vsq; ad Epiphaniã:quia,vt dicit Ioann.Andr. licet hoc

hoc multorũ locorũ approbet consuetudo, nõ tamen videtur iure probari:vnde putat,q post primũ diẽ Epiphaniæ cõtrahãtur nuptiæ.Et hoc tenet,cessante oppositã cõsuetudine:quia in d.c.non oportet.nihil dicitur de octaua: nec inuenitur iure prohibitũ. Et si canon hoc voluisset,certè expressisset, sicut expressit de octauis Paschæ in d.c.non oportet.& de octauis Pentecostes,in d.c.capellanus.Sed nec S.Tho.aut Magister sentẽtiarum de hoc aliquid dicunt:& aperta ratio hoc suadet: quia illæ duæ octauæ sub interdicto includũtur, vt sumpta cõmunione aliquanto tẽpore vacetur diuinis. quod in cõmunione Natalis fit satis,etiã remota octaua Epiphaniæ.Opinio tamẽ Host.& Pet.de Pal.tenentiũ contrarium seruanda est,vbi hoc habet consuetudo : quia in contrahẽdo matrimonio seruanda est consuetudo honesta. de consang.& affin.c. quod dilectio.& l.si de interpretatione.ff.de legib. ¶ Tertium.Similiter in prædictis tẽporibus non includitur illa dominica,quę est post Pentecosten,quæ est octaua dies à festo Pentecostes : sed in ea possunt nuptiæ celebrari: cũ festum Pentecostes nõ habeat diẽ octauam : vt in d.c. capellanus.& ita tenet Supple. post Archid. & Pisa. & Sum. Con.Rayn.& Pet. de Pal. & est tex.clarus, & apertus in d. c.capellanus.q licet variè loquatur,modò alludẽs ad opiniones, quas ibi recitat, modò ad cõsuetudinẽ aliquorũ: tamen in decisione dicit,q siue secundùm canones à Septuagesima vsq; post octauas Paschę,siue iuxta cõsuetudinem ecclesiæ Rom.vsq; post septẽ dies festi Pentecostes, quod caret octauis , nuptiæ suspẽdũtur in dominica quæ sequitur , & deinceps possunt licitè celebrari. Sed Sũma Ang.innixa nouę expositioni Pan.dicit interdici nuptias à primo die Rogationũ vsq; ad octauã Pentecostes inclusiuè:quia dicit text.in d.c.capellanus. post septẽ dies post festũ Pentecostes.nõ enim essent septẽ,nisi dominica includeretur. & facit q ibi dicit tres septimanas,quæ nõ essent,nisi includeretur.Sed tã iste,quàm Pan.malè adducit text.qui non dicit post festum,sed festi Pentecostes,ita q ipse dies primʳ est vnus de septẽ:& ipsæ tres hebdomadę sunt saltẽ per synecdochen.Et quia vterq; malè pondera uit tex.& cõsequenter ceciderunt in malã opinionem:ad saluandum literã coguntur dare expositiones extortas,& ridiculosas:vt patet intuenti.Summ.etiã Rosę.cõsensit ei ex eodẽ motiuo. Illud tamen est aduertendum, non esse idẽ de octaua diẽ Paschæ,in quo nuptiæ celebrari nõ possunt secundùm oẽs. Vnde notãter dicit text. post octauas Paschæ,& post septẽ dies festi Pentecostes.Et ratio diuersitatis est, tum quia festũ Pentecostes non habet octauã: tum quia in octaua die occurrit festũ solẽne Trinitatis,in quo tamen nõ fit cõmunio: vnde in eo conceduntur nuptiæ,quæ in die solenni fieri consueuerunt. ¶ Quartũ.Secũdùm Arch.aũt post Pet.de Pal. ante Septuagesimã vsq; Completoriũ licitè nuptiæ celebrãtur : quia licet secundùm verã & nouã legẽ à vesperâ ad vesperã festa celebrẽtur, tamen in Septuagesima officiũ sibi proprium, quod abdicat cãtica lætitiæ, incipit in Completorio,quãdo primò intermittitur halleluia.Officiũ verò Aduẽtʳ propriũ perfectè incipit à vesperis sabbati precedẽtis.vnde ex tũc cõtrahere nõ licet. In aliis autẽ diebʳ nõ solùm vesperæ, sed etiã completoriũ sunt de tempore præcedente per se loquendo: licet per accidens superueniente maiori festo nihil fiat de illo cõpletorio: vel solùm memoria in vesperis. Vnde nõ à primis vesperis Trinitatis licet cõtrahere: sed à principio noctis,vel media nocte,aut veriùs à mane in antea.Et licet ita sit de aliis subtilitatẽ:quia tamẽ consuetudo est optima legũ interpres, sequẽnda est consuetudo terræ,diu à prælatis scita & dissimulata. vnde in multis terris, etiã nocte profunda in,vigilia Aduentus, & Septuagesimæ,nuptias faciunt: sed si,post mediã noctẽ faceret,esset corruptela:qa media nocte,more Romano dies incipit.ff.de ferijs.l.more. Vnde sicut nulla cõsuetudo excusaret in die,sic nec post mediã noctẽ:sed certũ esset cõtra canones esse. ¶ Quintũ.Circa ea, quæ his temporibus prohibẽtur.S.Tho.in iiij.distinc.xxxij. sic dicit: Quando nouæ sponsæ traducũtur, animus cõiugum magis ex ipsa nouitate ad curã carnaliam occupatur: idcò ij, in nuptijs consueuerunt multa signa ostẽdi lætitiæ dissolutæ, propter quod in tẽporibʳ illis, in quibus præcipuè debẽt homines se ad spiritualia eleuare, prohibitũ est nuptias celebrare:quæ sunt tempora prædicta.hæc ex illo. Igitur secũdùm oẽs dictis tẽporibus prohibetur traductio vxoris, & omnis celebratio nuptiarũ: & secundũ omnes etiã licitum est contrahere per verba de futuro.Sed de quibusdã est dubiũ.Primò de cõtractu per verba de presenti. Nam Pet.de Pal.dicit hoc nõ licere: quia talis cõtractus nõ debet fieri clandestinè:sed in faciem ecclesiæ. In faciem aũt ecclesiæ nõ videtur faciẽdũ , sicut nec bũdictio nuptialis. Et idẽ eadẽ ratione sensit Host.in Sum.dicens,q his diebus ecclesia suã autoritatẽ non interponit. licet in d.c.capellanus.extrà,de fer.hoc nõ affirmet.Ray.autẽ dicit hoc licere: nisi fiat cũ magnis solẽnitatibus cõiuratorũ , & huiusmodi:quia fit solo cõsensu: prohibetur aũt solùm traductio vxoris,& omnis celebritas nuptiarũ.extrà,de matrim.cont.con.inter.eccl.p totũ.xxxiij.q.iiij.nõ oportet. cum tribus c.sequẽ.Soluit antẽ Archi, dicens stãdum esse consuetudini.Et bene dicit:& consequẽter vtriq; opinio est vera ex consuetudine in diuersis locis,vel temporibʳ. Soluit etiã & aliter, q prima opinio est vera, vbi celebritas interuenit: secũda verò,vbi fit sine celebritate per verba de præsenti in faciẽ ecclesiæ : quo modo potest omni tẽpore cõtrahi: vt expresse patet in d.c.capellanʳ. vbi istã solutionẽ intendit,vel innuit Pan. vt ibi patet per multa. Ad rationẽ autẽ Pet.de Pal. dico,q potest contrahi in faciem ecclesiæ,id est, corã testibʳ absq; benedictione siue peccato: quia ipsa benedictio nõ datur in ipso contractu, sed in traductione, vel propter traductionẽ. ¶ Dubitatur secundò de traductione sine solennitate conuiuij. Nam Sum.Ange.cõtra Rosel.sentit, q licitè fieri possit,quãdo vir prius habuit aliã vxorẽ,& vxor aliũ virũ. Sed oppositum tenuit Sum.Ros. & etiam Panor.vbi suprà, & Mo.& Asten.& est de mente S.T.etiã cessante conuiuio ex ipsa nouitate traductiõis animus circa carnalia & voluptuosa occupatur:vnde in c.nec vxorẽ.xxxiij.q.iiij. dicitur simpliciter,nec vxorẽ ducere.& sic nõ prohibetur ibi solẽnitas solùm, verũ etiã traductio. ¶ Dubitatur tertiò de copula carnali consummãte matrimoniũ. Nam Sum. Ange. sentit q liceat,si ipsi nõ sunt virgines,sed aliàs cõtraxerunt:vt patet ex dictis.sed Sum.Ros.tenet,q cõsummatio matrimonij prima vice sit mortale: & consentit Archi,& Pet.de Pal. & Pan.vbi suprà. quod tã fallit, secũdùm Pet. de Pal.primò si vxor esset ritè benedicta:qa nõ esset mortale exigere.secũdò post primã cõsummationem. & licet S.Th.vbi suprà,dicat nõ esse prohibitũ his diebus debitum exigere:tamẽ loquitur quãdo iã sponsa est traducta. ¶ Sextũ.Contrafacientes autẽ prædictis sunt puniendi. nã contrahentes sunt separandi ad tẽpus. Et intelligitur secũdùm Panor.donec durant feriæ.& idem glo.in c.nõ oportet.xxxiij.q.iiij.si tamen esset periculũ incontinen-

tiæ, ſecundū Pet. de Pal. imponēda eſt alia pœnitentia, &
in iſta diſpenſandū: ſacerdos autē, qui dedit benedictio-
nē huiuſmodi temporibus, graui pœna, licet arbitraria,
3 plectendus eſt. ¶ Tertiò* quæritur, quid iuris de impedi-
mēto ſponſalium? Et dico ꝙ qui ſponſalia de futuro con-
traxit, niſi ipſa ſponſalia aliquo licito modo ſoluātur, te-
netur ſub peccato mortali cōtrahere de præſenti cū eadē
vel eodē: ſi tamen de facto facta fide cōtrahat de præſenti
cū alia vel alio, tenebit ſecūdus cōtractus. De his ĵ. Spon-
4 ſalia. ¶ Quartò * quæritur, quid iuris de catechiſmo? Et
dico ꝙ ex catechiſmo cōtrahitur ſpiritualis cognatio: vt
notatur in quarto Sen. diſt. iiij. & habetur in c. quamuis. de
cogna. ſpi. lib. vj. Sed hæc cognatio impedit quidē matri-
monium contrahendū, ſed non dirimit contractū. extrà,
eo. c. contracto. xxx. q. j. c. ſi quis filiaſtrā. & eo. titu. lib. vj.
in c. per catechiſmū. Quomodo aūt in catechiſmo com-
putetur gradus: vide tit. ſequēti, vbi agetur de cognatiōe
ſpirituali. Quid etiā ſit catechiſmus: vide ſuprà loco ſuo.
5 ¶ Quintò* quæritur, quid iuris de voto ſimplici? Et dico
multa. ¶ Primū. Votū de ſeruāda continentia ſimplex, id
eſt, nō ſolēnizatū profeſsione tacita, vel expreſſa religio
nis approbatæ, nec ſacri ordinis ſusceptione, impedit ma
trimonium contrahendū, ſed nō dirimit contractū. diſt.
xxvij. per totū. in tex. & in glo. & ſecūdùm S. Tho. Ray. &
not. Inno. c. rurſus. & c. cōſuluit. & c. inſinuāte. qui cleri.
vel vo. nō obſtāte opinione Hug. quā Ber. in d. c. rurſus.
dicit tutiorē: quia licet vtrūq; votū æqualiter obliget quo
ad Deū: tamē eccleſia per ſuā conſtitutionē noluit inha-
bilitare ad contrahendū vouentes ſimpliciter, ſed ſolùm
vouētes ſolenniter: vt patet per c. vnicū. de vo. lib. vj. & eſt
communis opinio, tā Canoniſtarū in titu. qui cle. vel vo.
quàm Theologorū in iiij. diſt. xxxviij. Vnde dicit gl. in c.
rurſus. ꝙ ſi nō eſſet eccleſiæ cōſtitutio, teneret matrimo-
nium à religioſo, vel ſacerdote ſeculari contractū. Sed de
hoc infrà ti. ſeq. §. v. determinabitur. & infrà Votū. iiij. §.
v. vtrū eccleſia diſpenſare poſsit in voto ſolēni caſtitatis.
¶ Secundum. Dicit autē Gaſpar Cald. in d. c. rurſus. ꝙ ha-
bens tale votū mortaliter peccat, cōtrahendo cū intētiōe
conſummandi: quia agit cōtra votū ſuū. xxvij. q. j. in mul-
tis. non autē ſi non habuit animū conſummandi, ſed in-
trandi religionē: quia in nullo facit contra votū ſuum. Et
ita ſentit Sum. Ang. cōtra Roſ. ſed tamē ſecūdùm S. Tho.
agit implicitè contra votū ſuū: quia implicitè conſentit
in copulā carnalē, dando alteri poteſtatē ſui corporis. Et
licet nō agatur contra votū, agitur tamē contra iura. diſt.
xxij. ſi vir. & in c. cōſuluit. & in c. rurſus. qui cle. vel vo. &
contra datā fidem deludendo alterū: & maximè ſecūdùm
iſtum, ſecundū quem eo caſu non eſſet matrimoniū, cùm
adſit intentio denegādi debitū. vnde eluditur ſacramen-
tum, exponendo etiam ſe periculo inconſtātiæ carnis. Et
ideò indiſtinctè dicendum eſt cū Archi. poſt mentē S. T.
& Rich. ꝙ cōtrahendo mortaliter peccat, niſi certificetur
per Spiritū ſanctū, ꝙ copula non ſequatur: vt dicit Rich.
& donec vxorē cognoſcat, tenetur implere votū ſuū, cū
adhuc poſsit, ſcilicet intrādo religionē, ea etiā inuita. Ea
verò cognita religionē intrare nō poterit ea inuita: & te
netur reddere debitū petēti, etiā interpretatiuè, ſecundū
S. Th. & Richar. petere verò ſibi nō licet, ſed eſt mortale,
ſecūdùm Rich. toties quoties: quia adhuc ſeruare debet
votū ſuum, quantū in ipſo eſt. quod etiā Sā. Tho. diceret.
¶ Tertiū. Qui poſt tale votū ſimplex caſtitatis matrimo-
nium cōtraxit, ſecūdùm Sum. Ang. ſicut potuit ſine mor-
tali contrahere, puta cū intentione intrandi religionem:
ita ſine mortali poteſt cōſummare illud: vt ſi mutet pro-
poſitum, quod poteſt facere ſine peccato, cùm illud nō ſit
voto firmatum: & deinde reddat debitū exactus, quia ad
hoc tenetur. Sed Sum. Roſel. hanc opinionē cōfutat per
dicta Richar. dicens eā eſſe periculoſam, & bene: & patet
ex ratione S. Tho. quia talis adhuc tenetur ad votū ſuum
implendum, in quantū poteſt: & conſequenter tenetur ad
religionem. ¶ Quartum. Quantū autem ad exactionem
debiti, vtrū talis ſine peccato poſsit exigere: duę ſunt prin
cipales opiniones. vna ꝙ peccet ſolùm exigēdo prima vi
ce: vt recitatur in glo. in c. ſi quis votū. xxvij. q. j. quia vo-
tum extinguitur per ſequens matrimoniū: vt notatur ibi
in c. de viduis. el ij. & ſequitur Hoſt. in d. c. rurſus. & vt di
cit Sum. Ange. & cōmuniter docto. maximè Card. in d. c.
rurſus. dicens eam eſſe veriorem. Alia verò eſt, ꝙ ſemper
peccet mortaliter: quā tenet gl. in c. Agathoſa. xxvij. q. ij.
& in c. quidam. & in c. placet. de cōuer. coniu. quam Ioan.
And. Vincen. & communiter Theologi ſequuntur. Sum.
autē Ang. licet cōcordet vt prima ſit vera, quando ſi nun
quam peteret, redderet cōiugiū nimis oneroſum alteri:
vnde petit gratia alterius, maximè ſi ſit vir: ſecunda verò,
quando petit propter ſuum appetitum: tamē dicit, ꝙ illa
quæ dicit, ꝙ exigere poſsit, nō eſt minus vera, quàm alia.
Sed Sum. Roſel. licet recitet Direc. dicentem, ꝙ ſi votum
ſequitur matrimoniū, exigere non poteſt: ſi verò præceſ-
ſit, peccat exigendo prima vice tantùm: tamen tandē hāc
opinionem meritò euertit per ſententiam Richar. in iiij.
diſt. xxxviij. indiſtinctè tenens, ꝙ exigere nō poteſt, qui
ante vel poſt matrimoniū fecit votū caſtitatis: & per ra-
tionem S. Tho. quia adhuc tenetur ſeruare votum ſuum,
quantum ad ea, in quibus non eſt factus impotēs ad ſer-
uandum. Et adducit S. Tho. pro ſigno, quia mortua vxore
contrahere non poteſt. quod etiā concedit Hug. & Arch.
xxx. q. j. de eo. & xxvij. diſt. ſi vir. & xxxiij. q. ij. antiqui. quia
votum non erat ablatum, ſed executio voti. Et hanc opi-
nionem tenet Panor. tranſiens cum dictis glo. & Scot. &
Richar. Pet. S. Tho. & cæteri Theologi & Canoniſtæ. Iu-
ra autē allegata per alios concludunt ſolùm, quòd votū
ſimplex impedit quidē ſponſalia de futuro, ſed non diri-
mit matrimoniū ſequens. Diſtinctio verò, quam concor-
dando adducit Sū. Ang. eſt optima, & eſt Sā. Tho. in iiij.
diſt. xxxviij. q. j. art. iij. q. ij. in fi. ſed ipſa concludit opinio-
nem noſtrā: quia taliter petēs gratia alterius, dicitur red-
dere, & nō exigere: vt innuit S. Tho. vbi ſuprà. & expreſ-
ſe tenet glo. in d. c. de viduis. & Aug. de Anchona, ſup Epi
ſtolis Pauli, dicens, ꝙ vxor tripliciter petit debitum, ſcili-
cet verbis, ſignis, & naturæ conditione: puta, quia vir ſcit
conditione naturæ eius hoc debere petere: & tenetur vir
etiā hoc tertio modo petenti reddere debitū, ne ſit one-
roſus. ¶ Quintum. Votū ſimplex ſic impedit matrimoniū
contrahendum ſecundùm Rayn. quòd ſi talis, qui ſic vo-
uit, poſtea iurauit alicui, ꝙ eā duceret, debet implere vo-
tum, & agere pœnitentiā de illicito iuramento. d. c. rur-
ſus. & idē Hoſt. Quòd ſi primò intrauit, & poſtea vouit,
ſecūdū Hoſt. & Gotr. præualet iuramentū, licet poſsit in-
trare religionem. de ſpon. c. cōmiſſum. Vnde ſi votū eſſet
de religione intrāda, præualeret. Nec tenetur prius exeq.
iuramentū ſecūdùm Pan. in d. c. commiſſum. quia in con-
trahendo matrimonio intelligitur, ſi res in eodē ſtatu p-
manſerit: vt in c. quemadmodū. de iureiu. quod non eſt
hîc: quia ſi poſt matrimoniū contractū per verba de præ-
ſenti licitum eſt intrare religionē ſponſa inuita, vt in c.
ij. & c. ex publico. de conuer. coniug. fortius poſt ſponſa-
lia

lia de futuro: quia turpius eijcitur, quàm nō admittit ho-
ſpes: vt in c. quemadmodum. de iureiur. Nec obſtat d. cap.
cōmiſſum. quod vult talem, ſi vult intrare religionem, pri
mò contrahere, vt iuramentū ſeruet: quia ſecūdùm Panor.
hoc eſt de conſilio tantùm: quod ideo datur, ne notetur
periurus quo ad opinionē vulgi. ¶ Pro his aduerte quòd
ſecundùm dom. Anto. in c. veniēs. qui cler. vel vo. votum
continentiæ, vel ſpōſalia de futuro, ea tollit, tanquam for
tius. & idem ſentit Gal. ſed Hoſt. ſentit contrarium in di-
cto c. rurſus. dicens quòd ſponſalia non valent, ſi votū præ
cedit: ſed ſi ſequitur, compellitur vouens ſolennizare, aut
perficere ſpōſalia. & hoc verius: quia cùm ſponſæ ſit orta
obligatio, in præiudicium eius nō potuit vouere. Et hoc
ſentit Panor. in d. c. veniēs. & Dir. ſed vide infrà Sponſa-
lia. §. vij. ¶ Sextum. Si ambo contrahentes habent votum
ſimplex caſtitatis: matrimoniū non tenet, ſecundùm Ioan.
xxvij. q. j. ſi quis votum. de viduis. el ij. Secundū alios autē
cōmuniter dicitur ꝙ tenet: ſed neuter poteſt exigere nec
reddere: & multo minus poſſunt exigere aut reddere, ſi
ambo vouerūt poſt matrimoniū. Et ita tenet Sum. Roſel.
ſed deficit ſecūdùm aliquos: quia vterq; poterit reddere,
ſed neuter exigere, vt ſtatim patebit. Sum. autē Ang. dicit
ꝙ ſecundū Ioan. matrimonium tenet: ſed re vera deficit:
quia Ioan. malè allegatur, qui dicit ꝙ non tenet, vt melius
allegat Sum. Roſ. quia neuter poteſt exigere. & in hoc Io.
male dicit, & ſe impugnat ſubiungendo caſum, & dicēdo,
Pone eos voluiſſe ꝙ nunquā exigerent: & dico ꝙ bene te
net matrimoniū: quia vterq; poteſt reddere: quia vterq; ſi
ſciat alterū indigere, nec poſſe exigere, reliquo debet cō-
miſceri: & vterq; reddere dicetur. Et ita in primo caſu di-
cendum eſt, ſecundū Sum. Ang. contra Roſ. ſed verior eſt
opinio Roſ. vt neuter poſsit reddere ſine diſpēſatione, de
qua infrà part. vlti. Et ratio eſt: quia alter ſolus habēs vo-
tū predictū, ideò poteſt reddere ſine peccato, quia alteri
obligatur ius petēdi, cui perſonæ præiudicare nō potuit.
Vnde ſi alter nō haberet ius petendi, quia etiā ipſe vouit:
iſte nō accuſaretur reddendo: quia faceret cōtra votū ſuū
ſine cauſa neceſſaria. Et ita eſt in propoſito in vtroq; caſu,
ſcilicet ſiue votum præcedat matrimoniū, ſiue ſequatur:
quia neuter habet ius exigendi expreſsè vel tacitè, nec ex
inclinatione naturæ: quia talis inclinatio iſto caſu nō eſt
exactio debiti, ſed tētatio fragilitatis, ſicut & in ſoluto. Et
hæc intellige quādo vterq; ſit impedimētū alterius. Si au
tem non habēs votum contraheret ſcienter cum habēte,
peccat: quia participat cum eo in crimine: tamē matrimo-
nium tenet, & poterit iſte etiā exigere. ¶ Septimū. Si quis
vouit ſe nunquā redditurū debitum, ſi eum vxorem duce-
re contingat, ſecūdùm Ioan. vbi ſuprà, nō obligat tale vo
tum: quia eſt cōtra præceptum Apoſtoli de debito redden
do. xxiij. q. iiij. §. his. ¶ Octauum. Si quis vouerit caſtitatē
reſpectu alicuius religionis, ſed non omnia ſubſtantialia
regulæ: dominus Anto. in cap. rurſus. qui cler. vel vo. vt re
fert Panor. ibi, poſt multa cōcludit quòd aut vouit omnia
ſubſtantialia religionis, ſed nō reſpectu certæ religionis:
& tunc votum eſt ſimplex, nec matrimonium dirimit. aut
vouit omnia ſubſtantialia reſpectu certæ religionis, ita ꝙ
efficaciter eſt obligatus religioni: & tunc certum eſt ma-
trimonium non tenere: vt in cap. vnico. de voto. li. ſexto.
aut vouit tantùm caſtitatem reſpectu certæ religionis: &
tunc dicit votum eſſe ſolennizatum, & ſequens matrimo
nium non tenere: licet iſte nō ſit verè & ſtricte religioſus,
vt quia ſe ad paupertatem & obedientiā nō obligauit. &
hoc per dictum caput vnicum. Sed quantū ad hoc Panor.
tenet contrarium: quia illud caput vnicum, ad ſolennizatē
voti requirit quòd fiat profeſsio alicui probatę religioni:
& conſequenter quòd profiteatur religionem probatam,
ita vt verè ſit religioſus illius religionis. Et ſi obijciatur
de muliere, de qua in cap. fina. qui cler. vel vouen. vide in-
frà Profeſsio. §. j. ¶ Nonum. Si habens votum ſimplex in-
quirat an poſsit cōtrahere matrimonium. ſecundū Hoſt.
reſpondendum eſt quòd non. Et ſi adijciat quærere, vtrū
tenebit ſi contraxerit: non debet quis reſpondere: quia da
ret occaſionem peccādi mortaliter, aut mentietur. Ego ve
rò dico quòd nulli eſt illicitum, ſaltem ſub pœna mortalis
peccati, docere veritatem, vt dicēdo quòd tenebit quidē,
ſed tamen mortaliter peccabit: nec eſt dare occaſionē pec
candi, ſed ſumere: alioquin occaſionem darent, qui cano-
nes & lecturas exhibent oculis omnium ad legendum: de-
bemus tamen tales prudenter deludere, ſecundùm Hoſt.
quia non ſolùm non debemus dare occaſionē peccati, ſed
etiā debemus ab eo, quātùm poſſumus, aduertere peccare
paratos. Dicit autem Sum. Ang. quòd ſi votū non ſeruat,
ſe non videre quomodo facere volenti maius malum, nō
poſsit dici vt eo dimiſſo faciat minus. xiij. diſt. nerui. cum
ſimilibus. Sed iſtud eſt verū, vt ibi dicitur, ſi ſine peccato
nullus patet aditus: quia eo caſu eſſent eligenda minora:
qui caſus non eſt poſsibilis abſolute: alioquin neceſſario
peccaremus: ſed ſolùm ex ſuppoſitione alicuius inique vo
litionis. Et ideò ſicut nō ſunt faciēda à nobis mala mino-
ra, vt alij euitēt maiora: ſic nec cōſulenda ſunt. Alioquin li
citum eſſet nobis complacere in eo, quod nō licet facere.
¶ Decimū. Idem iudicium quantū ad hoc & omnia predi-
cta, eſt de muliere reſpectu viri, ſicut de viro reſpectu mu
lieris: & ſimiliter de iuramēto, ſicut de voto: vt ſi quis iura
uit tenere caſtitatē, cōtrahere nō poſsit, licet teneat cōtra
ctus. De quo vide xxvij. q. j. ſi quis votum. in glo. ¶ Vnde-
cimum. Vtrum autē diſpēſare poſsit epiſcopus in voto ca-
ſtitatis, aut nō nubēdi, ĵ. Votum. iiij. §. iij. & iiij. Quantum
autē ad poſſe exigere eum qui cōtraxit poſt ſimplex votū
caſtitatis, cōmuniter tenent moderniores in d. c. rurſus. ꝙ
epiſcopus poſsit diſpēſare ex cauſa legitima. quod verum
eſt modo quo dictū eſt ſ̄. Debitum. §. viij. Et cauſa legiti-
ma eſt periculū animæ, aut ex mora aut ex impoſsibilitate
omnino adeundi Romam: aliàs requiritur autoritas apo-
ſtolica: vt dicit S. Tho. in iij. quolib. q. vj. art. j. Et ratio ex
doctrina eius ſumitur, vt ſ̄. dictum eſt: quia iſta obligatio
non exigendi venit ex obligatione voti: vnde ille ſolus po
6 teſt hanc tollere, qui & illam. ¶ Sextò quæritur,* quid iu-
ris circa impedimētū criminis nō dirimētis? Et dico mul-
ta. ¶ Primum. Sicut ſuprà dictū eſt, ſex crimina matrimo-
nium impediunt, ſed non dirimūt. Primū eſt inceſtus. ex-
trà, de eo q cog. conſan. c. j. Secūdū eſt vxoricidiū. xxxiij.
q. ij. admonere. & cap. inferiores. non tamen lego ꝙ e con
uerſo mulier occidens maritū contrahere non poſsit, niſi
feciſſet intētione habēdi adulterū. Tertium, raptus ſpon-
ſæ alterius. xxvij. q. ij. ſtatutum. Quartum, leuatio proprij
filij de ſacro fonte inſidiando matrimonio, vt ſcilicet poſ
ſet vxorem priuare debito cōiugali. xxx. q. j. de eo. de quo
titu. ſequen. impedimento vj. Quintū, interfectio ſacerdo
tis. de pœniten. & remiſsio. qui presbyterū. & ibi Panor.
in verbo, coniunctus. dicit ſecundùm vnam expoſitionē
hoc non habere locū, niſi prius interfector ſit conuictus
in foro contentioſo. Sextum eſt id, propter quod quis ſo
lenniter pœnitet. xxxiij. quæſtio. ij. de his. & cap. antiqui.
Septimum eſt, cùm quis monialem ſciēter accipit in vxo-
rem. xxvij. q. j. hi vero. Sed iſtud reducitur ad inceſtum: vt

patet per glo. ibi. Hæc omnia crimina no. glo. in dicto ca. qui presbyterum, & xxxiij. q. ij. in cap. de pœnitentibus. & S. Tho. & Ray. & Host. ¶ Secundum. Si tamen de inconstinentia timeretur, ſecundũ Ray. debet epiſcopus concedere licentiam nubendi. arg. xxxiij. q. ij. antiqui. & cap. in adoleſcentia. & extrà, de eo qui cog. conſan. vxo. cap. ex literis. imò ſecundũ Veruec. ſufficit licentia proprij ſacerdotis. imò ſecundũ eundem, de conſuetudine nõ ſeruatur iſte rigor petẽdi licentiã. & idem Monal. & Roden. Vnde & Io. in d. c. in adoleſcentia. tenet ꝙ iuuenis inceſtuoſus contrahere poteſt ſine diſpenſatione, ſed non ſenex. & ita tenet Sum. Angel. Archid. tamen poſt Petr. de Pal. dicit ꝙ ſine diſpenſatione expreſſa nõ licet inuoluto aliquo prædictorũ cõtrahere vel exigere: nec dicta cõſuetudo valet, niſi conſtet epiſcopos hoc diu ſcienter diſſimulaſſe: aliter contrariũ faciẽs peccat mortaliter. Et idem videtur ſentire S. Tho. in iiij. diſt. xxxiiij. art. vlti. & ita tene cum Sum. Roſ. contra Angel. quia aliter conſuetudo dictas leges nõ tolleret, vt patet ex dictis ſ. Cõſuetudo. §. vij. ¶ Tertium. Inceſtuoſum non poſſe cõtrahere aut exigere, Sum. Ang. dicit, verũ non ſolũm de inceſtuoſo cum vxoris cõſanguinea, ſed vniuerſaliter. Sum. Roſel. verò dicit hoc verũ eſſe & intelligi cùm quis cognoſcit conſanguineã vxoris, vel cognoſcitur à conſanguineo viri, ſi eſt mulier: vt addit Archid. & hæc eſt opinio Richar. & Archid. & Sancti Tho. non obſtãte ꝙ non ſit minus, ſed maius peccatũ cognoſcere proprias conſanguineas: vel permittẽdo ſe cognoſci à proprijs, ſi ſunt mulieres: quia dicit Archid. quòd nõ reperitur in iure hoc de proprijs cõſanguineis, ſicut de cõſanguineis cõiugis. & Richar. dicit ꝙ non tantùm iniuriatur matrimonio maritus per inceſtum cùm cõſanguinea propria, quantũ cum vxoris cõſanguinea. & S. Thom. dicit ꝙ inceſtus ponit impedimentũ nõ tam ratione culpæ, quàm ratione affinitatis quam cauſat. Capitula autem, quæ allegat Summa Ange. nihil faciunt ad oppoſitũ: imò vbi dicit textum eſſe clarum, eſt clarus in oppoſitũ. Vide ſuprà Luxuria. §. iiij. multa ad hoc propoſitum. ¶ Quartum. Viro licitum eſt vxorem adultèrã occidere per viam iudicij ex zelo iuſtitiæ, nõ liuore vindictæ, extra iudiciũ verò nunquam hoc licet ſecundùm legem diuinam, ſecundũ ciuilem verò licet eo modo quo dictũ eſt ſuprà Lex. §. x. vbi nihil habetur de vxore, ſed de filia & adultero.

RVRSVS de Matrimonio octauò, quantum ad impedimenta, quæ impediunt & dirimunt.

1 *Error qualiter impediat & dirimat matrimonium.*
2 *Conditio qualiter impediat & dirimat. & num. ſeq.*
5 *Votum quando impediat & dirimat.*
6 *Cognatio qualiter impediat & dirimat.*
7 *Cognatio ſpiritualis qualiter impediat & dirimat.*
8 *Cognatio legalis qualiter impediat & dirimat.*
9 *Crimen qualiter impediat & dirimat.*
10 *Cultus diſparitas qualiter impediat & dirimat.*
11 *Vis & uiolentia qualiter impediat & dirimat.*
12 *Ordo qualiter impediat & dirimat.*
13 *Allegatio qualiter impediat & dirimat.*
14 *Publica honeſtas qualiter impediat & dirimat.*
15 *Affinitas quando impediat & dirimat matrimonium.*
16 *Impotentia coeundi qualiter impediat & dirimat.*

MATRIMONIVM octauò conſiderari poteſt quantum ad impedimẽta, quæ illud impediunt, inquãtũ ſcilicet propter illa eſt *prohibitũ*: & dirimũt, inquãtũ, ſi de facto cõtrahatur, nullũ eſt. huiuſmodi autẽ impedimẽta ſunt ſexdecim, eo modo quo ſuprà Matrimoniũ, vj. §. ij. dictum eſt, contenta in dictis verſibus, Error, conditio, &c. ¶*Primò ergo cùm error dirimens ſit duplex in propoſito. ſ. perſonæ & conditionis, quæritur quid iuris de errore perſonæ? Et dico multa. ¶ Primũ. Error conſenſum remouet. Qui errat enim, nõ cõſentit. l. ſi per errorẽ. ff. de iuriſd. omniũ iudicum. & errantis voluntas nulla eſt. l. cùm teſtamentũ. C. de iur. & fact. igno. & errantis cõſenſus nullus eſt: vt ibi dicitur in l. non ideirco. & facit xxix. q. ij. his ita reſpondetur. Et ratio horũ eſt, quia error cognitionẽ remouet, quæ eſt cauſa conſenſus, & omnium actuũ voluntatis, dicente Auguſt. v. de trini. ꝙ inuiſa diligere poſſumus, incognita nequaquã. ¶ Secundũ. Omnimoda ignorãtia alicuius remouet errorem circa perſonã eius. Vnde ſecundũ Rayn. ad errandũ in perſonam alicuius requiritur aliqua eius notitia per viſum, vel auditum, vel famam, de perſona abſente, quæ creditur eſſe iſta præſens: quia errare eſt aliũ pro alio accipere. xxij. q. ij. in quib⁹. quod eſſe nõ poteſt, niſi de illo, loco cuius aliũ ponimus, aliqualem notitiam habeamus: quia, vt dictum eſt, in penitus ignotũ nec affectum nec conſenſum poſſumus dirigere. ar. l. cùm ab eo. §. maſſam. ff. de contrahen. empt. ¶ Tertium. Circa matrimonium quadruplex eſt error, ſecundũ Dir. ſcilicet fortunæ, qualitatis, perſonæ, & cõditionis, ſcilicet ſeruilis. Igitur error conditionis matrimonium tollit & dirimit. de quo tamen §. ſequenti & ſimiliter error perſonæ: puta quia credit quis ſe cõtrahere cum Berta, & contrahit cum Margarita, quam credit eſſe Bertã. Cuius ratio iam patet ex dictis: quia non eſt cõſenſus qui eſt cauſa matrimonij. & eam aſſignat S. Tho. in iiij. diſt. xxx. dicens, quòd errorem, qui matrimoniũ impedit, oportet eſſe alicui⁹ eorũ, quæ ſunt de eſſentia matrimonij: quod quidem cùm duo includat, ſcilicet perſonas, quæ coniunguntur, & mutuam inuicem poteſtatem, in qua matrimoniũ conſiſtit: primum tollitur per errorem perſonæ, & ſecundum per errorẽ cõditionis. Error autem qualitatis, cùm putatur nobilis ille, qui eſt ruſticus: vel caſta illa, quæ eſt meretrix: aut virgo illa, quæ eſt corrupta, nõ tollit matrimoniũ: quinimo illud tenet. xxix. q. j. error. & c. his ita. niſi ſecundũ S. Thom. iſte error redundaret in perſonã: vt part. ſeq. Notauit tñ Hugo xxxvij. q. ij. raptor. ꝙ qui de futuro deſponſauit corruptam, quã virginẽ credebat, comperta poſtmodũ veritate ante copulam, non eſt cõpellendus conſummare matrimonium cum ea, quia per hoc impediretur eius promotio ad ordines eccleſiaſticos. Similiter nec error fortunæ: vt cùm quis putatur diues, & eſt pauper, matrimonium nõ tollit, vt patet ex iuribus allegatis. ¶ Quartum. Si aliqua nobilis mulier Romana contrahat cum ruſtico Gallicano aſſerẽte ſe filium regis Angliæ, cùm non ſit, ſicut aliquando accidit de facto. quidam, vt Ray. ſecundùm Supple. dicunt matrimoniũ tenere, quia fuit error qualitatis, & non perſonæ. Sed Hoſt. dicit contrariũ, quia eſt error, inquit, perſonæ, cùm vbiq; habeatur notitia regis Angliæ, quia cõſenſit in perſonam filij regis Angliæ, & non in perſonã præſentẽ. Sanctus Thomas aũt in iiij. diſt. xx. virtualiter diſtinguit dicẽs, Si error nobilitatis vel dignitatis redundat in errorem perſonæ, tunc impedit matrimonium. Vnde ſi cõſenſus mulieris feratur in iſtam perſonã directè, error de nobilitate ipſius non impedit matrimonium: ſi autẽ directè intendit conſentire in filium regis, quicunq; ſit ille, tũc ſi alius præſentetur illi quàm filius regis, eſt error perſonæ, & impedit matrimonium. Et nota, quòd S. Tho. non loquitur de rege in communi: quia dicit filiũ alicuius regis: ſed

ſed de rege determinato, puta, Fracię vel Sicilię, in cuius regno forte erat quando ſcribebat. ¶ Quintũ. Si autẽ dictus ruſticus in ghali dixiſſet ſe eſſe filiũ regis, vel comitis, & nõ diceret cuius, vel ſi ſpecificat, nulla habetur notitia filij, neq; patris, nõ tollitur matrimoniũ: quia nõ eſt error perſonæ, ſed fortunæ aut qualitatis. Et idẽ dicendum eſt ſi quis dicat ſe primogenitũ magni comitis, & nõ ſit. ¶ Sextũ. Si aliqua ſciat aliquẽ, multos habere filios, quorũ nullũ cognoſcit: ſi aliquis eorũ falſò dicat ſe primogenitum, & illa cõſentiat in eũ, ſecũdũ Hug xxix. q. j. in prin. eſt error fortunæ, & nõ impedit. Sed Cal. in c. ij. de cõiu. ſer. & Ioã. xxix. q. j. & Hoſt. in Sũ. & Ray. dicũt, ꝙ eſt error fortunæ, nec tenet matrimoniũ. quod verũ eſt, ſi conſenſus ferebat in eũ, nõ vt in præſentẽ, ſed vt in primogenitum, iuxta diſtinctionẽ S. Tho. ¶ Septimũ. Si cõſenſus ſit in aliquẽ, qui eſt mortu⁹, & loco cuius alius præſentetur: impeditur matrimoniũ, ſecũdùm Dire. & Io. quia eſt error perſonæ. ¶ Octauũ. Matrimoniũ dolo contractũ tenet, ſecũdũ glo. in c. cũ dilectus. quod met. cauſa. licet dolus dederit cauſam cõtractui. Et idẽ Gof. in l. à diuo Pio. ff. de rit nup. & in c. cõſtituit. xx. q. iij. quod Pan. limitat in d. c. cũ dilectus. niſi ſit talis dolus, qui cõſenſum excludat: qa ſic nõ teneret. & facit quod no. Ioã. And. in c. vnico. de cõmo. facit etiã c. cũ locũ. de ſpõ. & Inno. in c. cũ dilect⁹. poſt glo. illã ſingularem, ꝙ dolus, qui nõ cadit in cõſtantem virũ, nõ impedit religiõis ingreſſum: ſecus de dolo, q̃ peritiſſimos falleret. Quod eſt bene notandũ: quia facit ad multa: vt in votis, iuramẽtis, & huiuſmodi ſpiritualibus: quia cõmuniter tenetur ꝙ tenent, vt in dictis gloſſ. ¶ Secũdò* quæritur, quid iuris de impedimento erroris cõditionis, ſcilicet ſeruilis, quantũ ad ipſum vinculũ matrimonij? Et dico multa. ¶ Primũ. Error circa conditionẽ ſeruilem aliquando dirimit matrimonium ex ſua natura: quia ſcilicet repugnat poteſtati, quæ traditur in matrimonio: cùm nõ poſſit liberè vti ancilla: & principaliter ex cõſtitutione eccleſiæ inhabilitãtis perſonas, & cõtractũ irritãtis: vt de cõiu. ſer. propoſuit. ¶ Secundũ. Triplex eſt error circa cõditionẽ ſecũ contrahẽtis. Primus ſcilicet circa meliorẽ, quàm ſit ſua, aut quàm credat: vt cùm ſeruus aut liber cõtrahit cũ libera, quã credit ancillã, vel ecõtrario. & ſecũdus circa parẽ: vt cùm ſeruus cõtrahit cum ancilla, quã liberã credit: vel ecõtrario. & tertius circa deteriorẽ: vt cùm liber cõtrahit cum ancilla, quam credit liberam, vel ecõtrario. Primus & ſecundus error matrimoniũ non dirimit: quia nõ læditur errãs, nec habet quod obijciat alteri: & eccleſia ſic ſtatuit: arg. eorũ quæ not. de cõiu. ſer. c. propoſuit. & c. ad noſtrã. xxix. q. ij. per totũ. de diuor. ſignificaſti. cõſentit Ray. Pe. Al. Inn. Gof. & S. Th. & eſt cõmunis doctrina Theologorũ & Canoniſtarũ: licet cõtrariũ tenuerint quidã. Tertius autẽ dirimit matrimoniũ: vnde non tenet. xxix. q. ij. ſi qs ingenuus. & c. ſi fœmina. Quod tamẽ limita, niſi defuiſſet error: quia ſi liber cõtrahit cum ancilla ſciẽter, vt libera cũ ſeruo, tenet matrimoniũ. xxix. q. ij. ſi quis liber. & c. ſi quis ancillã. cũ duobus ſequẽ. & ſic liber tenetur ſequi ancillã, ſecũdùm Pan. de cõiug. ſer. c. j. Et licet de iure ciuili non teneat matrimonium, ſi ancilla vel libera cõtrahit ſciẽter cũ ſeruo. C. de inceſt. & inuti. nup. l. cũ ancillis. tamẽ hac in materia ſpirituali ſtandũ eſt iuri canonico: vt in c. vl. & pen. de ſecũ. nup. & not. Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccl. & eſt gl. in c. ij. de reg. iu. lib. vj. Limita ſecũdò, niſi poſtquã liber ſciuit cõditionem ſeruilẽ, cõſenſerit verbo vel facto: vt p̃ carnalẽ copulã: vt in d. c. ſi quis ingenu⁹. & c. ſi fœmina. de cõiug. ſer. c. pro-

poſuit. & c. ad noſtrã. quod tamẽ intellige ſi pro certo ſciuit ſeruitutẽ: vel ex auditis habuit de ea probabilẽ opinionem. Secus ſi leuẽ aut temerariã, cui credi nõ debet: qa cõſentiẽdo copulæ ſibi nõ præiudicat. arg. de ſent. excõ. in quiſitioni. cũ etiã titubans pro ignorante habẽdus ſit. C. de cõdi. in de. l. vl. & no. etiã gl. Ray. in ti. de impedimẽto cõditionis. Limita tertiò, niſi habẽs probabilẽ cauſam credẽdi, ad præceptũ eccleſiæ debitũ reddat: quia præiudicat ſibi, ſecũdùm Tanc. Inn. & Io. And. & Pan. in d. c. propoſuit. quia nihil velit cũ ea eſſe, tanquã cum vxore propria: nõ debet in hoc obedire. de hoc vide §. ſeq. ¶ Tertium. Si liber cõtrahat ignorãter cum ancilla, cui data eſt libertas in tẽpus, vel ecõtrario, matrimonium non tenet quia, vt dicit l. ſtatuliber. ff. de ſtatuliber. ea quę interim facit, vt ſeruus, nõ vt liber facit. ¶ Quartũ. Si aũt tali ignorantia durãte ipſa contraxit cum alio nõ ignorãte cõditionẽ eius, ſecũdùm Verue. tenet matrimoniũ. ¶ Quintum. Si dominus tradit alicui libere ancillã ſuam in matrimonio vt liberã, vel ſcienter tacuit, quã tamen contrahens ignorabat ancillã, tenet matrimoniũ: qa ſtatim efficitur libera, & intelligitur dominus ei libertatẽ dediſſe: vt authẽ. de nup. §. ſi verò ab initio. Et hoc tenet Pan. & glo. in d. c. ad noſtrã. de cõiug. ſer & Gof. & Hoſt. & Bart. ¶ Sextũ. Liber contrahens cũ ancilla ignoranter, quam dominus poſt latẽter manumittit, & liber poſt hoc eã cognoſcit, nõ tenetur ſtare cũ ea: quia matrimoniũ nullum fuit: & ſemper ei ſe cõmiſcuit ex primo cõſenſu, qui nullus fuit: arg. C. ad Velle. l. quãuis. ſecundùm Io. xxij. q. ij. ſi quis ingenuus. & Bern. in c. vlt. de cõiu. ſer. & Gof. & Dir. & ita tenet Sum. Roſ. Dicit tamen Sum. Ang. verius eſſe, ꝙ ſi illa poſt manumiſſionẽ cognouit eũ intẽdens cõtrahere, matrimoniũ ſit ſublato impedimẽto, per ea quę no. glo. in d. c. ad noſtrã. quia videtur antiquus cõſenſus perſeuerare, niſi contrariũ exprimatur. de bapt. maiorem. in fi. Sed dico, ꝙ glo. quã allegat, determinat expreſſe cõtra hoc: & ſimiliter ſua ratio valet ad oppoſitũ: quia ſi durat antiquus cõſenſus, virtute eius nõ cõtrahitur: quia nullus eſt. Si autem cõſenſus antiquus fuiſſet deſe ſufficiens ad cõtrahendũ, verũ diceret: ſicut in ſimili dictũ eſt prius. ſ. Matrimoniũ. iij. §. iiij. parti. iiij. ¶ Septimũ. Error conditionis libertinæ, vel adſcriptitiæ, aut originariæ nõ impedit matrimoniũ, ſicut error cõditionis ſeruilis, ſecundùm Veruec. quia omnes illi ſunt liberi: licet ad quædã opera plus cæteris teneãtur. & idẽ Hug. xxix. q. ij. in princ. Qui aũt ſint originarij, & adſcriptitij, vide ſ. Seruus. ¶ Octauum. Si cõſuetudo eſt in loco, ꝙ partus ſequatur cõditionẽ patris, & nõ ventris, nat⁹ ex libero & ancilla, liber eſt, & vt liber matrimoniũ cõtrahere poteſt: vt ſummat Pan. in c. licet. de cõiu. ſer. ¶ Nonũ. Si liber ignorãter cõtraxit cũ ancilla: & poſtea ſciẽs cõditionẽ ancillę, vult cũ ea eſſe & illa nõ, ſed vult diſcedere, ſecũdũ Ber. nõ erit matrimoniũ: ſed tamẽ illa debet ab eccleſia cõpelli, niſi ad ſecũda vota tranſiſſet. Et ſimiliter ecõuerſo dicẽdũ eſt de libera reſpectu ſerui. ¶ Decimũ. Liber cõperiens, ꝙ illa, cũ qua cõtraxit ignorãter, ſit ſerua, poteſt eã propria autoritate dimittere quo ad thorum, ſecũdùm omnes, & planũ eſt: ſed nõ quo ad cohabitationẽ, ſecũdùm Richar. ſi contraxit in faciẽ eccleſiæ, aut corã teſtibus: ſecus ſi clãdeſtinè. Et hoc patet in c. porro. de diuor. licet Hoſt. & multi alij teneant contrariũ, quãdo ſeruitus eſt notoria, ſicut & in adulterio. de quo habes ſuprà, Dinortiũ. §. viij. ¶ Verum enim dicit Hoſt. quo ad copulã, & Richar. quo ad cohabitationẽ, de qua loquitur d. c. porro. ſecundùm gloſſam.

¶Vndecimum. Si liber, qui contraxit matrimoniũ, efficiatur ſeruus ſe vendendo, vel aliter, non diſſoluitur matrimonium: nec illa vẽditio valet, niſi conſentiẽte vxore: quia nõ habet poteſtatem ſui corporis. xxxiij. quæſt. v. quod Deo. quod Sanctus Thom. in iiij. diſtinct. xxxvj. limitat quo ad ſeruitutẽ impedientẽ redditionem debiti, ſecus in alia nõ impediente. Vide infrà Seruitus. §. vij.

3 ¶Tertiò quæritur, *quid iuris circa actũ cõiugalẽ quando in cõtractu matrimonij interuenit error conditionis? Et dico multa. ¶Primum. Alter coniugum, qui ignorat matrimonium eſſe nullum propter ſeruilem cõditionẽ in reliquo, ſecundùm Archidiac. quandiu hoc ignorat, licet nollet cõſentire ſi ſciret, excuſatur à peccato coeundo: ſicut Iacob in facto Liæ propter ignorãtiam facti probabilem: & filij erunt legitimi, ſi in faciẽ eccleſiæ ſit contractum. Quin etiã ſi ſcit ſe eſſe ſeruum, ſi credat q reliquus cõiunx, qui ſcilicet eſt liber, hoc ſciat, aut q adeo affectuoſe diligat, q etiam cõſentiret ſi ſciret eſſe talẽ, excuſatur à peccato, ex quo vxorio affectu cognoſcit vel cognoſcitur. Qui verò ſcit ſe ſeruũ, & reliquum eſſe liberũ, & ſic matrimonium nõ tenere: fornicatur quouſq; alius de ſua ſeruilitate ſit certioratus, & nihilominus in eũ cõſentiat. ſecus ſi ignoraret matrimoniũ nõ tenere ignorãtia excuſante. Et idem dic de quocunq; ſciẽte matrimonium nõ tenere ex quocunq; impedimẽto. ¶Secũdum. Quando de tali matrimonio ignoráter contracto dubitatio incipit oriri: ad ſciendũ quid agendũ ſit quantum ad Deum, ſecundùm Arch. diſtinguendum eſt inter ſciẽtiã, quæ habet euidẽtiam, & non eſt niſi verorum: & conſciẽtiã quæ eſt firma credulitas: quãuis clare nõ ſciatur: quia ſcilicet poteſt ex cauſa nõ ſolùm leui, ſed etiã falſa: & ſcrupulũ, qui eſt dubietas, quæ ſcilicet eſt, quoties homo hinc inde æqualiter pẽdet, vel quaſi æqualiter, modico reputato pro nihilo. Adde ad Archi. q etiam diſtinguendum eſt de motiuo ſiue cauſa, quæ mouet ad ſciẽtiã, cõſcientiam, & ſcrupulũ: quia quædam eſt certa & euidens de facto: vt quia video. vel de iure: vt quia quis eõuincitur aut confitetur iuridicè. quædã probabilis: vt quia audio à grauib' ſi de dignis: & quædam leuis ſiue temeraria: vt quia audio à leuibus. Qui ergo habet ſcientiam de hoc impedimento vel alio, aut etiam conſcientiam procedẽtem ex leui aut probabili cauſa, eo eundo mortaliter peccat, niſi ille coit' eſſet matrimonialis: quia tunc ſecũdũ Rich. ſiue ſequatur ſciẽtiam, ſiue probabilem præſumptionem, id eſt, cõſcientiam, coram Deo eſt ratificatiuus matrimonij: qui verò habet ſcrupulum, ſi eſt ex leui aut temeraria cauſa, debet illũ deponere, & ſic reddere & exigere poterit ſine peccato. argu. c. inquiſitioni. de ſen. excõ. Si verò ex eſt cauſa probabili, reddere poteſt, & debet exact': quod eſt obedire ſaltẽ Deo præcipiẽti reddere vnicuiq; quod ſuũ eſt: quia in dubijs obediẽdũ eſt. xxiij. q. j. quid culpatur. & c. inquiſitioni. Sed exigere nõ poteſt ſine mortali: quia exponeret ſe periculo: niſi ille coitus eſſet matrimonialis, id eſt, affectu matrimoniali: quia etiã hoc caſu corã Deo ratificaret matrimonium, ſi hoc eſſet in intẽtione. ¶Tertium. Quãdo verò in tali impedimẽto oritur dubitatio, ad ſciẽdũ quid faciẽdum ſit quo ad homines, dicit Rich. in xxxv. diſtin. iiij. quòd ſine copula ſequatur certã cognitionem in libero de ſeruitute alterius, ſiue probabilem præſumptionẽ, ſiue ad præceptum eccleſiæ ſiue nõ, ſemper ratificatur matrimonium in conſpectu eccleſiæ, etiam ſi eſſet ex affectu fornicario. Si verò ſequatur leuem & temerariã ſuſpicionem, cui credi nõ debet, ſecundũ omnes non præiudicat ei, etiam ad mandatũ eccleſiæ: quia tituban's pro ignorante habendus eſt. hæc ille, valde bene. Sed intellige primò hæc vera eſſe, ſi eccleſiæ conſtaret de ſcientia, vel præſumptione, aut leui ſuſpicione: quę quia ei conſtare nõ poteſt de affectu, ideo nõ diſtinguit inter matrimonialẽ, & fornicarium. Intellige ſecundò, q quo ad homines, vt patet ex mẽte iſtius doctoris, & ex d. c. inquiſitioni. & ex verbis S. Th. infrà poſitis, part. v. nõ diſtinguitur inter cõſciẽtiã & ſcrupulũ ex cauſa probabili: quia eccleſia ipſam cõſciẽtiam aut ſcrupulũ non videt: ſed ſolùm cauſam motiuam ad hæc, quæ vtrobiq; eſt eadem, ſcilicet cauſa probabilis, q̃ ſcrupul' nõ eſt ex cauſa leui vel temeraria. ¶Quartũ. Quando verò de tali impedimẽto oritur quæſtio, ſiue lis in iudicio, ad ſciendũ quid faciendum ſit, dico, q quo ad Deum ne quis peccet, diſtinguendũ eſt, vt ſ. particu. j. Et eccleſia præcipiente copulã, ſemper poteſt quis obedire ſine peccato, ſi vult matrimoniũ ratificare: quia coitus erit matrimonialis. Si verò nõ vult ratificare, eccleſia p̃cipiente copulam, ſi habet de impedimẽto ſcientiã, vel conſciẽtiam ex cauſa probabili, nõ tenetur obedire: quia nõ poteſt eccleſia facere, ſecundùm Archidiaco. vt non maritus fiat maritus contra ſuã voluntatem. quod faceret, ſi obediret. Sed neq; obedire poteſt ſtãte ſuppoſito, quòd nolit ratificare: qa coitus eſſet fornicarius. Si verò habet de impedimento ſcrupulum ex cauſa leui, aut temeraria, deponat, & reddat: &, ſi vult, etiã exigat. d. c. inquiſitioni. Si verò ex cauſa probabili & diſcreta, reddat: quia in dubijs tenetur obedire: nõ aũt exigat: quia exponeret ſe periculo fornicandi. ¶Quintum. Ad ſciendũ verò quid agendum ſit in iudicio quo ad homines, ne ſcilicet quis præiudicet iuri ſuo: diſtinguendũ eſt, ſolùm ex parte cauſæ, vel motiui ad credendũ impedimentum. Si enim ſit leuis, aut temeraria, debet obedire eccleſiæ præcipiẽti copulã, ſecundùm oẽs: quia ſibi nõ præiudicat: ſed ſi ſit euidẽs, & certa, faciens ſciẽtiã: nõ debet obedire, ſecundùm omnes: quia ſibi præiudicaret. ſimiliter ſi cauſa eſſet probabilis: quia etiã ſibi præiudicaret, ſecũdùm Tanc. Inn. Io. And. Rich. & Panor. in d. c. propoſuit. Non obſt. quod tenet Hoſt. in Sum. & gloſſ. in d. c. propoſuit. q debeat obedire, niſi ſit certus: quia prior opinio eſt communior & verior: quam etiã S. Tho. probat in iiij. diſt. xxxvj. in expoſitione literæ dicẽs: Si antequã ſit detecta ſeruit' vxoris, de qua dubitatur, ipſa petat debitũ: ſi leui ſuſpicione moueatur, debet reddere debitũ: nec ex hoc ei aliquod præiudiciũ generatur. Si autem ex cauſa probabili dubitet, vel vehementer præſumat, aut certè cognoſcat, nõ debet ei debitum reddere eccleſia præcipiẽte: quia vel ſibi præiudiciũ faceret, ſi eã vxorio affectu cognoſceret: aut aliàs fornicaret. Hęc ille. quia ſumit ly nõ debet, pro ly nõ tenetur. Supple. autem contra opinionem Summæ Ange. & Roſ. & Richar. & omnium Canoniſtarum dicit, q debitum negare non debet ex cauſa probabili, ſed tantũ ex euidentia: allegãs dictum caput, inquiſitioni. ſed illud c. loquitur diſtinguẽdo non ex parte cauſæ, ſed ex parte dubitantis, quãdo cauſa probabilis nõ ducit extra terminos ſcrupuli, ita quòd hoc quis credit quidẽ, ſed non firmiter, ſed quaſi titubãs. Sã. Tho. verò cùm dicit, ſi ex cauſa probabili dubitet, vel vehementer præſumat, nõ ſumit dubitare propriè, ſed largè pro formidare, vt opponitur ſcientiæ, vel euidẽtiæ, eo modo, quo opinans dicitur dubius quouſq; ſciat: vnde ly vel, ſtat expoſitiuè pro id eſt, poti', quàm diſiũctiuè: ſicut patet ex allegatione Piſa. illum adducentis. De opinione autem Hoſtiẽ. vide Panor. in d. c. propoſuit. Dicit tamen

Aſten.

Aſten. quòd Hoſtien. in d. c. propoſuit. correxit dictum ſuum. 4 ¶*Quartò quæritur, quid iuris circa actum coniugalem, quando in contractu matrimonij incidit conditio ſeruilis ſine errore conditionis, ita quòd matrimoniũ tenuit? Et dico vt infrà Seruus, per totum. ¶*Quintò quæritur, quid iuris circa impedimentum voti? Et dico quòd 6 votum non ſolenne caſtitatis matrimonium impedit, ſiue prohibet, ſed non dirimit, vt dictum eſt tit. priore. §. v. ſed ſolenne, quod ſcilicet comitatur profeſsio expreſſa vel tacita alicuius religionis approbatæ, vel ſuſceptio ordinis ſacri, matrimonium non ſolùm impedit, ſed etiã dirimit, ita q matrimonium nullum eſt: imò incurritur excõmunicatio: vt in clem. eos. de conſang. & affin. Si tamen hoc fiat poſt profeſsionem in aliqua regula nõ approbata, vel etiã i regula approbata tertij ordinis beati Dominici, vel Franciſci: teneret matrimoniũ, licut dicit Archi. ¶*Sextò quæritur, quid iuris de impedimento cognationis carnalis ſeu cõſanguinitatis? Ad cuius intellectũ hic conſanguinitatis arboré ſtatuto, in qua numeri ſuperiores gradus ſecundùm canones, inferiores verò ſecũdũ leges ſignificãt.

ARBOR CONSANGVINITATIS.



Arbore autē cōstituta, cuius intellectus habet̄ ex dicēdis, maximè parti. iiij. dico multa. ¶ Primū. Triplex est cognatio. ſ. carnalis, quę dicitur cōſanguineitas, vel cauſa euphonię cōſanguinitas, quæ cōueniētiā in ſanguine importat: ſpiritualis, quæ dicitur cōpaternitas: & legalis, quę dicitur adoptio. Cōſanguinitas igitur ſecūdū S. Tho. Pet. de Pal. Ray. Hoſt. & omnes, eſt vinculū ꝑſonarū ab eodē ſtipite, ſ. proximo deſcēdētiū. i. ab eadē perſona carnali propagatione cōtractū: per quod ſcilicet excludit Eua à cōſanguinitate Adæ: nō autem Chriſtus à cōſanguinitate virginis: quia eius propagatio fuit carnalis ex parte virginis. In hac cognatione, vt docet arbor, ſunt lineę, gradus, & perſonę: ſic ꝙ in vna cognatione ſunt plures lineæ: in vna linea plures gradus: in vno gradu plures perſonę. ¶ Secūdū. Linea conſanguinitatis dicitur metaphoricè: & ſecūdùm Pet. de Pal. eſt ordinata collectio perſonarū cōſanguinitate cōiūctarum: & eſt triplex ſecūdū S. Tho. & cōiter doct. Prima aſcēdētiū: in qua ſunt pater, auus, proauus, atauus &c. & ſimiliter mater, auia, atauia, &c. Secūda deſcendētiū: in qua eſt filiꝰ, nepos, pronepos, abnepos: & ſimiliter filia, neptis, &c. & hæ duæ lineæ realiter ſunt vna, diuerſæ ſolùm in modo cōputandi: incipiēdo. ſ. à poſteriorib⁹, vt in prima, vel à prioribus, vt in ſecūda. Eſt & tertia, quæ reſpicit eos, qui ab eodē quidē tertio deſcendūt, ſed nō adinuicē: & dicitur linea collateraliū: in qua ſunt fratres & eorū filij, q patrueles dicūtur, & filij patruorū: & idē in fœminis. Probātur autē hæc omnia xxxv. q. iiij. c. j. & per totū. ff. de grad. l. j. & l. Iuriſcōſultus. ¶ Tertiū. Gradus autē ſecundū. Ioan. And. eſt habitudo quædā diſtantiū perſonarū, qua cognoſcitur quota generatiōis diſtātia duæ perſonę diſtant inter ſe. & colligit̄ ex c. literis. & c. quod dilectio. de cōſan. Computātur autē gradus in linea aſcēdentiū & deſcēdētiū vniformiter ſecūdū leges & canones, omiſſa cōputatione Iſid. quæ habetur in diſt. iiij. & xxv. q. iij. & iiij. & v. quę nō eſt in vſu: hoc modo. Cōputādę ſunt enim perſonę medię inter eas, & de quib⁹ quæritur: & ſi nulla ſit media, ſunt in primo gradu, vt pater & filius. deſcēdēdo: & filius ac pater aſcēdēdo. Si verò ſint alię perſonæ medię cōputatis eis cū extremis, quot ſunt perſonę vna min⁹, tot ſunt gradus: ſicut auus & nepos ſunt in ſecūdo gradu aſcēdēdo & deſcēdendo: quia ibi ſunt tres perſonę, duæ extremæ. ſ. auus & nepos: & vna media. ſ. pater reſpectu vnius, & filiꝰ reſpectu alterius: vnde qa remoto vno remanēt duo, nepos & auus ſunt in ſecūdo gradu, proauꝰ & pronepos in quarto. Et ratio eſt: quia cū gradus ſit diſtātia, nō eſt eiuſdē ad ſe: vnde pater ſolus nō facit gradū: ſed addito filio conſtituitur primus gradus ex duabus perſonis: & addito nepote cōſtituitur ſecundus gradus ex tribus. & ſic de alijs. In linea verò collaterali ſiue trāſuerſali, quę nō eſt eorū, quorū vnus deſcendit ab alio, ſed eorū, qui deſcēdūt à cōi principio, aliter cōputātur gradus ſecūdū canones, aliter ſecūdū leges. de quo S. Tho. in iiij. diſt. xl. ar. ij. Nā ſcdm canones ſi ꝑſonæ de quibus quęritur, ęqualiter diſtāt à cōi ſtipite: quoto gradu quælibet earū diſtat à cōi ſtipite, toto gradu diſtāt inter ſe: ſicut duo fratres attinēt ſibi in primo gradu: horū filij in ſecundo: & ſic vlterius. Si verò diſtant inæqualiter, quoto gradu remotior eorū diſtat à cōi ſtipite, toto gradu attinēt ſibi. Vnde ſecūdū S. Tho. ſicut duo fratres attinēt ſibi primo gradu: ita filiꝰ vniꝰ fratris diſtat à reliquo fratre in ſecūdo gradu: quia tantùm diſtat à cōi radice. Et intellige ꝙ etiā e cōtrario frater, qui à cōi principio diſtat ſolùm vno gradu, à filio fratris diſtat ſecūdo gradu: quia nō ꝓt eſſe vicinior alij deſcēdāti à cōi principio, quàm ipſū principiū, propter quod eſt ei vicinus: licet poſſit eſſe remotior à tali deſcēdente quàm à cōi principio: quia fortè ille alius deſcendēs plus diſtat quàm ipſe: ſicut filius alterius fratris plus quàm alius frater: & ſecūdū remotiorē diſtantiā oportet cōſanguinitatē cōputari. Hæc ex illo. Et ſi cōſuetudo patriæ eſſet, ꝙ computādo inciperet à propinquiori, illa ſeruāda eſſet, ſecūdū Aſtē. propter ſcādalū euitandū: vt in c. quod dilectio. de cōſan. & affin. Quod intelige & limita iuxta ea quæ ſ. Matrimoniū ij. §. iij. Secūdū leges verò aliter cōputantur gradus in linea tranſuerſali: quia ſecūdū eas duo fratres ſunt in ſecūdo gradu: filij duorum fratrū in quarto: nepotes in ſexto. Diuerſitatis autē rationem vide xxxv. q. v. in. c. ad ſedē. ¶ Quartū. Pro maiori notitia prędictorū ſciendū eſt, ꝙ Io. And. in explanatione prædictę arboris ſic virtualiter, & colligēdo dicit: In arbore cōſanguinitatis eſt cellula vacua, ꝓpter hoc, ꝙ propriū nomē habere nō potuit, cùm omnes aliæ, exceptis his quę per genitiuū nominātur, ſumant nomē ab ipſa: & dicitur filius patris, & pater filij, & frater fratris, & ſic de alijs: ſed eam à nomine ſui bidelli Petrutij vocauit. Supra ipſam & ſub ipſa in recta linea ſunt aliæ cellulæ aſcēdētiū & deſcēdentiū, quæ cōpetenter diuiderētur per mediū, vt à latere dextro earū nomina marīū, à ſiniſtro verò nomina ponerētur fœminarū: qa poſiti à latere dextro deſcēdūt à maribus: & ecōuerſo, ſcilicet poſiti à ſiniſtro deſcēdūt a fœminis. Supra Petrutiū ſunt quatuor cellulæ, quę cōtinēt iſta, quę ſunt pater mater, auus auia, proauus proauia, abauus abauia: quarū ꝓxima habet pūctū vnū duplicatū: ſecūda, 2. tertia, 3. quarta, 4. Infra verò Petrutiū ſunt ſimiliter cellulę quatuor, quę cōtinēt iſta, quę ſunt filiꝰ filia, nepos neptis, pronepos proneptis, abnepos abneptis: quarū ꝓxima habet vnū pūctū duplicatū: & ſic de alijs: vt de aſcēdētibus dictū eſt. Ad cognoſcēdū etiā gradus inter iſtos aſcēdētes & deſcēdentes, ſciendū eſt ꝙ quot ſunt perſonæ, de quib⁹ quęritur cōputatis intermedijs, vna dēpta, tot ſunt gradꝰ inter eas: ſicut inter abauum & Petrutiū quatuor ſunt gradus, cū ſint quinq; perſonæ: & ſimiliter inter ipſum & abnepotē ſūt quatuor: inter abauū autē & abnepotē ſunt viij. gradus: quia ſunt nouē perſonę. Nō habet tamē iſte Petrutius totam ſuā cōputationē in arbore: quia quilibet habet duos parētes, iiij. auos, viij. proauos, xvj. abauos: & ſic ſemp aſcēdētes duplicātur. Accedēdo verò ad collaterales, faciēdo ſtipitē de patre: inde ex parte dextra deſcēdūt cellulę quatuor cōtinētes iſta, quę ſunt, frater, fratris filius & filia, fratris nepos & neptis: quarū pūcta ſuperius ſunt, j. ij. iij. iiij. ſignificātia gradus eorū, quæ ſunt in cellulis ad Petrutiū ſecūdā canones: inferius verò ſunt, ij, iij, iiij. v. quæ deſeruiūt legibus. Et hi omnes ſunt collaterales ad Petrutium. Facto verò ſtipite de auo, ab eo deſcēdunt à dextris quatuor cellulæ cōtinētes iſta, quæ ſunt, patruus, & amita, frater patruelis, & ſoror patruelis: horum filius & filia: horum nepos & neptis. quarum pūncta ſuperius ſunt, j. ij. iiij. inferius verò, iij. iiij. v. vj, qui ſunt gradus prædictorū ad Petrutium ſecundū canones & leges. Facto verò ſtipite de proauo, ſub eo à dextris deſcendunt quatuor cellulę cōtinentes vt in arbore: quarum pūncta ſuperius ſunt, j. ij. iij, iiij. inferi⁹ autē ſūt, iij. iiij. v. vj. vij. Facto verò ſtipite de abauo ſimiliter habes iiij. cellulas: & ſuperiora pūcta ſūt, iiij. iiij. iiij. iiij. inferius autem ſunt, v. vj. vij. viij. Et ſic habetur vna medietas arboris, per quā intelligitur reliqua. De prædictis autem lateralibus ſunt regulæ. Prima. Secundùm canones collateraliū in linea ęquali, quoto gradu aliquis diſtat à cōi ſtipite, toto diſtant inter ſe: ſicut Petrutius & ꝓnepos propatrui ſunt in quarto gradu, abauo exiſtente ſtipite, à quo vterq; diſtat quarto gradu: ſed ſecūdū leges quoto gradu quis diſtat à cōmuni ſtipite, toto dupli cato diſtāt inter ſe. vñ ꝓnepos propatrui eſt Petrutio attinēs vel diſtās in octauo gradu. Secūda. In linea verò inę quali ſecūdū Canones, quoto gradu remotior diſtat à cōi ſtipite, toto diſtant inter ſe: ſicut facto abauo ſtipite Petrutius & filiꝰ ꝓpatrui, ꝙ ſunt in linea inæquali, diſtāt quarto gradu: & ſimiliter omnes deſcendētes vſq; ad lineā ęqua litatis: quia Petrutius ab ipſo abauo diſtat quarto gradu: ſed ſecūdū leges quot ſunt ꝑſonę collateraliū in linea inę quali, ſtipite dempto, tot ſunt gradus. Vñ Petrutius à ſtipite diſtat quarto gradu, à ꝓpatruo quīto, à filio ſexto, à nepote ſeptimo, à ꝓnepote octauo. Exdictis patet rō omniū pūctorū arboris, & ꝙ Petrutius cōtrahere non pōt cū aliqua de arbore. ¶ Quintū. Prohibitio matrimonij ratione cōſanguinitatis, quantū ad legē naturæ ſecundùm S. Th. & Richar. eſt inter patrē & filiā, matrē & filiū, propter reuerentiam, ne ſit ſocius q debet eſſe ſubiectus. Gene. j. Relinquet homo patrē & matrē, &c. eſt tñ magis contra talē legem, ꝙ filius habeat matrē in tali turpitudine ſubiectā. Vnde quędā bruta horrēt coitū cū matre, quādiu apud illa manet cognitio matris, & reuerētia quædā ad ipſam: vt recitat Philoſophus in viij. de Animalib⁹. de camelo, ꝙ coopertā cognouit matrē: & deīde hoc cōperto iterfecit inſeniatorē: & de equo qui ob hoc ſe præcipitauit. Quantū verò ad legē diuinā propter cōcupiſcentiā refrænādā prohibitū eſt matrimoniū i lege Moſaica cū aliqbus ꝑſonis, quæ ſimul habebāt cohabitare: & numerātur Leu. xviij. & in his verſib⁹ cōtinētur: Nata, ſoror, neptis, matertera, fratris & vxor, Et patrui coniux, mr̄, priuigna, nouerca, Vxoris q; ſoror, priuigni nata vtriuſq;, Atq; ſoror patris, cōiungi lege vetātur. Pro his nota, ꝙ dictū de vxore fratris, nō intelligitur præmortui ſine liberis: quia eā debebat accipere ad ſuſcitandū ſemen defuncto. de diuor. c. fi. Nota ēt 7. ꝙ ibi prohibētur copulari conſanguinei in primo gradu, & in ſecundo in linea inęquali conſanguinitatis. quod S. Tho. in iiij. di. xl. & Nico. de Ly. Ioſue. xv. limitat verū, ne amitā nepos accipiat propter reuerentiā: vel melius ſecūdùm S. Tho. quia non ita conſueuit cohabitare: ſed quòd patruus accipiat neptē, cōceditur, vt patet ibidem: qa frater Caleb accepit eius filiā capta ciuitate. Quomodo autē in his papa diſpenſare poſſit, vide j. Papa. §. xvij. & xviij. Quantum verò ad ius canonicū, olim fuit ꝓhibitū matrimoniū vſq; ad ſeptimū gradum: vt in d. c. ad ſedē. ſed propter cauſas aſsignatas à S. Tho. in iiij. diſti. xl. hodie prohibetur ſolùm vſq; ad quartū gradū cōſanguinitatis & affinitatis ꝑciſe: vt in c. non debet. de cōſang. & affin. Hoc autē Sum. Ang. & Roſ. cū Gofr. dicit verū, etiam in aſcendentibus & deſcēdētibus per lineā rectā: quia cùm, inquit, d. c. nō debet. loquatur in diſtinctē, nos diſtinguere non debemus. Sed cōtrariū eſt verū. primò, qa ſi nō licet filiæ cōtrahere cū patre propter reuerentiam, multominus licet cū auo vel proauo aut abauo: quia ei debet reuerētia maior, quantò eſt antiquior: ita, ꝙ ſi Adā viueret, ei deberet ſumma reuerētia. Vnde & ipſe pater eum debet reuereri, & ei ſubijci, & multo magis filia. Vnde & vulgò pater non dicitur dominꝰ, ſed auus quādiu viuit. & idē de filio reſpectu auiæ: & ſic de nepotibus. Secundò, quia ius ciuile indiſtinctē ꝓhibet inter tales matrimoniū: vt Inſti. de nup. §. iter eas quoq;. & in l. nuptiæ. ff. de rit. nu. & hoc in infinitū: qd quidē ius non inuenitur expreſsè correctū. & eſt fundatū ſuper maxima honeſtate: & conſequēter ꝓpter gñalem canonū diſpoſitionē cōtractū dicere nō debem⁹. Et licet Sum. Roſ. dicat, ꝙ corrigitur per d. c. nō debet. tamē non corrigitur expreſsè: qa nō loquitur in ſpecie de iſta linea recta: imò nec implicitè: quia loquit ſolū de his, quorū diſpoſitio ſubiacet iuri poſitiuo: nō de linea recta, quę ſubijcitur iuri naturali quantū ad omnes, ſicut & quantū ad patrē & filiā: vt ꝓbatū eſt. Et hāc opinionē tenuit Pet. de Pa Io. Archi. Sum. Piſa. Hoſt. Ioā. And. Pet. Hug. & Azo. & Richar: quā etiā Pan. in d. c. nō debet. putat veriſsimā. Notādum eſt tamē ſecūdū Hoſt. licet cōſanguinitas duret vſq; ad quartū gradū ſolùm, quantū ad cōtrahere matrimoniū vt quis euitet inceſtū: tamē quātū ad ſucceſsionē hæreditatis durat vſq; ad decimū: vt ſuprà Hæreditas. j. §. ij. part. iiij. ¶ Sextū. Si duo cōtrahāt, quorum alter diſtat à ſtipite quinto gradu, reliquus verò ij. vel iij, tenet matrimonium ſecūdū oēs: quia tales attinēt ſibi in quinto gradu: & i cōſanguinitate ſemper ſtandū eſt remotiori perſonæ. de cōſang. & affi. c. vlti. Sed ſi reliquus diſtaret ſolùm in primo, Hoſt. eſt in ſingulari opinione, ꝙ nō tenet. extrà eo. qđ dilectio. vbi ſibi cauit litera, q̄ nō fecit mētionem de primo gradu, qui immediatè deſcēdit à ſtipite, & cū eo vna caro cenſet̄: ſed de ſecūdo & tertio, ſecūdū Dir. Gof. tenet matrimoniū, & ita tenet cū Piſa. qa licet ibi nō fiat mētio de primo, qa rariſsimè contingit: tū in regula prædicta, q̄ ibi ꝓbatur, hoc cōtinetur. Ex hoc conclude cum Pan. in d. c. quod dilectio. ꝙ impetrās diſpenſationem contrahendi in tertio vel quarto gradu cōſanguinitatis, quāuis ex alio latere ꝑſona cū qua vult cōtrahere, ſit in ſecundo gradu, & hoc nō exprimatur, nihilominus valet diſpēſatio: qa quāuis diſpēſatio cōtrarius ſit ſtrictè interpretāda: tū interpretari quis pōt ſecundū diſpoſitionē iuris cōis, quod vult vt cōputatio fiat à gradu remotiori. A fortiori poterit cū talibus diſpēſare ille, cui gñaliter cōceſſa eſt authoritas diſpēſandi in tertio vel quarto gradu. & ſic cōſuluit Io. Cal. vt recitat d. Io. Ant. de ſan. Geor. in d. c. qđ dilectio. ¶* Septimò q̄ritur, qd iuris de ipedimēto cognationis ſpiritualis, q̄ cōmuniter eſt cōpaternitas? Et dico multa. ¶ Primū. Cognatio ſpiritualis eſt quędā ꝑſonarū, ꝓximitas, proueniens ex hoc, ꝙ qs cōfert ſacramētū baptiſmi vel cōfirmationis: ſeu tenet vel ſuſcipit illū, cui tale ſacramentū cōfertur. De qua cognatione habet̄ xxx. q. j. eos. & de cog. ſpir. c. fi. & de ea S. Tho. in iiij. diſt. xlij. & quolibet. vj. q. iij. cōcluſiuè ſic dicit: Hęc cognatio eſt vinculū cōtractū ex ſtatuto eccleſię per baptiſmū & cōfirmationē per ſuſcipiētē & dantē & tenentē: nō aūt per plures tenētes adinuicē: qa ꝙ accidēs eſt; ꝙ ibi ſint multi, cū ſufficiat vn⁹: & ex ea cauſatur in viro ſpiritualis affinitas cū qualibet muliere cognita matrimonialiter vel fornicariē: nō tñ cōtrahit̄ hæc cognatio ĩter patrē ſpiritualē, & matrē ſpiritualē: & nō cōtrahitur in catechiſmo: licet, ſecūdùm aliquos, cōtrahatur ibi impedimentū cōtrahēdi tantū: nec ſimiliter contrahit̄ à nō baptizato, qa eſt expers vitæ ſpiritualis: ſimiliter nec in pœnitētia: alioquin filius ſacerdotis vxorē nō inueniret̄ tota parochia. Eſt aūt triplex, ſcilicet paternitas, cōpaternitas, & fraternitas: quarū quælibet impedit & dirimit, ſi præcedat matrimoniū: ſi verò ſequatur, nō dirimit quidē vinculū matrimonij. Sed tamē quantū ad actū, diſtinguendum eſt, quia ſi īducitur ex neceſsitate, vt qa pater puerū in mortis articulo baptizat, ſic ex neutra ꝑte impedit actū matrimonij. Si verò īducitur extra caſum neceſsitatis, ex ignorātia tamē, tūc eſt eadē ratio, ſi ille, ex cuius actu īducitur, diligentiam adhibuit: ex induſtria aūt extra caſum neceſsitatis ille, ex cuius actu inducit̄ amittit ius petēdi,

ſed tamen reddere debet: qa alius ex culpa eius nō debet incōmodum reportare. Hæc ex illo. ¶ Secundum. Effectꝰ huius cognationis eſt impedire & dirimere matrimoniū, ſi illud p̄cedit: ſi verò illud ſequitur, videtꝫ innuere Bern. & Rod. in c. ſi vir. de cog. ſpi. quòd etiā ſi contrahatur ſciēter & ſine neceſsitate, nō impedit exactionem, quia nullo iure cauetur. Et idē tenet Car. ibi, quod videtur poſſe dici quando quis ſcit factū, & ignorat ius, & facit ex ſimplicitate. Sed glo. ſo. q. j. in c. moſce. & Io. And. & do. Anto. in c. ſi vir. de cog ſpi. & Pe. de Pal. & Hoſt. & Gofr. & S. Tho. tenent, quòd exigere nō poteſt is, ex cuius actu ſciēter & ſine neceſsitate contrahitur. & hoc tene, quia regulariter omne impedimentum, quod facit matrimoniū eſſe nullū ſimpliciter, ſi illud p̄cedat, facit etiam illud eſſe nullum ſecundùm quid, ex parte eius, qui eſt in cauſa, ſi illud ſequatꝫ quantum impedit exactionem. Et ſi hoc fecit non ad complacendum amico, vel alia ſimili cauſa, ſed inſidiando matrimonio: vt quia tenuit proprium filium, vt conſortē poſſet debito coniugali priuare: primò nō poteſt exigere, & ſecundò mortuo cōiuge debet perpetuò ſine ſpe cōiugij remanere. xxx. q. j. de eo. & ſi vterq; ſic fecit, ſecūdùm Hoſtien. neuter debet exigere, & neuter ſubtrahere, id eſt, debet exactus reddere: poteſt tamen ſuper iſta exactione epiſcopus diſpenſare, ſecundū Archi. poſt Pet. de Pal. ¶ Tertium. Sunt autem tres ſpecies huius cognatiōis, ſecūdùm S. Tho. & Richar. Prima dicitur paternitas, quę contrahitur, & eſt inter regeneratum & regenerantē, id eſt, miniſtrantem ſacramentum, qui eſt ſicut pater, ſecundū S. Th. & Rich. & tenentem ad illud qui eſt ſicut mater, etiā ſi tenentes ſint plures: vt in c. quanuis. eo. tit. lib. vj. quod ītelligē: ſi iſti ſunt baptizati: quia ſicut ſacramentorum, ita & cognationum per illa cōtractarum baptiſmꝰ eſt ianua: vt j. particu. xij. Secūda dicitur compaternitas, quæ eſt inter regenerantem, miniſtrantem, vel tenētem, ſeu tenētes, & genitores carnales regenerati. Qui etiam miniſtrās & tenentes, ſi ſunt coniugati, & matrimoniū cōſummauerūt, tranſmittunt hāc compaternitatem ad vxores, ſi ſunt viri: aut ad viros ſi ſunt vxores: ſic, quòd & hi, ad quos trāſmittitur, ſunt compatres parentum carnalium ipſius regenerati. extrà eod. Martinus. & lib. vj. eo. tit. necdum. & xxx. q. iiij. ſi gs. Secus ſi vxor nō eſſet cognita. xxx. q. iiij. poſt vxoris. Vñ ſucceſsiuè pōt quis habere duas cōmatres vxores. Licet autem vir & vxor communicēt ſibi iſto modo actiones, ita quòd per actionem vnius alter efficitur cōpater: non tamen communicant ſibi paſsiones: vt no. Pan. in d. c. Martinus. Vnde ſi quis teneat filium cōceptum ex altero eorū, nō efficitur leuans cōpater vtriuſq;, ſed tantū eius, cuius eſt filius, quāuis in matrimonio ſit illi cōiūctus. xxx. q. iiij. qui ſpiritualem. in gl. & in c. j. extrà, eo. li. vj. Tertia dicitur fraternitas, q̄ eſt inter regeneratū maſculū vel fœminam, & filios regenerātis, miniſtrātis, vel tenentis. xxx. q. iij. pictatiū. & eod. ti. ex literis. & hoc ſiue nati ſunt ante iſtam compaternitatem, ſiue poſt. eod. tit. c. tua nos. Secus in adoptiuis, ſecundùm Innocen. ſecus etiam in filijs, quorum neutro ad compaternitatem deuentum eſt: quia poſſunt inter ſe liberē contrahere: niſi contrarium habeat cō ſuetudo, quę ſcandalum generaret: contractum tamē teneret, vt communiter tenetur in c. vtrum. extrà eodē. niſi vt ſuprà Matrimonium. ij. §. iij. Et iſta ſecundùm Ioannē de Neapo. in quolib. ix. habent locum, etiam ſi vir aliquē teneat contra voluntatem vxoris vel parētum ipſiꝰ leuati: quia quod eſt ex eccleſiæ ſtatuto, nō dependet ex volūtate ſubiectorum ſtatuto. ¶ Quartum. Ad horum autem notitiam quaſi quædam arbor huius cognationis hīc ſtatuitur, in qua eſt quaſi truncus baptizatus, & inde procedunt tres rami paternitatis reſpectu baptizati, ſiue compaternitatis



tatis ad inuicē: qui ſunt baptizans cum ſua vxore, genitores baptizati, tenentes ad baptiſmū cum ſuis vxoribus. & ab extremis eorū procedūt duo rami fraternitatis, id eſt, filiorū prædictorū, ſic: Inter has perſonas prohibetur matrimonium, nō autē inter alias: quia hæc cognatio nō habet gradus. & hoc edictū eſt prohibitorium: & cōſequenter omnes, qui nō excludūtur, admittuntur: nec egreditur perſonas expreſſas, quæ, vt patet in cap. j. eod. ti. lib. vj. ſunt iſtæ, Baptizatus & leuās: leuās & parētes leuati: leuatus & filij leuantis, etiā illegitimè nati, ſecundùm cōiter Docto. in d. c. Martinus. non autē adoptiui: leuatus & vxor prius cognita leuati: vxor priꝰ cognita leuātis, & parētes leuati: ita tamen, vt ibi patet, q̄ dicatur de baptizāte id, quod de leuante dictum eſt. ¶ Quintū. Et quod dictum eſt de vxore cognita, dicēdū eſt etiā de muliere cognita fornicariē, ita q̄ ad eam leuans aut baptizans transfundit iſtam ſpiritualem cognationem, ſecundùm S. Tho. & gloſſ. ſuper c. ſi quis ex vno coniugio. xxx. q. iiij. Et horum ratio eſt: quia per fornicarium coitum duorū ſit vna caro. Sed Richar. & Pet. de Pal. ſentiunt contrariū: & idem Archid. & Io. And. in c. j. eo. tit. lib. vj. in nouel. & Pan. in d. c. Martinus. & hoc ſequitur Sum. Ang. Ro. & Suppl. Sed omnes iſti falluntur ex conſideratione turpitudinis peccati, rationē legis non aſpicientes. Ratio enim quare vir in vxorē aut ecōtrario cognationē iſtam transfundat, eſt, quia ſunt per cōnubiū vna caro: vt patet per c. ſciſcitatur. xxx. q. iiij. & per c. Martinus. extrà eod. ſunt autē vna caro per connubiū, nō ratione vinculi, quod ſcilicet cōiungit animos: ſed ratione copulæ carnalis. Vnde glo. ſi in d. c. ſciſcitatur. & in d. c. Martinus. exponit per connubiū, id eſt, per carnalē copulā, alle gās c. Agathoſa. xxvij. q. ij. vbi hoc expreſſe patet in fi. vbi quædā gloſſula dicit ſuper verbo, copulatione cōiugij, id eſt, carnalis cōmiſtionis. quod etiā patet, quia in matrimonio non fit iſta transfuſio ſine copula. Quia igitur hæc ratio legis locū habet in coitu fornicario: quia qui adhæret meretrici, vnū corpus efficitur: oportet ibi etiā habere locum & legē: vt patet ex dictis ſ. Lex. §. xvij. & tanto magis quāto hæc ratio in lege ipſa expreſſa eſt, & non implicita. Et Inn. in c. Martinus. dicit q̄ canones vim conſtituunt in vnione carnali, quantū ad acquirendā ſpiritualē proximitatē. Sed ecōtra, inquit Pet. de Palu. qa cognatio ſpiritualis ortū habēs à ſpiritualibus, nō trāſfertur per vinculum carnale temporale, vt eſt in coitu fornicario. Sed dico hoc eſſe falſiſsimū, maximè q̄ ille tranſitus cauſatur ex volūtate eccleſiæ, vt hīc, etiā ſecūdū ipſum. Vnde nec matrimonium cauſat iſtum tranſitū ratione ſuæ ſpiritualitatis: ſed ratione carnalitatis, id eſt, copulæ: vt patet ex dictis. Cōtra enim, inquit Supplementū: primò, qa eſt mirabile dictu q̄ ex peccato abominabili oriatur ſpiritualis parentela, ſicut ex glacie calor. Sed dico q̄ iſte ſermo eſt rudis: qa ex non tali formaliter, ſit formaliter tale inſtrumentaliter: ſicut vinum frigidū recēs potatū calefacit motū ab anima: & corporalis ablutio abluit ſpiritualiter in baptiſmo virtute Spiritus ſancti: & coitus fornicarius inducit affinitatē voluntate eccleſiæ: & ſic in propoſito. Cōtra, inquit ſecundò, qa publica meretrix poſsibiliter eſſet ſpiritualis mater & cō mater omniū de ciuitate. Sed dico etiā hoc dictum eſſe rude: quia ſi hoc poteſt eſſe per ſe, pura ſi ipſa baptizet aut leuet omnes: qd mirū ſi ita poſsit eſſe per accidens, id eſt, ratione viri ſecū coeuntis. Cōtra, inquit tertiò, quia propter multas fornicationes multa eſſēt matrimonia illegitima. Sed dico etiam hoc nō eſſe mirum: quia vno incōueniēti dato plura cōtingūt, primo Phyſi. Alioquin idē argui poſſet de affinitate, quæ etiam per fornicationem inducitur. ¶ Sextum: Ponaꝫ vir cognita vxore leuet aliquē, puta Petrū. de ſacro fonte, ita q̄ vxor efficiatur mater ſpiritualis eius, & deinde mortuo viro vxor trāſiens ad ſecunda vota ex ſecūdo marito habeat filiam: vtrūmne illa filia poterit contrahere cum Petro? Et refert Gēmi. in c. j. de cognatione ſpirituali. lib. vj. domi. Anto. tenuiſſe q̄ poteſt: nec eſt eius frater ſpiritualis: quia non reperitur iure expreſſum. Sed ipſe Gemi. tenet contrariū: quia ſatis eſt iure expreſſum, ſaltē ſub regula generali, q̄ filij duorum compatrum, per quorū alterum deuentū eſt ad cōpaternitatem, cōtrahere nō poſſunt: vt extrà eodem, cap. j. Sed quia iſte caſus eſt dubius, ante factum tenendum eſt cum Geminia. quia tutius: ſed poſt, cum domino Ant. quia verius: cùm iam talis mulier deſierit eſſe vna caro cum eo, gratia cuius erat cōmater, & effecta ſit alia. ¶ Septimū. Licet is, qui aliquam baptizauit aut tenuit, cum illa cōtrahere nō poſsit, etiā ſi ſit laicus, vel in minoribus ordinibus, quia filia ſpiritualis eſt, extrà eod. nedum. lib. vj. ſimiliter nec baptizatus ducere poſsit filiam carnalē baptizantis vel tenentis: extrà eo. cap. fin. tamen pater ſpiritualis contrahere poteſt cum ſorore carnali filij ſpiritualis. xxx. quæſt. iij. c. illud etiam. & cum eius filia, & cūm eius vxore, & cum filia ſpirituali ſui filij carnalis. xxx. queſt. iij. illud. quia licet cognatio ſpiritualis à patre in filium tranſeat, nō tamē ecōuerſo. Vnde nō habet ramos vel gradus: nec tranſit ad nepotes aut perſonas nō expreſſas, vt dictū eſt. ¶ Octauum. Filij duorum compatrum poſſunt inuicē cōtrahere, ſiue ante ſiue poſt compaternitatem ſint geniti, excepta ea perſona ſola, per quam compaternitas contracta eſt, quę nūquam copulari poteſt alicui filiorum ſui patris ſpiritualis. xxx. q. iij. ſuper auibus. extrà eod. c. j. & c. ſuper eo. niſi cōſuetudo eccleſiæ ſcandalum generans aliter haberet: vt in d. c. j. quod nō ſolùm de conſuetudine eccleſiæ propriæ, ſed etiam eccleſiæ metropolitanæ, vel aliarū circūm poſitarum intelligendū eſt, ſecundū Rich. vt in d. c. ſuper eo. Et multo minus copulari poſſunt ſi cognatio iſta contracta eſt per vtrunque: vt quia pater carnalis tenet filium patris ſpiritualis, qui priꝰ tenuerat ſuū: quod fieri licitè poteſt, vt no. Pap. or. in c. ſuper eo. eod. tit. Et ſic c. poſt ſuſceptum. xxx. quæſt. iij. quod dicit filios compatris & cōmatris nō poſſe cōiungi, quantum ad hoc abrogatū eſt. ¶ Nonum. Spirituales filij contrahere poſſunt inuicē, & etiā cum adoptiuis: vt not. in c. vnico. de cogna. lega. ¶ Decimū. Secundū Aſten. lib. viij. tit. xviij. inter patrem & matrē ſpiritualē nulla ſpiritualis cognatio cōtrahitur. Vnde & ſecundū Inn. vir & mulier, qui ſimul vnum filium leuauerūt, poſſunt ſimul contrahere. & facit tex. cum glo. xxx. quæſt. iiij. c. fin. Et ſic patet, q̄ vir & vxor poſſunt ſimul vnum leuare: licet nō ſit honeſtū. Et ſi leuēt ſimul, contrahunt duplicem cognationem, vnā directam per actum propriū, & aliam indirectā per actum alterius: quod nō magis incōueniet, quàm quòd aliqua mulier alicui ſimul ſit conſanguinea & affinis. ¶ Vndecimū. Si plures teneant vnū in baptiſmo vel confirmatione, hoc quidem eſt prohibitum. de cōſe. diſt. iiij. nō plures. & peccant, niſi excuſet patriæ cōſuetudo, ſecundū Ioan. And. & Archi. in c. quāuis. de cogna. ſpi. lib. vj. vel niſi interueniat diſpenſatio epiſcopi, qui hoc poteſt, ſecūdū do. Io. Ant. de ſan. Geor. & gl. in d. c. quāuis. tamen cum omnibus contrahitur cognatio ſpiritualis, vt in d. c. quanuis. ſ. à leuato & genitoribus eius, & baptizante. vel cōfirmante: licet iſti leuantes illam inter ſe non cōtrahant, ſecundùm Inno. & Hoſt. vt etiam dictum eſt partic. priore. ¶ Duodecimum.

Si non

Si non baptizatus baptizet aut teneat. Sum. Ange. & Ros. post gloss. in c. in baptismate. de conse. dist. iiij. distin guit, quòd si leuet, nõ cõtrahit spiritualẽ cognationẽ: quia cùm nõ possit esse pater susceptus, per d. in c. in baptismate. non erit cõpater: quã tamen cõtrahit, si baptizet: quia est pater baptizati: & cõsequẽter est cõpater. Sed ista sunt friuola, & contra Rich. Pe. & S. Tho. dicentes, q̃ siue leuet, siue baptizet, nullam cõtrahit huiusmodi cognationẽ, & contra apertam rationẽ: quia sicut nõ potest esse carnalis cognatus, qui non dũ est carnaliter natus ad vitam carnalem: ita nec potest etiã cognatus spiritualis, qui ad spiritualem vitam per baptismũ non est regeneratus. Quod voluit dicere S. Tho: cùm dicit, quia talis est expers vitæ spiritualis. Si tamẽ baptizatus teneat filiũ nõ baptizati, puta Iudæi, secundũ Archid. & glo. in c. j. xxx. q. j. cõtrahat cõpaternitatem. Vnde baptizans cõtrahere nõ potest cum patre baptizati, si cõuertatur ad fidem: & similiter secundũ Archid. si alter cõiugum est baptizatus per eum, nõ transit cognatio ad reliquum. Et idem S. Tho. De hæreticis autẽ videtur idem dicendũ quòd de fidelibus & malis: quia cùm sint baptizati, cum eis eodẽ modo cõtrahitur. Baptizatus etiam nõ confirmatus tenens in cõfirmatione, nõ contrahit cõpaternitatem secundũ Sum. Ang. attribuẽtem etiam Hostien. Pet. & S. Tho. Sed contrarium tenuit Sum. Rosel. & verius: quia baptizatus est capax: & ibi verè percipitur sacramẽtum. nec S. Tho. contrarium dicit. ¶ Tertiumdecimum. Qui leuando puerum tangit quidẽ, sed nõ respondet, ne efficiatur patrinus: secundùm Roden. nihilominus efficitur patrinus, & cõtrahit spiritualẽ cognationẽ: quia responsio nõ est de substantia, sed tactus seu tentio vel leuatio. Et ita tenet Archi. & cõiter Summistæ, maximè Pisa. & hoc si intẽdit agere vt verus patrinus, *id est*, quod agit patrinus, etiã si nõ intẽdat esse cõpater. Et per hoc respondetur ad argumentũ in hoc faciens dubium: quia scilicet in talibus requiritur intentio: quod videtur voluisse Panor. in c. ij. extrà eo. & verũ non est in baptizante: vt dicit esse casum extrà eo. in c. fi. vbi baptizans nõ intẽdebat contrahere istam cõpaternitatem, quã tamen cõtraxit: est tamen verũ in tenente: sed sufficit, q̃ intẽdat facere quod facit patrinus. Nec obst. l. consensu. & l. in omnibus negotijs ff. de actioni. & obligationi. quia habẽt veritatẽ, quando nihil voluntariè fit: hîc autẽ licet iste nolit esse compater, tamẽ vult baptizare vel tenere: & cõsequenter est cõpater: quia volẽs principale, necessariò vult accessoriũ, scilicet per accidẽs: vt in l. si is qui. ff. cõmo. Si verò e contrario respondeat, sed nõ tãgat, sed tangere fingat puerũ, secundùm Veruec. nõ efficitur patrinus in baptismo vel confirmatione. & idem Io. And. in regula, qui per aliũ. in vj. & idem Archid. in c. j. eod. tit. lib. vj. & facit c. de his. & c. ad limina. & c. omnes. & c. primũ. xxx. q. j. Si verò tãgat linteum solũ, secundũ Archi. in c. quãuis. eo. tit. lib. vj. nihilominus efficitur cõpater. & idem Hug. & Io. And. in linteo tenetur puer dum baptizatur. & Gem. in d. c. quãuis. & Dire. addens, q̃ si multi tenent linteum circunquaq;, & puer in medio ponitur, suscipiunt eum in linteo, & sufficit. Et hoc tene: quia sufficit q̃ teneãt puerum, si sacerdos nõ tenet: vel si tenet, vt dum baptizat immergẽdo, tãgat immediatè vel mediatè sibi annexo indumento: nec Pet de Pal. dicit oppositũ, vt imponit illi Summa Ang. sed dicit idẽ. ¶ Quartumdecimum. Per procuratorem contrahi potest compaternitas, secundũ Mar. & Cardi. vt recitat Panor. in c. veniens extrà eod. quia regulariter omnis actus explicari nõ potest per procuratorẽ, nisi expressè prohibeatur à iure: vt l. j. §. vsus. ff. de procu. & in regula, potest quis. de regu. iur. in vj. Sed Io. And. in d. regula, potest quis. in mercu. tenet cõtrariũ, & principale suũ fundamentũ est super c. de his. & c. ad limina. xxx. q. j. vbi videtur requiri actus corporalis. & idem Archi. in c. j. eo. tit. lib. vj. & idẽ Bald. in l. post mortẽ. ff. de adop. vbi absens nõ arrogat, vel adoptat, vel facit huiusmodi solẽnitates. & idẽ Bart. in l. Gallus. §. forsitã. ff. de liber. & posthu. Pan. autẽ in c. veniens. eo. tit. dicit præceptorẽ suũ Card. tenuisse opinionẽ Mar. & ad iura allegata in contrariũ dicit, q̃ loquũtur quando quis per se vult istam cognationẽ cõtrahere. quo casu requiritur tact⁹ tẽpore sacramẽti. Sum. Ang. cum Panor. dicit ante cõtractũ matrimonij tenendum esse quòd ibi fit cognatio spiritualis: post contractum verò tenendum est contrariũ. Sed quia hoc est nõ determinare veritatẽ: ideo dic, q̃ ibi non est dicta cognatio: per rationem quæ tãgitur §. Adoptio. §. ij. Et quod videtur cõtrà de proc. c. fi. lib. vj. vbi per procuratorẽ cum spirituali mandato matrimoniũ cõtrahitur, soluitur secundũ Archi. per id quod not. in c. aqua. de consec. ecc. vbi episcopus cõmittere non potest recõciliationẽ ecclesiæ simplici sacerdoti: & sic quod personæ cohæret, nõ potest per aliũ adimpleri, arg. c. fin. de offi. dele. expressio autẽ cõsensus, per quẽ matrimoniũ cõtrahitur, bene potest fieri per allum. d. c. fi. de procurat. ¶ Quintumdecimũ. Ipse autẽ procurator in prædicto casu contrahit compaternitatem, secũdùm Io. And. vbi s. quia licet nõ intẽderet obligari, tamẽ re ipsa interuenit: ideoq; etiã extra id, quod agitur, nascitur obligatio: vt l. si is qui. ff. cõmo. Sed Fed. consil. xv. tenuit cõtrarium: quod Pan. verius putat in d. c. vlt. Sum. autẽ Angel. iterum cõcordat per ante & post factũ. Sed dicendum est, quòd *ibi non est* cõpaternitas: quia vbi non est cõsensus, nõ nascitur obligatio. l. in omnibus. & l. cõsensu. ff. de acti. & obli. & si interuenit re ipsa, hoc tamen nõ fuit nomine proprio: & cõsequẽter nec principale nec accessoriũ voluit. Iura autem quæ allegat Io. And. probant quòd sæpe aliquid inducitur extra id quo intẽditur, sed loquuntur quando quis habebat animũ obligãdi se, & sic nõ deficiebat animus, sed error in materia, hîc autẽ deficit intẽtio. & facit quod not. Pet. de Anc. dicens q̃ tenẽs filium vnius, quem credebat filiũ alterius, cum quo intẽdebat contrahere cõpaternitatem, nõ contrahit cõpaternitatẽ. ¶ Decimumsextũ. Vniuersitas cõpaternitatẽ per procuratorem cõtrahere non potest, secũdũ Fed. d. consi. xv. vt refert Panor. vbi suprà, quia non habet animã, *id est*, nõ est baptizata, & cõsequẽter nõ est capax *illius cognationis*. pro quo facit c. Romana. §. vniuersitatẽ. & c. si sentẽtia. de sen. excõ. lib. vj. Sed Panor. credit posse attẽtari vt ipsi cõstituentes syndicum efficiãtur cõpatres, quia dispositio cõcepta in vniuersitate, resoluitur vt cõcernat singulos de ipsa, si actus nõ cadit *in vniuersitatẽ*, vt res nõ careat effectu. & *iste est text. notabilis*, qui facit ad multa in d. c. fi sententia. & c. nouerit. & c. grauem. de sent. excõ. vbi excõmunicãtur singuli statuẽtes cõtra libertatẽ ecclesiasticam, licet statuãt nomine vniuersitatis. Sum. autẽ Ang. distinguit rursus per ante & post factum. Sed tu dic iuxta prædicta, q̃ fieri nõ potest nec per procuratorẽ, nec per syndicum, nec per nũtiũ: vt communiter tenẽt Canonistæ. Et licet cõsuetudo sit in cõtrariũ, tamẽ hoc nihil est quantũ ad ipsam spiritualẽ cognationem, licet hoc valeat quantum ad quandã effigiem cõpaternitatis, & cõtractũ amicitiæ. ¶ Decimumseptimum. Si baptizatus in necessitate per laicum vel mulierẽ, vel quicunq; alius iteratò sciẽter ve lignorãter baptizetur, nulla

spiritualis cognatio in secunda baptizatione cõtrahitur: quia nec sacramẽtũ iteratur in se, secundũ Archi. in c. presbyteri. §. quod verò. distĩ. lxvij. licet dicatur iterari ꝓpter iteratã verborũ solẽnitatẽ, vel ablutionis aut vnctiõis exterioris. Tenuit tamẽ Tanc. vt recitat gl. in d. §. quod verò. q̃ si qs millies ordinetur presbyter, tot presbyterales ordines. i. characteres recipit: & idẽ dicit de baptismo: aliter nõ fieret iniuria sacramẽto: vt de cõsec. dist. iiij. oste̅ditur. nec diceretur quis bis baptizari: vt de cõse. dist. iiij. q. bis. & c. eos. Item quoties accedit verbũ ad elemẽtũ, fit sacramentũ. j. q. j. de trahe. & idẽ videtur tenere gl. in c. ij. de apost. *Sed* Pan. ibi dicit Gofr. tenere, q̃ nõ imprimitur alius character, & idẽ gl. in d. §. quod verò. Sacramẽto aũt fit iniuria nõ in se, sed quantũ est ex parte iterãtis: nec iteratur in se, sed in aliquo sui: & accedẽre verbo ad elemẽtum, fit sacramentũ, nisi iam fit factũ. ¶ Decimũoctauum. *Leuantes* chrisma post cõfirmationẽ, spirituale cognationem nõ contrahunt: q̃a nõ interfuerunt in actu confirmationis, nec leuarũt. ¶ Decimumnonũ. Possibile est aliquẽ successiuè duas habere cõmatres in vxores: vt patet ex dictis. Nã si prima tua vxor tenuit filiũ alterius antequã esset cognita à te, ea mortua illã aliã poteris habere: nõ autem si tenuisset post quam fuit cognita à te: q̃a es cõpater illius alterius. Si etiã aliqua mulier tenuit filiũ vxoris tuę ex alio viro, illa mulier est cõmater vxoris tuę, sed nõ tua: siue tenuerit antequã inter vos esset carnalis copula, siue post, ideoq; potes illã habere. Similiter si quis susceperit filium tuũ, quem de alia habuisti, est cõpater tu⁹, nõ vxoris tuæ: vnde te mortuo vxor tua poterit illũ habere. Et ratio omniũ horũ est cõmunicatio actionũ, nõ passionũ. de qua §. partic. iij. vnde versus: Quę mihi, vel cui⁹ mea natũ fonte leuauit, Hæc mea cõmater, fieri mea nõ valet vxor. Si qua meę natum, non ex me, fonte leuauit, Hanc post facta meæ nõ ide vetabor habere. Ambos cõpatres facit actio, passio nunquã. ¶ Vicesimum. Quæ dicta sunt de tenente ad baptismũ erga legatũ & parẽtes eius quo ad cognationem spiritualẽ, intellige etiam de baptizãte: & quæ dicta sunt de baptismo quo ad baptizantẽ & tenentẽ quantũ ad cognationẽ, intellige etiã de cõfirmãte, & ad cõfirmationem tenentẽ. ¶ Octauò quæritur,* quid iuris de impedimento cognationis legalis? Et dico multa. ¶ Primum. Cognatio legalis secundũ S. Th. in iiij. distĩ. xlij. est quædam proximitas proueniens ex adoptione: intellige perfecta, quę est arrogatio: & imperfecta, quæ est simplex adoptio. de qua §. Adoptio. Intellige etiã, q̃ vigorem habet ista cognatio ab institutione ecclesiæ, & nõ à lege ciuili solùm, quæ nõ sufficeret, vt dicit. Eius aũt effectus est impedire matrimoniũ simpliciter, vel ad tẽpus, secũdũ oẽs, & etiam dirimere, secundũ communiorẽ opinionẽ, quæ est S. Th. Richa. Io. de Lig. Panor. & glo in c. vnico. de cog. leg. vbi dicitur, q̃ adoptione durãte nuptiæ cõsistere nõ possunt. & facit c. j. & c. per adoptionem. xxx. q. iij. licet Io. Andr. & *Spec.* teneant, q̃ impediat solùm. Ratio autem huiusmodi prohibitionis secundũ S. Tho. *fuit* cohabitatio, quę solet esse inter tales: quia lex diuina præcipuè illas personas à matrimonio, quod cõcupiscentiã reprimit, exclusit: secũdùm Rabbi Mo. quas necesse erat cohabitare, ne si ad eas liceret copula, facilis pateret aditus cõcupiscentiæ. ¶ Secũdùm. Huius cognationis secundũ S. T. & alios Doct. tres sunt species. Prima est quasi ascendentiũ & descendẽtium inter adoptantẽ patrẽ, & filium, vel filiã, nepotẽ, & neptẽ, & huiusmodi adoptatos. Adoptato enim patre, secũdũ S. Th. adoptãtur & *filij* & nepotes, qui sunt in potestate adoptati, quæ indistinctè impedit in perpetuũ, secundũ Pe. de Pal. etiã soluta adoptione: quia adoptãs cõtrahere nõ potest cũ filia adoptata; aut nepte, & huiusmodi. xxx. q. iij. ita diligere. etiã post emancipationẽ. Insti. de nup. §. ergo. Inter adoptantẽ tñ, & patrẽ vel matrẽ adoptati nulla contrahitur cognatio, secundũ S. T. & Petr. Secũda est quasi collateraliũ inter adoptãtis filiũ naturalẽ & adoptiuũ, q̃ impedit quãdiu durat adoptio, siue sunt ī potestate patris eiusdẽ: qua soluta per mortẽ patris vel emancipationẽ filij naturalis vel adoptiui nõ impedit. extrà eo. c. vnico. l. qui in adoptionẽ. ff. de adop. Itẽ inter filios filiorũ adoptiuorũ. Inst. de nup. §. inter eas quoq;. quod limitat Sũ. Ang. si eorũ patres sunt arrogati. Sed meli⁹ est verũ simpliciter, vt j. part. iiij. Vnde qui vult naturalẽ filiũ tradere filię adoptiuæ, emãcipet illũ vel illã. xxx. q. iij. per adoptionẽ. & q̃ vult adoptare generũ, emãcipet filiã. Inst. de nup. §. Iteras quoq;. & d. c. per adoptionẽ. Tertia est quasi legalis affinitas inter patrẽ adoptantẽ & vxorẽ filij adoptiui, & iter filium adoptiuũ & vxorem patris adoptãtis. & hæc etiam impedit perpetuò, etiã post emãcipationẽ. ff. de ritu nup. l. adoptiuus. & similiter post mortẽ patris, vt ibi, & si ante mortẽ fuisset emãcipatus. ¶ Tertiũ. Ad horũ intelligentiã hîc arborẽ cognationis huius statuo, cuius truncus vel radix aut centrũ est adoptãs cũ suo cõiuge, siue sit masculus, siue fœmina, ex quo procedũt quasi ī formam circuli quatuor rami, quorũ duo adcentrũ cõparantur in ratione descendẽtium vel quasi, sed adinuicẽ in ratione lateraliũ, scilicet filiorũ naturaliũ & adoptiuorũ. tertius verò, scilicet filiorũ adoptati, in ratione descẽdẽtiũ quo ad centrũ, sed in ratione collateraliũ quo ad filios naturales. quart⁹ verò in ratione affinitatis quo ad centrum: licet in istis requiratur aliqua limitatio, vt j. eo. §. per totũ. quæ omnia patent in hac figura. ¶ Quartũ. Filius adoptatus, qui non transit in potestatẽ patris adoptãtis, cõtrahere posset cum filia naturali & legitima patris adoptãtis, quę est in ei⁹ potestate, secũdũ Hug. xxx. q. iij. in prin. & idẽ videtur sentire Ian. secũdũ Pan. in d. c. vnico. & glos. in d. q. iij. §. quod autẽ. arrogatio verò hoc impedit, cũ durat solùm. Sed Panor. vbi suprà dicit, q̃ cõmuniter Doct. & *Spec.* tenent, q̃ non potest, quanquã nõ transeat in potestatẽ adoptantis: quia per adoptionẽ acquirũtur quædã iura, quæ per emãcipationẽ dissoluuntur. l. pen. C. de adopt. sicut adoptiuo tali datur successio ab intestato, quæ nõ datur emãcipato, vt ibi: & ius canonicũ indistinctè tenet, & loquitur de apoptato. s. in genere, & nõ distinguendo de arrogato, & similiter adoptato. Et ex his infert Sum. Ang. q̃ etiam filius illegitimus, qui nõ est in potestate patris, cõtrahere nõ potest cũ filia adoptiua patris. de quo j. partic. viij. Sed opi. j. scilicet Hug. & glo. est vera secundùm mentẽ Sancti Tho. & Pet. de Pal. & cõmuniter Theologorũ: quia licet p adoptionem acquirãtur aliqua iura, illa tamen non sunt ratio prohibitionis matrimonij. Licet etiã ius canonicũ nõ distinguat, distinguit tamẽ ratio iuris, quæ est cohabitatio. ¶ Quintũ. Filius naturalis arrogantis cõtrahere potest cũ filia filiæ arrogatæ secũdũ Aften. quia cũ mulier neminẽ habeat in sua potestate, filia arrogatę mulieris transire nõ potest in potestatẽ arrogãtis matrem, ideoq; nulla cognatio orta est inter arrogãtem & filiã arrogatæ. ff. de adopt. l. si pater. Non posset tamẽ talis filius naturalis cõtrahere cũ filia viri arrogati à suo patre, si habeat eã in sua potestate quando fuit arrogatus. & idem Host. ¶ Sextum. Filij adoptiui inter se possunt cõtrahere secũdũ Aften. & Veruec. sicut notat Hug. xxx. q. iij. ita sicut etiã & spirituales



filij alicuius possunt inter se contrahere: & etiam spirituales cum adoptiuis:per gl.in d.c.vnico.quia hoc non inuenitur prohibitū.quod etiā idistinctè videtur tenere Ber. Sed Host.distinguit inter arrogatos & adoptatos:quia inter omnes existētes in potestate alicuius adoptātis nuptię prohibentur vsq; ad gradū per legē prohibitum. Vñ inter duos arrogatos ab eodē cōtrahi non potest:sed īter duos adoptatos potest.Primum autem sequitur Arch.& est verius:quia vt innuit Sā.Tho.non est minor,sed maior cognatio inter filios spirituales, qui contrahere pñt, quàm inter adoptiuos. ¶ Septimum. Si adoptiuus durante adoptione cōtrahat de facto cum filia legitima adoptātis:quidam dicunt,ꝙ matrimoniū non dissoluetur,eo ꝙ impedimentum sit temporale,vt not.glo.in d.c.vnico.cuius opinionis est Inno.vt refert Panor ibi,sed contrarium tenet, quam etiam dicit cōmunem,& idem Spe. quia licet illud impedimentum sit temporale secundùm se, inducit tamē perpetuum effectum.& ponit exemplū in gl.ibi, quia aliquis hodie cum ista coniugata cōtrahere non potest,cum qua mortuo viro poterit die crastina cōtrahere.¶ Octauū.Filius adoptiuus secūdùm Pā. vbi suprà,cōtrahere nō potest cū filia illegitima patris adoptiui:vt quēadmodum filius illegitimus non pōt contrahere cum sorore carnali illegitima vel alia cōsanguinea:ita nec cū filia adoptiua, sicut etiam nec cum spirituali.Et hoc sequitur Sum.Ang. dicens,ꝙ illegitimus filius,etiā si non sit in potestate patris,cōtrahere non pōt cum filia adoptiua.Sed Sum.Ros. innititur Asten.& tenet contrariū: quia filius illegitimus nō est in potestate patris.Et hæc opinio tenēda est contra Ang.& Pan.sicut tenet Host.Inno.& gl.in c.vnico. de cogna.leg.& Verucc.& Richar.& Io.de Plat.& Angel. Are. & Asten.& Archi.tertia parte,tit.j c.xiij. & Pisa. Non potest tamen filius illegitimus cōtrahere cum filia spirituali sui patris,secūdùm Rich.& Astē.quia hic maior est vis.

¶ Nonò quæritur,* quid iuris de impedimento criminis impedientis & dirimētis? Et dico,ꝙ cùm illa crimina sint tria,scilicet adulterium cum homicidio: adulterium cum fide data de contrahendo:& cōtractus de præsenti cum secundo coniuge viuente primo:vt patet per Sanct.Tho.in iiij.distin.xxxv.& distin.xxxij.q.ij.arti.ij.circa hoc dicenda sunt multa. ¶ Primum. Crimē primum est adulterium cum homicidio effectualiter machinato,secundùm Sanc. Tho.vt si vir occidit virum eius cum qua adulteratur, vel propriam vxorem,vt habeat adulterā, vel ecōtrariò,vxor occidit vxorem eius cum quo adulteratur, vel propriū virum,vt adulterum habeat.Hoc autem quidam,vt Innocē. & Host.intelligunt si sequatur homicidium,licet adulterium non præcesserit.extrà,de conuer.infid.c. laudabilē. vbi nihil dicitur de adulterina pollutione.quidā verò, vt Gof.dicunt necessariò requiri pollutionem.Sā.Th.verò in locis suprà dictis aliquando innuit,quòd sic,aliquādo quòd nō:sed veritas est,ꝙ si ambo adulteri machinati sūt in mortē,sufficit mors sine adulterio: sicut de facto fuit in casu dicti capitis,laudabilem.etiam si alter machinantium sit infidelis:nihilominus dirimetur, si conuertaī, vt ibidem,etiam si eo animo factum est vt conuerteretur:secundùm Rich.Si verò alter tantùm machinatus est:tūc ad dirimendum requiritur pollutio:vt not.Ioan.Andr. & sequitur Panor.in c.super hoc.eod.tit.Si verò homicidium non interuenit actu,nō sufficit adulterium solum:vt not. Ioan.And.ibidem.& est tex.in c.significasti. de eo qui duxit in matrim.¶ Secūdum.Si verò interfecit quidem alterum,sed non ea intentione vt alterū haberet in coniugē, sed ob aliam causam,puta in bello,vel casu,aut odio:istud non erit impedimentum,secundùm Bern.& Hostiē.in d. c.super eo.& in d.c.laudabilem.vnde dicit Sanct.Tho.in iiij.vbi suprà.j.distin.xxxvij. quòd vxoricidium aliquando impedit,& non dirimit:vt quando vir vxorem occidit pro

propter adulterium vel odium:quandoque verò etiā dirimit: vt cùm occidit,vt ducat eam cū qua mœchatur: quia tunc efficitur persona simpliciter illegitima ad contrahēdum cū illa:nō autē respectu aliarū mulierū. ¶ Tertiū. Si homicidium mādauit vel consuluit: dic per omnia vt s̄.secūdùm Veruec.& Hug. ita quòd idē est ac si interfecisset. Si verò nihil horū fecit, sed ratum habuit: dicēdum est ꝙ si nihil operatus est vt occideretur, ratihabitio nō inducit hoc impedimentum:siue sit factum homicidium nomine suo,siue non,secundùm glo.in c.si quis viuēte.xxxj.q.j.& gl.in c.j.de conuersi.infi.& Vincen.& Io. And. & Laud.& Bar.& Pan.in d.c.j. licet aliàs in maleficijs ratihabitio retro trahatur,& cōparetur mādato. ¶ Quartū.Secundū crimē est,quādo viuēte cōiuge de facto cōtrahitur cū alio:& tertiū est si nō cōtrahitur de facto,sed tamē datur fides de cōtrahēdo,vel iuramentū: vt extrà,de eo qui dux.in ma.c. si.& xxxj.q.j.relatū.Sed ad hoc ꝙ istorū duorū criminum quodlibet matrimoniū dirimat,reqritur primò,ꝙ vterq; sciat impedimentum,secundū S.Tho.id est,quilibet eorū sciat reliquū habere coniugē:quia alter si ignorat,poterit esse matrimonium inter eos post mortē coniugis:vt est casus in c.j.eo.tit.quod Pā.limitat si superinducta fuit ignorās toto tēpore vitę vxoris:aliàs si de hoc certiorata coëat dirimetur.d.c.fin. & dicitur ignorans quandiu nō habuit certitudinem vel probabilem opinionē:vt in c.inquisitioni.de senten.excom.Secundò requiritur quòd interuenerit contractus per verba de pręsenti,vel sit data fides de cōtrahendo,vel iuramētum:aliter nō impediret,etiam si interuenisset copula:vt dictum est s̄.particul.prima.Quæ fides,secundū aliquos,vt recitat Richa.in quarto,dist.xxxv. nō est nuda pmissio,quæ,vt dicūt,nō impediret: sed ipse dicit se credere ꝙ ex nuda promissiōe oriatur hoc impedimentum.& hoc tene:quia secundùm vsum communem loquēdi dat fidē qui spondet vel promittit.nec differt dicere,promitto,& do fidē: cùm secūdū nihil realiter addat primo.Vnde qui promiserūt,consueuerūt dicere se fidem dedisse.Ista autē promissio est despōsatio de futuro.Tertiò requiritur secūdùm S. Tho. quòd in vtroque crimine interuenerit carnalis pollutio, scilicet ante vel post cōtractum,aut fidem datam:quia nec adulterium sine vllo illorum,nec vnum vel vtrunq; illorum sine adulterio dirimeret:vt in d.c.significasti. & xxxj.q.j.c.j. Quartò requiritur secundùm S.Tho.quòd primum matrimoniū fuerit validum: alioquin non impediet etiam cum pollutione: vt in d.c.significasti.Sufficit etiam si primum fuit ratum, id est, per verba de præsenti contractum, licet nō consummatū: etiam si esset separatum quo ad thorū: vt in c.significauit. & in c.literarum.eo.titu.¶ Quintum.Si quis viuēte vxore dedit fidem alteri secundæ, sine copula tamē,& deinde mortua vxore accepit tertiā,qua viuente cognoscit secūdam,cui primò dederat fidem,secundùm Ioan.And.in c.si quis.eo.titu. non poterit mortua tertia habere secundam: quia verum est dicere quòd fidem dedit & cognouit stāte legitimo matrimonio, scilicet primo vel secūdo quod fuit cum tertia: nec matrimonium intermediū remoueret impedimentū. facit l.singularia.ff.si cer.pet.& in c.in scripturis.viij.q.j.Sed Gaspar Cald.tenet cōtrarium. & sequitur Panor.in dicto c.si quis. quia cōtrahendo cum secunda videtur recessisse à data fide:& cōsequenter nunc reperitur adulterium solum,quod nō impedit:vt in d.c.significasti. Summa autem Ang.distinguit per ante & post factum:sed tu indistinctè tene opinionem secūdam cum Ros.quia iura hoc impedimētum induxerunt,ne spe contrahendi se-

queretur machinatio in mortem.quod hic cessat.Et mortua secūda poterit contrahere cū tertia,non obstante adulterio solo immediatè remanēte.per c.significasti.cū alijs. de eo qui du.in ma.quā pol.per ad.& ita tenuit Io.de Lig. in c.si quis.eod.ti.¶ Sextum.Si vxoratus det fidem Bertę, quòd si cōsentiat, post mortem vxoris accipiet illā,quam Blancha cōsanguinea ipsius Bertæ cōsulet:& Blancha cōsuluit quòd accipiet Bertam: secūdùm Asten.distinguendū est.Nam si Berta,aut is qui dedit fidē, probabiliter credebat quòd cōsuleret de Berta:non poterit esse matrimonium:quia est in fraudē.Si verò ille aut illa hoc nō existimabat,poterit habere Bertam.Et intellige si nō existimabāt ambo:qa vno solo existimante dirimitur,si ambo sciebant impedimētum.¶ Septimum.Si quis verò viuēte vxore de facto cōtrahit cū alia secūda, intellige sine coitu: & mortua vxore cōtrahat cū tertia: secundùm glo.à Docto. communiter probatam in c.j.eodem titu. poterit stare cū tertia,si cōtraxit cum ea,antequam expresse vel tacitè cōsentiret cum secūda: quia matrimonium illud nullū erat, etiā si illa fuisset ignorans viuēte prima.antè tamen,quàm contrahat cum tertia, compellendus esset cōtrahere cum secūda, si illa ignorauit illum habuisse vxorem: ipsa verò nō est compellēda. & idem Hostien. ¶ Octauum. Si quis autem viuente vxore contraxit de facto cum secūda adultera,cum qua scilicet polluitur,distinguēdum est,vt patet ex dictis. Nam si illa sciuit quòd habebat aliam quādo eā duxit,vel alio tempore,non poterit esse in isto matrimoniū.Sed si vsque ad mortē primæ hoc nesciuit,& ea mortua hoc scit:in potestate ignorātis est ratificare matrimonium,aut diuortium petere:extrà eodem. capite j.& c.veniens.nisi prima viuente facta sit cōscia, & consenserit in copulam: quia matrimoniū perpetuò impediretur. ar.de. præscrip.c.si.in fin.& c.penul.in fi. xxxiiij.q. ij.si virgo.de secū.nupt. dominus. vel nisi mortua prima postea quàm sensit, consenserit in copulam: quia diuortium petere nō poterit.arg.de cōiuga.ser.c.proposuit.& c.fin.Et si in casu quo ista adultera cōtraxit ignoranter,mortua prima contrahat cum tertia,secūdùm Hosti. & Gofre.manebit cum tertia,etiam si postea cognoscat secūdam:vt dicto cap. veniens.quia prima viuente consensus habitus cum secūda fuit nullus: & consequenter nō impediuit matrimonium cum tertia. Et si secūdam cognouit antequam duceret tertiam,nihilominus stabit cum tertia,secūdùm Hosti.argu. de cōiug.ser.proposuit.& c.fi.& c.bonæ memoriæ.de electio.Et si secūda agat contra eum,& durante iudicio contrahit cum alia,secūdū Asten.tertia erit vxor: quia secūda nō cēsetur vxor,nisi ex nouo cōsensu.d.c.veniēs.¶ Nonū. Et si priore vxore viuēte quis contraxerit & concubuerit cum pluribus inscijs: secūdum Hostiē. locus est gratificationi, quia quācūq; certificatam de morte prioris primò cognouerit,post mortē legitimę illam tenebit.d.c.veniēs. & idem Dir.Dicitur autem inscia siue ignorās, secundùm Hostiē.quādo habet iustam causam ignorādi, vt quia vir de remotis adueniēs asserebat se vxorem non habere, de spon.cùm in apostolica.& filij interim nati sunt legitimi, si secundū matrimoniū cōtractū fuit in faciē ecclesię,non autē si clā.Adulterium enim nō committitur sine dolo.ff. ad l.Iuliam de adulte.l.penul.xxxiij.q.ij.in lectum. ¶ Decimum. Si autem habens vxorem adulteretur cū Berta,& dicat,Si vxorem nō haberem,acciperē te:& postea interficit vxorem,nō tamen eo proposito vt Bertam acciperet, dicit Gas.Cald. & recitat do. Ant.de sanct. Geor.in dicto c.super hoc.quòd poterit Bertam accipere in vxorē; quia hic

hîc nõ est fidei datio per verba præmissa: nec homicidiũ est factũ eo ꝓposito, nec adulterium cũ dicta machinatione. Cardi. autẽ hoc reprobat, dicens quòd non tenetur matrimoniũ: quia quando adulterium interuenit, nõ attẽditur an machinatio interuenerit ex proposito habẽdi eam nécne. Sum. autem Aug. distinguit per ante & post factũ. Sed tu dic ꝙ prima opinio simpliciter est vera, & secundũ mentem San. Thomæ: nec est hîc aliquod trium prædictorum criminum, vt patet. ¶ Decimò quæritur,* quid iuris de impedimẽto disparitatis cultus: puta cùm fidelis contrahit cum infideli, puta Iudæo vel Pagano? Et dico multa. ¶ Primum. Inter infideles potest esse matrimonium: vt patet in c. gaudemus. de diuor. etiam si sint dispares cultu: ni si prohibeatur aliquo iure positiuo, secundùm Archi. post S. Tho. vt Saraceni cum Tartaris. quod S. Tho. intelligit secundùm quod matrimonium est in officium, non secundùm quod est sacramentum: vel secundùm quod est ordinatũ ad prolem secundùm perfectionem naturæ, nõ autẽ secundùm perfectionem gratiæ. vnde est quidẽ inter eos matrimonium, sed nõ est perfectum. ¶ Secundum. Matrimonium infidelium est nullũ, si cõtractum sit cõtra legem Dei, id est, in gradibus prohibitis Leui. xviij. vel contra legem naturæ, secundùm S. Tho. & omnes: similiter si sit cõtra aliquod eorum statutum matrimoniũ annullans: quia secudũ Petrum in iij. dist. lix. licet talia statuta nihil possint contra matrimonium, vt est sacramentũ: secus inquantum est fœdus humanum: & cõcordat mens S. Tho. Vnde si tales conuerterẽtur, oporteret eos de nouo cõtrahere. ¶ Tertium. Nullus etiam fidelis, id est baptizatus, contrahere potest cum infideli, id est, non baptizato, puta Iudæo vel Pagano, vel etiam catechumeno credente omnes articulos fidei: alioquin matrimoniũ nullum est. xxviij. q. iij. §. ex his. & quæst. j. caue. & c. cùm non oportet. Ex magna tamen causa potest papa in hoc dispensare, secundùm Gaspa. quia hęc prohibitio est iuris positiui: licet Card. teneat oppositum. Sponsalia verò sub conditione si cõuertãtur, bene valent secundùm omnes: vt dicto c. caue. & seq. Similiter tenẽt matrimoniũ cum hæretico vel schismatico baptizato, secũdùm communiter Doct. licet peccet contrahens cum tali. Vnde S. Tho. dicit quòd hoc impedimentũ nõ dicitur disparitatis fidei, sed cultus, qui scilicet respicit exterius seruitium. Vnde requiritur paritas quãtum ad fidei sacramentum, id est, baptismum. Vnde etiam secundũ Ray. si alter cõiugũ labatur in infidelitatem, reliquus contrahere nõ potest, siue interuenerit copula siue non: quia in vtroq; casu fidelis tenetur cõtinere: ar. in c. quæsuit. de diuor. & in c. quanto. eodem. ¶ Quartum. Actus matrimonialis in infidelibus excusatur, nec est peccatum secũdùm S. Tho. si debitum reddatur propter bonum prolis aut fidei, qua tenetur coniunx coniugi: cùm sit actus iustitiæ, & temperantiæ, & in huiusmodi delectabilibus actibus debitas circunstantias obseruat. ¶ Quintũ. Conuersio alterius coniugis ad fidem, secundùm S. Tho. vinculum matrimonij non soluit: quia fides non soluit, sed perficit matrimonium: soluitur tamen aliquando cohabitatio & solutio debiti: in quo pari passu currũt infidelitas & adulteriũ: quia vtrunque est contra bonum prolis. Igitur sicut cõiunx cũ adultera manere potest sub spe correctionis, licet ad hoc nõ teneatur: non autẽ cũ obstinata in adulterio, vt dicitur in iij. dist. xxxv. vita manere potest cũ infideli sub spe correctionis, licet nõ teneatur: & bene facit cõmanendo iuxta cõsilium Apostoli j. Corin. vij. non tamen potest ei cõmanere, si eum viderit obstinatum. Ex quo infert S. Tho. virtualiter, quòd in primitiua ecclesia poterat cõiunx sub hac probabili spe conuersionis cohabitare coniugi infideli, tam Gentili quàm Iudæo: etiam si conuersionem non spondebant: quòd vtrique passim ad fidẽ intrabãt: & probabiliter poterat sperari conuersio: & similiter cũ infideli Gentili, sed nõ cum Iudæo: nisi conuersionem promitteret tempore martyrum & Cõstantini: quia tũc adhuc gẽtes intrabãt, & Iudæi erãt obstinati: nũc autẽ cum neutro, nisi velint conuerti: quia vtriq; obstinati sunt. ¶ Sextum. Coniunx infidelis ad fidem conuersus, reliquo in infidelitate remanente, licet nõ teneatur ei commanere, tamẽ cũ alio contrahere non potest: nisi in tribus casibus. Primò, si nolit infidelis cohabitare fideli: & secũdò, si velit cohabitare, sed nõ sine iniuria creatoris vel peccato: tertiò, si trahere nitit ad infidelitatẽ. Sed circa hos casus, quos ponit Archid. & Richar. in iiij. & Pan. in c. quanto. de diuor. est sciendũ primò, quòd S. Tho. non ponit nisi secundũ: sed ille includit primum & tertium: & ad ipsum, secũdùm alios, reducitur quartus, si trahere nititur ad aliud vitium quàm ad infidelitatẽ, aut generaliter ad aliquod mortale. & videtur velle inn. in c. quæsuit. de diuortijs. & in c. j. de adulte. licet glos. in c. vxorem. xxviij. quæstione prima. teneat contrarium. & verum dicit Innocentius: quia secundùm Panormita. in dicto capite, quæsuit. etiam fidelis vir quando compesci non potest ab illa insolentia, poterit fieri separatio: quia est quæ dã præsumptio infidelitatis. Sciẽdum est secundò, quòd secundùm aliquos in quolibet horum casuum soluitur vinculum matrimonij, etiam antequam aliud vel cum alio contrahatur: & tamen si ante cõtractum secundi matrimonij cõuertatur reliquus cõiunx, tenetur primò cõuersus illum recipere: quia manet vinculum sponsalium, etsi non matrimonij. Quam opinionem tenuit Richar. vt recitat Archid. vt videtur tenuisse Pan. in d. c. quanto. de diuor. dicẽs, quòd occurrẽte aliquo illorum casuum, eo ipso matrimoniũ soluitur, & potest fidelis contrahere: nec oportet iudicẽ statuere tẽpus, sed sufficit hoc clarè perpendi. Et hoc sequitur Summa Ange. Sed opinio S. Tho. est, quòd per peccatũ coniugis infidelis reliquus absoluatur à seruitute, qua contrahere nõ poterat alio viuente: sed deinde per secundum matrimonium cõtractũ in fide Christi, tanquã per firmius, soluitur primum, ita ꝙ culpa illa dat ei licentiã nubẽdi, & cõsequenter frangendi primũ vinculũ. Et ista est veritas: cuius signũ est, ꝙ si antequam contrahatur secundum matrimonium infidelis conuertatur, reliquus tenetur illum recipere: quod nõ est virtute spõsaliũ, vt dicit prima opinio: alioquin oporteret ꝙ nouiter cõtraherent, quod nullus dicit: & hoc est, quia stat vinculũ. ¶ Septimum. Et si infidelis cõuersus plures habeat vxores, quæ omnes conuertantur, secundũ sanctum Tho. & alios, illa, cum qua primò contraxit, est vxor eius, & cum ea stabit, non autem alia: quia hoc fuit contra legem naturæ. Et si prima conuerti noluerit, non propter hoc est matrimonium cum aliqua aliarũ, sed cum vna earũ cõtrahere poterit, iuxta prædicta. Et si simul duas accepisset, neutra est vxor, nisi altera habuit impedimẽtũ dirimens, quia reliqua tũc esset vxor. de diuor; gaudem[a]. Et si repudiata prima aliã duxisset, secundùm S. Tho. idem est quod de eo, qui plures habebat, & tenetur primã, quam repudiauerat, accipere; si conuerti voluerit, & aliam abjicere, quia repudium est contra legem naturę. Et secundùm gl. in dicto c. gaudem[a]. nõ poterit repudiare, nec ob fornicationẽ abijcere, sed tenetur eam recipere, si vult cohabitare sine peccato, aut talẽ continere. ¶ Octauum. Vir ad fidẽ conuer

uersus, secũdùm Sã. Tho. non debet emittere votum cõtinẽtiæ, si maneat spes de cõuersione vxoris: quia vxor difficilius conuerteretur, sic se esse priuatã sciens: si verò nõ sit spes, potest ad sacros ordines, vel ad religionẽ accedere, prius ea requisita vt cõuertatur: quæ si post sacrorũ ordinũ susceptionẽ cõuertatur, nõ est sibi reddendus vir suus: sed sibi hoc imputet in pœnã tardæ cõuersionis. Hęc ex illo. Sed intellige, ꝙ etiã extante spe, si votum emitteret, teneretur ad illud: vt patet ex dictis. ¶ Nonũ. Si autẽ vterq; cõiunx conuertatur ad fidem, ratificatur matrimonium, & ab inuicẽ separari nõ possunt, etiam si contraxissent in gradibus prohibitis ecclesiastico statuto, secũdùm Archi. post Richardũ. Secus si cõtraxissent contra prohibitionẽ diuinæ, aut naturalis legis, aut humanæ talẽ contractum annullantis: quia tale matrimoniũ nullum esset. ¶ Decimum. Si alter tantùm coniugum conuertatur, secundùm S. Tho. si proles peruenit iam ad ætatẽ perfectã, *liberè* sequi poterit parentẽ quẽ voluerit: si autem est *in ætate minori*, debet dari fideli, nõ obstãte, ꝙ indigeat matris obsequio ad educationem. Probatur etiam in c. ex literis. de cõuer. infide. ¶ Vndecimum. Mulier conuersa ad fidem gaudet priuilegio dotiũ, vt per multa probat Pan. in c. placet. de diuor. ¶ Vndecimò* quæritur, quid iuris de impedimẽto, quod dicit vis, seu violẽtia, vel coactio? Et dico multa. ¶ Primum. Secundùm S. Tho. *in iiij. dist. xxix.* duplex est coactio seu violentia, de qua etiam in l. j. ff. quod met. cau. vna faciens necessitatẽ absolutã, quæ & dicitur à Philosopho violentũ simpliciter: vt cùm qs aliũ corporaliter impellit ad motũ. alia faciens necessitatẽ cõditionatam, quæ dicitur violentũ mistum, licet sit ibi voluntarium simpliciter, vt infrà: & fit ex hoc, ꝙ timetur aliquod periculũ imminens. vnde est idem quod metus, qui voluntatem quodámodo cogit. Prima non cadit in consensum, sed in corporalibus: puta ad copulã. Secũda verò cadit in cõsensum. vnde aliquis cõsensus est coactus, scilicet cõditionatè. Et quia legislator nõ considerat solùm *interiores actus*, sed magis exteriores: ideo ꝓ vim intellige coactionẽ simpliciter: propter quod vim cõtra metũ diuidit. Sed nunc agitur de cõsensu interiori, in quẽ non cadit coactio seu vis, quæ à metu distinguit: ideo in proposito idẽ est coactio quod metus: qui secũdũ iurisperitos, est instãtis, vel futuri periculi causa mẽtis trepidatio. Vide infrà, Metus. in prin. ¶ Secũdum. Coactio absoluta, secũdùm omnes, matrimoniũ tollit, sicut & consensum, etiã ex parte cogentis: quia eius cõsensus solus nõ sufficit ad matrimoniũ. Vnde eo casu quo copula matrimonium facit, si sit coacta, nõ facit. arg. dist. 50. presbyteros. de spõ. veniẽs. el ij. xxxj. q. ij. c. j. & ij. Coactio verò cõditionata, id est, metus, si sit metus iustus, id est, cadens in cõstantem virum, iuxta dicenda j. Metus. §. j. similiter matrimoniũ tollit. extrà eod. perlatum. & c. ad audientiam. & extrà, de spon. veniens. el ij. Et hoc etiã si iste metus non inferatur cõtrahere debenti, sed filijs aut filiabus, & huiusmodi, secũdũ Rich. Si verò sit metus minor: nõ tollitur matrimonium, sed tenet. ff. eo. l. neq; timorem. ¶ Tertiũ. Consensus siue metus iustus, vt recitat S. Tho. secũdùm aliquos tollit matrimoniũ quantũ ad ecclesiam, quæ præsumit ibi non fuisse consensum interiorem: non autem quantũ ad Deum. Sed hoc, inquit, nihil est: quia ecclesia nõ debet de aliquo præsumere peccatũ antequã probetur: peccat autẽ qui dicit se cõsentire, & nõ consentit. Et ideo dicendum est, secũdùm eũ & alios, ꝙ illud tollit quo ad iudiciũ Dei & ecclesiæ, qui nolunt talem esse legatum, etiã si adsit cõsensus interior, in quo per metũ iustum multùm minuitur de voluntario. Quod quidem metus facit, & ex constitutione ecclesiæ, quæ instituere potuit, vt persona coacta durãte coactione illegitima sit ad cõtrahendum: & ex sua natura, inquantum tollit cõsensum, quod verum intelligo quantũ ad coactionẽ absolutã, non quantũ ad conditionatam vel metũ: quia ibi est voluntariũ simpliciter cũ inuoluntario secundũ quid. Circa prædicta tamẽ sciendum est, ꝙ opinio cõmunis doct. vt recitat Pan. in c. eũ locum. de spon. est, ꝙ matrimoniũ contractum metu iusto, ipso iure nullũ est. Sed Cardi. in c. abbas. quod met. cau. dicit, ꝙ mero iure tenet: licet veniat rescindendũ actione, qd met. cau. per regulã generalem, scilicet quia omnia facta per metũ tenent. Sed ista opinio est falsa: quia si tenet, est verũ matrimoniũ: & cõsequenter dissolui nõ potest, nisi eo modo, quo suprà, Diuortiũ. per totũ ferè. Vnde Pan. tenet opinionẽ communem: pro qua videtur tex. apertus in c. significauit. de eo qui du. in ma. vbi tenet secũdũ matrimonium nõ obstante primo per metũ contracto nulla petita rescissione prioris. Quare autẽ regulariter teneant facta per metũ, & non hîc, Pano. adducit multa. Sed tu dic ideo esse: quia ecclesia sic statuit propter ea, quæ ille allegat, quæ de se nõ sufficiunt. ¶ Quartum. Licet consensus coactus matrimoniũ nõ faciat etiã ex parte cogentis, secundùm S. Tho. quia matrimoniũ claudicare nõ potest: tamen, vt dicit, si is, qui fuit coactus, postmodũ cõsentiat (intellige etiã tacitè secundùm Archi. post Rich.) fit matrimoniũ, dummodo cogens adhuc in suo consensu permaneat: nõ autem si mutauit voluntatem. Et concor. glo. Ray. & Pet. addens, ꝙ si prius cõsentiẽs velit dissentire alterò cõsentiẽte: cõpelletur per ecclesiã, quia præsumitur manere in eodẽ consensu: nec ei licet variare. & facit caput primũ, de eo, q duxit in matrimo. Richar. autẽ in hoc distinguit: nam aut coactus est alter tantũ, aut vterque: si alter tantũ fuit coactus, ligatus est solùm liber, non alius: tamẽ si coact[a] postea tacitè, & liberè cõsentiat, persona ligata persistente in pristino cõsensu, verũ efficitur matrimoniũ, & vterq; ligatus est: quia tacitus cõsensus sufficit nõ per se, sed cũ expressione exteriori præcedẽte. Sed si persona ligata resiliuit à cõsensu ante sequentẽ cõsensum alterius: si quidẽ cõtraxit secundò, peccauit, si nõ expectauit congruo tẽpore liberũ consensum alterius, sed tenet secundum matrimoniũ. si verò nno contraxit, secundùm iudiciũ ecclesiæ præsumitur in eodẽ cõsensu remanere: quia in aliquẽ semel cõsentiẽs, amplius dissentire nõ potest, nisi alius negauerit suũ presentẽ cõsensum, *de spon. de illis. el j.* secũdùm iudiciũ tamẽ Dei non est matrimoniũ, quia deest cõsensus vnius. Si aũt vterq; fuit coactus, ad hoc vt sit verũ matrimoniũ, requiritur nouus consensus vtriusq;, sed nõ exterior expressio noui. ¶ Quintum. Si mulier post cõsensum coactũ carnaliter cognoscit, secundùm Pet. præsumitur tacitè cõsensisse matrimonio, si habuit tẽpus reclamandi, & nõ reclamauit. Et sic intellige extrà, q ma. accu. post. c. insuper. Sec[a] si fuit coacta absolutè, aut metu iusto: sed si metus non fuit sufficiẽs, in iudicio exteriori presumetur pro matrimonio: si tñ verè non consensit, non est matrimoniũ, etiã si habuit opportunitatem reclamãdi, nec reclamauit. Et idẽ Rich. ¶ Sextum. Secũdùm Verue. si mulier post cõsensum coactũ moram trahit cum marito per annũ cũ dimidio, aut etiã minori tẽpore, dum tamẽ tantũ sit, quod arbitrio boni viri præsumẽdũ sit pro consensu: postea non debet audiri: de spon. ad id. & cõcor. Host. & Ber. & sic tale matrimonium

habitatione ſpontanea cõualeſcit. Et ibi dicit Pan. ꝙ ſecundùm hoc licet in text. mẽtio fiat de anno cũ dimidio, tamẽ nõ eſt neceſſaria cohabitatio tãta: quia ibi narratur facti cõtingentia: ſed ſufficit ſi peruenerit ad ætatẽ legitimam, ꝙ habita opportunitate fugiẽdi nõ fugerit: nec requiritur copula carnalis. Pro hoc c. vnitũ. de deſpon. impube. lib. vj. Iudex tñ habet cõſiderare quantitatẽ moræ, & opportunitatem fugiẽdi. ¶ Septimũ. Et per dicta Pan. in particula priore, idẽ videtur dicendũ, ſi quocunq; modo appareat de tacito cõſenſu: puta ſi ſe cõiuges nominabant, vel amplexabantur vt coniuges: arg. d. c. vnici. iũcta glo. Et idẽ ſi ſponſa recepit munera ſponſalitia: quia talia videntur purgare metũ præcedentẽ. ¶ Octauũ. Si autem ad cõſenſum coactũ addatur iuramentũ, ſecũdùm Pet. in foro iudiciali tale iuramentũ nõ eſt obligatoriũ: in foro tamen conſcientiæ conſulendũ eſt, ꝙ impleatur, vel ſaltẽ per ſuperiorẽ impetretur abſolutio. Et cõcor. Veruec. & Hug. Rich. autẽ dicit, ꝙ matrimoniũ nõ tenet: quia quod non eſt, nõ poteſt ratificari, ſed tamen cũ hoc ſtat, ꝙ conſulatur, vt ſ. ¶ Nonũ. Parentes, ſecũdùm Pet. liberos cogere non poſſunt ad contrahendum, nec generaliter, nec in ſpeciali cũ aliquo, vel aliqua: quia in matrimonio requiritur cõſenſus maximè liber ratione ꝑpetuæ obligationis quæ ibi cõtrahitur. de ſpon. requiſiuit. Non tamẽ propter hoc parentes temere iurãt matrimonia filiorũ: quia ex natura cõtractus intelligitur iſta cõditio, ſi liberi cõſentiãt: & ipſi parentes tenẽtur ad inducendũ eos. de ſpõſa. ex literis. el ij. iũcta gl. ¶ Decimũ. Si mulier cõtraxit imperio vel ꝑcibus principis, nõ habet iuſtũ metũ: vt dicit gl. in c. fi. qui cle. vel vo. ſed in cõtrariũ facit l. fin. C. qđ met. cau. & illud, Eſt orare ducum, ſpecies violenta iubendi. Ioan. aũt And. dicit, quòd eſt iuſtius, ſi rex, aut princeps conſueuit tyrannicè tractare nõ parẽtes ſuis præceptis ſeu precibus. quod notãdũ eſt ſingulariter ſecũdùm Pan. in d. c. fi. & idẽ ſentit Bart. tract. de tyranno. ¶ Vndecimũ. Si quis matrimoniũ cõtrahat in captiuitate facta ab hoſtibus, nõ valet aliter, quàm matrimoniũ ſeruorũ, ſecundũ Hoſt. qa captus ab hoſtib⁹ ſeruus factus eſt. Si verò captus eſt quis vt cogatur ad tale matrimoniũ, nõ valet. ar. extrà, de proc.
12 accedens. Vide ſ. Accuſatio. §. iiij. ¶ Duodecimó *quæritur, quid iuris de impedimento ordinis? Et dico multa.

¶ Primũ. Nullus ex minoribus ordinibus matrimonium impedit aut dirimit, nec impedit vſum matrimonij: ſed poſſunt licite contrahere taliter ordinati. diſt. xxxij. ſi qui vero. c. ſeriatim. & de cle. coniu. c. j. ij. & iij. Imò talis contrahens cũ vnica, & virgine, retinet priuilegiũ clericale, ſi tonſurã, & veſtes retinet clericales. de cle. cõiu. c. j. lib. vj. non tamẽ retinet beneficiũ eccleſiaſticũ, nec illud recipere poteſt: quia ex beneficio eccleſiaſtico tenetur quis ad ordinis executionem: quã etiã, quo ad ordinem nõ ſacrũ, impedit matrimoniũ, ſecũdũ ſtatũ occidentalis eccleſiæ, propter maiorem honeſtatem. ¶ Secundũ. Ordo ſacer matrimoniũ præcedens, tanquã habẽs implicitũ votũ ſolenne ex conſtitutione eccleſiæ, illud impedit & dirimit. diſtin. xxxij. ſi quis eorũ. & c. erubeſcãt. & c. electores. & c. placuit. & extrà, qui cle. vel vo. c. j. & ij. quod quidẽ votũ ſecũdùm S. Tho. quilibet intelligitur emiſſe ex hoc ipſo ꝙ ordinem ſacrum ſuſcepit, ſecũdùm ritum occidentalis eccleſiæ: vnde etiam impedit vſum matrimonij prius cõtracti, vt patebit. Quod adeò verũ eſt, vt nec etiã Græco, cui licet vti matrimonio cõtracto, ſit licitũ in ſacris cõtrahere, ſecundùm Ioan. And. Inno. & Rich. in iiij. & plures alios. Contrahens autẽ in ſacris eſt excõmunicatus. de cõſang. & affi. c. eos. in clem. & eſt etiam irregularis, ſecundùm Pet. de Pal. in iiij. diſt. xxxvij. qui etiam dicit, ꝙ licet is, qui ordinatur ad ordinem ſacrũ, nõ intendat continere, nec ſe ad hoc obligare: tamen ad hoc obligatur etiã in foro cõſcientiæ: quia eccleſia poteſt inhabilitare ad matrimonium ignorantẽ & inuitum, ſicut & ſeruũ & frigidũ: & per eandẽ rationẽ ad hoc obligatur ordinatus ante annos diſcretiõis etiã in cunis, præſuppoſito ꝙ recipiat character em: quia obligatur ex ſtatuto eccleſiæ, nõ voto ſuo: vnde ſi talis cõtrahit, dirimitur matrimoniũ. hæc ex illo: Poſſet fortè & aliter ratio huius aſsignari, ex volũtate ſuſcipiẽtes ordinem ſacrũ ſcienter: quaſi eccleſia illegitimè iſtos nõ ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione volũtatis ſuſcipiẽdi ordines ſacros: & ſic ille puer nõ tenebitur ad ſtatum. & hoc magis conſonat. Sã. Tho. volenti, ꝙ ſuſcipiens ordinẽ, ſecundũ ritũ occidentalis eccleſiæ, ſcilicet ſcienter, vel ignoranter, ignorantia nõ excuſante, intelligatur votũ emiſiſſe. Conſonat etiã illi præcepto, Creſcite & multiplicamini, Gene. j. quod licet nõ teneantur ſinguli hominũ implere, quia eſt factũ communitati, & ſufficit ſi per aliquos impleatur: tamẽ quicunq; vult, poteſt illud implere: & Deo licentiã dante, nullus põt prohibere. Vide etiam in tra, parti. vij. in fi. ¶ Tertiũ. Matrimonio ſecundùm S. Tho. in iiij. diſt. xxxvij. ordo ſacer ſuperuenire poteſt: quia iũctus matrimonio, ſi ad ſacros ordines accedat etiã vxore reclamãte, characterẽ ordinis ſuſcipit, licet careat ordinis executione: & nõ poteſt debitũ petere, nec petẽti vxor tenetur reddere, licet ipſe teneatur reddere: ſed intellige in eccleſia occidentali, ſecundùm Sum. Cõfeſ. etiã ſi eſſet Papa, ſecũdùm glo. Ray. & Hug. Si verò ea volente, vel defuncta accedit, recipit ordinẽ, & executionem: ſed ipſa vxor tenetur continentiã perpetuam vouere, ſi viuit: ita ſcilicet, ꝙ viro mortuo cõtrahere nõ poteſt: nõ tamen tenetur religionẽ intrare, ſi ſibi non timet de periculo, caſtitatis, propter hoc, ꝙ vir eius ſolẽne votũ emiſit: ſecus autem ſi emiſiſſet votũ ſimplex. Sed de hiſtatim. Quod autem dictũ eſt, vxorem nõ teneri ad religionem, eſt opi. Io. Lan. Tanc. Ray. & Al. ſed fallit, ſi maritus vult epiſcopari, vt ſtatim dicetur. ¶ Quartũ. Si ordo ſacer matrimoniũ nõ præcederet, ſed ſequatur, multa dicta ſunt ſ. Diuortiũ. §. xvj. Nunc autem, vt plenè ſciatur quando alter coniugũ poſsit religionẽ intrare, vel ad ordines promoueri, ſecũdùm Pan. in c. j. de conuer. cõiug. poſt Io. And. & Ca. dico ſic: Aut enim matrimoniũ eſt cõſummatum, aut non. Si enim matrimonium non eſt conſummatum, aut alter coniugũ vult intrare religionẽ profitendo: & poteſt etiã inuita vxore: vt in c. verũ. & in c. ex publico. extrà eo. aut vult vouere cõtinentiã, vel intrare monaſteriũ, & nõ profiteri: & nõ poteſt inuita coniuge: vt in d. c. ex publico. aut vult promoueri ad ordines: & cõmuniter tenetur, & nõ poteſt inuita vxore. vnde hoc caſu magis defertur religioni, quàm ordini: qa per ingreſſum religionis ſoluitur matrimoniũ cõſummatũ: nõ aũt per ſuſceptionẽ ſacri ordinis: vt habetur in extrauagante Ioan. xxij. quæ incipit, antiquæ. Si verò matrimonium eſt conſummatũ: tunc aut volunt mutare ſtatũ, aut non. Si autem nolunt mutare ſtatũ: aut volunt vouere cõtinentiam ſtatu non mutato: & poſſunt. & talia matrimonia dicũtur ſanctimonia: vt in capite, quod Deo pari. xxxiij. q. v. aut alter tantũ vult vouere: & poteſt in ſui præiudiciũ, nõ autem alterius: vnde nõ poteſt debitũ exigere, quod tamen reddere tenetur: alter autẽ exigere poteſt, etiã ſi conſenſiſſet, ſecũdùm Inno. niſi etiã ipſe vouiſſet: quia ſi ambo vouet-

uerũt, non tenetur amplius alter alteri reddere: vt in d. cap. quod Deo. & notatur in cap. chariſsimus. extrà eodẽ. Si autem volunt mutare ſtatum, hoc eſt multipliciter. Aut enim maritus vult effici epiſcopus: & tũc requiritur quòd vxor intret religionem, etiã ſi non ſit ſuſpecta de incõtinentia: vt in cap. ſanè. extrà eodem. ſcilicet, de conuer. cõiug. & eſt caſus ſpecialis. Aut ſolùm vult promoueri ad ordines ſacros: & tunc ſi vxor eſt de incontinentia ſuſpecta, debet intrare monaſterium. aliàs ſufficit quòd voueat eõ tinẽtiam remanẽdo in ſeculo: vt in cap. coniugatus. extrà eodem. Aut vult intrare religionem: & hoc multipliciter. Aut enim alter cõmiſit adulteriũ: & poteſt, etiam reliquo inuito: vt in capit. Agathoſa. xxvij. quæſtion. ij. Aut alter non commiſit adulterium: & tunc aut primò altero ignorante: & poteſt reuocari ad petitionem ignorantis: vt in cap. placet. extrà eodem. Aut ſecundò altero ſciente & cõtradicente: & idem dicendum eſt, vt in cap. quidam. extrà eodem. Aut tertiò altero ſciente & diſſimulante: & idem dicendum eſt: vt in cap. conſuluit. extrà eodem. Si tamen in vita non reuocauit, qui remãſit in ſeculo, poſt eius mortem non poterit profeſſus exire monaſterium: vt in dicto cap. conſuluit. Idem ſecundùm Calde. in caſibus præcedentibus & ſequẽtibus, in quibus poteſt fieri reuocatio: quaſi ceſſauerit cauſa, quæ inualidabat ingreſſum. Et hoc tene, licet Innocen. in dicto cap. quidam. variauerit. Aut quartò alter conſenſit inuitus ſeu per metum: & tunc fit reuocatio ad petitionem eius, vt in capi. accedens. extrà eodem. Aut quintò alter conſenſit per dolum: & idem eſt, argumento capitis, veniens. extrà eodem. Aut ſextò conſenſit ſimpliciter & ſponte, votum continentiæ non emittendo: & ſunt opiniones. Nam Abbas & Innocen. in dicto capi. quidam. dicũt quòd ſi remanens in ſeculo eſt iuuenis, debet ad petitionem eius alter reuocari. Cald. dicit ꝙ ſolùm ex officio iudicis. quod placet Panor. quia præſtando conſenſum renuntiauit iuri quod hab ebat in altero: & conſequẽter iam non habet actionem: ſed iudex ex officio ſuo, ne committatur adulterium, educet de monaſterio. Et credit Panor. hoc caſu, primò quòd ille ſit verus religioſus, & poſt mortem alterius compelletur ad monaſterium regredi: & ſecundò, quòd ſi dans licentiã eſt iuris conſcius, non fiet iſta reductio: quia dando licentiam videtur vouere: vt notatur in iuribus ſuprà allegatis. Aut ſeptimò conſenſit promittẽdo continentiã: & ſic ſi conſentiens eſt ſenex, remanebit in ſeculo, & alter in religione: vt in c. cùm ſis. & in c. vxoratus. & in cap. ad apoſtolicam. extrà eodem. Si verò ſit iuuenis, & de incontinentia ſuſpectus: non debet ſuperior pati quòd alius ingrediatur: niſi alter quoque ingrediatur. Sed ſi de facto ingrediatur, tenet ingreſſus ſecũdùm omnes: quia profeſsio coniugis non eſt de ſubſtãtia profeſsionis alterius: vt in ca. ſignificãtis. extrà eodem. & conſentit Feder. Sed remanẽs in ſeculo, ex quo eſt ſuſpectus, & vouit, compellitur intrare monaſteriũ: vt in dicto ca. ſignificauit. Sed an teneatur profiteri, ſunt opiniones. Nam Inno. tenet, quòd profiteri non cogitur: ſed includi debet in monaſterium, vt arceatur à vagatione: quia vltra propoſitum conſenſum non cogitur quis profiteri. xxxij. quæſt. j. integritas. Hoſt. verò tenet contrarium: quia non eſt licita cõmunio in monaſterio profeſſorum cum non profeſsis. Item quia vouendo tacitè ſe obligauit religioni, ex quo in ſeculo ſtare non poteſt ſine ſuſpicione incontinentiæ. Ioan. verò Cald. dicit ſatis æquè poſſe diſtingui: quia aut vouit intrare religionẽ, & compellitur profiteri: vt in dicto cap. Agathoſa. aut ſimpliciter vouit continentiam, dando licentiam marito de ingreſſu monaſterij: & ſic ſi erat iuris conſcius, aut ignorans ignorantia non excuſante, compellitur profiteri. xxxiij. quæſtio. v. qui vxorem. ſecus ſi erat ignorans ignorantia excuſante, vt miles, aut mulier, aut agricultor: quia profiteri non compellitur, ſed eſſe in monaſterio. Quod autem dictum eſt de muliere, quidam non admittunt: quia non excuſatur ab ignorantia iuris vltra maſculos, niſi in caſib⁹ iure expreſsis, vt eſt text. in l. fin. C. de iuris & fact. ignorantia. tamẽ Panor. plus placet dictum Calde. argu. dicti cap. j. & eorũ quæ ſuprà dicta ſunt, quia videmus quòd mulier ſolùm dãdo licentiã non compellitur cõtinere, vt in dicto cap. j. Secus in maſculo: vt in dicto cap. qui vxorem. vbi textus non dicit quòd maritus vouiſſet continentiam, ſed quòd ſolùm promiſit intrare monaſterium: & per hoc compellitur etiam ipſe intrare, ex quo eſt iuuenis de incontinẽtia ſuſpectus. Hęc ex Panormi. in dicto capi. j. de conuer. coniuga. ¶ Quintum. Dicit etiam Panor. in dicto cap. quidam. quòd ſi quis intrauit religionem vxore innita, etiã profitendo, & ei fuit poſtea reſtitutus: vxore mortua monaſterium intrare non compellitur: matrimonium autem ſi cõtraheret, peccaret mortaliter, ſed tamen valeret: ſed ſi in vita vxoris nõ reuocaretur, poſt eius mortem exire non poteſt, vt dictum eſt. Ex quo infert cõtra gloſſam ibi dicentem iſtum peccare, ſi non perficit votum mortua vxore: quia votũ fuit nullà reſpectu ingreſſus monaſterij, cùm tunc non haberet habilem conſenſum ad ſe obligandum: vnde requiritur nouus conſenſus. Et hæc opinio plus ei placet, quàm domino Anto. dicenti tutius eſſe tenere quòd matrimonium illius contractum poſt mortem vxoris nõ teneat, eò quòd licet hoc votum dicatur ſimplex, tamen ex quo fuit determinatum ad certam religionem approbatam, videt ſolennizatum. Et ſic, ſecundùm eum, limitari poteſt caput vnicũ, de voto. lib. vj. vt intelligatur de voto omnino ſimplici, non determinato ad certam religionem. Quod quidẽ Panormitano non placet: quia dictum capitulum requirit vt votum ſolennizetur profeſsione tacita vel expreſsa: & ſic requiritur, ꝙ iſte vouens ſit effectus religioſus: ſed in caſu noſtro votum iſtius reſpectu profeſsionis fuit nullũ, nec fuit effectus religioſus: aliàs papa mandaſſet poſt mortem vxoris eum debere compelli ad repetendũ monaſteriũ, vt facit extrà eodem. ca. ex parte. Secus tamen dicendũ, ſi vxor dediſſet licentiã marito: quia tunc teneret ingreſſus, vt dictũ eſt. Si verò vxor nõ contradixit, ſed diſsimulauit, neque maritum reuocauit: meritò poſt eius mortem non poteſt maritus redire ad ſeculum. Sed in primo caſu vxor contradixit & reuocauit: & ſic ſoluta fuit obligatio, ſi qua erat cum monaſterio. ¶ Sextum. Secundùm Dir. in primo lib. eccleſiæ Orientalis & Occidentalis quantum ad iſtam materiam conueniũt in duobus. Primò, quia vtriuſq; clerici poſſunt cõtrahere matrimoniũ in minoribus ordinibus. xxxij. di. ſi quis. Secũdò, quia nec apud nos nec apud illos, ſcilicet Græcos, conſtituti in ſacris poſſunt contrahere: nec potuerunt à tempore Apoſtolorum, & ſi contrahant, non eſt matrimoniũ: vt patet ex vj. ſynodo in Oriente celebrata, quæ regulam ſtatuit eis, diſtin. xxxj. Nicena. & dicto cap. ſi quis. & lxxxiiij. diſtinct. eum præterito. Differunt etiam in duobus. Primò, quia ipſi, ſiue ſint coniugati ſiue non, promouentur ad ordines ſacros non promiſſa continentia. xxxj. diſt. quoniam. licet ſecundùm ſanctum Thomam & opinionem probabiliorẽ ad ſacros ordines promoueri nõ debeãt ſine vxoris cõſenſu: qa ad minus tẽpore miniſterij fraudarẽtur debiti redditione: ſed occidẽ

tales non promouẽtur ad eos, niſi promiſſa cõtinentia tacitè vel expreſsè. xxviij. diſt. cap. j. Secundò, quia illi in ſacris cõſtituti licitè vtũtur matrimonio contracto ante ſacros ordines: licet in ſacris ordinibus eis cõtrahere nõ liceat. de clericis coniuga. cùm olim. occidentales aũt neutrum. ¶ Septimum. Cauſa q̃ non peccant Græcorũ clerici, licet ſub papa ſint, qui vnà cum concilio voluit eis indicere continentiam, ſecundùm Panorm. de mente doctorũ in d. c. cùm olim. eſt, quia illa lex nõ erat de neceſsitate ſalutis, & per longa tẽpora ab eis non fuit recepta papa ſciẽte, & tranſgreſſores non puniente, & tacendo mores eorũ approbãte: & cõſequenter non ligauit eos lex illa, de quo vide ſuprà Lex. §. vj. Poteſt etiam & alia ſolutio dari: vt dicamus q̃ papa, etiam cum maiori parte concilij, nõ potuit indicere continentiã certo generi perſonarũ poſt promotionem, eis reſiſtentibus: quia continentia eſt res quæ per ſuaderi poteſt, imperari verò non poteſt. xxxij. q. j. integritas. quia fuiſſet indicere vitam valde arctiorem & ſtrictiorem clericis promotis, contra not. in c. geſta. lxxiiij. diſt. & in regu. quod omnes. lib. vj. Sed hæc ſolutio redit in priam: quia nõ valet, niſi quo ad eos, qui ante ſacros ordines cõtraxerunt. Reliquis enim potuit continentia imperari, etiã Græcis, vt ſcilicet ſi vellent ordinari, continerẽt: licet nõ poſſet imperare vt continerẽt abſolutè, aut quòd ordinarentur ſtante ſtatuto, q̃ ordinati continerent. Et de facto ita factum eſt: quia eccleſia ſtatuit, vt nullus ordinetur in ſacris, niſi continentiã profiteatur expreſsè: vt diſt. xxix. nullũ. vel implicitè: vt ead. diſtinct. diaconi. & ibi intuenti patet ita fuiſſe factũ: ſed Græci non acceptauerunt hoc, & eccleſia tolerauit: ſicut & in d. c. diaconi. dicitur, q̃ ſi diaconi inordinatione dixerint ſe velle vxorari, & deinde contraxerint, manebũt in miniſterio: quia epiſcopus intelligitur eis dediſſe licentiam. ¶ Decimotertiò quæri-
23 tur, *quid de impedimẽto ligationis, videlicet quando qs eſt alteri cõiugi per verba de præſenti colligatus? Et dico multa. ¶ Primũ. Alligatus alteri per ſponſalia de futuro, an poſsit cum alia contrahere, dicitur infrà in tit. de ſponſa. ſed nũc eſt ſermo de alligato per verba de p̃ſenti. de quo dico, q̃ contrahere cũ alio nõ poteſt, viuente proprio cõiuge, etiam ſi primũ matrimonium non fuit conſummatũ, & ſecundũ ſic: aliàs eſt adulter. de ſponſa. duor. c. licet. Sed neq; antiquo tẽpore potuit, niſi diuina reuelatiõe vel inſtinctu: vt in patriarchis. de diuor. gaudemus. Sunt autẽ ſpõſalia per verba de futuro propriè, & nuptiæ per verba de præſenti, ſecundùm gloſſ. in l. j. ff. de ſponſal. Qui verò nomine ſuo, nõ iuſſu eius, in cuius eſt poteſtate, vel nomine eius, quẽ habet in ſua poteſtate, bina ſpõſalia vel binas nuptias cõtraxerit, ſit ipſo iure infamis. l. j. ff. de his q̃ not. infam. & efficitur bigamus eo modo, quo ſuprà dictũ eſt in tit. de bigamia. & debet ieiunare per xl. dies in pane & aqua: q̃d tẽpus vocatur carema, id eſt, quadrageſima, quaſi careat cibis: & ſeptẽ ſequẽtibus annis debet pœnitere. de ſpon. duo. acceſiſti. Hoc tamen fallit ſecundũ Sum. Ang. ſi hoc faciat ex diſpenſatione papæ: qui hoc poteſt facere, ſi matrimonium nõ ſit conſummatũ. Sed de hoc j. Papa. §. vlt. Poſt mortẽ verò cõiugis poteſt alter nubere cui vult, & intra tẽpus luctus mulier ſine infamia. extrà. de ſecund. nup. ſuper illa. & ſecundũ S. Th. in iiij. diſt. xliij. matrimoniũ. ſecundum & tertiũ, & conſequentia ſunt vera, licita, & ſacramẽta. ¶ Secundũ. Si aũt vxor credebat virum mortuũ, & ſecundũ Archi. ſi audiuit profeſſum in religione quando matrimoniũ non erat conſummatũ, diſtinguendũ eſt. Nam ſi credit veriſimiliter, ſeu ex probabili cauſa, contrahendo non excuſatur à peccato, ſecundũ Sum. Ang. ſed requiritur nuntius certus de morte viri. de ſpon. in præſentia. de ſecũ. nup. c. dominus. Sed probatio iſtius nõ eſt efficax: quia illud c. in præſentia. quod requirit certũ nuntiũ, loquitur, qñ licentia cõtrahẽdi danda eſt per eccleſiam, in quo requiritur apertior probatio, id eſt, certus nuntius. ſecundũ Sum. Roſ. poſt do. Ant. cuius expoſitionẽ licet Pan. nitatur reprobare, tamen fruſtra nititur: vt j. parti. iiij. patebit. Licet verò illud c. dominus. quod loquit ex parte mulieris, nõ eccleſiæ, requirat certitudinẽ: tamẽ ſumit certitudinẽ, vt apponitur dubitationi, vt patet intuẽti. Et facit qd dicit gl. certũ eſſe per p̃ſumptiones violẽtas. imò dico, q̃ etiã per cauſam probabilẽ, id eſt, ſufficiẽtẽ iudicio omnium vel pluriũ, vel ſapientũ, vel præcipuorũ. Vnde dicit Bart. in l. ſi quis ita. ff. de teſt. tute. q̃ quis dicitur eſſe certus, qñ habet vehemẽtẽ opinionem de aliqua re: & ſic qui credit probabiliter & nõ temere, eſt certus, etiã ſi fallatur. Cõcluſio etiã eius non ſolùm eſt contra Sum. Roſ. & Suppl. ſed etiã eſt cõtra Ray. Pet. de Pal. Inno. Vinc. Tanc. Phi. Goſt. Arch. & do. Anto. in d. dominus. imò cõtra ſeipſum: quia poſt pauca ſubdit, q̃ ſufficit vnus tẽſtis: vt in d. c. in præſentia. & mulier excuſatur ab adulterio qñ probabiliter credit virũ mortuũ, & cũ alio contraxit. xxxiiij. qõ. j. cùm per bellicam. Igitur ſecũdũ Ray. & communẽ doctrinã dico, quòd ſi credit ex probabili cauſa, excuſatur propter ignorãtiã facti: & filij, ſi quos ſuſceperit, iudicabũtur legitimi. Si verò poſt contractũ dubitat de morte primi viri: debet qdẽ debitũ reddere, ſed nõ exigere. d. c. dominus. Si verò credit eũ probabiliter viuere: nec exigere p̃t, debitũ, nec reddere, periculo adulterij ſe exponẽdo. Si verò primꝰ reuertatur, vel aliter ſibi de vita eius cõſtiterit: ſtatim debet recedere à ſecũdo, & redire ad primũ: alioqn adultera iudicabitur. xxxiiij. q. ij. cùm per bellicam. & c. cùm in captiuitate. & c. ſi virgo. primus quoq; eam recipere tenetur: vt in dictis c. patet: niſi fortè poſtquã ſciuit de vita primi permiſit ſe cognoſci à ſecũdo, etiã ex iuris ignorantia, ſecũdũ Hugo. & ſic adultera fuit. Adde q̃ ſi contraxit dubia de morte viri ſine p̃babili cauſa de ſe inducẽte firmã credulitatẽ, eſt adultera, & repellitur à primo, ſi redierit. ar. d. c. dominus. & c. in præſentia. ſecus ſi audiuerat eũ mortuum falſo rumore, niſi rumorẽ ipſa procuraſſet. ff. de adul. l. miles. & idẽ Dir. Supp. tamẽ cõtra illud dictũ, Si probabiliter credit, reddere non debet: dicit q̃ imò reddere debet, qñ dubitat: vt in d. c. dominus. ẽt ſi dubiũ ſit probabile: vt de ſen. excom. inquiſitioni. Sed totũ hoc cõceditur, & nõ eſt cõtra, vt ille intendit: quia etiã ego dico, q̃ quãdo probabiliter credit. ſ. firmiter hoc temendo, non debet reddere: quod tamẽ facere debet, quãdo dubitat ẽt probabiliter, id eſt, ex cauſa probabili. & de hoc ſ. §. iij. part. v. Sine prædicta aũt certitudine, quæ eſt firma crudelitas ex cauſa probabili, nec ſeptennium, nec aliqua tpis lõgitudo ſufficeret: vt d. c. in præſentia. & d. c. dominus. ¶ Tertiũ. Dicetur autẽ iſta mulier certificari ſic, vt cõtrahẽdo nõ peccet, tribus modis: vt dicit gl. in c. quoniã frequẽter. vt lite nõ cõteſt. Primò per famã, de quo in parte ſequẽti. Secũdò, qa ſenex erat, & in acie fuit, nec rediit. Tertiò, ſi recepit literas eorũ, cũ qbus militauit. C. de rep. auth. hodie. his caſibus præſumitur vir mortuus: & ipſa ſic credẽs excuſatur ab adulterio propter ignorantiã, etiã ſi viuat. d. c. cùm per bellicam. Sed quia iſta doctrina eſt particularis: dic q̃ generaliter quo ad eccleſiã, ſufficit cauſa probabilis, de quo infrà Probabile. quo ad Deum verò vltra hoc requiritur firma credulitas, oppoſita dubitationi: vt patet ex dictis. ¶ Quartum

tum. De fama tamen an ſufficiat ad eam excuſandam, do. Ant. diſtinguit: quia ſi eſt de lõginquo, videtur ſufficere: maximè ſi vir lõgo tẽpore abfuit. ſi verò dicitur mortuus in vicinis partibus, fama ſola nõ ſufficit. Quam opinionẽ Pan. in d. c. in præſentia. licet dicat multùm æquam: tamẽ dicit d. c. in præſentia. reſiſtere, dũ requirit certum nuntium: quia fama procedit ex incerto autore, & plerunque fallaci: vt no. in c. veſtra. de coha. cle. Imò dicit, q̃ in nuntio debet cõſiderari qualitas perſonæ: & vtrũ deponat p verba veriſimilia. Sed qa idẽ do. Ant. ad hoc reſpondet, & bene, q̃ certus nũtius requiritur ex parte eccleſiæ, ad dandam licentiã contrahendi. ex parte autẽ mulieris ſufficit ſi veriſimiliter credat hoc Pan. conatur repellere: quia, inquit, hoc dictũ eſt contra finem tex. vbi coniunguntur illa duo, vt vxor nõ poſsit cõtrahere, nec eccleſia dare licẽtiam cõtrahendi, niſi certũ nuntiũ receperit. Ego verò dico, q̃ do. Anto. bene diſtinguit: quia in eccleſia requirit *maior* grauitas & autoritas, quàm in mulieres: & cõſequẽter maior certitudo. & hoc tex. in fine apertè innuit diuidendo ea, quæ Pan. dicit ibi coniungi: loquẽs de mulieribus, quæ ſeptẽnio expectauerãt maritos, & de morte eorum certificari nõ poterãt, & dicens: Quantocunque annorum numero ita remaneãt, ſcilicet incertæ viuentibus viris ſuis, nõ poſſunt ad aliorũ conſortiũ canonicè conuolare: nec autoritate eccleſiæ p̃mittas cõtrahere, donec certũ nuntiũ recipiãt de morte virorũ. hæc ibi. Et ſic patet, quòd in muliere certificatio, id eſt, firma credulitas ex cauſa probabili, & in eccleſia certus nũtius de morte requiritur. ¶ Quintũ. Si verò mulier contrahat cũ aliquo, credens virum ſuũ viuere, qui re vera mortuus eſt, vtrum ſit matrimoniũ. Hugo diſtinguit. Nã ſi credebat ſibi licere, cõtractũ eſt matrimonium: ſi verò non credebat, non eſt: qa nõ maritali, ſed adulterino affectu ſibi copulauit virũ ſecũdum. Idẽ de eo, qui contraxit cũ aliqua, quã putabat conſanguineã, & non erat. Veruec. autẽ dicit in hoc caſu eſſe matrimoniũ indiſtinctè: & ſequitur Dir. lib. j. & Ioã. & Archi. quã opinionem quidã limitant, niſi conſtet, q̃ coniunx credens impedimentũ eſſe, non intendebat contrahere: quia ſi nõ adſit intentio, non eſt matrimoniũ. de ſpon. tua. Primã opinionẽ ſequitur Sum. Ange. ſed Roſ. cum Supple. ſecundã. Ego autem dico hic eſſe æquiuocationem latentẽ, quæ dictis opinionibus dat apparentiam contrarietatis, cùm nõ ſit. Nam licitè dicitur quis contrahere dupliciter: primò, quia excluditur prohibitio iuris annullantis cõtractũ: quia ſcilicet nullũ interuenit impedimentũ dirimẽs. Secundò, quia excluditur peccatũ: quia ſcilicet nullũ interuenit impedimentũ impediens tãtùm, & nõ dirimẽs. Dicit ergo prima opinio, q̃ eſt matrimoniũ, ſi credit licere: id eſt, ſic poſſe fieri de iure, quaſi teneat cõtractus: quia ſic nõ adeſt impedimẽtũ dirimẽs verè vel opinatiuè. Si verò credit, nõ eſt matrimoniũ: qa nõ adeſt intẽtio. Secũda verò opinio dicit, q̃ ſiue credatur licitè poſſe fieri, id eſt, ſine p̃cõ: ſiue illicitè, id eſt, cũ peccato, eſt matrimoniũ, ſcilicet niſi credatur nõ poſſe ſtare cõtractũ. quia deeſt intẽtio. Eſt ergo vera prima ſimplici
24 ter: & ſecũda cũ illa limitatione. ¶ Decimoquartò *quæritur, quid iuris de impedimẽto publicæ honeſtatis? Et dico multa. ¶ Primũ. Secundùm S. Tho. *in iiij.* diſt. xl. j. ſicut ſpõſalia nõ ſunt matrimoniũ, ſed præparatio ad illud: ita ex eis nõ cauſatur affinitas, ſicut ex matrimonio: ſed ratione matrimonij, ad quod ordinantur, cauſatur ex eis quid ſimile affinitati, impediẽs matrimoniũ, ſicut conſanguinitas & affinitas, & ſecũdùm eoſdẽ gradus: & dicitur publicæ honeſtatis iuſtitia, quæ diffinitur ſic: Publicæ honeſtatis iuſtitia eſt propinquitas ex ſpõſalibus proueniẽs, robur trahẽs ab eccleſiæ inſtitutione, propter eius honeſtatem. Et cõtrahitur hoc impedimentũ ex ſpõſalibus, etiam ſine copula carnali: ſicut & ex matrimonio affinitas cauſatur nõ ſolùm ratione carnalis copulæ, ſed etiã ratione ſocietatis cõiugalis ex ipſo cõtractu per verba de præſenti, & ante copulã. Nullum autẽ impedimentũ faciens ſponſalia nõ eſſe ſpõſalia, permittit ex pactione nuptiarũ affinitatem fieri. Vnde ſiue habẽs defectũ ætatis, ſiue habens votũ ſolẽne cõtinentiæ, aut aliquod huiuſmodi impedimentũ, cõtrahat ſponſalia de facto: ex hoc nõ ſequitur aliqua affinitas: quia ſpõſalia nulla ſunt, nec aliquis affinitatis modus. Si tamẽ aliquis minor frigidus, vel maleficiatus habẽs impedimẽtũ perpetuũ ante annos pubertatis, poſt ſeptennium contrahat ſponſalia cũ adulta, ex tali contractu publicæ honeſtatis iuſtitia cõtrahitur: quia adhuc nõ erat in actu impediẽdi: cùm in tali ætate puer frigidus, & nõ frigidus, quantum ad actũ illum, ſit æqualiter impotens. hæc ex illo. ¶ Secundũ. Panormitanus in c. ſponſam. de ſpon. dicit hoc impedimentũ habere locũ, tam in ſpõſalibus de futuro, quàm etiã de præſenti: & fortius, ſecundùm doct. qa maior honeſtas eſt, vt nõ ducatur cõſanguinea ſpõſa de præſenti, cũ qua vinculũ matrimoniale contractum eſt, quàm ſpõſa de futuro: ſuperueniẽte verò carnis copula oritur aliud vinculũ inter eos, ſcilicet affinitatis: vnde omnes cõſanguinei mariti ſunt affines vxoris, & ecõtrario: de conſang. quod ſuper his. S. Tho. tamen videtur velle, q̃ ex ſpõſalibus de præſenti cauſetur affinitas, & nõ publica honeſtas. Sed nõ eſt curandũ de iſta difficultate: quia ſiue hoc, ſiue illud impedimentũ cõtrahatur, idẽ ſequitur prohibitio vſque ad quartũ gradum: vt dicetur. quãuis poſsit dici, q̃ affinitas contrahitur per ſponſalia de præſenti principiatiuè, inquãtum ibi implicitè conſentitur in copulã, dando poteſtatem corporis proprij alteri coniugi. Sis ergo cautus ad impetrandũ diſpenſationem: quia quãdoq; oritur publica honeſtas ſine affinitate, quãdoq; vtrũq; ſimul: vt patet ex dictis: quãdoq; affinitas ſine honeſtate: vt ſi citra ſponſalia, & matrimonium quis cognoſcat mulierẽ fornicariè: quia cõtrahit affinitatem cũ eius cõſanguineis: & ecõtrario: vt in c. diſcretionẽ. de eo qui cogno. conſang. vxo. ¶ Tertiũ. Vbi affinitas, & publica honeſtas ſimul coincidũt, vtrũ ſit faciẽda ſpecifica mentio de vtroq;, dũ impetratur diſpẽſatio: ſunt opiniones. ſed Panor. in c. non debet. de conſang. concordãdo dicit q̃ ſi honeſtas ſub affinitate neceſſaria conp̃hẽditur, ſatis eſt de affinitate feciſſe mentionẽ. & ſic procedit gl. in d. c. non debet. vt ſi impetro ducere vxorẽ conſanguinei mei defuncti, non obſtãte affinitate in tertio gradu: quia ex quo feci mentionẽ, q̃ fuerat vxor cõſanguinei mei, cõſequenter feci mẽtionẽ de publica honeſtate: & ſic per cõſequentiã videtur ſublata virtute diſpenſationis. Si verò ex narratione verborũ non cõp̃henditur: vt ſi impetro diſpenſationẽ, vt liceat mihi ducere Blanchã vxorẽ, non obſtãte, q̃ ſit mihi affinis in tertio gradu: nõ valet diſpẽſatio, ex quo de publica honeſtate nõ eſt facta mẽtio expreſſa, vel tacita: quia affinitas poteſt cõtrahi ſine matrimonio. ¶ Quartũ. Igit hoc impedimẽtũ, ſcilicet publicæ honeſtatis, impedit, & dirimit, tam matrimonium, quàm etiam ſponſalia ſequẽtia, etſi non præcedentia: vt in c. ex ſponſalibus. de ſponſa. lib. vj. Vnde ſi qui ſpõſalia inter ſe contraxerũt, nullus de conſanguinitate ſponſi poteſt habere ſpõſam illã, neq; aliqua de conſanguinitate ſponſæ

habere potest sponsum illũ de despon. impu. c. continebatur. & de spon. iuuenis. & c. ad audientiã. & hoc vsq; ad quartum gradũ ipsorũ consanguineorũ durat. de sponsa. sponsam. sicut & de impedimento affinitatis infrà dicetur, cui hoc impedimentum assimilatur. ¶ Quintum. Publicæ honestatis olim duæ fuerunt species. Vna enim ex secundis nuptijs cõtrahebat: puta si mortuo Petro vxor eius ex alio secũdo viro haburit filiũ aut filiã: illa proles cũ nullo Petri cõsanguineo poterat cõtrahere: sed hodie sublata est p. c. nõ debet. de consan. & affi. Et alia locum habet, quæ cõtrahitur ex sponsalibus de futuro, vel etiã ex matrimonio de præsenti nondũ consummato, vt dictum est. ¶ Sextum. Si aũt sponsalia de iure nõ tenuerũt, sed fuerunt nulla: San. Tho. secutus rationẽ naturalem, qua id, quod nõ est, nihil efficit. & tex. in c. si quis de sponsauerit. el ij. xxvij. q. ij. iuxta expositionẽ antiquã dixit, q̃ non inducunt publicã honestatem: vt suprà parti. j. recitatũ est. Sed quia huiusmodi impedimentũ ex summi pontificis pendet voluntate: ideo Bonifacius octauus post S. Tho. ex aliquo bono fine, de quo nihil ad præsens, respiciens ad ipsum cõsensum, seu voluntatẽ contrahentiũ, statuit in c. ex sponsalibus. de spon. in vj. q̃ si sponsalia fuerũt pura, id est, absoluta, & nõ sub cõditione: & certa, id est, respectu certæ, siue determinatæ personæ, etiã si fuerũt nulla ratione cõsanguinitatis & affinitatis, religiõis, frigiditatis, aut alia quauis ratione, oritur publicæ honestatis iustitia ad dirimendum sequentia sponsalia vel matrimonia, non præcedentia, nisi fuissent nulla ratione cõsensus: puta quia ambo, vel vnus est infans aut furiosus. Et intellige secũdũ Pet. de Pal. quãdo defectus cõsensus est apparẽs: vt in pueris, & amẽtibus. Secus si sit latens, vt in cõtrahente animo nõ contrahẽdi, sed decipiẽdi: quia ecclesia instituit istud impedimentũ propter apparentia honestatis. qd etiã confirmatur per Vinc. Arch. Io. And. Imol. & Gemi. in d. c. ex sponsalibus. qui tenent, q̃ si quis in loco cõtrahat, nõ inducitur hoc impedimẽtũ, si de loco cõstet aperte: & consequẽter si nõ cõstaret, induceretur. ¶ Septimũ. Cùm sponsalia aliquãdo pura, id est, absoluta, & aliquãdo cõditionata, & rursus aliquãdo certa, id est, cũ determinata persona, puta Berta filia Titij: aliquãdo incerta, vt cũ incerta persona, puta cum vna ex filiabus Titij: ex cõditionalibus, ante cõditiõis euentũ, & ex incertis nõ oritur publica honestas: sicut nec ex nõ habẽtibus cõsensum. d. c. ex spõsalibus. quod intellige si cõditio faciat cõtractũ cõditionalẽ & dependẽtem: quia est de futuro cõtingens & honesta. Vnde si quis cũ aliqua cõtraxit spõsalia sub cõditione, & ea pendẽte cũ alia prioris cõsanguinea cõtrahat per verba de præsenti, remanebit cũ secũda: quia nõ erat cõtracta publica honestas cũ prima. Secus si prima spõsalia fuissent pura, aut cõditio fuisset impleta: quia spõsalia sequẽta nõ impediũt præcedẽtia. d. c. ex sponsalibus. Sed tamẽ notandum est, q̃ si conditio apposita habetur pro non adiecta, iuxta ea, quę dicta sunt s. Matrimonium tertiò. §. xj. nihilominus spõsalia erũt pura: & orietur publica honestas. de cõdi. app. c. vlti. Si verò cõditio esset talis, quòd ipsis sponsalibus intelligitur inesse, etiã si nõ apponeretur, distinguo: quia si ineſt necessariò, ita q̃ sine ea nõ tenet contractus: vt, ducã te si vixero: non suspendit actũ: vt s. Matrimoniũ tertiò. §. iij. & cõsequenter cõtrahitur publica honestas. Si verò ineſt de bene esse, ita q̃ sine ea stat cõtractus: licet subintelligatur ad euitandũ peccatũ: vt, ducam te nisi sit cõtra iura, vel nisi displiceat Deo: sic si exprimitur, suspendit, vt ibidẽ dictũ est, vsque dum constiterit de veritate. Igitur si spõsalia sub ista cõditione contrahãtur, si Deo placuerit vel ecclesiæ, vel si de iure possum, & huiusmodi: licet talis cõditio, si nõ exprimatur, faciat spõsalia esse pura: tñ si exprimitur, facit ea cõditionalia: & consequenter si postea inuenitur ibi esse affinitas, vel aliud impedimentũ, poterit contrahere spõsalia pura cũ alia eius consanguinea: quia non erat orta publica honestas. Et ita tenuit Hoſt. in c. ad audientiam. de spõsa. & Ioan. And. in d. c. ex sponsalibus. & Direc. lib. j. & Imol. Et obijcitur, quòd si cõditiones, quæ insunt, non faciunt legatum, siue obligationem conditionalem. ff. de condi. & demon. l. conditiones. respondet Summa Ange. & Rosel. q̃ hoc verũ est, si non exprimantur: secus si exprimantur. Sed ista responsio videtur esse cõtra intẽtionem loquentium: quia leges, quæ dicunt contractus factos sub conditione quæ ineſt, siue quæ subintelligitur, nõ esse cõditionales, sed puros, vel aliquãdo. ff. de condi. & demonſt. loquũtur quãdo talis cõditio exprimitur in cõtractu: alioquin si loquerẽtur de ea, vt est implicita, nõ distinguerẽt inter eos, quãdo fiunt sub tali conditione, vel non fiunt: quia semper sub ea fiũt. Vnde dicũt, quòd ratio quare ibi non contrahatur publica honestas, non est, quia conditiones, quę insunt necessariò, faciũt contractum conditionalem si exprimantur: sed quia ibi deficit consensus absolutus, sine quo sponsalia nõ inferunt publicã honestatem. Sed contrà instat Summa Rosel. per legẽ, si ita legatum. ff. de leg. volẽs præbare, q̃ prædictæ cõditiones, si exprimantur, suspendunt contractum: quia Panor. in c. significasti. de elect. per illã legem, dicit, quòd si relinquo alicui centum si voluerit legarij est conditionale. non autem si relinquo simpliciter, licet illa cõditio tacitè insit, eo q̃ le garatus possit repudiare legatum. nam quãdo relinquo si volet, suspendo virtutem legati vsq; in euentum conditionis: vnde legatario nõ acquiritur, nisi voluntatẽ suam declaret, vt ibi. Sed si relinquo simpliciter, acquiritur etiã ignoranti, licet committatur dicta conditio: quia tunc conditio est pura, non cõditionalis. Sed dico, q̃ sumus extra casum: quia illa cõditio, si volet, nõ est subintellecta necessariò: quia sine ea acquritur legatario vel hæredi. vt facto legato antequã veniat ad eius notitiã moriatur: nec etiã de bene esse quasi ad eundũ peccatũ: quia sine peccato fieri põt, vt in dicto casu. nec Pan. ad hoc probandũ aliqd adducit. Et ita stat conclusio Hoſt. & Io. And. & Dir. quicquid sit de ratione eorũ. Archi. autem est in contrarium: quẽ Sum. Ange. nititur concordare per distinctionẽ, quã habes suprà, Matrimoniũ. iij. §. iij. scilicet vt talis conditio expressa nõ suspẽdat, quãdo sine ea cõtractus fieri nõ potest, & suspendat quando fieri potest sine ea. & hoc verum est. Sed malè distinguit necessariũ per necessarium & contingens, vt ibi dixi. ¶ Octauum. Ad hoc, q̃ spõsalia inducant publicã honestatẽ, multa requiruntur. Primò vt contrahentes, siue pro quibus cõtrahũtur, compleuerint ætatem debitã, id est, septem annos: quia est tex. in d. c. ex sponsalibus. & Pan. in c. iuuenis. de spon. dicit, q̃ vbi requritur ætas certa respectu discretionis, præueniri non põt. vt pater in ætate ad confectionẽ testamẽti: vt in l. qua ætate. ff. de testa. & idẽ no. in c. puberes. de despõ. impube. & ita tenet Summa Ang. & Ros. sed de hoc infrà, Sponsalia. §. ij. Si tamẽ parentes pro filijs contraxerũt, requiritur, q̃ cõsenserint expressè vel tacitè: vt si præsentes nõ cõtradixerũt, vel absentes postquã scierint ratificauerũt expressè vel tacitè: aliàs non inde oritur honestas; nec obligantur filij. de despon. impub. si infames. libr. vj. Si etiam maior septen-

septennio contrahat cũ minore, non inde oritur publica honestas, secũdùm Pan. in d. c. iuuenis. & in c. fraternitati. de eo qui cog. cõsang. vxo. ex defectu consensus: vt in d. c. ex spõsalibus. & multo minus oritur, si vterq; erat minor septennio. In omnibus tamẽ prędictis casibus, siue contra xerint filij, siue parẽtes pro filijs, oritur publica honestas, si facti maiores septẽnio, verbo vel facto eorũ liquidò appareat q̃ permaneãt in eadẽ volũtate: vt quia vocãt se spõsos, vel cohabitãt, aut simul iacent, vel se vt sponsi osculãtur, & huiusmodi, quia spõsalia cõualescunt: alias nõ. d. c. si infantes. Addit etiã Pan. in c. iuuenis. q̃ si maior septennio cohabitauit minori spõsæ de futuro, & interuenit extraordinaria pollutio, vel sit dubiũ an eam tẽtauerit: q̃ ex æquitate oritur publica honestas, sed tamẽ nullo iure pro batur. Secũdò requiritur q̃ nõ sint facta sub conditione suspendẽte. Tertiò q̃ sint certa, quia in personã incertam nõ fertur consensus, nec oritur hoc impedimentũ. d. c. ex sponsalibus. iuncta glo. Quartò q̃ nõ deficiat consensus apparẽter. Quintò q̃ non sint cõtracta post matrimoniũ vel sponsalia, quia sponsalia secũda facta cũ primæ sponsæ consanguinea nõ diriment priora. d. c. ex spõsalibus. quod intelligo nisi priora sint cõditionata, & pẽdeat adhuc ipsa cõditio: secunda verò sint absoluta. argu. text. ibi in verbo, pure: & gl. quæ pro ratione adducit q̃ sequentia non soluunt priora: quia ex primis orta erat publica honestas, quæ in conditionalibus non oritur ante conditionis euentum: vt dictum est. & ita tenet Archi. & glo. in d. c. ex sponsalibus. ¶ *Decimoquintò quæritur, qd iuris de impedimento affinitatis? Et dico multa. ¶ Primũ. Affinitas secũdùm Ray. est proximitas personarũ ex carnali copula prouenientes, omni carẽs parentela. & idem Hoſt. Sed intelige q̃ prouenit ex carnali copula tam licita siue matrimoniali, quàm illicita siue fornicaria, secũdùm S. Tho. in iiij. dist. xlj. & Pet. de Pal. & xxxv. q. iij. nec eã. extrà, de eo qui cogno. consangui. vxo. discretionẽ. & c. tuæ. & est communis opinio. licet Gofr. teneat q̃ causetur solùm per coitũ nuptialem, per §. sciẽdũ. in l. nõ facile. ff. de gradi. sed ille §. loquitur de affinitate, per quam defertur hereditas alicui, secundũ Io. And. in lect. arboris affin. Non tamen causatur ex coitu Sodomitico, & generaliter extra vas naturale facta. xxxv. q. iij. extraordinaria. & q. x. fraternitatis. & extrà, de eo qui cogno. cõsang. vxo. fraternitatis. Intellige etiam omni carens parentela per se: per accides autẽ possunt licitè vel illicitè permiscerì cõsanguinitas consanguinitati, & affinitas affinitati, & cõsanguinitas affinitati: vt in incestu Loth cũ filiabus, & Caroli magni cũ sorore, ex qua genuit Rolandũ filiũ & nepotẽ, ipse pater & auuncu lus, quia frater matris: & Iudæ cum Thamar. Exemplũ etiã in patre & filio qui duxerũt matrẽ & filiam in vxores, cùm mater esset cõsanguinea patri in tertio gradu per dispẽsationem: vbi licite factæ sunt dictæ permistiones. ¶ Secundum. Quomodo autem ex coitu affinitas cõtrahatur, sunt varij modi loquendi. Pro quorum notitia sciendum est q̃ quantum colligitur ex S. Tho. in iiij. dist. xlj. q. j. articu. j. q. j. copula carnalis, ex qua sequitur affinitas, est illa, ex qua de se nata est sequi generatio prolis: tũ quia dicit q̃ affinitas causatur per coniunctionem ordinatam ad carnis propagationem, tum etiam quia ista copula dicitur à doctor. coitus. Coire autẽ est simul ire: quia scilicet tam vir quàm mulier in vnũ conferunt id, quod requiritur ad prolis generationẽ: id est, vir sperma, & mulier sperma, vel aliquid loco spermatis, id est, sanguinem purgatum ad generationem à natura paratũ. Non enim est necesse ad generationem quòd mulier semineț, alioquin beata virgo non fuisset vera mater. Vide de his tertia parte, quæstione xxxj. Vnde quando ipse S. Tho. in iiij. vbi s. q. iiij. ad secundum, dicit, quantumcunque aliquis claustra pudoris inuadat aut frangat, nisi commistio seminum sequatur, non contrahitur ex hoc affinitas. Per semẽ ex parte mulieris accipit id, quod est semen vel loco seminis. Igitur sufficiens & expressa causa affinitatis est commistio seminum, vel tenentium locum seminum, vt glo. Pet. de Pal. & consequenter dicta docto. quæ videtur varia, sunt penè omnia cõsona. Igitur si primò ab vtroq; seminetur in vase debito, secundùm omnes contrahitur affinitas, & cõsummatum est matrimonium si sint vir & vxor. Si autẽ secundò neuter spermatizet: secundùm omnes non est contracta affinitas, nec matrimonium consummatum. Ex hoc tamen ratificantur spõsalia ante tempus facta: etiã si non sit certum, sed dubium, vtrum vir intrauerit clausura pudoris: & causatur honestas publica: vt in c. iuuenis. de spon. Si verò tertio semineț seu spermatizet mulier, & non vir, non causatur affinitas: quia non est commistio prædicta. & ita, vt Archi. in d. c. extraordinaria. refert, tenet Inno. in c. fraternitati. de eo qui cogno. cõsangui. vxo. & Hugo. & Laurent. & Vincent. qui volunt necessariò requiri vtriusque seminis cõmistionem. & idem S. Tho. Sed nec etiam consummatum matrimonium isto casu secũdùm Inno. vt refert Pan. vbi suprà, sicut patet in frigido, qui palpando prouocat ad spermatizationem: & tamen non est consummatum matrimoniũ. Si verò ecõtrario spermatizet virì vase debito intra clausura pudoris, & non mulier: Pan. refert Innoc. tenere quòd non contrahitur affinitas: quia requiritur seminum commistio. & idem Hoſt. in Sum. & Hugo. Sed re vera contrahitur hic affinitas, & matrimonium est consummatum. & ita tenet Pan. & Feder. consil. ccxc. & Pet. de Pal. Et re vera ista est opinio Innocent. in d. c. fraternitati. & Rodol. & omnium doctorum: quia cùm aliqui dicunt quòd requiritur commistio seminum: exponit Pet. de Palu. id est, seminis & menstrui, siue sanguinis in muliere à natura parati. Vnde & Hoſti. qui sic loquutus est in Sum. in d. c. fraternitati. dicit sufficere q̃ vir émittat in clausura pudoris. Et ratio horum est: quia secundùm Philosophum in libro de Anima, & secundũ medicos, in generatione humana non requiritur necessariò semen mulieris. Vnde si mulier non emiserit per anum, & tamen conceperit & peperit, non erit secundùm hoc matrimonium consummatum, vel causata affinitas, quod est ridiculum. Imò fortius, & bene, tenet Pet. de Pal. & Zab. post Mar. quòd si vir solus seminet extraordinariè, id est, extra vel circa vas naturale, vt exponit glo. in d. c. extraordinaria. & semen subintret clausura, esset contracta affinitas, & matrimonium cõsummatum, si præcessissent verba de præsenti: quia hic est seminũ cõmistio: & inde sequi potest generatio: sicut fit in balneis: vel per dęmones incubos, qui ex semine virorũ infuso matricibus mulierũ generãt homines, qui vtriq; hominum, & nõ dæmoniorum sunt filij: & in Gallia quędam mulier saluis clausturis, imò cũ esset arcta, impręgnata est. Ex quibus patet, q̃ si iuuenis defloraut sponsam, & aperuit seras eius, sed non spermatizauit, si erat sponsa de futuro, teneret matrimonium cum secunda secundùm rei veritatẽ: vt no. Io. in d. c. extraordinaria. & ita si constaret de hoc, seruari deberet: sed tamẽ in foro causarũ pręsumitur seminasse, & cogitur stare cũ prima. Si verò erat sponsa de præsenti, poterit maritus intrare religionẽ: licet ecclesia se possit opponere ex præsumptione. & de despõ. impube. si infan-

tes.libr.vj.vbi hoc no, Archid. Si verò erat ſoluta, conſanguineus defloratoris poterit cõtrahere cũ ea. ¶ Tertium. Cùm in affinitate ſint genera & gradus, quantum ad genera ſecundũ doctores olim fuerũt tria: vt etiam patet xxxv. q.iij. per totum. & diffuſe pertractat Dir. libr. j. & Bern. in c. non debet. de conſang. & affinit. & de hoc datur regula: Perſona addita perſonæ per carnis copulam, mutat genus attinentiæ, ſed non gradum. Nam perſona adiũcta ſanguini alterius per copulam carnalem, facit primũ genus: perſona verò ſecunda per copulam addita dictæ perſonæ primæ, ſeu facienti primum genus, facit ſecundũ; perſona verò tertia addita ſecũdæ per copulam carnalem, facit tertiũ genus. Sicut, verbi gratia, vxor fratris mei mutat genus: quia frater meus attinet mihi conſanguinitate: ita illa affinitate: ſed eſt mihi affinis in primo genere: & in eodem gradu affinitatis eſt mihi & alijs conſanguineis meis, quo gradu conſanguinitatis & mihi, & meis cõſanguineis eſt frater meus. Secunda verò perſona mihi aliunde non affinis nec conſanguinea, ſi coniungatur, id eſt, coeat cum dicta vxore, eſt mihi, & conſanguineis meis affinis in ſecundo genere: & eodem gradu quo ſumus fratri meo. Tertia quoq; perſona aliũde nec conſanguinea nec affinis, ſi cõiungatur dictæ ſecundæ perſonæ, eſt mihi & conſanguineis meis affinis in tertio genere. Et ita nota. in c. non debet. de conſang. & affin. vbi patet q̃ hodie ſolum primum genus habet prohibitionem. Quantum verò ad gradus, ſciendum eſt, quod iam patet ex dictis, quomodo computentur: tamen quantum ad primum genus dico, q̃ omnes conſanguinei vxoris meæ vel mulieris à me cognitæ, ſunt mihi affines in eo gradu, in quo ſunt conſanguinei talis mulieris: & ſimiliter omnes conſanguinei mei ſunt illi mulieri affines in eo gradu, in quo ſunt mihi conſanguinei: ſicut ſoror vxoris meę eſt in primo gradu, illi quidem conſanguinitatis, mihi verò affinitatis: filia ſororis illi eſt in ſecundo conſanguinitatis, & mihi in ſecundo affinitatis: idemque vtrinque in cæteris ſucceſſoribus agendũ eſt. xxxv. q. v. porro. Conſanguinei autẽ mei & meæ vxoris nullo modo inuicem ſunt affines: nec inter eos matrimonium prohibetur. de conſang. & affi. c. ſuper his. Vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus: & pater ac filius cum matre & filia. Et quod dixi de vxore, intellige de omni muliere carnaliter à me cognita, vt ſuprà dictum eſt. ¶ Quartum, ad pleniorem autem dictorum & dicendorum notitiam, hîc affinitatis arborem ſtatuo, iuxta tradita per Ioann. Andr. in eius lectura, in cuius medio ſunt quatuor cellulæ: in quarum prima ſuperiori ponitur primus gradus: in ſecunda ſecundus: in tertia tertius: & in quarta ponitur quartus: qui ponuntur in medio fratris & ſororis: vt detur intelligi quòd ex parte vtriuſque ſexus affinitas contrahitur ex conſanguinitate: & nõ exprimitur

Arbor affinitatis



Hec arbor non habet Sinuam Dextram vel Sinistram et ad Omnia Consanguinitatis Vbi clarius et facilius cum sine hac affinitatis arbore intelligunter,

mitur vtrũ illi gradus ſint cõſanguinitatis vel affinitatis, vt illa cõputatio ad vtrũq; referatur: vnde frater & ſoror ſunt in primo gradu cõſanguinitatis: & frater ac vir ſororis in primo gradu affinitatis: & ſic de alijs. Deinde à latere dextro illarũ cellularũ ponit lineã aliarũ quatuor cellularũ: & in prima ſcribitur frater: in ſecũda fratris filius: in tertia fratris nepos: in quarta fratris pronepos. & ad dorſum huius lineæ ponitur alia, quatuor ſimiliter cellularũ: ĩ quarũ prima ſcribitur vxor fratris olim relicta: ĩ ſecũda vxor filij fratris: in tertia vxor nepotis fratris: ĩ quarta vxor pronepotis fratris. A latere ſiniſtro ſunt alię quatuor cellulæ: in quarum prima eſt ſoror: in ſecũda ſororis filia: in tertia ſororis neptis: in quarta ſororis pneptis. & ad dorſum huius lineæ ponitur alia, quatuor ſimiliter cellularũ: ĩ quarũ prima eſt vir ſororis olim relictus, in ſecũda vir filię ſororis: ĩ tertia vir neptis ſororis: ĩ quarta vir pneptis ſororis. Ponũtur etiã aliæ duę cellulæ: vna à latere dextro à tergo ſuperiorũ cellularũ continens, relictus relictæ fratris: alia à ſiniſtro continens, relicta relictæ ſororis: quę ponunt ad demonſtranda genera affinitatis, quæ hodie nó habẽt locum: cuius rei gratia etiam ĩ cellula vxoris fratris ponitur olim relicta: quod in inferioribus non ponit: quaſi dicat q̃ frater habuit vxorẽ, quo mortuo relicta ei cõtraxit cũ alio: ſed ea mortua iſte relictus à relicta fratris vult cõtrahere cum ſorore, vtrum hoc poſſit: & dicitur, q̃ olim non, hodie verò ſic. Et hæc patẽt in hac figura. ¶ Quintum. Ad cognoſcendum autem affinitatis gradũ, idem Doctor cõformiter ad prædicta dat regulam talem. Per carnalem copulam viri & mulieris, etiam ſi nõ ſit vxor, inter cõſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis: vt patet ex dictis, & eiuſdem gradus, cuius eſt cõſanguinitas, ſicut patet in arbore, q̃ frater & ſoror ſunt in primo gradu cõſanguinitatis: maritus ſororis eſt fratri in primo gradu affinitatis, & ſic vxor fratris ſorori, filia ſororis eſt filio fratris, & ipi fratri: & in ſecundo gradu cõſanguinitatis, maritus eius ĩ ſecundo gradu affinitatis, & ecõuerſo: & ſic in reliqs. Vnde vir proneptis ſororis attinet fratri & oĩbus deſcendentibus, qui ſunt in arbore, quarto gradu affinitatis, & hoc ideo, qa toto gradu conſanguinitatis attinet p̃dictis ipſa proneptis. ¶ Sextum. Impedit aũt affinitas matrimoniũ, & dirimit ſi illud præueniat quo ad aſcendẽtes & deſcẽdẽtes eo modo quo & cõſanguinitas, id eſt, in ppetuũ ſecundùm opinionem veriorem: de qua ĩ. §. vj. iiij. partic. qa dicit tex. q̃ ita abſtinere debemus à cõſanguineis vxoris, vt à ꝓprijs. de cõſang. & affini. c. j. xxxv. q. iij. de propinquis. & c. æqualiter. & ad idem Inſtit. de nup. §. affinitatis. & dicit lex, q̃ tales aſcendẽtes & deſcendentes habentur loco parẽtum & liberorũ. ff. de gradi. l. nõ facile. §. & retro. Et ita tenet Ioã. And. in lect. arbo. & eſt cõmunis doctrina. Licet Sum. Ang. innixa falſę opinioni, quam vbi ĩ. tenuit, cõtrarium dicat. Quãtũ verò ad collaterales, ſi precedat, impedit & dirimit in primo genere tãtùm hodie, & vſque ad quartũ gradum incluſiuè: vt in d. c. non debet. Vnde perſona cognita carnaliter ab aliquo cõſanguineo, contrahere nõ poterit cũ aliquo de illa cõſanguinitate, niſi ab illo diſſet vltra quartũ gradũ, à quo fuit cognita, & ecõtrario. & ſi cõtrahit, matrimoniũ nullũ eſt: & cõtrahens eſt excommunicatus. de conſan. & affin. eos. in cle. Si verò quis cognoſcat cõſanguineã alicuius in quinto gradu & ſuprà, ſecundũ Ray. & Gof. nõ cõtrahitur affinitas, nec impeditur matrimonium. & ſi erat ſuæ vxoris cõſanguinea, nõ p̃dit ius exigẽdi debitũ. ¶ Septimũ. Si autẽ affinitas ſupueniat ſponſalibus de futuro, ſoluuntur ſponſalia: nec poteſt vir habere ſponſam illã obſtãte affinitate, nec eã quã cognouit obſtãte publica honeſtate. Sed ſi ſuperueniat matrimonio iam cõtracto per verba de præſenti, licet nõ cõſummato, nõ dirimit illud: vt in c. ij. de cõſan. & af. Sed ille, p̃ quẽ affinitas cõtracta eſt, debitum petere nõ põt ſine peccato mortali, licet reddere teneatur expreſſe vel interpretatiuè petẽti: imò ſi matrimoniũ nõ ſit cõſummatũ, non põt etiã ſecundũ Pet. de Pal. ſine diſpẽſatione (quã tamẽ facere poteſt epiſcop⁹) reddere ſine mortali: qa poteſt intrare religionẽ, ad quod, vt dicit, videtur teneri. quod Sũ. Ang. dicit ſe nõ credere. Sed ego hoc ꝓbo verũ, niſi obtineat diſpẽſationẽ. Illud enim quod eſt licitũ & poſſibile, & p̃ qđ ſolũ poteſt vitari peccatũ mortale, cadit ſub p̃cepto, ſicut & vitatio ipſius mortalis: quia ſi præcipitur vitatio peccati mortalis, præcipit oẽ poſsibile neceſſariũ ad illud. Sed ĩ greſſus religionis reſpectu iſtius eſt huiuſmodi: quia eſt licitus & poſsibilis: & hoc ſolo modo vitare põt redditionẽ debiti, q̃ illi eſt peccatũ mortale, qñ ſine iniuſtitia põt negare, cũ ſit inceſtus. Et ſimile eſt de iſto ſicut de habẽte votũ ſimplex, q̃ in caſu iſto ſecũdũ S. T. in iiij. diſt. xxxviij. tenetur intrare religionem. ¶ Octauũ. Affinitas remanet etiã poſt mortẽ illius ꝓſonæ, per quã eſt cõtracta ad cõſanguineos eius, ſecũdũ Pet. de Pal. & xxxv. q. j. frater nitatem. adeò, q̃ ſi reſurgeret frater meus, qui fuerat vxorat⁹, licet ipſe amplius nõ eſſet maritus illius mulieris, qa matrimonium per mortẽ ſoluitur, tñ illa mulier eſt mihi affinis. vide j. Reſuſcitatus. ¶ Nonũ. Exprædictis ſequunt & patent multæ cõcluſiões & multi caſus. Nã ſi mortua vxore vult quis accipere in vxorẽ illã, quę quondã fuit vxor alicuius de cõſanguinitate primæ vxoris, hoc põt: quia licet nullã fœminã de cõſanguinitate primæ vxoris poſsit accipe, qa ibi eſt affinitas, tñ fœminã olim vxorẽ alicui de ipſa cõſanguinitate bene põt accipere. Et idẽ dicẽdũ eſt, ſi ponatur ſimilis caſus ex parte vxoris: quia mortuo viro licet accipere nõ poſsit aliquẽ virũ de cõſanguinitate primi, põt tñ accipere virum olim maritũ alicuius fœminę de ipſa cõſanguinitate: qa ibi nõ eſt affinitas primi, ſed ſecũdi generis. ¶ Similiter ſi Petr⁹ habuit ſucceſsiue duas vxores Bertã & Mariã, ex quarũ prima, id eſt, Berta genuit Margaritã filiã, q̃ nupſit Martino, mortuo Petro & Berta & Margarita, Martinus põt in vxorẽ accipere Mariã ſecũdã vxorẽ Petri ſecũdũ p̃dicta, quia licet Martinus accipere nõ poſsit aliquã de cõſanguinitate ſuæ vxoris vſq; ad quartũ gradũ, fœminã tñ olim vxorem alicuius de ipſa cõſanguinitate bene põt accipere, vt eſt hic: & ſic eſt caſus ĩ quo generaliter accipere põt eã quæ fuit vxor ſoceri ſui. Si ẽt mortua vxore mea volo accipere relictã viri, qui fuit germanus meę vxoris, hæc poſſum. Similiter poſſet qa accipere cognatã vxoris ſuæ defunctæ: qa ſi fuit cognata, id eſt, vxor fratris vxoris, eſt in ſecũdo genere affinitatis: ſi verò fuit cognata, qa ambę fuerũt vxores duorũ fratrũ, tũc ſunt in ſecũdo gñe. q̃d Pan. in d. c. non debet. declarat, qa frater mariti eſt affinis ĩ primo gñe, & cõſequẽter vxor ſua, cũ ſit iũcta primo generi, inducit ſecũdũ genus. & idẽ eſt reperire ĩ vxore alterius. Et hac rõne olim nõ poterat qs ſucceſsiuè habere vxores duorũ fratrũ: qa cũ illæ inuicẽ ſint in ſecũdo gñe affinitatis, q̃ vnã earũ accepit, eſt in tertio gñe cum reliqua, quia eſt ꝓſona addita ſecũdo generi, & ideo illã nõ poterat habere mortua prima. Erat etiã ibi publica honeſtas, vt dicit tex. ĩ c. porro. xxxv. q. iij. Sed hodie ſicut ſublatũ eſt ſecũdũ & tertiũ gen⁹, ita & publica honeſtas tãquã acceſſoria ſublata eſt ſublato principali. Publica tñ honeſtas,

ſtas, quæ nõ venit acceſſoriè, vt ea quæ oritur ex cõtractu ſponſaliorũ ſeu matrimonij cum meo cõſanguineo, non eſt ſublata: cũ de ea in d.c. nõ debeat mẽtio nõ fiat: vt ꝓbatur in c.j. de ſpõ. lib. vj. Ex quo elicit Pan. **regulam**, ꝙ cõſequutiuè veniẽs ad aliquid, puta ad b, **immutato vel** ſublato b, immutatũ eſt vel ſublatũ cõſequutiuũ. Ad **quod rex.** in c. miramur. de ſer. nõ or. & in c. quãuis. in ſi. **de elec. lib.** vj. & hoc facit ad ſtionẽ, de qua in §. xiiij. partic. iij. **Vide** multa ꝑ Pã. circa huiuſmodi in d.c. nõ debet. & per gl. ibi.

16 ¶ Decimoſextò q̃ritur, *qd iuris de impedimẽto impotẽtiæ coeũdi, q̃ ſecũdũ Ray. eſt vitiũ animæ vel corporis vt vtriuſq;, quo quis impedit alteri carnaliter cõmiſceri? Et dico multa. ¶ Primũ. S. Tho. de hoc impedimento in iiij. diſt. xxxiij. virtualiter & cõcluſiuè ſic ſcribit: Sicut in alijs cõtractib⁹ nõ eſt cõueniẽs obligatio, ſi quis ſe obliget ad hoc qd nõ põt dare vel facere: ita in cõtractu matrimonij, quo ſcilicet vnus obligatur alteri ad debitũ carnale ſoluẽdum, nõ eſt cõueniẽs cõtractus, ſi fiat ab aliquo q̃ debitũ carnale ſoluere nõ poſsit. Et hoc impedimentũ gñali nomine vocatur impotẽtia coeundi: quę poteſt eſſe ex cauſa intrinſeca naturali, & ex cauſa extrinſeca accidẽtali, ſicut per maleficiũ. Et quidẽ cauſa naturalis, ſi eſt tẽporalis, cui ſubueniri poſsit medicinę vel ætatis bñficio, matrimoniũ nõ ſoluit. quod tamẽ ſoluit, ſi eſt ꝑpetua, & ab eorũ altero ignorata: ita, ꝙ ille, ex cuius parte allegatur impedimẽtũ, perpetuò maneat ſine ſpe cõiugij: alius verò nubat cui vult in domino. & tale impedimẽtũ eſt frigiditas, ad quã reducit̃ omnis defectus naturalis. Accidẽtalis, ſicut ex maleficio, ſi nõ eſt perpetua, nõ dirimit: ſi verò eſt ꝑpetua, id eſt, nõ habens remedium opere humano, etſi diuino, vel aliq̃n diabolico, dirimit. Ad hoc aũt cognoſcẽdũ, ſcilicet vtrũ ſit perpetua vel tẽporalis, eccleſia tam in cauſa naturali, puta frigiditate, q̃ accidentali, puta maleficio, ſtatuit tempus triennij ad hoc experiẽdũ, in quo ex vtraq; parte detur efficaciter opera copulæ carnali, poſt quod ſi matrimoniũ inueniat nõ conſummatũ, iudicio eccleſiæ diſſoluitur: in quo tamẽ quãdoq; eccleſia errat: quia ꝑ trienniũ quandoq; experiri ſufficiẽter nõ põt perpetuitatem impotẽtiæ: ſed ſi deceptam inuenit ſe per hoc, ꝙ ille in quo erat impedimentum, inuenitur carnalẽ copulam cum eadem vel alia perfeciſſe: reintegrat præcedẽs matrimoniũ, & dirimit ſecundum, quãuis de eius licẽtia factum. Eſt tamen inter frigiditatẽ & maleficium differẽtia: quia impotens ex illa, ſicut ad vnã, ita & ad aliam impotẽs eſt: ideoq; ſoluto matrimonio nõ datur ei licẽtia nubẽdi: ſed ex maleficio põt quis eſſe impotẽs ad vnã, & nõ ad aliã: ideoq; quãdo iudicio eccleſiæ matrimoniũ dirimitur, vtriq; datʼ licẽtia quærẽdi aliam copulam. Poteſt autem maleficium præſtare impedimẽtum quantum ad omnes, & quantũ ad vnam tãtùm: quia diabolus eſt cauſa voluntaria, nõ ex neceſsitate naturæ agẽs. Sed intellige, niſi vtatur actiuis naturalibus. Et prẽterea hoc impedimentum põt eſſe ex impreſsione dæmonis in hominis imaginationẽ, ex qua tollitur viro cõcupiſcẽtia mouẽs ad talẽ mulierẽ, nõ ad aliã. ¶ Secundũ. Sum. Ang. dicit tres eſſe ſpecies huius impotẽtiæ, quæ ſunt naturalis, accidentalis, & maleficialis: ſed qa etiã ipſa maleficialis eſt accidẽtalis, ideo melius Supple. & Sum. R of. cum S. Tho. & Ray. dicũt, quòd ſunt duæ, ſcilicet naturalis, vt frigiditas ſeu impotẽtia pueri & ſenis, & cõplexiõis, vt caliditas nimia, & arctatio mulieris: & accidentalis, vt maleficiũ, caſtratio, & huiuſmodi. ¶ Tertium. Impotẽtia naturalis, quę eſt in puero, matrimoniũ ipedit ad tẽpus, quia quandiu durat, contrahere nõ poſſet. extrà eod. quod ſedem. vbi impotẽs ad copulã, eſt impotens ad cõtrahẽdũ. Quæ verò eſt in ſene, nõ impedit: quia nemo eſt adeò ſenex, quin calere poſsit natura vel artificio, ſecũdùm glo. in c. nuptiarũ. xxxij. q. j. ſi tamen nullo modo iuuari poſſet natura vel arte, ſecũdùm Richar. eſſet idẽ ſicut de naturali frigiditate: qa talis cõtrahẽdo ſe obligaret ad impoſsibile. Quæ verò eſt in frigido, ſi eſt perpetua, ipedit & dirimit: ſecus ſi tẽporalis. extrà eo. laudabilẽ. Et idẽ eſt de exceſsiua caliditate, ſecũdùm S. Tho. quia, ſecundũ eum, licet vir poſsit eſſe impedimẽtũ perpetuum: ſi tamẽ inueniretur per trienniũ impedire copulã, iudicaretur ꝑpetuum: quia tamẽ frigiditas magis & ſæpius impedit, tollit enim non tãtùm cõmiſtionem ſeminum, ſed membrorum rigorẽ, quo fit corporũ cõmiſtio: ideo magis ponit impedimentũ quàm caliditas. Et idẽ Aſten. & Pet. de Pal. addẽs, quòd nomine frigiditatis intelligitur nõ ſolùm caliditas, ſed etiã omne impediẽs perpetuò actũ generationis. non aũt ſi effectũ generationis impedit, & nõ actum: vnde ſteriles ſciẽter poſſunt cõtrahere. Vbi no. ꝙ actus generationis nõ eſt cõmiſtio corporũ, ſed ſeminum, id eſt, tenentium locum ſeminum. Et ſi vir nõ ſit omnino frigidus, ſed mẽbrũ nõ erigitur, vel aliter ineptũ eſt, vel ſtatim ſpargit, vel huiuſmodi, ita ꝙ mulieri commiſceri nõ poteſt, ſecũdũ Hoſt. ſi iuuari poteſt medicinis, tenet matrimoniũ, aliter expectabitur triẽniũ, & poſtea fortè ſeparari poterit, ſicut naturaliter frigidus. Sed intellige ꝙ expectabitur, niſi poſsit de ꝑpetuitate impedimẽti conſtare. Si autẽ erigitur quidem, ſed non ſeminet, propter naturale vel accidẽtale impedimẽtum, ſecundùm Pan. in c. ij. de frig. & maleſi. tenet glo. ſ. xxxij. q. vij. c. hi qui. ꝙ poteſt cõtrahere, & matrimoniũ tenet, quia poteſt mulierẽ prouocare. Sed cõmuniter tenetur contrariũ, quia ex quo habere nõ poteſt actũ generandi, poteſt mulier dicere, ego volo efficiˢ mater, vt in c. j. in ſi. eo. tit. ſed de hoc j. partic. v. Si verò copulari poteſt cũ corrupta, non autẽ cũ virgine, ſecũdũ S. Tho. poſſunt clauſtra pudoris aliquo inſtrumento medicinaliter frangi, nec eſſet cõtra naturã, quia nõ fieret ad delectationẽ, ſed ad medicinam. Si etiã moueatur ad pulchram, non ad turpem, ſecundùm S. Tho. huiuſmodi abominatio mulieris nõ eſt cauſa naturalis, ſed accidentalis, ideoq; idem eſt iudiciũ quod de maleficio. de quo j. partic. viij. Si verò membrum ſit exceſsiuum, ſecundũ Hoſt. papa eſſet conſulendus. ſecundũ alios verò melius dicitur eſſe idem quod de muliere arcta, quæ cũ vno, non cũ alio poteſt contrahere: quia dicit Auicen. ꝙ quandoq; mulier non eſt arcta, ſed vir eius nõ cõuenit ei, vnde vterq; indiget mutatione. Et ita tene, quia impoſsibile eſt, virũ non poſſe coire propter exceſſum membri, & mulierẽ nõ eſſe arctam, non ſimpliciter, ſed huic. ¶ Quartum. Impotẽtia coeũdi in muliere naturalis, eodem modo ſicut & in viro matrimonium dirimit, ſi eſt perpetua, ſecundùm S. Tho. non aũt ſi eſt temporalis. Vnde ſi mulieri arctæ ablq; periculo ſubueniri poteſt beneficio medicinæ, vel per futurũ vſum viri proportionati, qđ ſecũdũ Veruec. matronarũ in ſpicentiũ iuramẽto cõſtabit, ſecũdũ Ray. cõtrahere nõ ipeditur, de frig. & maleſi. ex literis. Si verò nõ põt aliquo modo ſubueniri ſine graui periculo, ſeparabit̃, & poterit alteri copulari, cui forſitan apta foret, vel cuiˢ reſpectu ei ſubueniri poſſet, ex cuius vſu ſi facta ſit idonea primo, reſtituetur ei, ſecũdũ vnã opinionem, à quo ſi cognoſci nõ poterit, cum eo erit per triẽnium, ſecũdùm Hoſt. quaſi ſit maleficiatus: quo elapſo, ſi eã cognoſcere nõ poterit, reſtituetur ſecũdo ſine ſpe, ꝙ iterum reddatur primo. licet gl.

Ray.

Ray. dixerit quòd fieri poteſt reſtitutio iſta in infinitum. Vel melius, ſi primo aptari nõ poteſt niſi per vſum alteriˢ, nunquã reſtituetur primo, niſi eo modo quo ſuprà Diuortium. §. xix. dictũ eſt. Et ſecundũ Hugo. ſi mulier eſt arcta, ſed per inciſionẽ aptabilis, cũ ea cõtrahi nõ poteſt, niſi facta inciſione: & ſi antè ducatur, & facta inciſione duret primus cõſenſus, ſufficit ad matrimoniũ. Si verò non duret, vel de nouo in eam nõ cõſentiat, aut eam carnaliter nõ cognoſcat, poteſt ab ea recedere, & ſuperinducere aliã. Et ſi vna ſit arcta, & nõ alteri, cõtrahere nõ prohibetur cũ illo, cui poteſt ſine periculo cõmiſceri, ſecundũ Veruec. non cũ alio. Et ſecundũ Arch. nõ ſic dicitur mulier inepta propter frigiditatẽ, ſicut propter arctationẽ: quia in cõcubitu eſt patiens, vt ad reddẽdũ debitum viro ſufficiat, ꝙ viri patiatur actionẽ in mẽbro naturali: quod frigiditas eius non impedit. Ex quo concludi poteſt ꝙ mulier contrahere poteſt in quacunq; ætate ſenili, vel cõplexione & diſpoſitione, modò pati poſsit ingreſſum viri ad clauſtra pudoris: ſecus de maſculo, vt dicetur partic. ſequẽti. ¶ Quintũ. Si autem vir ſciat ſe frigidũ & ineptũ, & tamen ſciẽter cõtrahit cum aliqua: ſecundũ Ray. non põt ab ea recedere propter tale impedimẽtum, ſi illa vult cohabitare. arg. extrà, de eo qui dux. in matri. c. j. & extrà eodẽ. c. conſultationi. & quã tan quã vxorem habere nõ poteſt, habeat vt ſororem: poſſet tamen diſcedere propter alia, de quibus ſuprà in tit. dictum eſt Et idẽ dicendũ ſi mulier ſciens ſe eſſe arctã contraxit cum aliquo: quia ſi vir cohabitare velit, nõ poterit illa diſcedere. Et ſimiliter ſi quis ſciẽter cõtrahat cũ arcta: aut ſi qua ſciẽter cõtrahat cum aliquo frigido vel impotẽte, ſecundùm Innoc. tenetur ei cohabitare vt frater aut ſoror. Si tamen cõtrahat cum alia, tenet matrimoniũ, quanuis primam vt ſororẽ tenere & alere teneatur. Et idem dicendum eſt ſi frigidus & arcta ſciẽter cõtraxerint. Cõſentit Ray. & Pet. de Pal. & bene, licet Hoſt. dicat quòd nullum ius in illum ad illud cõpellit: & verũ eſt, ſed cõpellit ipſe contractus: vt videtur velle S. Tho. in iiij. diſt. xxxiiij. q. j. artic. ij. in reſponſione ad quartum. Poſſet tamen ſecũdùm Ray. vnus ſeparationem petere, ſi alter viueret incõtinenter, vel aliàs inhoneſtè, vel aliũ malè tractaret, & nolet ſe corrigere. Si verò quis ignoret impotẽtiam in alio vel etiam in ſeipſo: vt ſi vir credebat ſe nõ impotentẽ, aut mulier nõ arctam: quãdo perpẽderit, allegare poteſt ſuam impotentiã: arg. de eo qui dux. in matr. quam pol. c. j. & c. conſultationi. ¶ Sextum. Secundũ Pet. de Palu. quando ſit ſeparatio propter frigiditatem viri, mulieri datur licẽtia cõtrahendi cum alio viro: aut ſi eſt impotẽs ſimpliciter, id eſt, nõ valens ſeminare: vel valens quidem, ſed nõ in loco debito: & hoc ſic quo ad omnẽ fœminã: interdicitur ſimpliciter matrimoniũ contrahere. Si autem hoc ſit reſpectu ſtius tãtùm, puta quia eſt virgo, licentiandus eſt cum corrupta, non ſimpliciter prohibẽdus. quod intellige ſecũdũ mentem ſancti Tho. ſi virgo, cum qua iam cõtraxerat, nõ poſſet ei aliquo inſtrumẽto ſine peccato coaptari. Et ſimiliter ſi mulier ita eſt arcta, ꝙ à nullo ordinariè eſt cognoſcibilis, ſecundũ eũdẽ Pet. debet manere ſine ſpe cõiugij. quod intellige niſi ſine peccato ſit alicui coaptabilis: & viro datur licẽtia cõtrahẽdi cum alia. Sed ſi eſt arcta quo ad aliquem, puta ſenẽ, cognoſcibilis verò per alium, puta iuuenem, licentianda eſt ad illũ. ¶ Septimũ. Quantũ ad caſtrationem, quæ ſecundũ Richar. eſt truncatio membrorũ genitalium, compræhendendo teſticulos & virgã: aliquãdo verò eſt ſola abſciſsio teſticulorum: aliquãdo verò ſola eorum debilitatio. ſciendum eſt, ꝙ ſi matrimoniũ præcedat, & reddat omnino ineptum ad reddẽdum debitum: quod intellige tũc eſſe, quãdo quis ſeminare nõ poteſt: tales contrahere nequeunt: & ſi cõtraxerint, ſunt diuidẽdi: quia matrimoniũ nullũ eſt: extrà eodem. ad ſedẽ. Si verò ſequatur matrimonium per verba de præſenti, durat & dirimi non poteſt, ſecundũ cõmuniorem opinionem, vt dicit Archi. licet quidã dicant, quòd dirimit non cõſummatum, ſicut & religionis ingreſſus. Quidam etiam dicũt, ꝙ ſi remanet virga quę rigeat, etiã abſciſsis vtriſq; teſticulis, tale matrimoniũ non conſummatũ non ſoluitur: quia ſatisfacit vxori, ſicut & illa viro, ſiue reſoluat ſperma ſiue non. Sed Pan. in c. quod ſedem. extrà eo. dicit de mẽte Doct. quòd carens vtroq; teſticulo contrahere nõ poteſt: ſecus vno tantũ. Et ſic poteſt intelligi l. ſi ſeruã. §. ſi ſpadoni ff. de iure do. Et hoc eſt verũ: quia ſi carẽs vtroq; teſticulo non poteſt ſeminare, vt aliqui dicunt, cùm ſemen trãſeat per eos, & conſequẽter nec effectũ nec actum generationis habere, nec copulã carnalẽ, qnæ in iure, vt dicit Arch. nõ reputatur ſubſecuta, niſi ſit cõſummata per ſeminationem ordinariam: ſecus ſi poſſent ſeminare, licet inualidẽ a l generandum. Vnde de caſtrato & ſpadone dicit Pet. de Palu. quòd ſi non impediuntur ab actu generationis, licet ab effectu, quia ſcilicet in eis virga erigitur, & ſemen emittitur, ſed inualidũ ad generandũ: poſſunt cõtrahere: ſed ſi ſemen nõ emittunt, cõtrahere nõ poſſunt, ſecundũ quoſdam. xxxij. q. vij. his qui. neq; cõtrahitur per hos affinitas. Et hoc ſaltem intendunt omnes tenentes, ꝙ ſpado vtroq; teſticulo priuatus cõtrahere nõ poteſt: vt Panor. & gloſſ. v. in c. nuptiarum. xxvij. q. j. & Gofr. in Sum. & Hoſtien. in Sum. Hugo. Ioan. Fran. Archi. in cap. his qui. xxxij. q. iij. ¶ Octauũ. Quantum verò ad maleficiũ, quidam adſcribũt Hoſti. & S. Tho. dicẽdum eſſe, ꝙ ſi ſuperueniat matrimonio ante carnalẽ copulam, ſi eſt perpetuũ, impedit & dirimit. Sed S. Tho. quicquid ſit de Hoſt. hoc nõ dixit, ſed potius innuit oppoſitum in iiij. diſt. xxxiiij. q. j. artic. iij. vbi videtur velle idẽ eſſe de maleficio & frigiditate, niſi quãtum ad aliqua: nec etiam eſt hoc verum: quia matrimoniũ contractum per verba de præſenti diſſolui nõ poteſt, niſi per mortem naturalem aut ciuilem: vt ſuprà Diuortium. §. j. & iiij. Vnde Richar. in iiij. dicit quòd communis opinio eſt, quòd ſi certum eſſet quòd maleficiũ eſſet ſequutũ matrimonium ritum, licet non conſummatum, non propter hoc dirimeretur vinculum matrimonij. Vnde dicendum eſt, quòd maleficiũ perpetuũ ſi præueniat matrimonium, illud dirimit: nõ autẽ ſi ſit temporale, neq; ſi perpetuum ſequatur: mulier tamẽ, ſi maleficium procurauit, diuortium petere nõ poteſt: quia ſua culpa ad hoc deuenit. Proceditur autem ad diuortium ratione malefici eo modo quo ſuprà Diuortũ. §. xx. & celebrato diuortio dabitur licentia nubẽdi vtriq;, ſi impedimentũ erat particulare reſpectu vnius, ſecundũ S. Th. & alios. Si verò erat vniuerſale, nõ dabitur licẽtia cõtrahẽdi illi, ex cuius parte eſt vniuerſale, ſi de hoc cõſtet. Et ſi eccleſia ſe deceptã inuenerit ex hoc, ꝙ impedimentum quod iudicauit perpetuũ, apparuit temporale, reintegrabit primũ. Vnde ſi maleficiũ erat vniuerſale reſpectu cuiuslibet perſonæ: tũc ſi poſtea cõiungitur cum ſecunda, redibit ad primã: quia maleficiũ nõ fuit perpetuũ. Si verò particulare reſpectu vniˢ, ſic nõ reſtituetur primo, quãuis ſecundã cognoſcat: quia primũ matrimoniũ fuit nullũ, & ſecundum validum. & ita cõiter tenetur, & ſequitur Sum. Ang. & Roſ. & adſcribitur hoc dictũ S. T. licet nõ ſit eius. nec eſt verũ ſimpliciter: qa etiã ſi erat reſpectu vniˢ, & nupſit ſecũdo, & deinde ſciatur p

certi

certitudinem quòd sublatū sit impedimentū, vt quia ani-
mo fornicario cognoscit primam: impedimentū est tem-
porale, & restitutio fiet, secūdùm prædicta. Et ita tenet Ri
char. & tunc dicit ꝙ illud decretum xxxiij. q. j. si per sor-
tiarias. nō tenere. Supple. autem ecōtrario incidit in aliū
errorem, volens ꝙ siue maleficium fuerit vniuersale, siue
particulare, qui transiuit ad secunda vota, non redibit ad
primam, etiam si redeat potentia coeūdi. Sed fundauit se
super d. c. si per sortiarias. quod Rich. dicit non tenere: &
bene: quia corrigitur per cap. fraternitatis. de fri. & male.
¶ Nonū. Si dubiū sit an impotentia coeundi præcesserit
contractum matrimonij per verba de præsenti nécne, se-
cundū Pan. in d. c. fraternitatis. præsumitur præcessisse, ex
quo nunquam potuit cognoscere. & facit in ar. l. iij. C. de
ædi. edic. & hoc idem sequitur Rich. in iiij. dist. xxxiiij. &
in hanc partē magis videntur Doctores inclinari: licet gl.
xxxiij. q. j. in summa. teneat contrariū. Nec obstat c. licet
ex quadam. in fine. de testi. vbi dicitur ꝙ in dubio pro ma
trimonio est præsumendū: quia hoc Pan. vbi suprà, egre-
gie limitat verū, quādo matrimoniū habere potest effectū
suum, id est, euitationem fornicationis, ad bonum prolis.
¶ Decimum. Secundùm Petrum de Pal. si maleficiati vel 2
aliàs impotentes velint commanere, veri coniuges sunt,
sicut Maria & Ioseph. Sed hoc non est verū, nisi quādo im
pedimētum est tēporale: quia, vt dicit S. Tho. vbi suprà, li-
cet actus carnalis copulæ non sit de essentia matrimonij:
potentia tamen ad hoc est de essentia eius. Vtrū autē vnū
maleficiū possit auferri per aliud, suprà Maleficiū. §. viij.

RVRSVS DE MATRIMONIO IX.
quantum ad accusationem ad di-
uortium ordinatam.

1 *Matrimonium qui accusare possint.*
2 *Accusare an possit matrimonium, qui tēpore contractus tacuit.*
3 *Matrimonij accusatio qualiter fieri debeat.*
4 *Testes qui esse possint in causa matrimoniali.*
5 *Matrimonij causa habet quædam specialia.*
6 *Adulterium coniugis an quis accusare debeat.*
7 *Adultera post pœnitētiam an repellat maritum ab accusatione.* 3
8 *Adulterij spiritualis cum carnali an fiat compensatio inter con-
iuges.*
9 *Adulterium qui accusare possint.*
10 *Adulterij accusatio qualiter fieri debeat.*
11 *Accusationis adulterij quis sit effectus.*
12 *Vxor an ob alia crimina possit accusari & dimitti.*

MATRIMONIVM rursus nonò considerari potest
quantū ad accusationē ad diuortum ordinatā, siue
impedimentū aliquod, siue adulteriū accusetur: tamen se
cundùm S. Tho. in iiij. dist. xlij. si sponsalia sola sint con-
tracta, quod non est, non accusatur: sed potest impedimē-
1 tum denuntiari ne matrimoniū cōtrahat. ¶ Primò *ergo
quantum ad impedimētum quæritur, qui sunt, quibus ista
accusatio prohibetur, & quibus licet? Et dico ꝙ generali-
ter accusare prohibentur omnes extranei, quādiu sunt cō
sanguinei. xxxv. quæst. vj. c. j, & ij. Nam secundùm sanctum
Thom. in quarto, dist. xlij. si consanguinei, quos probabi-
le est scire consanguinitatē, tacent, suspicio est contra ex-
traneum, qui consanguinitatem scire non potest per con
sanguineos, quod ex malitia procedat: nisi per consangui
neos probare voluerit: vnde ab accusatione repellitur, qñ
sunt cōsanguinei qui tacent, & per quos probare nō pōt.
Admittuntur verò consanguinei, sicut pater, mater, soror,
frater, paruulus, auūculus, amita, matertera, & tota proge
nies: vt in d. c. j. & ij. Cuius ratio est: quia suā genealogiā
quisq; scire laborat. extrà, qui ma. accus. pos. e. videtur. Et
istud est speciale ꝙ consanguinei admittātur ad accusatio
nem. Quod tamen S. Tho. limitat, quādo accusatur matri
monium propter impedimentū perpetuū dirimens: quia
quādo accusatur ex hoc ꝙ dicitur nō fuisse contractū, tūc
parentes tanquā suspecti, sunt repellendi: nisi ex parte il-
lius, qui est inferior dignitate & diuitijs, de quo præsumi
tur ꝙ vellet illud stare. Addit etiā Sum. Cōf. lib. iiij. tit. xx.
q. j. hodie in multis locis nō seruari, quin admittantur ex
tranei, etiā existētibus cōsanguineis qui hoc possint. Con
sanguineis autē deficientibus admittuntur antiquiores, &
veraciores vicini, qbus ea propinquitas nota est. d. c. j. Ad-
mittuntur etiā tam maritus quàm vxor: nec vlla defendū
tur longinquitate annorū. de cōsang. & affini. nō debet. li
cet olim ipsi & extranei prohiberētur tēporis diuturnita
te, id est, si stetissent simul sine quæstione xx. aut xviij. ann.
vt no. in d. q. j. quia, vt dicit S. Th. quæ sine peccato esse nō
possunt, nulla præscriptione firmātur: quia diuturnitas tē-
poris nō minuit peccatū, sed adauget. de simo. cùm in ec-
clesiæ. de cōsuet. cum tanto. nec ad hoc facit aliquid fauor
matrimonij: quod inter illegitimas psonas esse non pōt.
¶ Secundò quæritur, *vtrū is, qui tempore contractus ma
trimonij tacuit, modò possit illud accusare? Et dicit San.
Thom. quòd quandoque auditur, quandoque repellitur:
quod pbat per caput, cùm in tua. extrà, qui mat. accus. pos.
vbi habetur, ꝙ si quando banna vel denūtiationes fiebāt,
ipse erat extra diœcesim: vel ad eū denūtiatio non potuit
peruenire: puta si nimia infirmitate laborans nō erat sanę
mentis, vel ita puer, ꝙ talia comprehendere non valebat,
vel alia causa legitima erat impedit⁹, eius accusatio debet
audiri: alioquin cùm rationabiliter præsumatur, ꝙ denun
tiationem publicè factā ipse existens in diœcesi nō igno-
rauerit, tanquā suspectus est repellendus: nisi iurauerit ꝙ
postea didicerit quę obiecit, & ad hoc ex malitia nō pce-
dat: quia tunc debet admitti, etiam si ab illis didicisset qui
tēpore denuntiationis tacuerunt: quia licet illi nō essent
admittēdi, quia fuerūt in culpa, iste tamē repelli nō debet,
cùm non sit culpabilis. ¶ Tertiò quæritur, *qualiter fieri
debet ista matrimonij accusatio? Et dicit sanctus Thom. ꝙ
obligatio ad talionē habet locum quando accusatur perso
na de crimine: quia tunc agitur ad eius punitionem. quod
nō fit quando accusatur factū, sed agitur ad impediendū
rem illicitam: & ideo in matrimonio accusator se nō obli
gat ad pœnā. Vnde dicit Ray. ꝙ in prædicto casu propriè
non dicitur accusatio: quia nō fit inscriptio, in qua se accu
sator obliget ad talionem: sed dicitur denuntiatio, quę fit
propter peccatū, in quo iūcti malè permanēt: & potest fie
ri etiam sine scriptis. intellige tamen sic, vt cōtinuo scriba
tur in actibus judicialibus: vt clem. sæpe. de verb. signi. cō
iuncta cle. dispendiosam. de iudi. Sed melius est, ꝙ fiat in
scriptis. ar. de restitutio. spol. c. literas. & c. à nobis. qui ma.
accu. pos. Huiusmodi aūt denuntiationis forma talis est:
Ego talis denūtio vobis, domine episcope, ꝙ matrimoniū
Petri & Mariæ stare nō potest: quia sunt in tali gradu con
sanguinei. designādo psonas, vel si est alia causa, vt affini-
tas, & huiusmodi. & datur libellus etiā parti aduersæ, vt
sciat qui impeditur quid actor pbare velit, in quo libello
cōtinētur gradus & psonæ proprijs nominib⁹ designatæ.
Quo facto proceditur in lite more solito. s. suscipiēdo iu
ramētū à partibus de veritate dicēda, & examinationes ac
probationes faciendo per ordinem. Et nota, ꝙ in hoc ca-
su potest contra contumacē lite nō contestata procedi ad
testiū receptionem, & sententiam diffinitiuā: extrà, vt lite
non

non contest. quoniam frequenter. Secus aūt esset in accu-
satione de adulterio, ad thori separationē. extrà, vt lit. nō
contest. c. j. & c. quoniam frequenter. ¶ Quartò quæritur,
4 *ꝙ possint esse testes in causa matrimoniali? Et dicit Ray.
quòd omnes qui admittuntur ad accusationē, admittunt
etiā ad testificationē, de quibus s. §. ij. Et licet pater & ma
ter sint idonei testes in hoc casu, vbi agitur vtrū sit ibi im
pedimentū: vt extrà, qui matri. accus. pos. videtur nobis. ta
men si de ipso cōtractu agatur, id est, vtrum matrimoniū
sit inter eos cōtractum, tanquam suspecti repelluntur, nisi
ex parte illius, qui est inferior, vt s. §. j. dictum est: quia pa
rentes videntur filiorū & filiarum incrementum & hono
rem diligere. de testi. super eo. Et similiter in prædicto ca
su potest esse idē accusator & testis. arg. xxxv. q. vj. episco
pus in synod. & c. de parentela. de testib. cog. præterea. &
5 idem S. Tho. ¶ Quintò quæritur, *vtrum in hac causa sint
aliqua specialia? Et dico, ꝙ sic secundùm Iuristas, vt refert
ac tenet S. Tho. vbi s. scilicet, ꝙ idē potest esse accusator
& testis: & nō iuratur de calumnia, cùm sit quasi causa spi-
ritualis: & quòd consanguinei admittūtur ad testificādū,
& ꝙ nō obseruatur omnino iudiciarius ordo: quia tali de
nuntiatione facta cōtumax potest excōmunicari lite non
contestata: & valet hîc testimoniū de auditu: & post publi
cationem testium testes possunt induci: & hoc totū est vt
peccatū impediatur, quod in tali coniunctione esse pōt.
6 ¶ Sextò quæritur, *quātum ad accusationem adulterij vt
fiat diuortium; vtrum vir possit, vel nō possit, vel etiā te-
neatur vxorem adulterā accusare & dimittere? Et dico, ꝙ
vtiq; potest: quia clamant hoc omnia iura: & similiter ecō
trario vxor virū: quia in hoc sunt pares, vt §. seq. Sunt tñ
septem casus, in quibus eam dimittere, & cōsequenter ac-
cusare non pōt. quos vide s. Diuortium. §. ix. An verò ad
hoc teneatur: Pet. dicit, ꝙ si fornicatio est occulta, nec po-
test probari, dimittere eam non debet. similiter nec si est
manifesta, & speratur correctio: si verò non speratur, non
licet eā retinere, ne videatur consentire peccato: & conse
quenter tenetur accusare. Et cōcord. S. Tho. Non autē po
test eā sine peccato accusare, & dimittere, si ipe occultè, il
la verò manifestè adulterauit, secūdū Ray. quia nō deficit
vxori ius excipiendi, sed probādi: arg. xxxij. q. vj. per totū.
Et idem San. Tho. Ala. Gof. & Host. quod tamē fallit, si il-
le egit pœnitētiam, & illa monita agere non vellet. xxxij.
q. j. c. j. ij. iij. & iiij. & idē Gof. & Hosti. ¶ Septimò quæri-
7 tur, *vtrū adultera post pœnitentiā repellere possit mari-
tum ab accusatione? Et credit Ray. ꝙ non: quia pœnitētia
non tollit ius accusandi in foro iudiciali. xxij. distinct. c. j.
xxxij. q. ij. admonere. vj. q. j. qui crimē. & concor. S. Tho.
Gofr. & Host. Et ratio: quia pœnitentia satisfacit Deo, sed
8 non hominibus vel reipublicæ. ¶ Octauò quæritur, *si al-
ter cōiugū carnaliter, alter spiritualiter fornicetur: vtrum
fiat cōpensatio, & accusatio cesset? Et dicit Host. ꝙ si accu
satio est de fornicatiōe spirituali, puta hæresi, & exceptio
de carnali, id est adulterio, nihilominus procedet, nisi vo
luerit cōuerti: quo casu locū habet cōpēsatio. Sed si econ
uerso accusatio sit de carnali, & exceptio de spirituali, ex-
ceptio admittetur, & super ipsam proptius procedet pro-
9 pter periculū hæresis. ¶ Nonò quæritur, * qui ad talem ac
cusationē admittantur? Et dico secundū Rayn. ꝙ licet tam
secundùm leges quàm secundùm Canones quilibet bonę
famæ admittatur ad accusationem adulterij, cùm agit ad
pœnam legalem vel canonicā: tamē cū agit ad separatio-
nem thori, nullus admittitur, nisi maritus & vxor: quę pro
pter hanc cām possunt se accusare & dimittere. Matt. xix.
Qui dimiserit, &c. licet non possint nubere. xxxij. q. vij. o-
mnes causationes. & in tali casu non iudicantur ad impa-
ria, sed ad paria. xxxij. q. vij. si quis vxorē. & q. v. præcepi.
& c. Christiana. Ad paria tamē non iudicantur ex paribus,
sed ex imparibus culpis, secūdùm S. Tho. in iiij. dist. xxxv.
& Pet. quia licet adulterando vterq; ęqualiter peccet, agē
do contra bonū fidei, plus tamen peccat mulier ceteris pa
ribus cōtra bonum prolis, & vir propter dominationē ra-
10 tionis. ¶ Decimò qritur, * qualiter fieri debeat ista accu-
satio? Et dico, ꝙ maritus volēs vxorem de adulterio accu-
sare ad pœnam legalem, debet inscribere, & ad pœnam ta
lionis se obligare, nec pōt agere per procuratorem, sed
per se ipsum præsentē oportet eum agere. Si autem corā
iudice ecclesiastico agat ad thori separationē: tenetur scri
bere & dare libellū accusationis, sed ad talionē se obliga-
re non debet: quoniā siue probaret obiecta, siue nō habe
ret quod vellet: quia separaretur ab vxore: & pōt ipse age
re, & illa respondere p pcuratorē, si necessitas exposcat:
quia etsi de crimine fiat accusatio, non tamen est crimina
lis, sed quasi mista, Probantur hæc omnia de procu. c. tuę.
11 ¶ Vndecimò quæritur, * quis sit effectus huius accusatio-
nis? Et dicit Ray. effectum esse, ꝙ si maritus probet, vel il-
la confiteat, nec excipiat contra eū de aliquo septē casuū,
de quibus s. Diuortiū. §. ix. absoluitur à cohabitatione &
seruitute qua illi tenebatur, & ingredi pōt religionem ea
inuita. xxvij. q. vij. Agathosa. ipsa tamen inuito marito in
trare nō poterit: & si īgrediatur, eam poterit reuocare, se
cundùm Veruec. & similiter si eo ignorante. Si autem eo
sciente & non contradicente ingreditur, videtur data licē
tia, & vir tenetur cōtinere. ar. xxvij. q. ij. Agathosa. De his
12 s. Diuortiū. ¶ Duodecimò quæritur, * an pp̄ter aliud cri-
men possit vxor accusari & dimitti? Et dicit S. Th. in iiij.
dist. xxix. ꝙ propter alia peccata dimitti non pōt, nec quo
ad vinculum, nec quo ad actū, nisi fortè ad castigationem
subtrahat ad tempus solatium præsentiæ suæ. Nā quando
vxor præstat magnā occasionē ruinæ viro suo, subtrahere
se potest ab eius conuersatione. & idem Al. addēs, ꝙ non
oportet cohabitare furi aut vsurario, si nō vult resipiscere:
licet cessante scandalo debeat recōciliari. xxviij. q. j. vxor.
& Matt. xviij. Si dextera tua scādalizat te, abscinde eā. vbi
dicit glo. ꝙ in manu & oculo possunt fratres, vxores, filij,
& propinqui intelligi. Concord. etiam Pet. dicens, ꝙ quā-
do coniunx per suum peccatum est scandalum, dimitti po
test quo ad cohabitationem corporalē, quousque corriga
tur. De hac materia habes multa s. Diuortium. & s. Adul-
terium. & s. Debitum, per totum.

RVRSVS de Matrimonio decimò, quan
do aliquis vel aliqua petitur aut repe-
titur tanquam coniunx.

1 *Coniunx agit petitorio & possessorio in coniugem, & qualiter
procedatur. nume. 2.*
3 *Mulier si recedat à uiro, an petat se restitui.*
4 *Religiosus si petatur in coniugium prius factum, an credatur.*
5 *Coniunx post spoliationem ad quid restituatur.*

MATRIMONIVM rursus decimò cōsiderari potest,
quādo alter coniugū de facto vel de iure habitat se
paratim, & à reliquo petitur vel repetitur. ¶ Primò ergo
1 quæritur, * quot modis in hac causa agere quis possit? Et
dico, ꝙ duobus. s. petitorio iudicio, & possessorio. Agitur
petitorio, vt si mulier dicat aliquem esse maritū suum, qa
contraxit secū, & petit eū sibi adiudicari in maritū: quod
est agere petitorio, quasi agat de pprietate. Agitur verò
possessorio, quādo petit eū sibi restitui, quasi ab eo fuerit
iniu

iniustè dimissa, quod est agere possessorio: quoniã petit
2 viri sui possessionẽ. ¶ Secundò quæritur*, qualiter in hac causa sit procedendum? Et dico, quòd si agat petitorio, dicens aliquem esse virum suum, & ille neget excipiẽdo, ꝙ illa non possit esse vxor sua, vel non sit, propter talem vel talem causam: prius tractabitur exceptio mariti: quia illa probata perimitur quæstio principalis: & vir erit absoluẽdus. de ordi. cogni. c. j. Si verò agat possessorio, secundùm Ray. quando petit maritum sibi restitui, licet marit⁹ obijciat de consanguinitate vel alio impedimẽto: prius debet fieri restitutio mulieri, quàm cognoscatur de exceptione maritis: de diuor. porro. de restit. spolia. ex conquestione. & c. literas. etiam si illud impedimentum esset notorium, quando separatio non est facta iuridicè: vt in d. c. porrò.
5 ¶ Quod tamen in quibusdam casibus fallit, in quib⁹ restitutio fieri non debet. ¶ Primò, si obijciatur mulieri fornicatio publica & manifesta: de qua probato, quòd sit notoria, ita, quòd non possit aliqua tergiuersatione celari, nõ restituetur, nisi ipsa probaret virum adulterium commisisse: quo casu restitui debet, etiam si ipsa fuerit publicè fornicata. de diuor. c. significasti. ¶ Secundò, si obijciatur consanguinitas, maximè lege diuina prohibita, & probationes offerãtur incontinenti paratæ: quo casu debet recipi iuramentum ad cautelam, ne scilicet huiusmodi obiectio malitiosè fiat: & tunc fiet quidẽ restitutio quo ad cohabitationem, sed non quãtum ad copulam carnis: vt in d. c. literas. ¶ Tertiò, si obijciatur exceptio rei iudicatæ, scilicet super diuortio: quia non est restitutio facienda, nisi prius de illa exceptione cognoscatur. ¶ Quartò, quando vir petit sibi vxorem restitui, & illa de ei⁹ sæuitia timet: quia debet quidem restitui, sed sufficienti cautione recepta, ꝙ illa nõ inferat malũ. de resti. spo. c. ex trãsmissa. de qua cautione hîc vide. §. fin. Et si *ita capitali odio eam prosequit*, quòd meritò de ipso diffidat, nec possit ex sufficiẽti securitate prouideri: non solùm non debet restitui, sed poti⁹ debet ab illa remoueri: vt in d. c. literas. & concord. Sanct. Th. & Per. Et addit Ray. In omnibus alijs casibus credo, ꝙ mulieri petenti sit restitutio facienda, & econuerso: dum modo probet se *in* possessione fuisse, & à viro spoliatam sine iuris ordine: quia hęc duo probare habet. de offic. delega. consultationibus. & qui filij sint legitim. c. causam. el
3 ij. ¶ Tertiò quæritur*, quid si mulier propria authoritate recesserit à viro sine culpa viri, & nũc petit restitutionẽ? Et dicit Veruec. secundùm quosdam, eam non debere restitui: sed secundùm Vinc. Bern. & Hug. debet: quia hoc ipso quòd rediens non admittitur, expellitur, & cadit à possessione. l. clam possidere. in fi. ff. de acquir. pos. argu. etiam l. j. siue autẽ. ff. de vi & vi. & de iureiur. c. tua nos. & hoc nisi ipsa fuerit publicè fornicata, vel cũ adultero publicè morata. Adde etiam, ꝙ si ipsa sua sponte recessit sine culpa gratui mariti, & nõ quærit restitutionem, maritus nõ tenetur eam requirere ex rigore iustitię: quia ipsa renũtiauit ipso facto iuri quod habebat in cohabitatione mutua: tenetur tamen ex charitate de præcepto vel consilio, si inde bonũ
4 speraret. ¶ Quartò,* si religiosus vel religiosa petitur tanquam coniunx, & fatetur matrimonium & copulã carnalem: quæritur, vtrum standum sit suę confessioni: puta mulieris? Et dicit Veruec. hoc casu, ꝙ sic: & restituetur viro: quia ex hoc nullum fit præiudicium nisi ipsis: nec est credẽdum eos suæ salutis immemores esse. j. q. vij. sancimus. Aliud tamen esset dicẽdum in rebus quas dedisset monasterio. & idem Inn. & Bern. extrà, de rapto. c. cùm causam. *Sed* hoc dictũ procedit dupliciter, primò in dubio, secundùm Sum. Confes. secundò quando probabiliter cõstaret quòd confessio constitentis esset contra eius intentionẽ, puta quia desiderat stare in monasterio, & faretur pro matrimonio, quia cuilibet creditur contra se, nõ pro se: aliàs non videtur standũ confessioni eius cõtra matrimonium carnale, vt in cap. super eo. de eo qui cogno. consan. vxo. suæ. & multominus cõtra spirituale, cùm sit fauorabilius. de conuer. coniug. c. ex publico. nisi cõstaret personã ante religionis ingressum fuisse traductam, quia tũc crederetur sibi dicenti copulam interuenisse. & iste est casus d. c. cùm causam. secundùm glos. ibi. Nec mirum, quia etiam hoc casu si mulier negaret, crederetur viro asserenti copulam interuenisse. de despon. impub. cõtinebatur. Vide Panor. in c. cùm causam. diffusum. ¶ Quintò quęritur,* qualiter seu ad quid coniunx spoliatus est restituendus? Et dico secundùm Ray. eum debere restitui ad omnia, de quibus probauit se spoliatum, vt gaudeat pacifica possessione, & plena securitate. iiij. q. j. reintegranda. Sed si mulier dicat se virum habere suspectum, ne fortè eam lædat, & causam verisimilem ostendat, ad iudicẽ spectat facere sibi caueri de cautione sufficienti, quòd eã bene tractabit sicut vir tractare debet vxorem, & quòd non lædet eam in *ps*ona vel rebus & huiusmodi. Et *hanc cautionem* præstabit per iuramentum. argumen. xxxij. q. j. de benedicto. iuncta glo. quæ ibi dicit, quòd si nihil allegat mulier de suspicione viri, sufficit nuda promissio. Et si de iuramento mulier nõ confidat, præstabit pignoratitiã vl fideiussoriã sub certa pœna. argumen. vt lite non cõtesta. c. quoniam frequẽter. & xxiij. q. v. prodest. & q. iiij. si vindicta. *Si autem* tanta sit viri sæuitia, vt nulla videatur sufficere cautio, nõ est ei reddenda, sed alicui honestæ matronæ committenda. de restitut. spol. c. ex transmissa. & c. literas. in fine.

MAXIME, dupliciter sumitur, scilicet pro tantùm, & stat impropriè: quãdoq; verò stat propriè, & ponit item in casibus alijs, sed maiorem rationem in expresso. C. vnde liberi. l. fin. Vide etiam Panormi. post glossam in capit. auditis. de electio.

DE MEDICO, ET INFIRMIS.

1 *Medicus qualis esse debeat.*
2 *Medici qui esse possint.*
3 *Medicus qualiter circa infirmum se habere debeat. & numero 4. & 5.*
6 *Medici salarium quale.*
7 *Medico an teneatur parere infirmus.*
8 *Medici & Chirurgi an possint ad sacros ordines promoueri.*
9 *Anatomiæ causa an teneatur iudex dare cadauer suspensi.*

MEDICVS à medẽdo dictus, est duplex. s. Chirurg⁹ incidens & adurens, & Physicus siue naturalis, non vrens nec incidens, sed exhibens actiua naturalia int⁹ vel extrà. Et vterq; est triplex. Quidam scilicet non exercens artẽ, sed in particulari persona vel casu adhibens aliquod remedium, quomodo omnes, aut ferè oẽs sunt medici. Et quidã doctoratus & conuentatus in arte: sed illam nõ exercens. Et de his duobus generibus non intẽdo loqui. Et quidam artem exercẽs, vocatus medicus à vulgo, qui iuridicè dicitur medicus, quę nõ est necesse peritũ esse vt dicatur medicus: aliquin nunquam peccaret per ignorantiam: neque esse doctoratum, vel conuentatum. Vnde secundùm Bartolum in l. sciendum. ff. de ędilitio edicto. si statuto episcopi cauetur sub pœna excommunicatiõis, ne quis ingrediatur monasterium monialium, præter medicum: medicus non conuentatus intrando nõ incidit: quia quamuis non sit conuentatus, tamen medicus est: & ita à vulgo nominatur. Item quia non dicitur medicus à dignitate, sed à medendo: vnde nõ refert an sit Doctor, dummodo medeatur. ¶ Primò igitur quæritur, * quid requiratur
1 in medico, vt possit artẽ exercere sine peccato? Et dico requiri multa. ¶ Primò enim regitur ꝙ sic sit peritus, vt cõquiri multa. ¶ Primò enim regitur ꝙ sic sit peritus, vt cõmuniter à peritis illi⁹ facultatis reputetur idoneus: nec sufficit esse doctoratũ, aliàs si ex notabili ignorãtia in sua cura nocet infirmo, mortaliter peccat, faciẽs cõtra illud, Nõ occides. de pœ. dist. j. homicidium. & secũdùm Rich. tenetur infirmo ad æquualẽs, ex quo nõ põt refarcire principale: imò etiã si sanitas sequatur, peccat mortaliter: qa exposuit se periculo peccati mortalis, id est, operi, vnde põt sequi notabile nocumentũ, *p*ximo. Nec obstat ꝙ hoc non intẽdat: qa voluntariè ponit se ad illud, vnde hoc natũ est sequi. ar. xv. q. j. merito. & §. sed obijcitur de Lamech. Nec tenetur solũ in foro animæ quãdo volũtariè ledit, puta *p* 2 longando infirmitatem, & huiusmodi: sed etiã quando ex ignorãtia vel imperitia, vel nõ sequẽdo traditiones artis: vt no. Pe. in auth. sed hodie. C. de iudi. quia imperitia merito culpę annumeratur. l. si quis fundũ. §. Celsus. ff. loc. & l. imperitia. ff. de regu. iur. hoc tamen Pan. in c. ad aures. de æta. & qua. limitat quando assumpsit officium voluntariè: secꝰ si ex necessitate bona fide fecit quod potuit deficiẽti bus alijs medicis. *Vnde* imputet sibi q talẽ elegit, ex quo dicebat se imperitũ. ¶ Secũdò debet esse diligẽs: vñ etiã peritus notabiliter negligẽs in reuidendo libros, in visitãdo infirmum, in qualitate rerũ medicinaliũ, & huiusmodi, si sequatur mors, est irregularis, & peccat mortaliter: & similiter si sequat magna aggrauatio infirmitatis siue morte. Sed secundũ Anto. de Butr. in c. tua nos. de homic. dicitur omnẽ diligẽtiam quam debet adhibuisse, qñ sequitur traditiões artis, & visitat personaliter, & dictat regimẽ infirmo: nec tenetur ad custodiam personalem cõtinuam, secundùm Hostiẽ. & sic non imputatur ei euẽtus mortis. ff. de officio præsidis. l. illicitas. §. sicuti. ¶ Tertiò debet habere intentionẽ iustificatam, vt nõ intẽdat lucrari cũ alterius iactura. de reg. iur. nemo. lib. vj. Vnde curã quàm citissimè põt, debet terminare. Et si curã extẽdit & prolongat ad lucrum, peccat mortaliter: & illud plus restituere tenetur: & similiter si permittat aromatarium ponere in confectione medicinæ species nõ sufficientes propter vetustatem vel aliũ defectũ, vt ipse plus lucretur, peccat grauiter: & tenetur vterque infirmo de omni damno. Imò secũdũ Archi. de aromatario cõsidere non debet, nisi sciat esse cõsciẽtiatũ, peritum, & practicum: sed sub suis oculis debet medicinæ compositio fieri. Si tamẽ medicinam fecũdùm artem dedit, & omnem debitam diligentiam exhibuit: nõ imputatur ei, si ex defectu specierum vel admistione alia, sit nocina. de clerico excommunica. ministrante. c. apostolicæ. secundùm Innocen. & Hostien. in quibus autẽ præ dictis tenetur ad arbitrium bonorum virorum. ¶ Secũdò
2 quæritur, * quis inter eos, qui tria prædicta habent, possit esse medicus, id est, exercere artẽ medicinæ? Et dico multa. ¶ Primum. Si clerici sunt in sacris, vel etiam in minoribus, dum tamẽ sint sufficienter beneficiati, secundũ Ray. non licet eis operari in medicina physica, nisi gratis, *p* miserabilibus personis vel cõsanguineis: nec tunc vbi posset esse periculũ. quod etiam in clausträlibus districti⁹ est obseruãdum: ne clerici vel mo. multa. Officium autẽ chirurgi, quod incisionẽ vel adustionem requirit, secundũ eundem est clericis omnibus interdictum. ne cleri. vel monas. sentẽtiam. & de homi. c. tua nos. in quibus capitulis, licet non videatur dici, nisi de existentibus in sacris: tamẽ idẽ potest intelligi de existẽtibus in minoribus sufficiẽter beneficiatis, secundùm Pan. in d. c. sententiã. argu. c. j. de postu. & contrahit talis clericus irregularitatem, vbi eã laicus nõ cõtraheret: quia dat operã rei illicitæ. de quo vide Pã. vbi s. ¶ Secundum. Nullus Iudæus potest esse Christiano rum medicus: vt s. Iudæus. §. j. tamen dicit Hug. ꝙ necessitas Christianorum excusat, quando scilicet alium non habet. & idem videtur secundũ Archi. quando nõ habet sufficientem. Medicinalia verò possumus ab eis emere, secũdùm Hug. & Lau. ¶ Tertium. Secundũ Aug. de Ancho. libro, de pote. eccle. ad practicã medicinæ admitti nõ debẽt nisi nati de legitimo matrimonio, & iurati sine dispẽsatione: quod tamen, secundũ eũ, fallit, vbi non viuitur legibus imperialib⁹: cũ hoc sit ciuili vel imperiali iure prohibitũ, & vbi viuitur quidẽ, sed non cõtraria cõsuetudine abroga tis. ¶ Tertiò quęritur, * quomodo medicus se debeat habere in exhibẽdis medicinis spiritualibus, cuiusmodi est monitio ad cõfessionem, præmonitio de futura morte, & huiusmodi? Et dico multa. ¶ Primũ. Tenetur medicus seruare decretũ, de pœ. & re. cũ infirmitas. vbi statuitur, & districtè præcipitur medicis corporũ, vt cũ eos ad ifirmos vocari cõtingat, ipsos ante omnia moneãt & inducãt vt medicos aduocẽt animarũ, scilicet cõfessores: vt postquã fuerit infirmo de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinę remedium salubrius procedatur. ¶ Secũdũ. In dicto decreto quędã verba põderãda sunt. Nam dicitur primò, districtè precipim⁹: & sic importatur necessitas. xij. q. j. qđ præcipitur. & secũdùm glo. Host. transgressor peccat mortaliter: nec potest hoc consuetudine vel præscriptione tolli, cùm sit pro salute animarum statutum: & secundũ Pan. ibi. & huiusmodi consuetudo nõ possit esse rationabilis. Dicitur secundò, ante omnia hoc seruãdum est, antequam ad curã animarũ mittant, vel de salario cõueniant, secũdũ Ioan. And. aliàs autem posset repetere vel negare salariũ: quia contra legẽ C. de legi. l. nõ dubiũ. Dicitur tertiò, moneat & inducat, scilicet cũ effectu, ita ꝙ confiteatur: aliter non amplius eũ visitet, secundùm Hostiensem, & sequitur Pan. ibi. Sed & dicit Archi. dura nimis est ista opinio: cùm in periculo constitutis quantuncunq; obstinatis sit subueniendum secũdùm ordinem charitatis. nec tex. hoc dicat, Vnde & Petrus de Palu. dicit, quòd solùm tenentur admonere. sed adde, & inducere: vt monere sit cõmemorare: inducere verò sit efficaciter hortari: vt quãtũ est ex parte medici sequatur effectus: arg. c. fin. de eo qui co. consan. vxo. vbi dicitur, moneas & inducas: & subditur, ꝙ si induci ne quiuerit. & consequẽter illud, inducas, nõ sonauit effectũ: aliter aũt intelligẽdo videretur cõtra charitatẽ: quia infirmus fortè moreretur desperatus, qui sanatus fortè cõuerteret. Dicitur quartò, vt salubrius *p*cedatur. Ex quo patet quòd si infirmitas indigeret tam celeri remedio corporali, ꝙ expectatio cõfessionis obesset sanitati: eo casu nõ ligat ista constitutio. ¶ Tertium. Sũma autem Ang. & Sum. Ros. non intelligunt istam cõditionem quãtum ad omnẽ infirmitatẽ; sed solùm quantũ ad periculosas & dubias secundũ se: id est, quæ possunt probabiliter inducere periculum mortis, in quo ipse infirmus cõfiteri tenetur. Sed istã opinionẽ expresse Archi. per text. videtur euertere, dicẽs ꝙ medici hoc obseruãtes solùm cùm ęgritudinem mortalem viderint, nõ adimplẽt cõstitutionẽ, quæ subdit inter cætera huius edicti causam fuisse, ꝙ quidã in ęgritudinis lecto iacẽtes, cũ eis à medicis suadetur vt de animarũ salute disponãt, in desperationis articulum incidũt: vnde facilius mortis periculũ incurrũt. vbi dicit Io. And. ꝙ ex quo infirmi

infirmi ſciãt hoc medicos dicere in omni infirmitate mortali, & nõ mortali ex præcepto, ceſſabit timor & periculũ. Hæc ex illo. Et ideo ſimpliciter & ĩdiſtinctè dicẽdũ eſt cũ textu eos ad hoc teneri, cũ eos ad infirmos vocari contingit: maximè qa ſi infirmitas leuis aggrauaretur tantũ, vt infirmus teneretur cõfiteri: ſi tũc medicus ſuaderet cõfeſſionem, infirmus timore quatereturvt plurimũ. quod in text. cauetur. Nec oportet dicere vt dicit Sũma Roſella, hoc nimis eſſe durum: quia facile eſt medico dicere, pro debito præcepti mihi facti hortor ad cõfeſſionẽ, quæ ꝓ deſſe poteſt, obeſſe nõ poteſt. ¶ Quartum. Si autem medicus mortem futuram infirmi præuiderit, tenetur ex precepto ꝓ ſe vel per alium hoc nuntiare infirmo, ſecundũ Io. de Neap. in vndecimo quolib. ſi probabiliter credit ꝙ hæc annũtiatio multùm proderit illi: puta quia eſt in peccato mortali, & cõfitebitur vel ordinabit de rebus ſuis, & compeſcet futuras lites: quia tacendo damnificaret indirectè, dum non obuiaret futuro damno, cũ poſsit & debeat. Et idẽ eſt ſi dubitat an hęc nũtiatio vtilis ſit nécne: quia in dubio tenetur homo vitare notabile damnũ ꝓximi, ſi poteſt. Vno tñ ex habẽtibus curam infirmi nũtiante alij liberantur. Si verò medicus hoc nõ credit nec dubitat, ſed credit oppoſitum, ſcilicet, ꝙ parũ aut nihil proderit nuntiatio iſta: & per oppoſitũ taciturnitas parũ aut nihil ꝓderit: vt quia putat eũ eſſe in bono ſtatu, & ſua ordinaſſe, nõ tenetur nũtiare: qa ceſſante cauſa ceſſat effectus. melius tamẽ eſſet nũtiare, qa probabile eſt, eũ magis ex ſcientia mortis futuræ diſponẽdum. Hæc ex illo. Et idem dic, ſi eũ ita male diſpoſitum videt, ꝙ audita morte non proficiſcetur in melius: ſed forte in deterius eadẽ ratione. Galeno autem dicẽti, ꝙ ſemper medicus etiam de ſalute deſperans ſanitatem ſpõdere debet infirmo, ſecundùm Io. non eſt ſtandum: vel ſecundùm Archi. eſt verum quando nuntiatio multùm noceret, & taciturnitas parum obeſſet. Vel dic ꝙ loquitur tanquã ignorans ſpiritualem ſanitatem & vitam. ¶ Quartò quæritur,

4 *quomodo medicus ſe debeat habere in cõferẽdis corporalibus medicinis aut remedijs? Et dico multa. Primum. Secundùm Inno. in c. tua nos. de homici. diligenter attendere debet ne illas medicinas cõferat, de quibus illi ſecundũ 5 artem nõ conſtat: quia ſi dubitat vtrũ prodeſſe debeat vel obeſſe, dãdo peccat: quia in dubijs tutior ſequẽda eſt via: cuiuſmodi eſt relinquere infirmũ naturę & creatori, quàm medicinæ exponere de qua neſcit. de homi. c. petitio. qđ Supple. cõtra Sũ. Ang. intelligit de eo qui habet qualecunque dubiũ, vel habere debet, etiã ſi vehemẽter credat, ꝓfectũ. Sed hoc nõ bene dicitur: tum quia ſi non ſufficit ratio probabilis, nũquã aut vix poterit quis exhibere licitè medicinam, ſicut nec habere rationem demõſtratiuam quòd proderit: tum etiã quia verba impropriãtur. Dicitur enim eſſe in dubio quãdo nihil habet, ex quo probabili⁹ notabiliter exiſtimet medicinã profecturam quàm nocituram. Secus ſi de profectu haberet aliquã probabilitatẽ: quia ſic adhibita debita diligẽtia & ſtudio dare poſſet: quia ꝓpriè nõ eſt in dubio, ſed in opinione vel titubatione. ¶ Secundum. Dare medicinam prægnãti vt abortiatur, & lateat peccatum, eſt mortale: ad præſeruandũ verò prægnantẽ, ſecũdùm Ioan. de Neapo. in x. quolibeto, diſtinguendũ eſt. Nã ſi fœtus erat animatus rationali anima, eſt peccatũ mortale, quia eſt cauſa mortis corporalis & ſpiritualis: cuius nõ fuiſſet, nõ dãdo, cauſa directa, vt patet: nec ĩdirecta, eo modo quo nauta eſt cauſa ſubuerſionis nauis, quam potuit & debuit gubernare: qa licet iſte potuerit matrẽ præſeruare à morte dãdo medicinã, nõ tamẽ tenebatur dare: imò nec debuit. arg. xiiij. q. v. denique. vbi dicit Ambro, ꝙ ſi alteri ſubueniri nõ poteſt, niſi alter lædatur, commodi⁹ eſt neutrum iuuare. Si verò nõdum erat anima tali animatus, poſſet tũc & deberet dare talẽ medicinã: quia licet impediret animationẽ futuram fœtus, nõ tamẽ eſſet cauſa mortis alicuius hominis: & vnum hominem liberaret à morte. Hæc ex illo. Sed ſi dubium ſit, vtrum ſit animatum nécne: dãdo medicinam videretur peccare mortaliter, ſecũdùm Archi. qa exponit ſe periculo peccati mortalis, id eſt, homicidij. ¶ Tertium. Si chirurgus eſt peritus, & diligentiã adhibet, nõ eſt in culpa, ſi infirmus propter incõſuetã diſpoſitionẽ venarũ, vel inſolitũ timorem, aut tremorẽ moriatur: argu. capitis, ex literis. de frig. & maleſi. & poterit promoueri ſi de hoc habet conſcientiam probabilem, ꝙ nihil de contingentibus omiſerit: aliàs ſecus. de ætate & qualita. ad aures, & hoc verũ ſi nõ dubitabat de hoc, qa ĩ dubio debuit omittere: vt no. Inn. & Hoſt. in c. ſententiam. ne clerici vel mo, & dicto c. tua nos. Et idem generaliter dic de omni medico, & omni alio, ſecũdùm Archiepiſcopum, ſi erat peritus, & adhibuit diligentiam. ¶ Quartum. Nunquam licet medico dare medicinam corporalem contra ſalutem animę: quia præpoſter⁹ ordo eſt, corpus animæ præferre: & ne ſciat, præcipitur ei ſub pœna excommunicationis. de pœni. & remiſ. cũ infirmitas. vnde eſt mortale cõſulere fornicationẽ vel ebrietatẽ, ſecũdùm Archiepiſcopũ, & huiuſmodi. de quo ſuprà Ebrietas. §. iij. Et idem eſt ſecũdùm Ioan. Andr. poſt Vincen. ſi medicus dicat infirmo, non conſulo tibi: tamen ſi accederes ad aliquã mulierẽ, ſanareris. quod intellige ſi hoc dicit in fraudem legis, id eſt, ea intentione vt hoc faciat: quia re vera hoc eſt cõſulere, id eſt, oſtẽdere quid ſit faciẽdũ. & ſimiliter ſi hoc dicit nõ in fraudẽ legis: ſed tamẽ ex imprudẽtia hoc dicit illi, de quo debuit veriſimiliter cogitare, ꝙ eum exponebat periculo ſic faciẽdi: qa hoc eſt ſcãdalizare puſillum. Tales etiam ſunt illi medici, qui ſine cauſa abſtinentias carniũ vel eccleſiæ ieiunia diſſuadẽt aut diſpẽſant in talib⁹ ex aliquo humano reſpectu, vel mẽtis diſſolutiõe, qua talia negligũt, aut, qđ peſsimum eſt, forte cõtẽnũt: ſec⁹ ſi id faciũt ex cauſa rationabili credita, vel ſaltẽ dubitata. ¶ Quintò q̃ritur ſpecialiter, *quomodo ſe debeat habere in exhibendis medicinis & remedijs corporalibus, infirmis nõ valẽtibus aut nõ volẽtibus ſoluere? Et dico multa. ¶ Primum. Pauperibus ſoluere nõ valentibus tenetur medicus gratis mederi: imò etiã ſoluere medicinas, ſi ipſe poteſt, & illi non poſſunt, ſecundùm gloſſam diſtinctio. lxxxiij. §. j. Sed intellige ſecũdùm ſanctum Thomam ſecunda ſecundæ, quæſtione lxj. articulo primo. quãdo nec per ſe, nec per alios magis coniunctos, nec per eos qui magis poſſent, valent curari. Non tamen eos quærere tenetur, ſed ſufficit ſi occurrẽtibus aut ſe vocantibus ſubueniat: quia remiſsio ſalarij, & medicinarum impenſa, eleemoſyna quædam eſt. ¶ Secundum. Si autem infirmus ſit quidẽ dives, ſed tamẽ ex auaritia ſoluere non velit: etiã tenetur eum curare gratis, & ſoluere medicinas & neceſſaria, antequã illum mori permittat, ſi alius ei non medetur, ſecundùm gloſſam ibidem. Sed tamẽ poterit repetere impẽſas, ſi cõualuerit, quia vtiliter geſsit negotiũ eius. ff. de neg. geſt. l. Pomponi⁹. imò etiam ſi moriatur, repetet ab hæredibus: quia ſufficit ſi vtiliter cœpit gerere, licet effectus nõ ſit ſequutus. ff. eod. l. an vltro. Nec põt illi obijci, ꝙ pietatis cauſa fecerit ſumptus. ff. de neg. geſt. l. alimẽta. niſi eſſet propinquus: quia oporteret proteſtari tũc ꝙ nõ intendit gratis mederi aut exponere: aliàs non repeteret. d. l. alimenta. & not. glo. in d. §. j. Ex quo elice, quòd coram Deo repetere nõ poteſt, ſi intendebat gratis hæc facere: ſimiliter nec coram hominibus, ſi de illa intentione conſtaret. Et prędicta intellige etiam infirmo nolente, & contradicẽte ac prohibente: ſicut & virum extrahere poſſumus de domo ruitura, & bñficiũ præſtare inuito. xxiij. q. iiij. ipſa pietas. imò præſumitur, ꝙ infirmus talia dicẽdo fuerit furioſus. ff. de condi. inſtit. l. quidam. ¶ Tertium. Ex dictis patet ad ſequentẽ caſum: Virum putrefactum pedẽ inuitũ multa impẽſa chirurg⁹ curauit: quod niſi feciſſet, pedẽ oportebat abſcindi: ſed eo deinde expetẽte mercedem eam negat curatus, dicẽs ſe maluiſſe abſciſsionẽ pedis, quàm huiuſmodi ſolutionem. Dicẽdum eſt enim per prædicta, & per notata à Bar. in l. Stichus. ff. de pec. leg. ꝙ pro omni eo quod tangit perſonã, vel libertatẽ, vel vitã, vel ciuilitatẽ, ille, pro quo ſoluitur, dicere nõ poteſt, non eſſe vtiliter geſtũ. Et per hoc dicit Bar. ꝙ ſi amicus animo repetendi ſoluit pro condemnato ad ſoluendum certam ſummam, aut ad pedis abſciſsionẽ, vel aliud faciẽdum in ꝑſona, & nolẽte ſoluere, nõ poſſet ille dicere, ꝙ reddere nolit, quia maluiſſet pedis abſciſsionẽ, vt eſt tex. ſecũdùm eum in d. l. Stichus. & ibi glo. nota. Et idẽ dicendũ, ſi quis ſit cõdemnatus in centum, quæ niſi ſoluerit ſit bãnitus: & aliquis ſoluit pro eo: quia dicere nõ poteſt, nõ expediuiſſe ſolutionẽ, eo ꝙ potius expediebat eſſe bãnitũ. Hæc ex

6 illo. ¶ Sextò *queritur, quomodo medicus ſe debeat habere circa ſalarium? Et dico multa. ¶ Primũ. Si medicus eſt ã cõitate ſalariatus, ita ꝙ nihil debeat ab infirmis accipere: nihil accipere poteſt, etiã ſi ſalariũ nõ ſufficiat: & ſibi imputet: quia pacta ex cõuentione legẽ accipiũt, quæ etiam ſeruãda ſunt. de pac. c. j. Quod tamẽ ſecundũ Archi. fallit, ſi mutatæ ſunt rerũ conditiones. Fallit etiã ſi is, qui eius opera vtitur, ſit ſanus: vt in l. archiatri. C. de profeſ. & me. ¶ Secundũ. Si verò nõ eſt ſalariatus, ſed per ſtatutũ cõitatis, aut domini cauetur, ꝙ nõ accipiat niſi tantum: ſic accipere nõ debet vltra, quàm velit ſtatutũ: niſi eſſet cõtraria conſuetudine abrogatũ. de conſue. c. fi. ¶ Tertiũ. Si verò nec ſalariatus ſit, nec limitatus, exigere põt ſalariũ moderatum: cùm nemo cogatur de ſuo facere beneficiũ. x. q. j. precariæ. quod moderamen attẽditur ſecundũ qualitatẽ curæ, & laborem, & induſtriã medici, & facultatem infirmi, & conſuetudinẽ loci. ¶ Quartũ. Si autẽ factum ſit pactum de certa mercede danda poſt curationẽ, & liberat⁹ infirmus recidiauit: Spe. diſtinguit, ſecũdùm Pet. quia ſi incõtinenti recidiauit, tenetur medic⁹ pro eodẽ ſalario illũ curare: qa nõ videtur ægritudo receſsiſſe, quę ſtatim redijt: nec plenè liberatus, qui ex toto nõ eſt liberatus. de 3 pœn. diſt. iij. ſunt plures. Secus autẽ ſi ex interuallo. Sed iſta diſtinctio ꝓcedit, ſi nulla culpa præceſsit in infirmo: quia ſi ex ſua culpa ſtatim recidiuaſſet, nõ tenetur medicus. l. quod quis ex culpa. ff. de reg. iur. Hãc quæſtionẽ formatglo. in l. Martinus. ff. loca. circa infirmitatẽ podagræ: multa adducẽs pro & cõtra. ¶ Quintũ. Si quis animo, & cũ proteſtatione repetendi expenſas curauit monachum ſcholarẽ Bononiæ, qui tamẽ demũ mortuus eſt, nõ tenet Abbas ſecũdùm eundẽ Specu. ſi ſine eius licẽtia tacita, vel 9 expreſſa erat in ſtudio: ſi verò ibi erat cũ licentia eius, arguit, ꝙ teneatur Abbas, & pater naturalis: ſed ſoluit, ꝙ negotiũ eſt vtriuſq;, & tenetur is, cuius contẽplatione factũ eſt: & ſi vtriuſq;, vterq; tenetur: licet Abbas magis, qa monachus dicitur ſeruus monaſterij. diſt. liiij. vnde eũ alere tenetur. ¶ Sextũ. Si medicus ſcit infirmitatẽ incurabilem, licitè nihilominus ſecundũ Augu. de Ancho. ſalariũ recipit: quia eſt inſtrumẽtũ naturæ, quod ſubtrahi nõ debet, quouſq; natura nõ ſuccumbit: & hoc niſi fortè malitioſe non indicet habentibus curã infirmi: vel faciendo ſuperfluos ſumptus: vel mẽdaciter ſpõdendo ſalutẽ. Adde etiã ꝙ neſcimus quid Deus facere diſpoſuerit: & ꝙ medic⁹ licet nõ ſanet, tamẽ iuuat medicãdo, & præſeruãdo. ¶ *Septimò quærit, quomodo ſe debet habere infirmus, & ſeruitor ad medicũ in eligẽdo illũ, & illi obediẽdo? Et dico multa. ¶ Primũ. Medicum practicũ & expertum, præferre debet æger theorico, & ſciẽti: qa expertos magis proficere videmus, primo Metaphy. quod Augu. de Ancho. dicit verũ de experto ex originis diſpoſitione: ſicut aliqui ex cœlo ſunt diſpoſiti ad curandũ: & ex particulariũ applicatione: quia vtraq; experiẽtia eſt cum cauſæ cognitione in vniuerſali: ſicut prima cognoſcit cãm in vniuerſali agẽte, id eſt, cœlo ſic mouente, & dictãte, ꝙ bonũ ſit ſic facere: & ſimiliter ſecũda, quia illo modo experiẽdo facta eſt ars: vt patet vbi ſuprà. Expertis autẽ, qui ſunt omnino idiotæ, vnã medicinã omnibus infirmitatibus exhibẽtibus, nullus debet ſe cõmittere, ſecũdùm eundẽ Auguſt. quia nec ſcientes, nec propriè experti ſunt, ſed ſolùm curãt in aliquo quandoq; à caſu: & maximè ſi addũt aliquas ſuperſtitiones. ¶ Secũdũ. Expedit etiã magis plures medicos eligere ſecũdũ Auguſt. de Ancho. & Philoſophũ ad Alexandrum. Sed intellige primò ſimul, & nõ ſucceſsiuè: qa ſecũdùm Senec. nihil adeò impedit ſanitatẽ, quàm medicorum crebra mutatio. Et ſecũdò, niſi ſint deſidẽtes ex zelo, vel inani gloria, aut alia cauſa: quia plerũque plus curant ſuã opinionẽ, quàm ægrotantiũ ſalutem. ¶ Tertiũ. Non tenetur autẽ infirmus obedire medico, ſecũdùm Inno. & Hoſt. in d. c. tua. de homi. qa nec prælatus eius eſt, nec homo, cuius mandatis obedire teneatur, quaſi iuriſdictionẽ habens ſuper illũ: bonũ eſt tamẽ, ꝙ illi credat tanquã experto. Si tamẽ ex certa ſciẽtia, vel affectata, aut probabili ignorãtia aliqd facit cõtra præceptũ medici, aut ſine illo aliquid ſumat in notabile nocumentũ ſuũ: mortaliter peccat. xxij. q. v. ſi nõ licet. quia tenetur corpus ſuũ ex charitate diligere. de pœn. diſt. ij. charitas. §. corpus. Si autẽ eſſet quidẽ illud aliqualiter læſiuũ, ſed nõ notabiliter, nõ videtur mortale: tum quia res eſt exigua, tum quia poteſt fieri cõpenſatio grauioris afflictionis: puta, eius quę eſt ex ſiti, ad æqualẽ vel minorẽ: puta ea, quę eſt ex febris augmẽto maximo: qa inter duo mala min⁹ eſt eligẽdũ. xiij. di. duo. Et idẽ ꝑ omnia dic de ſeruiẽtibus aliquid tale miniſtrãtibus. Et ſi inde ex hoc ſequeretur mors, aut mutilatio, eſſent irregulares. Secus ſi ex leui ignorãtia, vel culpa. hoc feciſſent. ¶ Octauò *quæritur, vtrũ medici, phyſici, vl̃ chirurgi poſsint ad ordines promoueri? Et dico ꝙ ſic, ſecũdũ Ray. ſi erãt peritu: & nihil de cõtingẽtibus omiſerunt: & habent de hoc conſcientiã probabilẽ: aliter nõ. de æta. & quali. ad aures. ff. de var. & extraordi. cogni. l. & ſi medic⁹. vel aliàs, medicus. & idẽ Inno. & Hoſt. & Gof. Eſt tamẽ cõſiliũ Hoſt. & Gof. ꝙ promouendi abſtineãt à practica medicinæ, & potiſsimè chirurgia, quę aduſtionẽ, vel inciſionem requirit, cũ in nullo vacillare debeat cõſciẽtia promouendi. xxxiij. diſt. laici. ¶ Nonò *quæritur, vtrũ iudex teneatur medicis dare ſuſpenſum pro anatomia? Et dico Bar. hoc ſub dubio reliquiſſe in l. fi. de cada. puni. tamẽ cauſus videtur eſſe ꝙ ſic, in l. Reipublicę. ff. de iniurijs. quam legem ad hoc allegat Ludouicus in l. j. ff. ſol. mat.

MEMBRVM propriè quid ſit, vide 3. Homicidiũ. iij. §. iij. partic. iiij. Et ita in ſtatutis accipitur membrum, niſi aliud appareat de mẽte ſtatuentis, & not. Bart. in l. ij. ff. de pub. iud.

DE MENDACIO, ET MENDACE.

1 *Mendacium quid, & quotuplex sit.*
2 *Mendacium omne an sit peccatū, & quando mortale, & nu. 3.*
4 *Mendacium omne in prædicatore an sit peccatum.*
5 *Mendacium in facto æquale mendacio verbi.*
6 *Veritatem celare, an aliquando liceat.*

1 MENDACIVM* est falsa significatio vocis, cum intentione fallēdi. xxij. q. ij. ille ergo. vbi nomine vocis, quę principatū tenet inter signa, intelligitur omne signum, vt scriptura, & nutus, & factū. Vbi aduertendū, secundùm S. Tho. ij. ij. q. cx. arti. j. q circa hoc aliquādo tria cōcurrunt, scilicet falsitas eius, quod enūtiatur, & voluntas enuntiādi falsum, & intentio fallendi aliquem: & tunc ibi est falsum materialiter, quia falsum dicitur: & formaliter propter volūtatem dicēdi falsum: & affectiuè, propter voluntatē falsum imprimendi: sed tamen ratio mendacij sumitur à falsitate formali, scilicet secūdùm quod quis habet voluntatem falsum enuntiādi. vnde & mendacium ex eo nominatur, quod contra mētem dicitur. Igitur si quis enuntiās falsum, credens illud verum: est quidem falsum materialiter, sed nō formaliter: quia falsitas est præter intentionem dicentis: vnde nō habet perfectā rationē mendacij: quia quod est præter intentionē, est per accidēs: vnde non potest esse specifica differentia. Si verò quis dicat formaliter falsum, scilicet habēs voluntatē dicēdi falsum, licet sit verū id, quod dicitur, ille actus inquantū voluntarius, & mortalis habet per se falsitatem, & p accidēs veritatem: vnde pertingit ad speciē mendacij. Quòd aūt aliquis intendebat falsitatē in opinione alterius cōstituere, non pertinet ad speciē mendacij, sed ad quādā eius perfectionem: sicut in naturalibus aliquid speciē fortitur ex forma, etiam si desit effectus formę: sicut patet in graui violēter sursum detento, ne descendat secundū exigentiā formæ. 2 Hęc ille. Ex quibus patet, q mendaciū propriè cōsistit in voluntate dicendi falsum: intelligę assertiuè, & nō recitatiuè, neq; etiā repræsentatiuè: sicut disputans aliquando assumit falsa scienter sine mendacio, quia loquitur ex persona negātis veritatē, secūdùm Sā. Tho. in iij. dist. xxxix. arti. v. perfectè verò cōsistit in intētione imprimēdi illud falsum mēti alterius: materialiter verò in falsitate rei enūtiatæ. Igitur si dicatur quidē falsum, sed defit voluntas dicēdi, illud est falsum, sed nō est mēdaciū propriè, aut pfectè, & si diligētia esset adhibita, nō esset peccatū, & si non sit adhibita, est veniale. xxij. q. ij. c. homines. nisi in casu, in quo tenetur quis adhibere diligētiam: puta in actu testificandi, in quo imminet dānum notabile proximo: vel in iudicio, cùm vult iurare: qa esset mortale. xxij. q. ij. c. animaduertendū. Si verò adsit voluntas dicendo falsum: est mendaciū propriè & formaliter, siue verū sit, siue falsum quod dicitur: quia itur contra mentē, quod est mentiri, id est, contra mentem ire. ij. q. ij. is autem. Si tamen eo casu quod dicitur sit verū, non est mendaciū materialiter: & si desit intentio imprimendi falsum, non est mēdaciū perfectè. Si verò adsit voluntas imprimēdi falsum, & desit falsum, & voluntas dicendi illud: non est mendaciū materialiter, nec propriè, nec etiā perfectè: licet ab hoc sumatur perfectio mēdacij: quia nō est rei perfectio, vbi deest res, quā necessariò presupponit. ¶ Primò verò queritur, quotuplex sit mendaciū, siue quomodo diuidatur? Et dico secundùm S. Tho. vbi suprà, arti. j. q mendacium triplicitèr diuiditur. ¶ Primò scilicet propriè, & per se secūdùm ipsam rationē mendacij, quod formaliter opponitur virtuti veritatis, quæ est æqualitas quædā, cui apponitur magis minus, & sic, vt patet in iiij. Ethic. diuiditur in mendacium trāscendens veritatē in maius, quod pertinet ad iactantiam, & in deficiēs à veritate in minus, quod pertinet ad ironiam. ¶ Secundò inquantū habet rationem copulæ diuiditur, secūdùm ea, quæ aggrauāt, vel minuunt culpā istā ex parte finis. & sic diuiditur in pernicioſum, quo intenditur alterius nocumentum, quod aggrauat: & in iocoſum, quo ad delectabile: & officium, quo ad vtile bonum alicuius ordinatur, quod minuit. ¶ Tertiò vniuersalius intellige inquantū est operatio, diuiditur secundùm ordinem ad finem, siue addatur, vel minuatur ad culpā mendacij, siue nō. & sic ab Auguſt. in lib. contra mendaciū: & habetur xxiij. q. ij. in c. primum. diuiditur in octo partes. Primum est in doctrina religionis, id est, contra fidem, & mores, secūdùm Archie. & Alex. de Ales in ij. ij. Secūdum est, quod nulli prodest, & alicui obest: vt falsa detractio, vt accusatio. Tertiū, quod vni prodest, & alteri obest: vt falsum testimoniū in causa pecuniaria. Quartū, quod fit sola mentiendi libidine, quod procedit ex habitu: nā mendax ex eo quòd talis est, secundùm habitū, ipso mendacio gaudet. iiij. Ethi. Quintū, quod fit placendi cupiditate: vt iocoſum. Sextū, quod nulli nocet, & alicui prodest ad conseruandam pecuniā: vt quod fit, ne alicui pecunia iniustè auferatur. Septimū, quod nulli nocet, & alicui prodest ad mortem vitandam. Octauum, quod nulli nocet, & alicui prodest ad vitādam immunditiam corporalem, seu castitatem seruandā. Tria autem prima, quę aggrauāt culpam, vt dicit Sā. Tho. pertinent ad pernicioſum: & tria vltima, quæ minuūt, ad officioſum: & quintū ad iocoſum, quod etiam minuit. quartum autem dicit habere propriā quantitatē siue additione, & minutione: & reducitur ad iocoſum, cū sit delectabile mentienti: licet Sā. Tho. non dicat. ¶ Secundò* quæritur, vtrū omne mendaciū sit peccatum? Et dico q sic, ita q etiā pro vita alicuius non licet mentiri, secūdùm Aug. & Sā. Tho. & omnes Theologos, & Canonistas: vt patet in c. super eo. de vsur. & in c. mihi. xxij. q. ij. & ibidem in c. j. vbi dicit Aug. q ad salutem æternam nullus ducendus est opitulāte mendacio. cōcludens in fine, nullū mendaciū esse absq; peccato. Et ratio est S. Th. ij. ij. vbi s. quia ex suo genere est malū: cùm super indebitam materiā cadat: quia cùm naturaliter voces sunt intellectuum signa, innaturale, & indebitū est, q quis voce significet quod non habet in mente. Vnde mendacium est per se prauum, & fugiendū. iiij. Ethic. Nō ergo est verum quod dicit venerabilis Cassianus, quòd licet mentiri ob magnā vtilitatem assequendā, vel magnum malū euitandum. ¶ Sed contra hoc obijcitur primò. Nam Euangelistæ videntur mentiri: quia aliter, & aliter verba Christi, & aliorū retulerūt. Sed dicit Sā. Tho. ij. ij. vbi suprà, nō esse hoc mēdaciū, sicut nec secundū Aug. de conſ. Euan. si plures eandem rem, quā viderunt, nō eodem modo atq; eisdem verbis indicarint. ¶ Secundò. Nā obstetrices sunt à Deo remuneratæ propter mendaciū. Sed dicit, q hoc nō fuit pro mēdacio, sed timore Dei, & beneuolentia, ex qua processit mendaciū. Vnde signāter dicitur Exod. j. Et quia timuerūt, &c. mendaciū verò postea sequens nō fuit meritorium. Vide etiā de hoc quædam Theologica ibidem, scilicet ij. ij. arti. vlti. ad quartum. ¶ Tertiò. Nā gesta sanctorum narrātur in sacra scriptura ad informationē vitæ humanæ, & cōsequēter nō sunt peccata. Sed de quibusdā sanctissimis viris legitur, q sunt mentiti: vt de Abrahā patet Genesis duodecimo, & vicesimo, & de Iacob Genes. xxvij. & de Iudith, & huiusmodi. Sed ad hoc dicit Nico. de

de Lyr. Gene. xxvij. quòd non est necesse excusare eos à mendacio maximè officioſo: quia apostoli fuerunt perfectiores, & tñ immunes non fuerūt à veniali peccato: imò plures illorū patrum veteris testamenti leguntur peccasse mortaliter. Vel dicendū sicut dicit Auguſt. q in sacra scriptura inducūtur aliquorum gesta, quasi exempla perfectæ virtutis, de quibus non est æstimandū eos fuisse mētitos. si quā tamē in eorū dictis appareant quæ mēdacia videātur, *intelligēdū* est ea figuraliter & propheticè dicta esse. Abraham tamē dixit verè Saram sororem suā, id est, filiā patris, licet non matris: vt patet Gene. xx. Iacob etiā dixit se esse Esaū primogenitum mysticè: *quia* primogenita illius ei iure debebātur. Vsus est autē tali modo loquendi 4 *spiritu* prophetico, ad designādum, q minor populus, scilicet gentilis, substituēdus erat in loco primogeniti, id est, Iudæorum. Quidam verò cōmendantur in scriptura non propter perfectā virtutem, sed propter quandam indolē *virtutis*, scilicet quia in eis apparebat aliquis laudabilis affectus, ex quo mouebātur ad quædam indebita faciēda: sicut laudatur Iudith, non quia mentita est Holoferni, sed propter affectū ad salutē populi. Quamuis etiā dici possit quòd verba eius habēt veritatem secundùm aliquē mysti-
3 cum intellectū. ¶ Tertiò quæritur,* vtrum & quando, vel quibus mendacium sit peccatū mortale? Et quantum colligitur ex S. Tho. ij. ij. vbi s. art. vlt. dicto quòd cùm mortale peccatum sit, quod charitati contrariatur, quantum ad mēdaciū hoc tripliciter accidit. ¶ Primò secundū se, id est, ex ipsa falsa significatione: quia si sit circa res diuinas, contrariatur charitati diuinæ, cuius veritatē aliquis tali mēdacio occultat vt corrūpit, sed est mortale grauissimū: si verò sit circa aliquid, cuius cognitio pertineat ad hominis bonū, *puta ad perfectionē* scientiæ & morū *informationē*, contrariatur charitati proximi, & est mortale. Secus si esset circa aliquid, de quo nō refert vtrū sic vel aliter cognoscatur: sicut si quis fallatur in aliquibus particularibus contingētibus ad se nō pertinētib⁹. ¶ Secūdò ratione finis intēti: puta, si *dicitur in iniuriā Dei, quod semper est mortale: aut* in nocumētū proximi, quantum ad personā, diuitias, & famam: quod similiter est mortale. Secus si finis intētus non sit charitati cōtrarius: quia nec mendaciū erit mortale, vt in iocoſo & officioſo. ¶ Tertiò per accidēs ratione scādali, vel cuiuscunq; damni consequētis: & sic erit etiā mortale, dum scilicet aliquis non veretur propter scādalū publicè mētiri. Hęc ex illo. ¶ Et sic patet q est mortale. primò si sit circa doctrinā fidei, & omnū pertinentiū ad sacrā scripturā. Secundò si sit circa doctrinā morū siue omniū pertinentium ad vitia & virtutes. Tertiò si sit in Dei iniuriā. Quartò si sit in damnū proximi, intelligę notabile. Quintò ratione scādali, quod quis inde probabiliter videtur se qui. Adde sextò si adsit circunstātia iuramēti, siue sit iocoſum siue officioſum, & quomodocunq;. Et septimò si adsit circūstantia iudicij: quia mortale est in iudicio mētiri de spectantibus ad iudiciū: vt si accusatus neget veritatē: vt su- 5 prà Accusatio. §. xiij. aut testis falsum deponat: nisi debita *deliberatione* & solicitudine adhibita putaret se certum esse de eo quod falsum est, secundū S. Tho. & generaliter secundū Duran. omne mendaciū quod in iudicio dicitur præter iocoſum, de his quæ ad iudiciū pertinent, est pernicioſum & mortale: quia subuertit veritatē iudicij: quod cedit *in perniciem vniuersitatis*. quod limita quantū ad ea, 6 de quibus, qui mentitur, tenetur dicere veritatem, nō aliter. De quo habes s. Accusatus. §. xij. & Confessio delicti. §. j. & Furtum. §. xv. & infrà Testis. §. viij. Et octauò se cundùm Hoſt. ratione contemptus. quod quando sit, vide suprà Contēptus. Et nonò secundū aliquos ratione perfectionis, dicēres perfectis viris omne mendaciū esse peccatum mortale. Sed hoc irrationabiliter dicitur, secundùm S. Tho. quia circunstantia personæ non transfert in aliam speciem: & cōsequēter nō aggrauat in infinitū, nisi ratione annexi: puta si sit cōtra votū eius, quod de mendacio iocoſo & officioſo dici nō pōt: vnde tale in eis nō est mortale, nisi ratione scandali, non obstante, q ipsi ponuntur in statu conseruādæ veritatis: qa ad hoc ex officio suo tenētur in iudicio vel doctrina: cōtra q si mētiantur, erit mortale. de quo vide §. *sequē*. ¶ Quartò specialiter quæritur, *vtrum sit peccatū mortale prædicatori mentiri in ambone? Et dico q non, in eis quæ nō spectant ad doctrinam, puta si dicat aliqua iocoſa: vel si in sacra scriptura alleget vnū capitulū vel *pphetā* pro alio ex lapsu linguæ vel oblitione, & huiusmodi: quia in his neq; iniuriā Deo, neque dānū proximo vel etiā scādalū facit, vt suppono: nec etiā in talibus tenet personā Dei. in pertinentibus autē ad doctrinā, renēt Sum. Ang. & Ros. q nō sit mortale nisi ratione scandali vel contēptus doctrinæ annexi: vel nisi in his quæ sunt de necessitate facienda, intellige etiā omittēda. Secus si ex cōcilio: & hoc, vt videtur, hac ratione: quia circunstātia personę speciē nō mutat. Sed motiuū istorū est inualidū: quia ibi nō est sola circunstātia personæ, sed etiā loci vel officij. Conclusio etiā est non solùm cōtra Archiepi. post Pet. de Palu. sed etiam cōtra S. Thom. qui loquēs de talibus dicit indistinctè, quòd est mortale mētiri in iudicio vel doctrina, id est, in prædicatione: vt exponit Archiep. circa res diuinas & mores, & contra Ange. qui dicit quoddam mendacium esse in doctrina. Sanct. Tho. San. Bona. & Alexan. de Ales dicunt illud pernicioſum: & si in doctrina, multo fortius in loco doctrinæ, vbi doctor gerit personam Dei, & in persona eius loquitur, iuxta illud Lucæ vj. Qui vos audit, me audit. Et similiter est cōtra rationem: quia sequeretur q posset quis hæreses sine mortali peccato docere: puta dicēdo, q meli⁹ esse in matrimonio quàm in virginitate: & in seculo quàm in religione: quia ista nō sunt necessariò faciēda. Est etiā illa opinio in contemptū diuini verbi & fidei Christianæ: quia quidā sectatores illius opiniōis, & sui ordinis plus quàm veritatis zelatores, ex quo credūt nō esse mortale mētiri in ambone, nisi, vt illi dicūt, prædicāt maximas falsitates, quæ deinde à secularibus deprehendūtur: sicut tēporibus nostris quidā publicè in ambone in Romandiola asserūt, q quidā solēnis prædicator ordinis nostri, qui contra opinionē aduersam de conceptione Bononiæ prędicauerat, veniā petiuit præcinctus zona ad collū super scalis sancti Petron. j Bononiæ: cùm tamē totū esset falsum: imò cū maxima gratia prædicauerat. Et rursus alius asseruit in simili, q alius prædicator eadē de causa statim descēdēs de ambone fuit in medio populo dilacerat⁹, & deuorat⁹ à lupo. & huiusmodi multa. ¶ Quintò quæritur,* vtrū sit grauius mētiri verbo quàm facto? Et dico q non solùm in verbo, sed etiam in facto mendacium consistit. xxij. q. v. caue. & secundùm S. Tho. in quoli. cum in vtroq; sit eadem intētio fallendi, vterq; æqualiter peccat: quia verbū & factū assumūtur vt instrumentum fallēdi: nec refert quantū ad peccatum, verbo, nutu, vel facto mentiri: sicut nec quantū ad homicidiū vti gladio vel securi. ¶ Sextò quæritur,* vtrū liceat aliquā do celare veritatē? Et dico, q si homo non sit obligatus respōdere secundū intentionē alicuius: licet veritatē celare multipliciter. ¶ Primò qñd, quod dicitur, est verū in vno

sensu licet non sit verum in alio in quo capitur ab audiente: sicut Abrahã dixit vxorẽ esse sororẽ, Gen. xij. quia erat soror ex parte patris, licet non ex parte patris & matris simul. ¶ Secundò, qñ ad eandẽ interrogationẽ possunt dari multæ respõsiones, & datur vna, alia tacetur: sicut Samuel primi Reg. xv. veniẽs in Bethleem principaliter ad inungendum Dauid in regẽ, & secundariò ad sacrificandũ, ad quod scilicet venerat gratia vnctionis: interrogatus ad qd venisset, respõdit de causa secũdaria, tacens de principali, q̃ scilicet ad sacrificandũ veniſſet. ¶ Tertiò qñ loquutio est duplex, habẽs duplicem sensum, quorũ in vno est vera, & in alio falsa, & loquẽs intẽdit loqui in sensu vero, & imprimere alteri sensum falsum: sicut si quis interrogetur de eo qui quæritur ad mortẽ, an transierit per talẽ viam, & respõdeatur, nõ trãsiuit hàc: intendẽs per locũ proprium & indiuiduũ, quẽ pede aut manu tangit. aut si clericus interrogatus in porta an aliquid habeat de quo sit soluenda gabella: & ille respõdeat q̃ nõ. s. de quo sit soluẽda à clerico: sicut & Angelus interrogatus à Tobia, quis & de quo genere esset, respondit, Ex filijs Israel ego sum Azarias Ananiæ magni filius. Tobiæ v. Quæ verba sunt vera secũdùm interpretationẽ illorũ vocabulorũ, & non secundũ illa vocabula, vt patet p expositores. Et similiter Christus nõ negauit se Samaritanũ, id est, custodẽ, secũdũ nominis interpretationẽ. ¶ Quartò, qñ aliquis interrogatur de aliquo, quod dicere nõ expedit: quia dicere põt se illud nescire, subintelligẽdo vt reuelãdũ: exẽplo filij hominis, qui iuxta Marcũ dicit se nescire diem iudicij: quod secundũ doct. ideò dicit, quia illud nõ scit vt releuãdũ nobis, pater verò illũ dicitur scire, qa de hoc filio notitiã dedit. secus autẽ vbi expediret interrogantẽ scire. ¶ Cauẽda tamẽ ista celatio est: primò vbi scandalũ posset accidere: & secundò in iudicio iusto & vero, de quo s. Accusatus. §. xiij. & eadẽ ratione. tertiò, vbicũq; quis tenetur confiteri veritatẽ de qua interrogatur: quia sic respondẽdo eam celat, quod est cõtra id ad quod tenetur: vnde si illud teneretur ex præcepto, celatio illa esset mortale: vt si prælatus extra iudiciũ præcipiat de aliquo de quo potest, aut sine præcepto exquirat veritatẽ simplici verbo circa cõcernẽtia paupertatẽ: qa aliquid celare velle etiã sine interrogatione est mortale, aliàs mẽdaciũ erit veniale. & quartò cauenda est, vbi quis iuraret extra iudiciũ nõ violẽtatus per aliquẽ superiorem cõtra ordinem iuris, neq; ab aliquo particulari per cõmi nationes, sed sp̃õte iuraret vel coactè ex suppositione alicuius finis, iuxta dicta suprà Iuramẽtum. iij. qõ. ij. in fin. de religiosis iurantibus in materia pestis ad portas ciuitatũ.

MENDICANTES religiosi, nõ dicũtur ab actu mẽdicãdi, quia mẽdicare possunt etiam non mendicãtes, & ecõtrario mendicãtes nõ mẽdicare, sed ex eo quòd secundũ regulam & institutiones suas non licet eis etiam in cõmuni habere possessiones aut perpetuos reditus, vt colligitur ex Pan. in c. nimis. el ij. de excessi. prælat. & Pet. de Pal. & alios. & in c. religionum. de reli. do. li. vj. Vtrum autem mẽdicantes possint recipere noua loca. vide suprà Excommunicatio ix. excommunicatione xliij.

MENSA clericorũ generaliter qd habere debeat vel nõ habere, vide s. Clericus. ij. §. v. Specialiter verò mensa episcoporũ splendere non debet auro vel argẽto. xlj. di. episcopus vilem. supellectilem. sed hodie pauperes squalent: mensa verò & omnis apparatus renitet.

¶ MENSIS, vide suprà Excõmunicatio nonò. excommunicatione xxxij. §. iij. & s. Aetas. ad finem.

¶ MENSVRA, vide suprà Falsarius. §. vltimo.

¶ MERCATOR, vide j. Negotiatio, & Vsura, p totũ. præcipuè iij. & vj. & Societas per totũ. & s. Emptio.

MERETRIX est mulier multorum libidini patens. xxxiiij. dist. vidua. id est, quæ xl. viros admiserit, secundùm glo. quæ allegat cap. latores. de clerico excõmunicato minist. vel est mulier, cuius est turpitudo publicè venalis. xxxij. qõ. iiij. meretrices. & quantũ ex dictis & vsu loquentium colligi potest, tria faciunt meretricẽ, scilicet fornicatio publica. xl. concubitus fornicarij, & pretium. Quod quidem pretium non tenetur restituere, secundũ Inno. in c. quia plerique. de immunit. eccle. & cõmuniter Docto. quod limita nisi accepisset ab his qui alienare non poterant, de quibus suprà Donatio. j. §. j. vel nisi per fraudẽ recepisset, quia sic teneretur. Quòd autẽ ecclesia prohibeat recipi oblationes talium, intelligitur ad altare, in detestationem criminis. Et idem secundùm Archid. est de acquisito per concubinatum, adulterium, & sodomiã. Quid autem de tali pretio facere liceat, vide suprà Eleemosyna. §. iiij. & infrà Turpe lucrum. per totum.

MERITVM propriè est actio, cui iustè debetur merces: impropriè verò est quælibet conditio faciẽs alicui aliquo dignum, sicut species Priami merebatur imperium, secundũ S. Thom. in q. de veri. q. j. art. j. ad secundum. & intellige ecõtrario, q̃ demeritũ propriè est actio, cui iustè debetur punitio, impropriè est conditio faciens aliquẽ aliquo indignũ. arg. j. ij. q. xxj. art. ij. & de virtu. vbi suprà. Ad meritum autẽ tria requiruntur. s. status viæ, dominium operis, & charitas: vt probat S. Tho. iij. dist. xviij. ar. ij. & dist. xxx. art. v. & veri. q. xxix. arti. vj. & viij. De merito multa possent Theologice dici, quæ non sunt ad propositum nostrum. Vtrum autẽ eadem actio possit esse meritum & demeritum, vide infrà Peccatum. §. j.

DE METV.

Metus quid & quotuplex sit.
1 *Metus iustus quid.*
2 *Timor an sit iustus ex supplicatione regis.*
3 *Metus perdendi bona an sit iustus.*
4 *Metus infamiæ an sit iustus.*
5 *Metus excommunicationis an sit iustus.*
6 *Metus iustus an fiat iniustus, si quis ex culpa incidat in eum.*
7 *Metus iustus an excuset à peccato.*
8 *Metus iustus an excuset ab obligatione contractus.*
9 *Metus leuis an habeat eosdem affectus cũ iusto & probabili.*
10 *Metu gesta an taciturnitate temporis videantur ex consensu.*
11 *Metu amissis bonis an stetur iuramento super quantitate eorũ.*
12 *Metu extorta an debeant restitui.*

METVS, est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio. ff. quod metus causa. l. j. Et est duplex. vnus. s. leuis, quo timetur leue malũ vel graue malũ, sed leuiter, id est, ex causa leui & improbabili, qui cadit in virum leuem timentẽ vbi nõ oportet, qui dicitur meticulosus. ff. eo. l. metũ. Alius, quo timetur malũ graue grauiter, id est, ex causa probabili, qui secundũ iura dicitur metus iustus siue cadens in constantẽ virum, intellige aut etiã mulierẽ: licet minor metus excuset magis mulierẽ q̃ virũ, secundũ glo. in c. cùm locũ. Et hanc distinctionẽ innuit S. Thom. in quarto, dist. xxix. q. j. ar. ij. in corpore, dicens sic virtualiter, Metum cadere in aliquẽ, est eum metu cogi ad faciẽdum aliquid, quod aliàs nollet, vt euitet illud quod timet: in quo quidem constans ab inconstanti dupliciter differt. Primò scilicet quãtum ad qualitatem periculi quod timetur: cogitur enim ad minus malum sustinendũ, vt vitetur maius: nõ aũt ad maius, vt vitetur minus: quia constans sequitur rationem rectã, qua scitur quid pro quo sit dimittendum vel faciendũ. semper autẽ minus malũ, vel maius bonũ eligendũ est: inconstãs autẽ cogitur ad maius malum, putà peccatũ, metu minoris, puta pœnæ corporalis: sicut è cõtrario ptinax etiã cogi nõ posset ad minus malũ ad euitandũ maius, vnde inter hos mediat cõstãs. Secũdò differt quantũ ad æstimationẽ periculi imminentis: quia constãs nõ cogitur, nisi ex forti, & probabili æstimatiõe: inconstãs autẽ ex leui, secundũ illud Prouerb. xxvij. Fugit impius nemine pse quẽte. Hæc ex illo. Et sic patet, in quo metus differat à vi. Nam, vt dicit Pan. in c. sacris. extrà, eo. metus est vis cõditionata sine violẽtia corporali, sicut cũ dicitur, nisi feceris sic, interficiã te. extrà, eo. c. ad audientiam. Vis est aũt quædã coactio, qua quis ligatus cogitur corporaliter aliquid facere. Et idẽ sentit S. T. vbi s. arti. j. dices, q̃ vis est coactio simpliciter siue absoluta: vt cũ quis aliud corporaliter impellit: sed met' est vis cõditionata: vt cũ quis projcit merces in mare, ne periclitetur. ¶ Primò verò* quæritur, quæ sint illa mala, quorũ metus ꝓbabilis dicitur iustus, siue cadens in constantẽ virũ? Et dico, secũdũ S. T. vbi s. art. ij. q̃ huiusmodi nõ possunt esse peccata: qa talia sunt mala maxima, propter quę nõ sustinẽda, etiã mori debet homo. iij. Ethic. Sed sunt quędã mala corporalia maiora quibusdã aljs, & præcipuè inter ea, q̃ pertinẽt ad personã, vt mors, verbera, dehonestatio p stuprum, & seruitus: adde & vincula, quę reducũtur ad seruitutẽ, & sub illa intelligũtur. & omnia limita, vt j. §. vj. Et de morte quidẽ, & cruciata patet in c. cũ dilect'. extrà, eo. de stupro verò & seruitute, ff. eo. l. isti. quidẽ. Insti. eo. §. j. ij. & iij. De vinculis aũt in l. nec timorẽ. ff. eo. Et intellige primò, siue prędicta, aut aliquod prędictorum immineat personæ propriæ, siue filiorũ, siue vxoris, & huiusmodi, secundùm S. Th. vbi s. art. ij. ad secundũ. & in l. isti quidem. ff. eo. Intellige etiã secundò, q̃ hęc omnia faciunt iustum metũ, quãdo quis de facili nõ potest occurrere: qa si hoc posset, puta adeũdo superiorẽ, vel alio modo, nõ esset iustus metus: sed sibi imputaretur. arg. c. fi. de elec. & c. pastoralis. de offi. ord. & l. quibus diebus. ff. de condi. & demõ. & l. qui potest facere. ff. de reg. iur. Et idẽ innuit Sanctus Tho. vt patet j. §. iiij. Intellige etiã tertiò, q̃ prędicta habent talem effectũ excusandi, etiã si sint solùm in commination, & nõ illata: quãdo probabiliter æstimatur, q̃ ita erit: argu. eorum quę no. in c. cũ dilectus. de his quę vi. Et quartò, q̃ prędicta regulariter causant ipsum timorem respectu malorũ corporaliũ, sed nõ hæc sola: sed generaliter omne maius malũ respectu minoris: quia vir constãs seu virtuosus semper cõsentit in minus malũ, vt vitet maius: sed tamen iura statuerunt, vt detur actio ad rescindendum contractũ, qui aliàs tenet propter prędicta, quę sunt cõtra bonũ personę, nõ propter alia, nisi in quantũ reduci possent ad prędicta. quo casu opus est arbitrio boni viri. Et sic intelligo dictũ Pet. de Ancha. vt illi imponit Sum. Rosel. excomunicatiõe xxix. §. x. q̃ iudicis arbitrio relinquitur quis timor sit iustus cadens in constantẽ virũ, scilicet quantũ ad ea, quę reducuntur ad prędicta, & quãtum ad probabilitatẽ æstimationis. ¶ Secundò* quæritur, vtrũ iustus timor causetur ex imperio, vel supplicatione regis, aut domini? Et dicit Panor. in c. vlti. qui cleri. vel vouen. q̃ non: nisi sit cõsuetus tyrannicè tractare, nõ obtemperãtes precibus suis. quo casu excusat secũdùm Io. And. ibi, & Bar. in tract. de tyrã. Facit quod no. idẽ Bart. in l. ad inuidiã. C. q̃ me. cau. vbi dicit, quòd sola reuerẽtia mariti nõ causat iustũ metũ in vxore, nisi minę præcesserint, aut verbera. Et idẽ voluit Inno. in c. causam. matrimonij. de of. deleg. ¶ Tertiò* quæritur, vtrũ metus perdẽdi bona tẽporalia, vel maiorẽ partẽ eorũ sit iustus? Et dicit Pan. in c. Abbas. extrà eo. q̃ sic, si nõ potest quis sustẽtari sine illis bonis, quę pdere timet. & glo. l. in l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudi. dicit: nota pecuniã vitã hominis. Et facit pro ista opinione ç. presbyteros. dist. l. & d. c. Abbas. & l. pe. C. eo. Et glo. in d. c. Abbas. extẽdit hoc nõ solũ quãdo quis sine illis rebus viuere nõ potest, sed etiã quando grauem patitur iacturã. & hoc rationabiliter: quia potest quis esse ita dives, q̃ omissa maiori parte bonorũ nõ multum pateretur, vt dicatur iactura grauis respectu incommodi sequẽtis. Ita enim iactura aliquãdo potest esse grauior vinculis & verberibus, quę tamẽ excusantur. ¶ Quartò* quæritur, vtrũ metus infamiæ sit iustus? Et dicit Sã. Th. q̃ non: quia licet sit magnũ dãnum: tamen de facili potest illi occurri. Sed intellige infamia de facto, quę scilicet innititur veritati, cui occurri potest de facili licito modo, secũdùm gl. in d. l. nec timorẽ. ff. eo. Sed metus infamiæ iuris, qui habet iuris effectũ, est iustus: vt in l. isti. §. fin. ff. eo. vbi pater q̃ deprahẽsus in aliquo delicto, iusto metu facit quicqd facit, ne prodatur: quia proditus põt pati mortẽ, vel cruciatũ, & huiusmodi. ¶ Quintò* quæritur, vtrũ metus excõmunicationis sit iustus? Et dicit glo. in c. olim inter. de resti. spo. q̃ sic. sed melius Io. And. in c. cùm dilectus. extrà eod. distanguit, q̃ aut iustè comminatur: & nõ excusat metus, quia culpa sua incidit in metum. l. si mulier. ff. eod. & in §. fe. aut iniustè, & sic est iustus: quia est pœna grauis, inter homines conuersari, & carere hominũ cõmercio. l. hi qui sanctã. C. de apostа. de sen. excõ. sacra. Quam sententiã approbant domini de Rota, decisione xl. Et ratio esse potest: quia hoc malũ spectat immediatè ad personã: & est quædã seruitus, & vinculatio linguæ. ¶ Sextò* quęritur, vtrũ metus aliàs iustus, sit iustus, si quis ex sua culpa in illum deuenit? Et dico q̃ non: sed tenent gesta per eũ qui passus esset metũ sine aliquo remedio. Et hoc est tex. singularis quotidie allegatus in l. si mulier. ff. eo. vbi dicitur, q̃ si liberta cõmisit ingratitudinẽ cõtra dominũ, & prætextu ne reuocaretur in seruitutẽ aliquid suo dño promisit, cõtra illã promissionẽ ei nõ succurritur: & hoc ideo, quia illa sibi intulit metũ cõmittẽdo ingratitudinem, & dominus iustè minabitur reuocationẽ in seruitutem. Et sic nõ obst. l. nec timorẽ. & l. isti. ff. eo. quia ibi erat iniusti-
tia in accipiẽdo. Vnde quãtum ad conscientiã distingue. Nã si timor iustè incurritur: vt quia minatur quis accusationem de crimine veraciter ꝑpetrato, licet talis, qui minatur turpiter accipiat aliquid, vt ab accusando desistat: tũ restituere nõ tenet necessariò, si alius potuit donare: vt s. Accusatio. §. xj. & Cõcussio. §. iiij. Si verò incutiẽs timor iniustè: puta pater cõminatur interficere adulterũ cũ filia: quod de iure ciuili licet: vt l. nec in eo. ff. de adul. tamẽ nõ licet quo ad Deũ: vnde tali timore extortũ tenere nõ poterit in cõscientia, nisi in recõpensationẽ alicuius sui interesse: puta famę lesæ, & huiusmodi. Facit tex. cũ gl. in c. inter hec. xxxiij. q ij. Cessante aũt culpa quomodo tenea-
tur qs restituere, vide j. §. vl. ¶ Septimò* quæritur, vtrum iustus metus excuset à peccato? Et dico q̃ nõ à toto, quia ad peccatũ nullus iustus metus cogit: sed solùm à tãto: qa quod metu fit, nõ est quantũ ad aliquid voluntariũ, licet sit voluntariũ simpliciter, vt dicit S. Th. Nec tñ sic excusat à tanto, quasi illud, quod de se est mortale, fiat veniale. x. eo. sacris. de homi. c. ij. ij. q. j. c. in primis. qa debet quis potius qlibet mala tolerare, quàm malo consentire. xxxij. q.

v.ita ne. Quod tamē limita verum in his, quæ sunt morta
lia de se, vt dictū est: quia scilicet sunt naturali, vel diuino
iure sub præcepto prohibita. Secus si iure humano: quia
tūc timor iustus excusaret à mortali: vt s. Inobediētia. Et
sic intellige in c. in sacris. de his quæ vi, &c. vbi videt dici
ꝙ est mortale participare excōmunicato. Nec excusāt me
tus: quia loquitur in participatione directa, quę est in per
se malis, siue in crimie criminoso: vt innuit S. T. q. lxj. ar.
8 ix. ¶ Octauò* quæritur, vtrū iustus metus excuset ab obli
gatione cōtractus, quasi ipse sit nullus si metu fiat? Et quā-
tum ex Pan. in c. cū locum. de spō. colligitur, dico ꝙ non
in cōtractibus, in quibus liber cōsensus nō requiritur: sed
iure tenet cōtractus: quia coacta volūtas est volūtas: vt le-
gitur, & no. in l. si mulier. §. si. ff. eo. sed acta veniūt rescin
dēda actione quod metus causa. f. officio iudicis, si sint ꝑ-
fecta, secūdū Gofr. vel per exceptionē, si sunt imperfecta.
ff. eo. l. metū. §. si prętor. Si verò cōtractus requirit liberū
cōsensum, ipso iure est nullus: quia licet coacta voluntas
sit volūtas: xv. q. j. merito. tamē nō est volūtas libera: & sic
deficit qualitas libertatis, quę est de substantia cōtractus:
ideóq; est nullus. Quæ autem requirunt liberū cōsensum
sunt octo: de quibus vide Pan. in c. Abbas. extrà eo. Primò
omnia, quę sunt meritoria: vt pœnitētia, cōfessio, eleemo
syna, & huiusmodi: quę si fiāt ex tali metu, meritū exclu-
dunt, & perinde est, ac si nō forent facta: nisi characterem
imprimāt. quo casu adueniente libera voluntate cōuale-
scunt: nō autem alia. dist. xlv. de Iudæis. Vnde secundùm
Chryso. qui seruit Deo timore, pœnā euadet: sed præmiū
nō acquiret. & facit tex. Ang. de pœ. di. vij. null⁹. in fi. ¶ Se
cundò, matrimoniū, de spō. cū locum. & c. veniens. el ij. &
xxxij. q. v. notificasti. ¶ Tertiò, dotis promissio, vel solu-
tio. l. si mulier. §. si dos. ff. eo. qa si principale nō tenet, nec
accessoriū: de reg. iur. lib. vj. ¶ Quartò iurisdictio. vnde
prorogatio eius ex iusto metu est nulla. l. ij. ff. de iud. & idē
glo. in d. l. si mulier. Et similiter electio prælati per metū
facta est nulla: vt in c. vbi periculū. §. ceterū. de elect. li. vj.
¶ Quintò, authoritas tutorum. vnde extorta per metum
nulla est. l. j. §. vlt. ff. de auto. tut. ¶ Sextò, absolutio ab excō
municatione. de quo s. Excōmunicatio. ix. §. xvij. ¶ Septi
mò, testes testamentorū. Vnde cùm tenentur in vinculis
aut ab hostibus, nō valet eorū testimoniū. l. qui testamen-
to. ff. de testa. ¶ Octauò, votū, quod metu factū nō valet,
loquendo de metu mūdano, seu in incusso ab homine ali
cui vt voueat: secus si incutiatur à Deo, vt in periculis, qa
tenet: vt j. Votū. ij. §. xij. & ita tenēt Sū. Ang. & Ro. & Pan.
Sed quia hoc nullibi authēticè legi, & dicit Abbas, ꝙ nul
lo iure probatur: ideò dico, ꝙ etiam si metus incutiatur
ab homine, qui cogere nō potest interiorē cōsensum, di-
stinguēdū est sicut & de iuramēto. s. Iuramētū. iiij. §. vij.
quia si nō intendebat se obligare, nō obligatur: quia obli
gatio in voto nō descēdit à verbis, sed à corde, seu intētio
ne obligādi, sine qua votū nō est votum. Si verò inten
debat se obligare, obligatur: quia in ista intentiōe fuit li-
9 ber, nec potuit cogi. ¶ Nonò* quæritur, vtrū leuis metus
habeat eūdē effectus cū iusto, & probabili? Et dico ꝙ nō,
in foro causarū: quia nō excusat, nec annullat, nec rescin-
dit, nec tollit actū requirentem liberū cōsensum: vt not.
Pan. in d. c. veniens. el ij. de spōsa. sed tamen quo ad con-
10 scientiā, dic vt j. §. vlt. ¶ Decimò* quęritur, vtrū agēs cer
tum quid ex metu, ex taciturnitate tēporis sequentis præ-
sumatur cōsentire? Et dicit glo. iuncta tex. in c. accedens.
de conuer. coiug. ꝙ nō, nisi interueniat aliquis actus posi-
tiuus approbatiuus primi actus: vt in l. ij. & pen. C. eod. &
per Inno. c. super eo. de renun. & facit c. ad id. de spon. vbi
spōsa, quę metu cōtraxerat, si cohabitat viro spōte, ꝓsumi
tur matrimoniū: maximè si copula interuenit. Facit etiā
11 c. vnicū. de despō. impube. ¶ Vndecimò* quæritur, vtrum
aliquo probāte metū, ex quo amisit sua bona, stetur eius
iuramento super quātitate bonorū? Et dicit Pan. in c. fin.
extrà eo. ꝙ sic, si quis iniustè metū incussit, & contra eum
qui incussit. Secus si ageretur cōtra villā, in cuius territo
rio est factū, quia oportet eū probare ꝑ alios, licet possit
adducere socios, & familiares, ꝓpter difficultatē ꝓbādi.
& est tex. in l. cōsensu. C. de rep. & in c. veniēs. el ij. de testi.
12 ¶ Duodecimò* quæritur, vtrū is, qui extorsit aliquid per
metum, teneatur restituere? Et dico ꝙ sic, secundùm Dir.
& secundū leges pōt agi contra eū etiā ad pœnā si agatur
intra annū: post annū verò nō, sed solū quo ad rei perse-
cutionē: quia prætoriæ actiones quantū ad rei persecutio
nem sunt perpetuæ: quantū ad pœnas verò, tēporales. In-
sti. de perp. & tēp. ac. ff. de vi & vi ar. l. j. §. sed si ꝑ metū. ff.
quod me. cau. l. si cū exceptione. §. j. ij. & iij. Secūdū cano
nes autē etiam ad pœnā post annū agi potest: quia nulla
cōditio tēporis potest apponi. iij. q. j. reintegranda. & ibi
per Doc. Et non solū tenetur de habitis per talē metū: sed
de omnibus, quæ amisit ille, cui talem intulit metū. d. l. si
cū. §. Pedius. quia metus fuit causa amissionis. d. l. si cū. §.
in hac actione. & cōcordat Inn. & Host. in c. si. extrà, eo. Si
aūt metus fuit solùm ob timorē reuerētiæ, datū ex tali ti-
more, est omnino restituendū in foro cōscientiæ, si sit cō
tra voluntatē dantis: & generaliter quādocunq; nō datur
nisi ex metu, arg. l. j. §. quę honorandę. ff. qua. re. ac. nō da.
quod tñ fallit si dans fuit in culpa sui metus. de quo dic, vt
s. §. vj. Nec obst. l. vani. ff. de reg. iur. & l. metum. ff. quod
met. cau. quia loquuntur quo ad forum contentiosum.

MILES secūdùm Azo. dictus est à militia, id est, duri
tia, propter labores scilicet militares, vel dicit secū
dùm S. T. à mille, quasi millesimus: quia vix vnus de mil-
le eligebatur ad militiā: vel quia primò electi sunt mille
à Romulo. Est aūt duplex militū genus. Quidā enim dicū
tur propriè milites à militando, de quorū institutione,
& priuilegijs in l. pe. ff. ex qui. cau. ma. in glo. quorū ars est
licita, si debitè fiat. xxiij. q. j. militare. de quo dic, vt s. Bel-
lū, ꝑ totū. & cōsequēter licitū est militibus se exercere in
armis ad suā artē perdiscēdā in his, quæ nulli sunt nociua,
& in qbus nō imminet probabile periculū mortis: etiam
si ibi aliqui rarò intereāt: sicut in proiectione telorū. sicut
Dauid præcepit filios Israel doceri arcū. ij. Reg. j. in ludis
gladiorū, incursationib⁹ equorū, & hastiludijs nō pericu
losis, & huiusmodi: qa quod licet facere, licet etiā addisce
re. Torneamēta verò ideò fuerūt prohibita, qa periculo-
sa probabiliter. Et de hoc s. Lud⁹. §. vij. in fi. & j. Tornea
mentū. Quidā verò sunt milites impropriè. s. nostri tēpo
ris, qui licet habeāt insignia obseruātiæ veteris, secūdùm
Bal. in l. j. C. qui bo. cē. pos. & alle. in ar. c. trāslato. de cōst.
nō tamē gaudēt priuilegijs militaribus: nec eorū militia
est priuilegiata: & in eorū actibus vtēdū est iure cōmuni,
vt cōmuniter tenetur per doctorēs. Cy. in l. pen. C. de iur.
& fac. igno. Sahce. & Bar. in l. filiusfamilias. §. veterani. ff.
de procu. Bal. in l. testamētis. C. de testa. quia non habent
illa sex requisita in militibus, de quibus vbi suprà: sed ma
gis sunt pro inoti ad pompam: vt dicit Bal. vbi suprà.

MINOR dicitur dupliciter. Primò relatiuè ad maior:
et sit idē quod inferior. Sicut dū dicit, minor assur
gat maiori: necesse deat stāte maiore. xciij. dist. nō oportet.
& idem Gof. in Sū. de ma. & obe. ī sedēdo, & subscribēdo
maior præcedit. xvij. dist. §. vlt. Sed incedendo contrariū
seruat Romana cōsuetudo: quia minor præcedit. Secūdò
sumitur minor, qui xxv. annum nō impleuit. ff. de mino. l.
j. qui ideo minor dicitur, quia sit minor ætate legitima ad
aliqua negotia pertractanda. Talis minor secundū iura pe
tere potest restitutionē in integrum nō solùm in lęsione,
quæ lędit de patrimonio infra xxv. annū, sed etiā lucri ces
santis vsq; ad quadriēniū postquā impleuit xxv. annū: nō
tamen in delictis atrocibus: sed quatenus miseratio ętatis
ad minorem pœnā iudicem flexerit. vide glo. in c. ij. de re
stitu. in integr. Et licet si religionē intret, sua bona sine au
thoritate curatoris alienare non possit, etiam in pias cau
sas, aut contrahere: si tamen intrat religionē secundū Pa-
nor. in c. in præsentia. de proba. alienare potest omnia bo
na sua: quia fingitur mori. l. Deo nobis. C. de episc. & cler.
Si tamen renuntiauit beneficio ecclesiastico, non restitui
tur: quia in spiritualibus vt maior admittitur, & agit, & cō
uenitur. ff. de minori. l. ait prætor. in glo. in princ. 1

MISERABILES personæ secūdùm Inn. in c. signifi
cantibus. de offi. deleg. & Pan. in c. licet. de cēsi. & se
cundùm Ho. sunt cæci, & alij perpetuo morbo laborātes:
& secūdū Ho. pauperes, pupilli, & viduæ, & huiusmodi: &
secūdū alios ēt senes decrepiti, & religiosi: & generaliter
omnes quos naturaliter miseramur ꝓpter fortiū iniuriā.
De hoc Pan. in d. c. significātibus. dicit, ꝙ secularium tres
sunt species. Quidā enī nō sunt miserabiles, nec actu, nec
habitu: quia nō habēt qualitatē, ꝓpter quā natura mouea
tur ad miserādū eis: vt quia sunt masculi & potētes, vel fœ
minæ coniugatæ & diuites. Quidā verò sunt miserabiles
actu & habitu: vt viduæ & pupilli pauperes, vel diuturno
morbo fatigati, & pauperes dūtaxat: quia secūdū Io. And.
miserabiles ꝑsonæ dicūtur, super quibus natura mouetur
ad miserādū: vt in l. vnica. C. quādo impe. inter vid. & pu.
& in c. j. de postula. dicitur ꝙ miserabilis persona est, quæ
per se nō pōt causam promouere, puta ꝓpter defectū pau
pertatis vel alterius impotētiæ. Quidā verò sunt miserabi
les habitu tantùm, sed nō actu: vt viduæ & pupilli diuites:
& secūdū Inn. peregrini quo ad res, quas secū deferūt, & il
latas iniurias: vt in c. si qs. & in c. omnipotēs. xxxiiij. q. iij.
& idē de libertate ecclesiæ, officialibus, & rusticis, & simili
bus. ar. xij. q. ij. ecclesiarū seruos. lxxxvij. di. quasi per totū.
Primi ad ecclesiasticū iudicē trahere non possunt: nisi sint 2
de foro ecclesiæ, aut ratione causæ aut personæ, & si impe
trētur literæ ad iudices delegatos, sunt ipso iure nullæ: vt
est casus in c. licet. de foro cōpe. nisi daretur defectus iusti
tiæ secularis in ciuitate: vt quia non est iudex secularis, vel
negligit facere iustitiā tā inferior, quàm superior iudex.
Secūdi verò secūdū Inn. possunt alios trahere ad iudiciū
ecclesiasticū, etiā nō data negligētia iudicis secularis: arg.
dicti c. significātibus. & c. super quibusdā. de verb. signin.
Et idem secundū eū in peregrinis quo ad cōtractus initos
in peregrinatione: & in pœnitentibus. xxiiij. qō. iij. si quis
Romipetas. Si tñ, inquit, isti trahūtur corā iudice secula-
ri, illud forū declinare nō possunt: nec si idē grauātur aut
reportāt iniquā sniam, possunt ecclesiasticū iudicē appel-
lare: quia gradatim appellādū est. ij. q. vj anteriorū. Tertij
autē si opprimūtur, possunt malefactores suos immediate
trahere ad iudicē ecclesiasticū: vt in d. c. super quibusdā. &
c. ex parte B. de foro cōpe. Si verò nō opprimuntur, prius
recurrere debēt ad iudicē secularē cōtra laicos: & si literas
ante negligentiā impetrāt, nō sunt nullæ ipso facto, sed in
pendēti: vt in d. c. significātibus. & de foro cōp. ex tenore.
& data negligētia vni⁹ iudicis secularis nō tenētur queru

lari coram eius superiore, secūdū Inn. sed statim possunt
ad ecclesiasticū recurrere, ar. d. c. significātibus. & d. c. ex te
nore. secus in laicis nō miserabilibus, vt dictū est. vide Pā.
vbi suprà. Quomodo aūt cæci & alij ꝑpetuo morbo gra
uati excusentur à muneribus, vide suprà Gabella. v. §. iiij.

DE MISSA j. inquantum ad celebrationem.

1 *Missa quid, & quis eam celebret.*
2 *Missa quomodo celebranda. & nu. 3.*
4 *Missa de quo debeat celebrari.*
5 *Missa ubi debeat celebrari, & quo tempore. & nu. 6.*
7 *Missa quoties debeat celebrari.*
8 *Missa pro quibus debeat celebrari.*
9 *Missa dicta pro pluribus an tantum ualeat, sicut si pro uno dicta esset.*
10 *Sacerdos promittens singulis missam, an liberetur dicendo unā pro omnibus. & nu. 11.*
11 *Missæ collegij debent celebrari ad intentionem instituentis.*

MISSA* secundū S. Tho. & Hugo. de sancto Victo-
re, dicitur quasi trāsmissa. s. à populo ad Deū per mi
nisteriū sacerdotis, vel ab emissione catechumenorū & ex
cōicatorū. Et est multiplex, sicut in quodā opusculo decla
raui: sed nihil modò ad rem. sed tamē hoc sciēdū est, ꝙ in
ea sunt duo principaliter, quæ transmittūtur ad Deū, scili-
cet orationes sacerdotis, & ipsum sacrificium eucharistię:
quorū primū efficaciā habet ab opere operāte, saltē inquā
tū est quid meritoriū: reliqua verò ab opere operato. Vn-
de & secundū S. Tho. & alios Theologos quantū ad essen
tiale missæ, id est, sacrificiū ipsum, æquè bona est mali, si-
cut boni sacerdotis missa: quātū aūt ad orationes ipsas an
nexas, melior est melioris indistinctè, secundū San. Tho.
quod Sum. Ang. putat verū solùm vt procedūt ex persona
sacerdotis, nō autē ecclesiæ. Sed primū est melius: quia ex
persona ecclesiæ nō sunt nisi mediante instrumēto, id est,
sacerdote: quod instrumētū est aptius si sit in gratia: & cō-
sequēter efficacior sequitur operatio: sic melius à scripto
re characteres fluunt per calamum aptiorē. ¶ Primò verò
quæritur quis possit missam celebrare? Et dico, ꝙ de facto
omnis & solus sacerdos ritè ordinatus. de sum. trinita. c. j.
§. vna. de consecra. dist. j. c. j. in fi. & s. Eucharistia. ij. §. ij. &
de iure sol⁹ sacerdos ieiunus: vt s. Eucharistia. iij. §. v. vel
aliàs iuridicè non impeditus: de quo s. Eucharistia. iij. fe-
rè per totū. ¶* Secūdò verò quęritur, quomodo & quibus
personis aut rebus comitātibus debeat missa celebrari? Et
dico multa. ¶ Primum. Sacerdos celebrādo seruare debet
ordinariū seu rubricā missæ tam in dictis quàm in factis:
quia sunt plena mysterijs, & debet sub ꝑcepto, vt videtur,
esse discoopertus caput, de conse. dist. j. nullus episcopus.
arg. verbi, cōmunione priuetur. licet rationabilis causa vi
deatur excusare: arg. verbi, tenere, ibi positi: imò dū Euan
geliū legitur, omnes astātes debēt curui stare reuerenter,
id est, discooperto capite: nō autem debent sedere aut ge
nua flexa tenere. de consecr. dist. j. apostolica authoritate.
¶ Secundū. Debet etiā omnia habere quæ sunt de vniuer
sali & cōmuni ritu celebrationis: debet ergo primò habe-
re ignem, id est lumē. de celebratione missæ. c. si. aliàs esset
peccatum mortale: quia deponitur sacerdos vt ibi. Et simi
liter secūdò debet habere duos præsentes qui respōdeāt.
de consecra. dist. j. hoc quoq;. tamen, secundū Host. & Al-
ber. vnus sufficit. de verbor. significatio. quæsiuit. j. respō-
so. quod Sanctus Thom. iij. parte, quæst. lxxxiij. verum di-
cit in missis priuatis, scilicet seruitor: qui tamen non de-
bet esse mulier: imò ipsa, etiam si sit monialis, pallas sacra
tas aut vestes contingere nō potest: ipsas autem pallas nō

sacratas, super quibus extẽditur corporale, tãgere potest. licet Pe.de Pal.teneat contrarium.vide suprà Fœmina. §. iij. Illud verò c.hoc quoq; secũdũ Pet.de Pal.est abrogatum: vel est verum, secundũ S.Tho.in missis solennibus. Et tertiò calicem cum patena cõsecratũ, & chrismate per unctum: de quo suprà Calix. nec licet in hoc episcopo dispensare: quia sic statuit Sylvester papa. de sacra. iter. c.j. Et quartò pallas in altari saltem portatili lapideo cõsecrato, saltẽ duas, secũdùm Petr.de Pal. & corporale, & omnia de lino simplici. xxv. dist. perlectis. vt suprà corporale. Dicit autẽ Sum. Ang. ꝙ sufficeret vna tobalia, siue palla. Sed dic ꝙ requiruntur duæ & corporale in repræsentationẽ Trinitatis: tum ex generali cõsuetudine ecclesiæ: tum ex cõmuni opinione docto. vt Inno. tertij, Dir. & Pet.de Pal. & aliorũ. Si tamẽ esset vna sola, quæ plicari posset, sufficeret secundùm Sum.Ros. Et quintò vestes sacras, quæ secũdũ Inno. & Pet.de Pal. sunt sex, scilicet amictus, alba, cingulũ, licet alicubi inoleuerit, vt nõ benedicat, manipulo, stola, planeta, & secundũ Dir. calceamenta, licet de bene esse, & non necessariò benedicta. ¶ Tertiũ. Si sacerdos celebrãs scienter omitteret aliquid prædictorũ, peccaret mortaliter, secundũ Arch. & alios, licet cõficeret. Et idem etiam puto si ignoranter ignorãtia crassa: vnde potius deberet missam omittere, inquit, etiã die festo: & idem credit si nõ habeat missale vel librũ, in quo saltem sit canon: quia exponeret se periculo errandi in verbis canonis, imò & cõsecrationis: & faceret cõtra generalẽ cõsuetudinẽ ecclesiæ. dist. ij. in his. & idem etiã si omitteret studiose aliquã notabilem partẽ missæ, vt Euangeliũ, epistolam, vel huiusmodi: secus de parua parte & verbo, nisi pertineret ad cõsecrationem. Et idem est secundũ S.Tho. si omittat altare, tempus debitũ, & huiusmodi. Et idem videtur, si prædicta haberet, sed immũda enormiter: quia ꝓceptum est clericis vt vasa & vestes, in quibus celebrandũ est, sint mũda: vt in c. relinqui nolumus. de custo. eucha. vnde contrarium est mortale. xiiij. q. j. quod principaliter. ¶ Quartum. Si autẽ post cœptam missam sine rationabili causa desistat, peccat mortaliter. de cõsec. dist. j. nullus episcopus. ¶ Quintum. Si autem post quam sumpsit cõionem, superfuit hostia cõsecrata, secũdũ Petrũ potest eam sumere, si non habet vbi honestè cõseruetur, modò ieiunus: arg. de consec. dist. ij. tribus gradibus. De reliquijs autẽ dico, ꝙ si depræhẽdantur non ex interuallo, sed in ipso actu sumptionis sacramenti, vel quasi in ipso, licet acceperit purificationẽ, ante quam de ipsis aduerteret, tamen postea sunt sumẽdæ: tum quia ratione paruitatis sic seruari nõ possunt, sed faciliter amitterentur: tum quia in ipso casu, ex quo est in actu purificationis & recollectionis reliquiarũ, quicquid fit dicitur fieri incontinẽti, quasi simul sumeret omnia, antequã cẽseatur nõ ieiunus, per ea quæ no. in c. olim. el j. de resti. spo. in gl. & in c. quia propter. de elect. & per Bart. in l. j. ff. de verb. oblig. ¶ Sextũ. Post sumptionẽ autẽ sanguinis perfusio est facienda cum vino. de celeb. mi. ex parte. Et si sumẽdo calicẽ remaneat particula in calice, secundũ Sco. digito ad labiũ calicis trahatur, & stomacho ieiuno sumatur, & nõ apponatur vinũ: quia citius descẽderet. Et licet Sũ. Ang. dicat ꝙ non esset peccatũ si apponeretur, & citius descenderet: quia quæ sic fiunt, simul fiunt, per not. in l. cõtinuus. ff. de verb. oblig. & alijs prædictis iuribus. Tu tamẽ dic cũ Sco. propter eius rationẽ, quæ probatur in c. ex parte. de celeb. mis. & rursus quia sumẽdo vinũ posset dennò particula in calice remanere. & quæ dicit illa summa sunt vera, vbi aliter fieri nõ potest. ¶* Tertiò quæritur, quid, & qualiter missa fieri debeat? Et dico multa. ¶ Primũ. Sacerdos nihil aliud dicere debet, quàm quod cõtinetur in missali. arg. c. visum. & c. de nominibus. de consec. dist. j. cogitare tamen potest quæcunq; deuota, secundũ S. Bon. licet nõ exprimere. quod intellige nisi vbi sacerdoti ad libitũ inserere permittitur, sicut in Memento, in quo nõ solùm mente, sed etiã expressis verbis orare põt, etiã in speciali pro hoc vel illo nominatim. ar. c. cũ gratia. & c. nõ æstimemus. xiij. q. ij. & glo. de cõse. dist. j. c. visum. & c. seq. Et quibus etiã iuribus patet, ꝙ nõ est necesse singulorũ nomina exprimere: nisi quãtũ supplicãtis affectus deuotior reddi tur: qa cũ pro cũctis animabus psalmus vel missa dicitur, nihil min⁹, quàm si pro vno quolibet ipsorũ diceretur, accipitur. de cõse. di. v. nõ mediocriter. licet d. c. aliũ habeat sensũ: vt j. §. ix. ¶ Secũdũ. In missis votiuis de Spiritu sancto, de beata Virgine, & de cruce, gloria in excelsis Deo cãtari nõ debet in profestis diebus: nec credo, secũdũ Ray. vt de celeb. mis. cõsiliũ. Sed huic iuri cõsuetudine derogatũ est quo ad gloria in excelsis: & secũdũ Ho. in talibus deuota cõsuetudo nõ reprobatur: prefatio autẽ propria dici põt similiter: vt de beata Virgine patet in d. c. cõsiliũ. & idẽ videtur in alijs: arg. d. c. consiliũ. & eorum quæ ibi dicit Pã. ¶ Tertiũ. Secundũ Ric. Angelicũ in suo quolibeto, quẽ sequitur Sum. Ang. requiritur attentio, dicente Dio. de cœ. Hierar. ꝙ ad sanctissimũ cultus sacrificiũ mũdari cõuenit ab ipsis vltimis animæ phantasmatibus: vnde probabiliter desperãs se posse habere cordis stabilitatẽ: accedendo peccat. Sed de hoc dico secũdũ S. Tho. in iiij. dist. viij. in litera, ꝙ ad idoneitatẽ celebrationis requirũtur tria. Primò scilicet puritas mẽtis: vt fit quis cõtritus & cõfessus, & in proposito seruãdi mandata Dei & ecclesiæ, & secũdò deuotio actualis. quod secũdũ Arch. post Pe.de Pal. sic *intelligitur*, vt intelligatur deuotè celebrare vel cõicare qui conatur omnẽ distractionẽ & euagationẽ repellere: & nõ tenet ei deliberare, si occurrat: veniale autẽ impediẽs actualẽ deuotionẽ. i. quod mẽte distrahit ne actu feratur in Deũ, impedit fructum sacramẽti, licet non faciat incurrere mortale: quia nõ tenetur homo eã actualiter habere, sed habitualiter: habitus autẽ eius tollitur solùm per mortale: & tertiò regritur corporalis mũditia: de quo dic vt s. Eucharistia. iij. §. ix. Et sic patet, ꝙ nõ peccat græuiter, qui diffidit se habiturũ actualẽ attentionẽ: imò nec venialiter, si de hoc doleat. ¶ Quartũ. Si autẽ sacerdos de his quæ sunt dicẽda aliqd notabile sciẽter omittit: peccat mortaliter secũdùm omnes doct. quod intellige si omittat sciẽter quãdo in loco suo ea dicere poterat. sec⁹ si iam locũ pertrãsiuit notabiliter, ita ꝙ sine nota replicare nõ posset: vt qa iã dixit orationẽ, & recolit de gloria in excelsis, omissã. ¶ Quintũ. Si autẽ aliqd se dixisse nõ recolit, ꝓpter hoc turbari nõ habet: qa multa dicẽs, omnia nõ recolit: sed si cõstet ei ꝓbabiliter ꝙ aliqua omiserit: si sunt de necessitate sacramẽti, puta forma cõsecrationis, debet reincipere ab illa forma, & cũcta per ordinẽ prosequi: sed si nõ sunt de forma, resumere nõ debet, immutãdo ordinẽ officij: sed vlterius debet procedere, secundũ S. Tho. iiij. parte. q. lxxxiij. ¶* Quartò quæritur, de quo debet missa celebrari? Et dicit Sum. Ang. secundũ Pan. in c. quidã laicorũ. de celeb. mi. ꝙ celebranda est de eo de quo officiũ fit: vnde missam peculiarẽ dicens, id est, specialẽ de aliquo sancto, nõ satisfacit præcepto de audienda missa: quia missa quæ præcipitur, est missa de festo, vel quę secũdũ officiũ debet dici: vt in d. c. quidam. vn de in d. c. quidã. & c. hoc. de cõse. dist. j. dicitur ꝙ tales missæ peculiares celebrari debẽt in occulto: qd intellige in dieb⁹ quibus ex præcepto missa audienda est. Credo tñ, ꝙ seculares audientes ex ignorãtia excusentur, licet non celebrantes. In ecclesijs autẽ collegiatis vel conuentualibus missa de officio quotidie celebrãda est, vt in cle. j. de celeb. mis. Sed si vnus celebrauit missam de officio, vel celebraturus sit, & nõ sit de ꝓcepto, ꝙ missa audiatur, põt qs missam dicere votiuam & secretè & publicè, imò etiã si p ceptum sit audire, & ipse votiuã celebrãs audiat aliam de officio. Nec sufficit secundùm Monal. audire introitũ vl *huiusmodi*: qa missa dicitur cũ canone. hæc ille. Sed intelligẽ ꝓdicta de bene esse, non de necessitate: qa nec Pã. ibi dicit, ꝙ talis nõ satisfaciat præcepto, nec dicta clem. dicit aliquid de preceptis: sed c. cum creatura. eo. ti. vnde Sum. Ros. *dicit* cum Archi. vt j. Missa. ij. §. iiij. ¶ Quintò quæritur,* *vbi* debeat missa celebrari? Et dico multa. ¶ Primum. In omni loco per episcopum cõsecrato, id est, in ecclesia *consecrata* liberè celebrari potest. de cõsecra. distì. j. c. j. & c. sicut. & sequẽ. & c. nullus. nisi sit interdictus aut pollut⁹: de quo s. Consecratio ecclesiæ. §. v. quod tamẽ fallit in ecclesijs cõstructis per exemptos in locis nõ exẽptis sine licẽtia episcopi, in quibus celebrare aut celebrari facere nõ possunt. de priuil. authoritate. li. vj. Et secundũ Ray. missa celebrari nõ debet, nisi in ecclesia consecrata, si fieri põt, vel saltẽ in altari cõsecrato, scilicet stabili: vel si hoc nõ habetur, ad minus semper habeatur parua tabula cõsecrata, q̃ secũdùm Veruec. debet esse lapidea, licet possit esse inclusa in ligno vel *alia materia* solida, & poni possit dũ celebratur super ligno, puta ostio vel fenestra, secundũ Arc. de quo s. *Altare. per totum.* ¶ Secũdũ. Extra ecclesiã verò cõsecratã celebrare nõ licet sine necessitate vl licẽtia episcopi. de cõse. dist. j. missarum. *in necessitate* verò quando epi licẽtia haberi nõ potest, scilicet commode, licet celebrare in capellis, si ecclesiæ cõsecratæ nõ habẽtur: & *in itinere* sub dio, id est, in campo vel in tẽtorijs: potⁱ⁹ missam dimittere, si alia necessaria habeantur, quia dat eo casu papa licentiã. de cõsec. di. j. cõcedim⁹. Et similiter secũ dũ Arch. licet in domibus priuatis. & idẽ in exercitu Christianorũ maximè: quia cõicare debẽt quibus imminet periculũ mortis: licet à principio sit petẽda licẽtia, si est possibile. In nulla tñ necessitate licet celebrare sup mare vel sùper fluuiũ, vbi ꝓbabiliter de sanguinis effusione timet, secundũ Archi. ¶ Tertiũ. Sum. Ang. querit vtrũ de licẽtia episcopi celebrari possit in loco non consecrato cũ altari viatico? & dicit Inn. tenere, quòd sic, etiam sine licẽtia episcopi. & Arch. & Pan. *in* rub. de cõse. eccle. vel al. quòd nõ, nisi cum licẽtia episcopi. Et cõcordat dicẽdo, ꝙ in dioecesi sua potest episcopus dare licentiam, nõ aũt extra. Sed dico, ꝙ subditis suis episcopi eam dare possunt etiam extra diœcesim sine præiudicio tertij. de priuileg. in his. & concordat aliter, quia hoc sine licẽtia episcopi fieri potest in necessitate, cùm licẽtia cõmodè haberi nõ põt, vt ꝓbatũ est: nõ aũt extra necessitatẽ: alioquin esset licitum de iure cõmuni: & cõsequenter frustra cõcederet episcopis priuilegiũ & gratia, ꝙ in altari viatico celebrare possint in itinere. de priui. c. ſi. li. vj. Et licet sine tali licẽtia extra necessitatem fieri nõ possit, tñ hãc licẽtiam episcopus dare põt extra necessitatẽ. de cõse. di. j. missarũ. cum ibi no. & ibidẽ *in c. cõcedimus. iuncta* gl. & c. in his. de priuileg. ¶ Quartũ. Fratribus aũt prædicatoribus & minoribus licet celebrare ĩomni loco honesto cũ altari portatili ab episcopo cõsecrato saluo iure parochiali. de priuil. in his, quòd qui dẽ ius secũdũ Gre. ix. *in extraua.* nos attẽdẽtes. cõsistit circa oblatiões, decimas, & primitias solùm. ¶ Quintũ. Quicunq; verò celebrãt aut faciũt celebrari diuina in ciuitatibus, castris, aut villis, nisi quatenus illis à iure concedit, est *illis interdict⁹ ingressus* ecclesiæ ipso facto, cuiuscũq; ordinis, status, vel cõditionis existãt: vel quãtumcunq; sedis apostolicæ priuilegijs sint muniti. de priuile. episcoporũ. lib. vj. & idẽ si in locis à iure vel iudice, ꝓhibitis. vt ibidẽ. ¶ Sexto q̃rit,* quo tẽpore vel hora debeat missa celebrari? Et dico multa. ¶ Primum. Secundũ S. Tho. & alios Docto. loquendo à parte ante tẽporis, in quo celebratur, cõiter siue regulariter die celebrandũ est, & ante diẽ siue nocte celebrare nõ licet: aliàs secundũ omnes est mortale, intelligẽdo tñ diẽ ex quo *incipiũt* apparere signa Solis oriẽtis secũdùm oẽs, id est, ab aurora. Quod tñ fallit primò olim *in* nocte resurrectionis: & secũdò *in* nocte *natiuitatis* Domini. de cõse. dist. j. nocte. tertiò si episcop⁹ *in itinere* ante diẽ celebret, vel faciat celebrari: quod ei licet secundũ gl. *in* c. ſi. de priui. li. vj. quartò secũdũ Rod. & Veruec. de licẽtia episcopi immẽte necessitate: puta quia moriẽ infirmus, nec habeẽ eucharistia. quintò generaliter quoties papa dispẽsat, sicut secũdũ Pet. de Pal. aliqñ facit cum cardinalibus, & facit cũ aliquibus fratribus q ex gratia de licẽtia ꝓlatorũ nõ regulariter, sed ex causa rationabili celebrare possunt ante diẽ post matutinũ. Ex his patet, ꝙ ĩ nocte natalis Domini nõ licet celebrare tres missas: quia nõ licet nocte celebrare, nisi ex ordinatione & licẽtia ecclesiæ: q̃ nihil ordinauit nisi de missa mediæ noctis. Est tamẽ licitũ sic incipere, vt secũda missa incipiat incipiẽte aurora. ¶ Secũdum. Loquẽdo verò à pte post circa horã celebrationis, Archi. post S. Tho. dicit, quòd solẽnis missæ celebratio tribus horis fieri instituta est: scilicet *in* tertia die bus festis. de cõse. di. j. nocte. in sexta diebus profestis, & *I* nona diebus ieiuniorũ. de cõse. dist. j. solẽt. etiã post nonã q̃n fiũt *ordinationes*. ar. de cõse. di. j. c. solẽt. §. *in* ieiunijs. Priuatę aũt missæ celebrari possunt à manè vsq; ad tertiã, vel etiã vsq; ad nonã *in diebus ieiuniorũ*. de cõse. *di. j.* necesse. & cõcord. Host. & Ant. de But. & est cõmunis doctrina. licet dici possit, quòd in talibus seruãda sit cõsuetudo nõ inhibita, neq; cõtra diuinã reuerentiã. ar. di. iij. erit. & di. xij. illa aũt. Vnde in diebus festis solennis missa tardius dicitur q̃ *in* profestis. cuius cõtrariũ iure seruãdum esset. ¶ Tertium. Secundũ Pet. de Palu. qui credit falso iã diem adesse, aut nonã horã nõdũ esse, licet ex vna parte videtur accusari, quia discrimini se exponit: ex alia tamen excusatur, si deuotio exposcat, & aliter missam habere non põt: quia in talibus homo crebrò decipitur: & quòd parum deest, quasi nihil deesse videtur. ¶ Quartũ. Qui aũt celebrat non ante horã, sed ante officium dictũ matutinarũ, secundùm Veruec. peccat mortaliter: & idẽ communiter tenẽt omnes Summistæ hac ratione, quia est contra consuetudinẽ generalẽ ecclesiæ. ¶ Sed quicquid sit de cõsuetudine, quã viros doctissimos sæpe negãtes audiui: ratio tñ est inefficax: quia nõ omnis cõsuetudo habẽs vim legis obligat ad mortale, sicut neq; omnis lex: sed obligati sic, quãdo sic intẽdit princeps, quẽ nõ est verisimile voluisse ad hoc sub ꝓcepto ligare istũ priuatũ, vbi repẽtè occurreret aliqua necessitas, cui non posset obuiari: puta quia monasterio imminet scandalũ graue aut aliquid tale. Qui verò celebrat antequã dixerit Primã, nõ peccat mortaliter, nisi sit contra præceptum vel statutum siue consuetudinẽ loci, secũdùm eundem Veruec. Sed tu dic, quòd etiã hoc posito nõ esset mortale in necessitate vrgẽti ratione ꝓdicta: alioquin eũdẽ aliquãdo oporteret bis dicere Primã: primò scilicet in priuato, deinde *in* choro. Habent aũt prædicta aliqualem

apparentiam quãtum ad missam maiorẽ & officiũ chori.

7 ¶ Septimò quærit,*quoties in die & quàm frequẽter debeat missa celebrari?Et dico multa. ¶ Primum. In ecclesijs cõuentualibus & collegiatis debẽt collegialiter quotidie duæ missę celebrari:vna scilicet secundũ officiũ, & alia ꝓ mortuis.de celebr.mis.c.cũ creatura. & peccãt nõ seruãtes, secũdùm Pan.ibi:tñ quia cõmuniter nõ seruatur, meliꝰ dicitur,ꝙ non est peccatũ:imò dictus intellectus ibi nõ habetur,nec est rationabilis:qa oporteret diebus solẽnibus celebrare ꝓ mortuis. ¶ Secundũ. Sacerdoti verò cuilibet illicitũ est pluries in die celebrare, aut etiã cõicare, sicut & cuilibet:vt vł sic repræsentet vnica passio Christi,& valde felix est qui vnam missam dignè celebrat.de cõse.di.j. sufficit.& de cele.mis.c.cõsuluisti.& c.te referẽte. ¶ Excipiũtur tamẽ multi casus,in quibus secundũ Pet.de Pal.licitũ est pluries in die celebrare,nõ propter pecuniã vł adulationẽ,secũdũ S.Th.sed propter necessitatẽ. ¶ Primò in natiuitate Christi,in quo licet celebrare ter,extrà eod. cõsuluisti.& hoc qualitercũq; cũ interuallo aut sine interuallo dicãtur:modò ante auroram nõ dicat nisi vna:qa ita est cõsuetudo. ¶ Secũdò,si post missam dictã occurrit defunctus nõ sine missa sepeliẽdus:puta quia sic habet cõsuetudo loci:imò ex intẽtione secũdũ Ray.põt dicere vnã pro viuis,& aliã pro defunctis,nõ regulariter, sed ex causa:puta cũ parochianis:vel is,cui tenetur,petit anniuersariũ, & huiusmodi:nec potest cõmodè vicariũ habere. & idẽ Verñec.nisi hoc sit cõtra cõstitutionẽ synodalẽ,vel cõsuetudinẽ loci ꝓbatã:vt in d.c.sufficit.vbi nõ distinguitur an defunctus sit præsens nécne. ¶ Tertiò ꝓ necessitate infirmorũ viaticũ petentiũ,si aliter haberi non põt. ¶ Quartò ꝓ necessitate peregrinorũ die festo,quãdo oẽs debẽt audire missam. ¶ Quintò ꝓ necessitate nuptiarum, quãdo tps laberetur,secũdũ Dir. qa laudabilis cõsuetudo est nõ nisi in missa dare benedictionẽ nuptialẽ. hos etiã casus ponit Ray. ¶ Sextò,secundũ Host.si habet duas ecclesias cõmendatas,vel vnã cõmendatã,& aliam in titulo ꝓpter paupertatẽ,& omnes volũt missam,& non põt habere vicarium. ¶ Septimò,si eodẽ die occurrũt duę missę,vna de festo,alia de ieiunio,vt in xl.hæc ex illo. ¶ Addit octauũ Pan. in c.cõsuluisti.& Dir.extrà eod.si superueniat aliqua magna persona,vt eps,& similes,quos non decet diem sine missa trãsire:& idẽ de quolibet alio magno viro.arg.c.j.de cele. mis.Et quod de prędictis dicitur in die feriali, ĩtelligo de quolibet in die festiuo de præcepto eadẽ ratiõe. ¶ Addit nonũ gl.ibidẽ,si esset cõsuetũ in aliqua ecclesia, ꝙ dicant duę missæ,& vnus solus est aptus. ¶ Addũt decimũ alij,ꝓpter paupertatẽ ecclesiarũ & sacerdotũ caritatẽ. xxj.q.j.c. j.ĩ fi.de elect.c.dudũ.x.q.iij.vnio. ¶ Addo ego vndecimũ, quoties occurrit necessitas aliqua vrgẽs arbitrio boni viri: quia in d.c.cõsuluisti.dicitur,ꝙ licet causa necessitatis pluries in die celebrare:& hæc necessitas nõ est determinata ꝑ legẽ. vñ Doc.ab hoc dicto eliciũt ꝑdictos casus:sed illud nota,ꝙ nõ est necessitas vbi per alium suppleri põt. ¶ Tertiũ. Quãdo licet plures missas in die celebrare: nõ licet tamẽ secũdũ Pet.de Pal.dicere plures quàm duas nisi in natali:nec duas dicere potest,nisi sacerdos sit ieiunꝰ,ita ꝙ ablutionem primæ non sumpserit. Nec simili aliquo casũ põt quis pluries cõicare.dicitur tamẽ semel cõmunicare,qui ratione periculi custodiæ sacramẽti decem hostias consecratas sumeret.hæc ex illo. ¶ Quartũ. Vtrum autem sacerdoti liceat omnino à celebratione cessare.quidã Canonistæ,vt refert Arch.dicũt, ꝙ mortaliter peccat qui ex negligẽtia omittit quotidie celebrare, innixi dicto beati Ambrosij,scilicet,Ego qa quotidie pecco,quotidie debeo accipere medicinã.de conse.di.ij. si quoties. Sed illud dictũ est consiliũ secundũ Theologos. vnde nullus tenet celebrare quotidie:imò nec omnibus festis.de conse.di.ij. quotidie.exceptis habentibus curam,qui diebus festis tenent,nisi per aliũ populo satisfaciãt:ar.c.j.de cel.mis.imò qui ob sui indignitatẽ & sacramẽti reuerẽtiã abstinet, nõ peccat, secundùm S.Bonauent.& secundũ Alber. bonũq; est medium tenere,scilicet aliquãdo celebrando,aliquando dimittendo: nisi officium exigat omni die dominico celebrare. Quidam verò alij, vt recitat S.Tho. in iiij.dist. xiij.vbi de hoc loquitur.& iij.q.lxxxij.dicũt, ꝙ nõ peccat omittẽs celebrationem,nisi habeat populum, vel ex obediẽtia teneat celebrare:sed ipse dicit,ꝙ sacerdos nõ vtẽs sibi data nobilissima potestate,reus erit negligẽtiæ secũdũ illud j.Pet.iiij.Vnusquisq; prout accepit gratiam, &c. nisi hoc faceret ex familiari consilio Spiritus sancti, sicut qdã ex sanctis patribus ordinatus nũquam celebrauit. Et ideo dicit, quòd etiã si nulli hominũ teneatur, celebrare tenetur,vt Deo sacrificium reddat:quia sacerdotibus pręceptũ est,Hoc facite in meam commemorationem: ad quod saltẽ videtur teneri:vt dicit iij.parte.in præcipuis festis:maximè illis diebus,in qbus fideles cõicare cõsueuerũt. hæc ex illo.Ex quibus verbis Sum.Ang.accipit, quòd nõ excusetur à mortali talis,qui sine rationabili cã in talibus diebus nõ celebrat.Ita tenere videt etiã Richar.& Pet.de Pa. Sum.verò Ros.conatur probare primò, ꝙ hoc nõ sit mortale:quia nullus tex.iuris canonici hoc dicit:sed dico hoc dicere tex.Christi dicẽtis,Hoc facite. & tex.iuris naturalis dicẽtis secũdũ Pe.de Pal.ꝙ quilibet tenetur gratiã Dei in vacuum nõ recipere.& tex. Ambro.vt allegat S.Thom. quarto,dicẽtis grauius esse, si dũ peccatũ meminimus, sacrificiũ non reddamus,quantũ ad mensam Christi mũdo corde & manibus innocentibus nõ venire: quod scilicet, vt dicit S.Tho.est mortale.Et secundò,quod S.Tho. hoc non dixit,quod verum est formaliter:secus virtualiter,qa non consueuit vti hoc verbo,tenetur,nisi vbi est ꝑceptũ, & similiter in quarto arguẽdo in oppositum idẽ innuit. Sed no.quòd S.Tho.duo dicere intẽdit. Vnum,ꝙ mortale est sacerdoti nunquã celebrare.aliud,quòd hoc peccatum,quod scilicet est omissionis,tunc videtur admittere, quando occurrit maxima causa celebrãdi:quod licet aliàs esse possit,tamen maxima videtur in dictis festis: vñ tunc ex mera negligẽtia omittere sine quacunq; cã rationabili verè vel apparẽter,est valde dubiũ ne sit mortale. ¶ Quintum.Si instituatur beneficiũ sic, vt aliquis quotidie celebrare teneatur,secundùm Pan.in c.cõsuluisti.de cele.mis. & in c.significatũ.de præb.talis institutio ad hoc non obligatur,quia institutio est illicita, & dãs materiã peccãdi: vñ accipere debet talis interpretationẽ ab illo c.significatũ.vt scilicet intelligat,ꝙ debeat & teneat celebrare quãtò seruẽtius potest,salua honestate sua,& debita reuerẽtia ac deuotione ad sacramentũ. Et sic intellige de quocũq; beneficiato.Et idẽ de ĩstituto ad quotidie celebrãdũ missam peculiarem,quia hoc nõ obstãte potest & debet dicere de feria.de celeb.mis.qdã.Hæc tñ intellige si instituẽs referat se ad institutum,puta dicẽdo,volo quòd iste quotidie celebret,vel sic celebret.Secus si referat se ad missã, puta dicendo,volo quotidie in tali loco celebrari, vel sic celebrari:quia tũc non est intẽtio obligandi sacerdotẽ ad quotidie celebrãdum,sed ꝙ si nolit aut nequeat, suppleat per alium: nec desideratur industria ꝑsonæ, sed quotidiana missa.

8 ¶ Octauò queritur,*pro quibꝰ debeat missa cele-

brari?

brari?Et dico multa. ¶ Primũ,Secundũ Archid. & est vera Theologica doctrina,missa primò beatis,ad quorũ honorem offertur,prodest:&,vt dicitur in collecta, ad gloriã.s. accidentalem:quia gaudẽt de omni bono quod sciũt fieri ad laudẽ Dei:maximè de habẽte specialẽ ordinem ad eos. & secũdò mortuis existẽtibus in purgatorio : imò in hac vita secundũ Aug.nihil est quod tantũ pro eis satisfaciat. & tertiò viuis,à quibus & pro qbus celebratur.& hoc quãtum ad remissionẽ peccati mortalis,quod est in cõsciẽtia per modũ sacrificij ex merito Christi, ex quo impetratur venia,id est,gratia cõtritionis.Vnde homo homini donũ maius donare nõ potest quàm missam,& quantũ ad remissionẽ pœnæ debitæ pro mortalibꝰ ratione sacramẽti,& ꝑ modũ sacrificij,& quãtũ ad liberationẽ à diuersis malis,& omnia alia,ad quę ꝓdest digna cõmunicatio. hæc ex illo. ¶ Secundũ. Missa generaliter dicẽda est pro omnib. viuis & defunctis,qui sunt in purgatorio.de cõsec.dist.j. visum. imò in statu gloriæ:qa illis aliqualiter prodest:& cõsequẽter est beneficiũ. ¶ Tertiũ.Etiã dicẽda est pro paruulis baptizatis,secundũ S.Tho.in iiij.dist.xiij. nõ quia eis profit ad remissionẽ pœnę,quã nõ tolerãt:aut ad augmentũ gloriæ,intellige essentialis:sed ꝓpter solatiũ viuorũ: tum ad ostẽdẽdũ eos ad vnitatẽ corporis Christi pertinere, dum in eis idẽ modus exequiarũ seruatur sicut in alijs:tum ad cõmendandũ redemptionis mysteriũ in hoc sacramento cõmemoratũ:propter quod paruuli ꝓprio merito salutẽ æternam cõsequuntur. ¶ Quartũ.Pro excõicatis quoq; in Memento orandũ est etiam specialiter secundùm Hos.in Sum.& similiter in alijs orationibꝰ,quæ fortiter dicũtur, generaliter tamẽ,nõ specialiter:quia nõ licet.de sen. exc. nuper.de quo vide s.Excõicatio.j.in princ. ¶ Quintum. Prodest aũt defuncto tantum missa de aliquo sancto, sicut & de mortuis,& ecõtrario,secũdũ Dir.lib.j. & Host. Sed intellige secundũ Pet.de Pa.quantũ ad ipsum sacrificium, quod vtrobiq; idẽ est:quantũ vò ad orationẽ dicit S. Th. magis prodesse missam de Requiẽ:licet recõpẽsatio fieri possit per deuotionẽ celebrãtis,aut celebrari faciẽtis, aut ꝑ intercessionẽ sancti,cuius patrociniũ imploratur in missa,id est,in cuius honorẽ celebrat:vnde & qdã nõ irrationabiliter dicũt nullã missam defunctis esse salubriorem quàm propriã diei.ar.c.ij.de cele. mi. & ita sensit Supple. ¶ Sextũ.Qui aũt celebrat cõtra aliquẽ vt Deus eũ perdat, peccat mortaliter.ar.xvj.q.ij.quicũq;.nec illi nocet: qa natura sacramẽti est ꝓdesse.ar.j.q.j.si aũt Deus.Sed ista intellige,qñ malo animo fiunt:secus in casu quo quis licitè orat,vt Deus aliquẽ tollat de medio,vt qa est inimicus boni cõmunis,vel huiusmodi:qa si licet orare,licet sacrificare:& tũc sacrificiũ per se prodest.s.cõmunitati:sed ꝑ accidẽs nocet.

9 ¶ Nonò quæritur, * vtrũ missa simul dicta pro pluribus,tantũ valeat singulis,ac si pro singulo eorũ sigillatim diceretur?Et dico,ꝙ ista qstio necessaria est in practica operis,& difficilis in speculatione veritatis. Et difficultatẽ facit primò hoc quòd sacrificiũ ibi oblatũ est infinitæ ꝟtutis:& consequẽter videtur plenissimè satisfacere omnibus pro quibus offertur.secũdò hoc quod dicitur de cõse.dis.v.in c.nõ mediocriter.vbi postquã ꝓtulerat Hieronymꝰ decantationẽ quinq; psalmorũ cũ alacritate & puritate totius psalterij modulationẽ cũ tristitia & anxietate cordis,subiungit:Igitur cùm pro cũctis animabus psalmꝰ vel missa dicitur,nihil minus dicitur,quàm si pro vno quolibet ipsorũ diceretur,accipitur.Et ideo circa istã quęstionem multa faciã:quia primò adducã ex Th.fundamẽta veritatis,qui, vt s.dictũ est,in huiusmodi secretis semper,aut ratione,aut reuelatione fuit edoctus antequã scriberet:& vt s.Lex. §.xiij.in iij.dicto,dictũ est, ꝙ eius doctrina fuit solẽniter approbata. Secundò recitabo opiniones circa qstionẽ. Tertiò determinabo ex dictis veritatẽ. ¶ Quãtum ad primũ sciẽdũ est primò, ꝙ S.Th.iij.q.lxxix.ar.v.effectũ sacrificij missæ ostẽdit aliquo modo esse infinitũ, dicens: Sacramẽtũ eucharistiæ inquãtũ sacramentum,directe ex vi sacramẽti habet effectũ, ad quẽ est institutũ.s.spiritualẽ nutritionẽ per vnionẽ ad Christũ & mẽbra eius:sed ex cõsequenti & cõcomitanter remissionẽ nõ solũ culpæ, sed etiã pœnæ:nõ quidẽ totius, sed secũdũ modum deuotionis & feruoris:qa dicta vnitas fit per charitatẽ,ex cuius feruore quis remissionẽ cõsequitur nõ solùm culpæ,sed etiã pœnę.Inquãtũ verò sacrificiũ habet vim satisfactiuã: & ex sui quantitate sufficit ad satisfaciendũ pro omni pœna. hæc ex illo. ¶ Sciendũ est secũdò, ꝙ licet hoc sacrificium sit infinitæ virtutis,tamẽ in missa operatur finitè & limitatè ad finitũ effectũ,vt ipse dicit in iij.dist.xlv.q.ij.ar.vj. q. vj.ad vltimũ argumẽtũ loquẽs đ missa,vbi habet sic: Quãuis Christi virtus,quæ continetur sub sacramento eucharistiæ,sit infinita,tamen determinatus est effectus,ad quẽ illud sacramẽtũ ordinatur.vnde nõ oportet, ꝙ per vnũ altaris sacrificiũ tota pœna eorũ,qui sunt in purgatorio, expietur:vnde etiã quãdoq; plures missæ in satisfactionẽ vnius peccati iniungũtur.hæc ex illo. ¶ Sciendũ est tertiò, ꝙ secundũ eundẽ ista infinita virtus ad finitũ effectũ limitatur ex dispositione offerẽtis:vnde tertia parte, vt s.sic dicit, In satisfactione magis attẽditur affectus offerẽtis, quàm quãtitas oblationis. vñ vidua plus omnibus obtulit, Luc. xij. Quãuis ergo hæc oblatio ex sui quãtitate sufficiat ad satisfaciẽdũ pro omni pœna:tamẽ fit satisfactoria illis pro quibus offertur,vel etiã offerẽtibus, secundũ quãtitatem suæ deuotionis,nõ pro tota pœna.hęc ex illo.Et intellige sic, id est,offerẽtiũ principaliter. Vnde in iiij.dist.xij.q.ij. art. ij.q.iij.dicit, ꝙ tollit pœnã in toto, vel in parte,secundùm mẽsurã pœnæ debitæ ex deuotione qua sacramẽtũ offertur.Intellige etiã offerẽtiũ mediatè, vel immediatè, vt ipse videtur innuere in iiij.dist.xlv.q.ij.ar.j.q.iij. vbi vult, ꝙ valeãt suffragia facta ꝑ malos ex imperio ecclesiæ, vel defuncti, q præcepit ea fieri:ita ꝙ deuotio præcipiẽtis faciat idẽ quod exequẽtis:qđ etiã inde patet, qa etsi sacerdos sit malus,vel nullũ habet affectũ ad eũ pro quo celebrat:vt quia eũ odit,aut ignorat quis sit, & nihilominus vult pro eo celebrare vt euitet scãdalũ, aut peccatũ:tamen sacrificiũ illi proderit,secundũ omnes Doct.& nõ infinitè,etiã secũdũ omnes:ergo limitatur per aliquẽ affectũ,& nõ sacerdotis, saltẽ si est malus:ergo alterius offerẽtis per sacerdotẽ. Dicũtur aũt offerre etiã illi qui rogãt pro aliquo celebrari:sicut patet ex illo verbo canonis, vel q tibi offerũt.& ex modo loquẽdi Mosaicæ legis, quæ iubebat priuatos offerre sacrificiũ,& clarè ꝑ S.Tho.iij.q. lxxxiij.arti.iiij. in medio cor.& in responsione ad octauũ. Vnde & ipsemet S.Thomas in iij.q.lxix.artic.v.ad secũdũ,in fine, expresse vult, ꝙ illis,pro quibus offertur,prodest propter mensuram deuotionis eorum:imò innuit hoc esse verum etiam in illis,pro quibus offertur ad nullius instantiam. Sed circa prędicta restat dubitatio: quia si dicatur missa pro aliquo defuncto,qui de hoc nihil ordinauit,& sacerdos sit malus:& similiter is,qui mandat missam dici, sit malus: videbitur, ꝙ illa missa totaliter illã animam liberet semper, quantuncũque grauia & multa habeat peccata:quia tale sacrificium ex se habet efficaciam, vt patet iiij. vbi suprà proximè: & illa est infinita, vt dictum est: & hoc casu non videtur li-

mitata

mitata per aliquē: & sic cōsequenter operabitur infinitè: quod non cōuenit. Sed dico, ꝙ semper limitatur, saltē secundū deuotionē finitā ecclesiæ: quæ ideo ordinat sacerdotes vt celebrent pro viuis & defunctis: cui deuotioni ecclesiæ si addatur deuotio immediatè offerētis, videtur effectus augeri. Et licet omnes missæ sint æquales quo ad sacramētū. iiij. di. xiij. q. j. ar. j. q. v. & iij. q. lxxxij. ar. vj. nō tamen quantū ad effectū sacramēti: quia ille aliquando cōmēsuratur dispositioni offerētis: quæ nō est semper æqualis: aliquādo ecclesiæ: aliquādo rogantiū offerri: aliquādo eorū, pro quib⁹ nulla ratione offertur: vt videtur velle S. Tho. vt dictum est. ¶ Quātum verò ad secundum dico, ꝙ circa hoc sunt duæ opiniōes extremę, & vna media. Quidā enim, vt Direct. refert, dicūt indistinctè, ꝙ missa dicta pro pluribus æquè valeat singulis, sicut si pro eis solis diceretur, propter d. c. nō mediocriter. quod speciale dicūt esse in sacramētis per Spiritū sanctū, qui nō datur ad mēsurā. qd Host. verū dicit de psalmis & missis quę generaliter pro omnibus cantātur, licet specialiter pro aliquibus videantur dici: non aūt de eleemosynis, ieiunijs, & precib⁹, siue orationibus, quæ alios nō tāgūt: quia nō prosunt nisi his pro quibus specialiter fiunt. Sed ista opinio tenet vnū extremum: & eam S. Tho. ex intētione directa improbat in iiij. dist. xlv. q. ij. ar. iiij. q. ij. per totū. & ad secundū: quia suffragium, vt satisfactiuū est simile solutioni: & eius effectus diuiditur si fiat pro pluribus. Adde tu, ꝙ finitum diuisum efficitur minus. hæc ex illo. Et si diceretur, ꝙ effectus, in quē potest sacerdos per hoc sacrificium, sit infinitus, vt supponit ista opinio: sequitur vnū absurdissimū, ꝙ sacerdos vnica missa liberare posset semp omnes animas à purgatorio, etiā si essent millies plus quàm sint: quia pœna debita singulis est finita: & cōsequenter etiā pœna debita omnibus est finita: cū ex finitis numero & quātitate nō resultet nisi finitū, quod ab infinita virtute superatur. Quod autē adducitur ex c. nō mediocriter. nō cogit: qa cū illati uē sit dictū, intelligitur relatiuè ad superiora, ex parte. s. celebrātis: vt tantū sit ei meritoriū celebrare pro omnibus, sicut pro singulis: aut maius, si ex maiori charitate faciat. & hoc patet intuēti textū & glossam. ¶ Alia verò opinio est tenens aliud extremū, dicēs indistinctè, ꝙ missa dicta pro multis magis prodesset vni, si pro vno solo diceretur. Et istā sequuti sunt multi solennes Docto. Archid. enim post Pet. distingueret, sicut distinguit S. Th. de suffragio in genere facto pro multis. Nam si cōsideretur, inquit, secundū quod habet valorē ex charitate: tātū prodest singulis, quā tum si pro vno tantū fieret: quia charitas suffragātis nō minuitur, si distribuatur effectus in multos, sed augetur: & si militer gaudiū procedēs ex charitate eius, cui quis suffragat, quātò est in pluribus, tātò est maius, secundū Aug. in li. Conf. Quo etiā modo intelligi potest d. c. non mediocriter. Si verò cōsideretur suffragiū, in quantū est satisfactio quædā translata in alios per intētionē facientis: magis valet ei pro quo specialiter fit: & sic effectus suffragij ex diuina iustitia diuiditur inter eos pro quibus fit. Et idē per omnia dicerē de missa. Scotus etiā ad predicta conformiter loquēs circa finē sui quolibeti, vbi effectū sacramenti appellat meritū, sic virtualiter dicit, Meritū missæ ī tres partes diuiditur, quarū vna Christo, alia ecclesię attribuitur, tertia sacerdoti: & hāc solam potest dispēsare sacerdos: & si eā attribuit alicui determinatæ psonę, non pōt attribuere alteri: qa tale meritū est finitū & limitatum: alioquin vna missa posibiliter liberaret omnes de purgatorio: quod ē hæreticum. Et si est finitum, diuisum minuitur tandē vsq; ad nihilū. Et si totū vni cōmunicetur, alius nihil habebit, Et idē tenet Pan. post Io. An. in c. fraternitatē. de sepul. & idem Sum. Ros. & secundū Nico. de Aul. & Asten. est sententia & opinio cōmunis, quæ sic intelligitur. Nam virtus sacrificij est de se infinita: sed limitatur ad operādū secundū affectū offerentis, qui est triplex. s. Christi, ecclesiæ, & particularis personæ. Vnde tres effectus satisfactionis sequūtur: quorū vnū Christus cui sibi placet distribuit: aliū ecclesia quæ ordinauit, vt partē habeāt omnes, de quibus mētio fit in canone: tertiū verò sacerdos offerēs immediatē, vel ille qui eum rogat offerre. & de isto tertio loquitur ista opinio, licet verū dicat, tamen loquitur insufficiēter, si nō distinguit, qū offerēs est vnus tantū, vel quādo sunt multi: vt quia multi rogāt pro se celebrari qui in canone dicūtur sacrificiū offerre. & secundū mentē sancti Thom. affectus cuiuslibet illorū sibi vendicat aliquē effectum sacrificij. Est igitur & tertia opinio distinguens & dicens, ꝙ vnum sacrificiū ita prodesset singulis pro quibus offertur, ac si offerretur pro singulis singulariter. dupliciter potest intelligi, primò. s. quādo singuli habēt aliquē pro se offerentē primò: & sic est verū: & sic procedit opinio prima. & secūdò, quando singuli non habēt offerētē pro se primo, sed aliquis offerēs offert primò pro omnibus, & cōsequēter pro singulis, & sic est falsum: sed minus prodest singulis, vt dicit secūda opinio: quæ intelligitur quādo vnus tā tū, puta sacerdos, vel alius offert pro multis. Et ratio distinctionis hæc est: Nam qū sacerdos mouetur ad celebrandū pro pluribus à seipso, vel ab aliquo vno tantùm, vtroq; ca su affectus offerētis, cui ꝓportionatur effect⁹ sacrificij, est vnus tantùm, qui fertur totus in omnes primò: sed nō primò totus in singulos: sed vt cōueniunt in aliquo vno, puta in numero, vel multitudine eorū pro quibus sacrificatur: & cōsequēter effectus talis sacrificij attribuitur tot⁹ omnib. sed nō eis singulis: sed diuiditur, & cōsequenter fit minor ad singulos. Si verò sacerdos moueatur à pluribus ad celebrādū pro pluribus, vt qa vnus petit missam pro anima patris, alius pro anima matris, alius ꝓ anima vxoris: vna missa omnibus satisfacit tātū valēs singulis sicut omnibus: qa affectus, quibus respōdet effectus sacrificij, primò fertur in singulos secūdū singulos mouētes ad celebrādū: & consequenter effectus sacrificij attribuūtur primò singulis, & nullus est effectus primò respiciēs multitudinē illā, puta trium: & sic vnius celebrationis sunt multi effectus, q̄ sunt multę satisfactiones: & sic in vno sensu intelligitur d. c. nō mediocriter. ¶ Sed cōtra arguitur primò: quia hoc casu totus effectus sacrificij est finitus & diuisus, ergo minor ad singulos. Sed dico, ꝙ ibi nullus est vnus numero effectus sacrificij diuisus in partes: sed sunt ibi tres effectus secūdū se totos distincti, tribus affectibus respōdētes. Et si replicetur, ꝙ secundū hoc si omnes animæ purgatorij essent habiles, singulæ vnica missa, possent semp omnes simul liberari vno sacrificio: etiā si essent millies plures q̄ sint: dico primò hoc nō esse necesse: qa omnis anima liberabilis effectu sacrificij finito, liberabilis nō est ꝓ vnicā missam: eo, ꝙ sicut charitas, ita & affectus offerētis pōt accrescere in infinitū: vt patet ꝓ S. Th. in j. Sen. di. xvij. q. ij. ar. iiij. & si militer ex cōsequēti vnus effect⁹ sacrificij: & sic trāscēdere posset omnē effectū finitū datū: sed tñ nō semper liberabitur ꝓpter exilitatē deuotionis in offerēte. Dico secūdò, ꝙ illud licet nō sit necessariū, est tñ posibile: qa cū virtus sacrificij sit infinita, quātacūq; erit multitudo offerētiū, ēt si arenā maris excederet: tāta erit multitudo effectuū sacrificij, & cōsequ aliarū liberatarū, si vnico tali effectu poterāt omnes

omnes liberari. Et est simile de virtute baptismi, quæ est infinita, & applicatur huic & illi per verba & intentionem baptizantis: & tamen si baptizentur simul innumerabiles, quilibet tamē accipit ac si solus esset: & idē in proposito, vbi applicatio fit per affectum offerētis primò ꝓ aliquo, & intentionē celebrātis. ¶ Arguitur etiā secūdò. Nā licet affectus illorū trium offerētiū feratur primò in singulos, id est, in aliquē singulorum: affectus tū sacerdotis in vnica oblatione primò fertur in omnes: & cōsequēter effectus ei correspondēs est cōmunis & diuisus in partes: & consequenter minor ad singulos. Sed dico, ꝙ affectus seu volūtas sacerdotis volētis pro illis tribus celebrare, est deprecatiuus, & sic non diminuitur per hoc, ꝙ est in multis, sed augetur, vt patet ex dictis: est etiā applicatiu⁹. i. virtutis sacrificij seu Passionis Christi ad effectū: & sic est instrumētum Christi, & principaliter offerētis sacrificiū: & cōsequēter applicat proportionaliter ad effectū eius si sic intēdit: vñ affectui eius non proportionatur effectus sacrificij, nisi quādo ex motione sua principaliter celebrat. Esto tamē ꝙ habeat aliquē effectū circa sacrificiū diuisum: tamen cū etiā ipsi offerētes habeāt effectus affectuū suorū, ipsi sunt plenè satisfacti ac si sacerdos ad instantiā vnius tantū. celebrasset: quia nō quærebāt principaliter affectū sacerdotis, nec illū ipse promisit, sed sacrificiū ipsum, ad quod reddēdum sufficit ipse affectus solùm vt applicatiu⁹, quod ei cōuenit ratione intentionis. ¶ Quantū ad tertiū dico, ꝙ primam opinionē S. Th. expresse reprobauit: secūdam verò quātum ad suffragia in genere expresse approbauit & docuit: tertiā verò expresse nō docuit, videtur tamē cōsona principijs eius quæ recitaui: nec auderem illā reprobare, sed mihi apparet vera & indubia, & practicanda, nisi repugnet aliqua ꝓmissio licita sacerdotis: quæ si interueniat, seruanda est: de quo j. §. seq. Et si quæratur quomodo frat, ꝙ S. Th. teneat secūdam opinionem, & similiter tertiam? Dico hoc ideo esse, quia suffragiū, quod est ꝓ missam, potest fieri immediatè pro multis siue primò: & tunc nō ita prodest singulis, sicut si pro singulis immediatè & primò fieret: quia diuidit. vt cùm sacerdos ex se solo mouetur ad celebrādū pro omnibus defunctis. Potest etiā fieri immediatè siue primò pro singulis: vt cū sacerdos motus à multis celebrat pro multis: & tūc ita prodest singulis, ac si ꝓ eis solis celebraret: quia tūc nullū vnū numero suffragiū, diuiditur. Quaten⁹ ergo missa dicitur primò pro multis, vera est secunda opinio: & quatenus dicit primò pro singulis, est vera tertia. Et cōfirmatur: quia cū virtus sacrificij sit infinita, & pars qua distribuit Christus aut ecclesia sit finita, alioqn liberarētur omnes: relinqtur infinita pars dispensanda per sacerdotē, quā potest multis applicare, licet cuilibet finite: & sic nō videtur ratio, quando ad instantiā multorū celebrat, qn singuli accipiāt secundū affectū suū, ac si pro eis solis offerretur sacrificiū. Et hanc opinionē tenuit Sū. Ang. licet nō plenè, nec vsquequaq; bene deduxerit. ¶ Decimò quæritur,* vtrū. sacerdos promittēs sigillatim tribus vnā missam, liberetur dicēdo vnā pro omnib⁹? Et dico, secundū Pet. de Pal. ꝙ nō: sicut si ꝓmisisset sigillatim tribus marcham vnā, & exhiberet vnā omnibus: quia missa celebrata pro multis, nō rātū valet singulis. Dico tamen secūdū eum & Arch. & alios tenētes secūdā opinionem, ꝙ talis sacerdos excusari potest quinq; modis. ¶ Primò ꝓpter impossibilitatē celebrādi pro quolibet specialiter: puta si collegiū saluo officio, ad quod est istitutū, nō potest soluere plus quàm duas vel vnam missam: aut si religioso, post quā ꝓmisit, imponūtur à superiore alię missæ: quia difficultas prestationis etsi nō liberat, tamen excusat. ¶ Secundò propter consuetudinē, maximè apud eum qui scit vel scire tenetur: quia sciēti dolus nō infertur. ¶ Tertiò ratione cōuentionis, si expresse hoc dicat promittēs: quia cōtractus ex cōuentione legē accipit: quod etiā sufficit dicere executori: qa cui cōmisit testator distributionem pecuniæ pro missa, videtur etiā cōmisisse ordinationē de missa procurāda. ¶ Quartò ꝓpter recōpensationē: vt si in alijs missis vl suffragijs recōpēletur: quia nō refert quid ex æquipollētibus fiat. ¶ Quintò propter suppletionem Dei: quando scilicet sacerdos tantū affectū habet ad quēlibet, quantū habere debet ad vnū solum, si pro illo solo celebraret. ¶ Et multo magis excusatur his modis, si sit vera tertia opinio. ¶ Et vlterius excusaretur sextò, quia celebrat secundū intentionē principalē & remotā eorū, quibus promisit: quæ est vt is, pro quo celebrat, habeat illū effectum, quē facit missa pro eo solo celebrata: vnde stāte illa opinione posset, promittēdo centū, vnā missam satisfacere cū ea sola: si tñ eā dicere tardaret, vt satisfaceret pluribus, esset mortale de se: quia faceret iniustitiā expectātib⁹ suffragiū. quod soluere tenetur quàm citius cōmode potest. Si etiā promisisset missam de Spiritu sancto, vel in tali loco, & diceret alias vel ī alio loco, ifideliter ageret cōtra promissum, & nō satisfaceret. ¶ Vndecimò quæritur, *quomodo se debeat habere sacerdos in acceptādo missas, vt sit in cōscientia tutus, si vult vnā missam celebrare ad instantiā multorū? Et dicit Scot. in quolib. ꝙ sacerdos ad missam dicendā pro isto teneri pōt dupliciter, primò scilicet ex liberali promissione, ita scilicet, ꝙ nihil recipitur in recōpensatione pro missa: & tūc in potestate promittētis fuit tantū promittere quantū voluit, & ad tantū se obligauit, & nō plus: si nō ille intellectus possit sine mendacio istare cū verbis habitis: extrà, de spon. ex literis. in gl. quia liberū fuit & licitū stipulatori latè verba concipere. ff. de ver. obli. l. qrqd. & tūc si reddat sicut intēdebat, debitū soluit. Et secūdò ex stricta obligatione, puta, quia ille liberaliter obtulit eleemosynā, & iste liberaliter promisit celebrare missam omni cōuētione cessante: & tūc si verba obligationis sunt certa, & simpliciter determinata ad vnū intellectū, puta si obliget se dicere vnam missam ꝓ isto vnā cū alijs qbus tenet, vel si obliget se dicere pro isto ita specialiter sicut pōt pro alio à se celebrare, tunc satisfacit, si secūdū intellectū satisfacit, & nō aliter. Si verbò verba habere possunt diuersos intellectus, strictiorē scilicet & minus strictū, vt, dicā pro te vnā missam: vel generalius, celebrabo pro te, tunc habet locū illud de ꝓpō. c. ex literis. s. si alter nō intellexerit quod alter ꝓposuit, ad cōmunē verbi intelligentiā recurratur, & cogatur vterq; verba ꝓlata in sensu illo retinere, quē solet rectè intelligētibus generare. Et ista cōmunis intelligētia in hac materia est, ꝙ obligans intēdit obligare sacerdotē ad id, qd̄ est sibi vtilius, quantū licitè potest. hæc ex illo. Et adde, ꝙ tenēdo tertiā opinionē si rogaret celebrare pro aliquo sine quacūq; ꝓticipatione: dicere potest hoc nō esse bonū, quia ecclesia ordinauit, vt patet in canone, ꝙ multi participēt, & fortè Deus ēt alios vult participare. Sed celebrando pro eo, eo mō, quo diuina iustitia & volūtas exgrit, & tutius erit, ēt si pro mille dicat vnā, & multo fortius si rogatur tantū, vt dicat missam pro aliquo, quia satisfit intētioni sanæ petētis propinquæ vel remotæ. ¶ Duodecimò quæritur,* vtrū sacerdotes, q̄ sunt partes alicui⁹ collegij, teneātur celebrare secundū intentionē præsidētis, puta prælati? Et dico, ꝙ sic, ex iure naturali in missis quæ imponūtur in recōpēsationem

tionem beneficiorũ, quæ redundãt in collegium: quia qui sentit onꝰ, sentire debet & commodum, & econtrario. de reg.iur.c.qui.lib.vj. vbi prælatus sicut cõmodorum, ita & onerũ est dispensator: cùm oppositorũ eadem sit disciplina secundũ Philosophiam & iura. In alijs aũt nõ tenetur: quia homo superhominis intẽtione nõ habet potestatẽ: tamen vbi sunt multæ & cõtinuæ obligationes, platus potest continuè obligare ad celebrandũ secundũ suam intẽtionẽ: & non erit licitũ aliter celebrare. Posset etiam, qui præest, dare licentiã alicui celebrandi pro aliquo suo amico ex causa rationabili, sicut & eximere aliquem à cõmunibus onerib⁹. De materia missæ vide etiã §. Eucharistia.

RVRSVS DE MISSA SECVNDÒ quo ad auditionem.

1 *Missam audire quando quis teneatur, & quæ necessitas excuset. nume. 1.*
2 *Missa a quo sacerdote sit audienda, & qualis missa. nume. 4.*
3 *Missa ubi audienda, & qualiter nume. 6.*

MISSA rursus considerari potest secundò quãtum ad auditionem, inquãtum fideles obligati sunt ad illã
1 audiendam. ¶ Primò ergo quæritur,* quia circa auditionem missæ ecclesia præcepit, & quomodo præceptũ intelligatur? Et dico, ꝙ præcepit secularibꝰ die Dominico missas totas audire, ita, ꝙ ante benedictionẽ sacerdotis nullꝰ egredi præsumat. de consec. dist. j. missas. quod secundùm glo. intelligitur nisi necessitas cogat. Qui etiam aliorum curam habent, vt domini, & parentes, tenentur secundùm Archi. conari, vt audiant serui & filij omnes. ¶ Dicitur autem primò Secularibus: per quod aliqui, vt Io. de Biblia. ĩ quolibeto, arguunt hoc nõ præcipi religiosis aut clericis, per arg. à cõtrarijs, dist. xxv. qualis. Sed melius dicit Arch. in Rota. ibi vacare arg. à contrarijs per arg. à minori: quia clerici & religiosi ad maiora tenẽtur, diuino cultui totaliter deputati. xij. q. j. duo sunt. arg. de priuile. c. fi. lib. vj. nec deobligat ab hoc obligatio ad horas: quia & religiosi obligati ad ieiunia sui ordinis, nõ deobligantur à ieiunijs ecclesiæ. Igitur quilibet Christianus ligatur hoc præcepto, non excõmunicatus, nec interdictus, aut legitimè impeditus, siue sit seruus siue liber, modò habeat vsum ratiõis, secundùm Petr. de Pal. quod intellige quãdo hoc præceptũ sciunt, vel scire cõmodè possunt. ¶ Dicitur secũdò Die, q quoniam à media nocte incipit quantũ ad hoc, vt §. Missa. j. §. vj. ideo satisfactũ est præcepto si audiatur ĩ nocte quãdo licitè celebratur, vt nũc in natali Domini, & olim i nocte resurrectionis. ¶ Dicitur tertio Dominico: per quod intelligitur generaliter omnis dies festus de præcepto, secundùm Pet. de Pal. in quarto, per c. qui in die solenni. de consecr. dist. j. quod sentire videtur etiam Ioã. And. in nouel. & Doct. dicẽtes aliquos in diebus festis excusari circa opera manualia, nisi missam amittãt. & est rationabile: qa consuetudo legũ interpres ita habet: tum etiã quia ratio eadem est, cùm ideo sint festa alia à Dominica instituta, vt vacetur diuinis: & cõsequenter debet esse idẽ ius quãtum
3 ad vacationem circa diuina: tum etiam quia hoc idẽ videtur velle tex. extrà, de paro. in c. ij. Alijs autem diebus nullus etiam religiosus aut clericꝰ tenetur audire missam ex præcepto. Non obst. c. solet. de consec. dist. j. quod videtur velle, ꝙ in Quadragesima nullus dicatur ieiunare nisi audita missa: quia loquitur de consilio: aut si loquitur de præcepto, est abrogatũ. ¶ Dicitur quartò Missas in plurali: non quia sit necesse eundem plures eodẽ die audire missas, vt quidam putãt, sed referẽda sunt singula singulis, vt sit sensus, ꝙ illi qui audiunt istam missam audiant totam: & simi licer qui audiunt illã aliam: & sic de alijs. ¶ Dicitur quintò totas, id est integras: modico tamen, ꝙ nihilo reputato, de consecr. dist. ij. re vera. Vnde secundùm Archid. præceptum non obseruat, qui partẽ notabilem amittit, puta medietatem aut tertiã partem: secus qui modicam. Seruitores etiã discurrẽtes pro expedientibus missæ: vt in missis solennibus, pro thure, vino, & hmõi: intelliguntur adesse missę etiã pro tempore illo. ¶ Dicitur sexto, Nisi necessitas & c. quia ex rationabili necessitate, siue ex rationabili causa quis ab hoc præcepto excusatur: puta dato eo casu, i quo si quis vellet missam audire, ipse vel alius ex hoc incurreret probabiliter graue dãnũ animæ vel corporis, aut rerum vel honoris, secundũ suam existimationẽ & fidẽ, etiã si aliquãdo fallatur: & ita non sit in re, arg. eorũ quæ dicta sunt §. Ieiunium. §. viij. parti. j. Ex quibus patet, ꝙ mortaliter peccat, qui hoc præceptum sine rationabili necessitate transgreditur, etiã sine cõtemptu ex sola pigritia: vt patet etiã s Lex. §. viij. & §. Ieiuniũ. §. viij. part. j. & suprà Cõtemptum, per totum. Vide distinctionem Rich. Angel. in quolib. quem sequitur Sum. Ang. dicentis, ꝙ est mortale transgredi. Ex contemptu verò, & similiter ex interpretatiuo, qui est quando quis transgressionẽ assuescit sine causa: est verò veniale si fiat sine contemptu ex passione vel pigritia, etiã sine causa rationabili: est verò nullũ peccatum si fiat ex causa rationabili: nõ approbo quantũ ad secũdũ membrum: quia ista omissio sine causa est mortalis, secundùm Archi. Pet. de Pal. & Panor. in c. j. de vita & honest. clc. & penè omnes: nec requiritur contemptus hic ad peccandũ mortaliter: quia requiritur in his quæ de consilio, nõ in his quæ de præcepto sunt, secũdùm Panor. in ru. de obserua. item. in fine. & in c. nam cõcupiscentiam. de constit.
2 ¶ Secundò quæritur,* quæ sit necessitas excusans ab hoc præcepto audiẽdi missam? Et dico, ꝙ regula generalis diiudicandi talem necessitatem tradita est in fine §. prioris. exemplariter aũt loquẽdo secundùm Archi. excusantur infirmi, & eorum seruitores, & qui paruulos sine periculo dimittere nõ possunt: arg de reg. iur. c. quod non est. & qui audiendo impedirentur ab arduo & iusto negotio: & quia tione officij, ꝓhibentur exire, vt castellani, & alij domini seruiẽtes, & domini ac cõsiliarij tempore missę vrgẽtibus causis occupati: & puellæ nubiles ignorãtes hoc præceptũ vel facientes quod in se est vt audiant, &, vt videtur, parentes qui eas ad hoc cogunt ex consuetudine regionis, vt ex honestate sint clausæ: ar. de cõsu. c. fi. nisi eas ducãt ad choreas, vel permittãt stare in fenestris: & viduæ post mortẽ mariti aliquo breui tẽpore, puta hebdomadæ vel mẽsis ex cõsuetudine, secus per sex mẽses vel annũ dist. vi j. cõsuetudo. & cõiugatæ, quæ audire nõ possunt sine magno scãdalo virorũ, puta quia familiæ bene præparare nõ possũt. xxxiij. q. v. noluit. & itinerãtes, qui ob hoc perderẽt societatẽ necessariã vel vtilẽ. Et idẽ dic tu de pauperibus mulieribus, quæ aliquãdo vestibus priuatæ aut velis, si ecclesiã adirẽt, grauiter deriderẽtur ab alijs. ¶* Tertiò quæritur, à quo missa sit audiẽda? Et dico, ꝙ à sacerdote no fornicario notorie, nõ aũt à fornicario notorie. dist. xxxij. nullꝰ. & de coha. cler. & mulie. c. fi. quod intellige si sit publicè denũtiatus per cõcilij vltimũ Cõstãuense, quod ita antiqua iura modificauit: licet sit cõsuetius à tali etiã nõ denuntiato nõ audire, si audiri potest ab alio. Si aũt staret illud antiquũ ius in suo vigore, secundũ Archi. populus nõ habẽs alios sacerdotes, & hãc legẽ ignorãs, melius audiret quàm nõ audiret: necesset super hoc solicitãdus, quãdo aliter ꝓ uideri nõ potest: si verò sciret hanc legem, aestimere debe ret

ret à missa: & excusaretur à præcepto de audiẽdo. Vide e-
4 tiã ſ. Clericus. ij. §. viij. ¶ Quartò quritur,* quæ missa sit audiẽda? Et dico, ꝙ missa est duplex, scilicet ordinaria, siue ꝓ pria, siue dei: & est illa quæ congruit officio quod in eccle
6 sia celebratur ea die: & peculiaris, id est, ꝙ specialis ɗ aliquo sancto, secundũ Ray. vel peculiaris. i. ex peculiari siue ꝙ speciali deuotione ad illã celebrata, secũdũ Arc. Dicit igitur Arch. quòd de ce. mis. c. ij. repræhẽdũtur q missas proprias propter peculiares omittũt. Sed dicit illud c. ex cõgruita-
te loq: ex necessitate aũt nõ teneri aliquẽ ad propriã audiendam: quia nec d. c. missas. hoc dicit, sed loquitur indistinctè: nec possunt idiotæ, vel mulierculæ scire an missa sit propria: hoc quoq; semꝑ interrogare nimis esset laboriosum. Repræhẽsibile tamẽ est secundũ Arc. sacerdotib⁹, & si nõ dãnabile, ad instãtiã laicorũ dimittere missas propias propter peculiares: imò est dãnabile & mortale secũ
5 dũ aliquos, vt §. Missa. j. §. iiij. ¶ Quintò quæritꝰ,* vbi missa sit audiẽda, in parochia scilicet, ꝓpria, vel alibi? Et dico duo. ¶ Primum. Qui contempto proprio sacerdote missam audit in aliena parochia in dieb⁹ festis, expelli debet, & remitti ad ecclesiã suã. de paroch. c. ij. quod secundũ Panor. post Inno. ibi est verum, si hoc facit ex cõtemptu; qa facit cõtra præceptum superioris: & qui eum admittit, fur tum quodã modo cõmittit. Sed si hoc facit ex causa rationabili, nõ est eijciẽdus: puta, quia proprius sacerdos est notorius fornicator, vel præcisus ab ecclesia. Et idẽ, secũdùm Arc. si hoc facit ob maiorẽ sui deuotionẽ: puta, qa alibi deuotiores vidẽtur celebrãtes: aut cũ missa reportat sermonẽ, vel huiusmodi: imò idẽ est quacũq; cã iusta hoc faciat, puta ꝓpter maiorẽ cõmoditatẽ, aut delectationẽ nõ illicitã: quia iam est rationabilis & præscripta circa hoc consuetudo, quæ d. c. ij. abrogauit, dato, ꝙ præceptũ cõtineret cõtra laicos, ne alibi quàm ĩ sua parochia missam audirẽt. qd multi negãt. Quidam tamẽ, vt Sum. Ang. hoc limitãt, modò declinãs propriã parochiã non audiat missam in proprio oratorio, sed in publico facto à populo, secundũ gl. in c. si quis. de con. dist. j. vel à fortiori in ecclesijs mendicãtiũ ędificatis authoritate summi põtificis. Sed ego dico, ꝙ vbicũq; audiatur, etiã in domo priuata, est satisfactũ præcepto, ratione cõsuetudinis scitæ & toleratæ, & rationabilis & præscriptæ: licet male faciat audiens in domo sine rationabili causa. ¶ Secũdũ. Et si episcopus prohibeat audire missam in ecclesijs mẽdicantiũ diebus festis: dicit Arc. obediẽdũ esse, arg. xj. q. iij. qd ergo. & c. sentẽtia. licet male faceret tollẽdo pias cõsuetudines cum scãdalo populorũ: cũ & Gre. sanctus pmiserit sacerdotes chrismare ad scã dalũ tollẽdũ. xcv. dist. peruenit. Sed tamẽ ego dico, quòd hoc casu obedire nõ est necessariũ, nec ille hoc potest iubere: qa ista cõsuetudo audiẽdi ibi authoritatẽ habet à superiore episcoporũ, id est, à Romano põtifice, qui mẽdicãtes instituit ad supplendũ defectum episcoporum, qui iam non prædicãt, nec prædicatores sustentãt: & sic est tanquã lex eiusdẽ. & præterea sicut episcopꝰ nõ potest arctare ius cõmune, ita nec consuetudinẽ generalẽ totius orbis, vt in c. in his. & c. catholica. dist. xj. Et si hoc sub excõmunicationis pœna præciperet: dico, ꝙ sententia esset iniusta, vt patet ex dictis; & etiã nulla: quia sicut attẽtatum cõtra ius est ipso iure nullum: vt in c. vides. dist. x. & in l. nõ dubium. C. de legib. ita & attentatum cõtra generalẽ consuetudinem totius orbis, vt in d. c. in his. & c. catholica. ¶ Tertiũ. Præcipitur tamen in virtute sanctæ obediẽtiæ, & sub intermina
tione æternæ maledictionis omnibus religiosis, ne in sermonibus suis prelatis ecclesiarũ detrahãt, scilicet nomina tim expresse aut circumloquutiuè, secũdùm glo. aut retrahãt laicos ab ecclesiarum suarum frequẽtia, vel accessu: & intellige in publico sermone, nõ in priuato. ¶ Sextò quæritur,* qualiter missa audiẽda sit? Et dico tria. ¶ Primum. Licet missa sit deuotè audienda interius & exterius: interior tamen deuotio, quæ in attentione consistit, nõ cadit sub humano præcepto, iuxta ea quæ dicta sunt suprà Hora. §. xj. Exterior aũt cadere põt, & videtur, quòd cadat illa deuotio, quæ de se est necessaria ad auditionẽ, quæ cadit sub præcepto, cũ qua non stat illa distractio, qua aliquí pro notabili parte missæ nugantur cum fœcio, scandalizantes alios, & sacerdotẽ vexantes. ¶ Secundum. Secundùm Archi. non est necesse sentire & distinctè audire verba missę ꝓpter hoc, quòd in dicto c. missas. dicitur audire: alioquin nõ impleret præceptum, qui propter multitudinẽ à longe audit sùbmissè celebrantem: nec surdus, nec hebes auditu. Vnde intentio ecclesię, à qua est sumenda intelligentia dictorũ. xxij. q. v. humanæ. est, quòd quis sit præsens, & adsit missæ, & Deo vacet: & si est intelligẽs, dignum & instũ est vt intẽdat, & conetur intelligere. Adde tu ex consequẽti, quòd talis tenetur nihil exterius facere repugnãs dictæ intentioni: quia qui tenetur ad prosecutionem vnius oppositorũ, tenetur ad fugam alteri⁹. ¶ Tertium. Qui audit missam, ad quam tenetur de præcepto, simul eodem tẽpore dicere nõ potest horas, ad quas de præcepto tenetur, sine mortali. quia ibi sunt duæ obligationes, quarum quelibet attentionem & deuotionem exteriorem requirit: nec potest esse exterius attẽtus missæ, qui exterius est attẽtus officio, argumẽto capitis, ex literis. de probationibus. cũ ibi nota. in verbo, vices duorum. vel ecõtrario: secus si aut ad missam aut ad horas non teneretur ex præcepto: qa dicere nõ prohibetur: nisi ex hoc aut sacerdotes, aut alij impedirentur.

MISERICORDIA habet opera septem corporalia & spiritualia, de quibus suprà, Eleemosyna, in principio.

MODICA regulariter leges & iura nõ curant. l. Seio. ff. de in inte. rest. & l. si oleũ. ff. de dol. & facit text. in c. cũ te. de re iud. In contrariũ tamẽ facit Bal. in l. ad barbaricum transeuntes. C. quæ res expor. nõ pos. vbi tenet, ꝙ si statuto nõ potest extrahi vinũ, potest extrahi metreta. & in l. minoribus. C. de his quib. vt indi. vbi tenet, quòd si ex statuto custos villę non denuntiãs malefactores, punitur: si denũtiãt omnes præter vnũ, punitur. Sunt etiã alia multa faciẽtia in contrariũ. Soluitur aũt, quia si sumus in his, quæ sunt cõtra ius commune, & in casu vbi vulnerãtur regulæ iuris communis, de minimis non curatur. & ita procedit d. l. Seio. & d. l. si oleũ. Si verò sumus in his quæ sunt de iure cõmuni, & regulãtur à iure communi: tũc de minimis curatur. & ita procedunt contraria. Ita voluit Bal. in l. si proprietarius. ff. de dam. infe.

MOLLITIES aliquãdo est species luxuriæ, ɗ qua §. suo loco. Aliquãdo est vitium oppositũ perseuerãtiæ & pertinaciæ: de qua S. Tho. ij. ij. q. cxxxviij.

¶ MONACHVS vnde dicatur: & quæ ad illũ spectent, vide infrà Religio. vij. per totum.

¶ MONASTERIVM quomodo se habet ad cõtractus & bona tẽporalia monachorum. j. Religio. vj. per totum.

¶ MONACHA, vide infrà Religio. vij. per totum. & suprà, Electio. iij. §. vj. & vij.

MONETA, vide §. Falsarius. §. vj. & vij. & §. Gabella, secũdò. §. ix. & j. Solutio. §. ij. & Restitutio. & j. Pecunia. & j. Vsura. v. §. j.

¶ MON

¶ MONITIO, suprà Excommunicatio, septimò. §. xx.

MONOPOLIVM videtur esse conuentio aliqua, aut locus, in quo vni soli licitū est aliqd vēdere aut emere quod illicitum est: vt l. vnica. C. de monopolijs. & dicitur à monos, vnū, & pole venditio.

DE MORA, ET MOROSO.

1 *Mora quando dicitur in aliquo.*
2 *Mora an dicatur, vbi quis habet exceptionem legitimam.*
3 *Mora sua an cuiq; sit nociua.*
4 *Morosus ad quid teneatur.*
5 *Mora semel commissa an possit purgari.*
6 *Mora quomodo purgetur.*

MORA in proposito videtur esse tēpus, in quo qs interpellatus sciēter nō facit quod in eo facere debet & potest, vt patet ex his quæ no. in c. vlt. de locato. Ad hoc igitur quòd quis dicatur morosus, vel in mora, requiritur quòd sciat, vel scire debeat se debere, quòd interpellatus sit à die, vel homine, id est, monitus, ꝙ habuerit dādi possibilitatem. ff. de reb. cre. l. quod te. ¶ Primò ꝟò quæritur,
1 *quis sit in mora? Et dico, ꝙ obligatus ex delicto semper est in mora. ff. de cōd. fur. l. in re furtiua. Obligatus ꝟò ex contractu, si est ad certum tempus, statim post illud est in mora, etiā si nō fuerit admonitus, nec monitio est necessaria: quia dies interpellat pro homine. d. c. vlti. & C. de contrahēd. & com. stipu. l. magnā. Quod Pā. in c. licet Heli. de simo. limitat si actor & re⁹ sint eiusdē fori, aliàs nō: vt no. in l. itē illa. ff. de consti. pec. de quo vide ꝛ. Obligatio, p to tū. Limita etiā, nisi iusta causa excuset: post quā tñ causam si ipsa deficiat, si non impleat ꝙ citissimè potest, constituitur in mora. l. Celsus. §. j. ff. d arb. vbi iusſus ab arbitro dare certa die, excusat si die illa fuit impeditus iustè: mō det q̄ citius potest impedimento cessante. & idem in c. cū dilecti. de dolo & contu. Et intelligo quàm citius potest commodè & honestè: quia hoc posse est iuridicū. Vide ꝛ. Potē tia. Si verò dies non est apposita obligationi, nec alia cōditio, sic requiritur monitio: secundùm Bal. in l. nō ignorat.*
5 *C. de fruc. & lit. exp. & Ang. in l. si manumissori. C. de obs. pa. prę. & Pa. in c. licet Heli. de simo. & in c. ij. de accu. & facit l. fideicommissi. vbi est casus aureus. ff. de vsur. & l. quidā Iber⁹. in verbo, qua de re volo vt cū libero loquaris. ff. de ser. vrb. prædi. & id qđ legitur & not. in l. debitores. prę sentes prius denuntiationibus cōueniēdi sunt. C. de pig. & in l. si ex legati causa. ff. de ver. oblig. & in c. accusatio. ij. q. viij. q̄ monitio, vel interpellatio, seu debiti petitio fieri debet cōgruo loco & tēpore. ff. đ ver. ob. l. cōtinu⁹. §. cū ita. vbi à ꝓmittēte dare Ephesi peti nō pōt ante q̄ illuc potuerit accedere, quando promissor est Romæ. Et licet gloss. s*
dicat in dic. c. licet Heli. ꝙ in pecuniarijs admonitio est de potestate, nō de necessitate: tamē Lud. de Ro. in suis no. tenet, ꝙ si debitor citatur sine monitione, & confitetur debitum: debet actor condemnari in expēsis citationis, si poterit probare, ꝙ non fuit monitus: quia, vt dicit Pan. vbi s. adhuc nō erat in mora: licet in ea per talē interpellationē constituatur, vt si fatetur debitum, fiat ei pręceptū de solutione. Tamē in cōsciētia, si creditor debitū petere nō audet ex timore, etiā reuerentiali: vel si debitū ignorat, etiā sine monitione, debitor in mora cōstituitur, & incurrit pœnam morosi post instans, in quo arbitrio boni viri satisfacere debet & pōt. Aliàs autem in mora non constituitur: quia ex quo creditor debitū scit, & sine omni respectu petere pōt, & nō petit, videtur cōsentire dilationi. Et sic intellige l. in omnibus obligationibus. ff. de reg. iu. & Theo
2 *logos in quarto. ¶ Secundò quæritur,* vtrū sit in mora q
3 potest exceptione legitima se tueri? Et dico, quòd non, vt est regula iuris in vj. sicut dominus qui seruū suū fugitiuū monachū factū intra triennīū non requisiuit, dicitur fuisse in mora, qui tamen re vera nō est in mora, si potest exceptione legitima se tueri: puta lōginquitatis loci. xvij. q. ij. si qs incognit⁹. Et dicitur exceptio legitima quæ replicatione nō eliditur, nō legitima verò quæ eliditur: vt si feci pactū de nō petēdo decē quæ debes: sed metu, vel tēpore furoris feci: si dum repeto excipias de pacto, exceptio elidit replicatione furoris, aut metus. hæc ex Io. And. ¶ Tertiò quæritur,* vtrū sua mora cuilibet sit nociua? Et dico, ꝙ sic: vt est vna regula iur. in vj. sicut si quis est in mora soluē di decimas, illæ pereūt suo periculo, etiā fortuito casu. xvj. q. j. decimæ. Et si debitor primò fuit in mora soluendi, & postea creditor in mora recipiēdi, vel econtrario, vltima
4 *mora nocet. ff. de vsur. l. debitor. ¶ Quartò q̄rit,* ad qđ teneatur morosus debitor, vel emptor? Et dico, ꝙ tenetur ad interesse dāni habiti & lucri cessantis, dūmodo sit talis p̄sona quæ verisimiliter fuisset iuste lucrata. quod iudex habebit estimare. Pro quo est tex. in l. ij. ff. de eō, qđ certo loco. in fi. vbi dicit, ꝙ in hoc interesse habebitur ratio lucri cessantis. & idē Inno. in c. sacro. de sent. excō. & gl. in l. curabit. C. de act. emp. & Pan. in c. conquestus. de vsuris. vbi refert Pet. de Anc. ita cōsuluisse. vide infrà Vsura. j. §. xvij. ¶ Sed tamen aduerte, ꝙ mora & culpa equiparātur: nisi in hoc, ꝙ mora est purgabilis. l. si seruū. §. sequitur. ff. de ꝟb. obl. & sic potest intelligi l. si is. in fin. ff. de iure dot. Vnde si res danda, vel restituēda eodem modo apud eū cui danda erat, vel apud dominum erat peritura, nō tenetur morosus. l. fi. §. j. ff. ad l. Rho. de iac. ne creditor cū aliena iactura lucret: quod etiā sequit Fulgo. & Mar. in l. quod te. ff. si cer. pet. licet Accur. teneat contrariū: sed primū est veri⁹, saltē in cōsciētia. de quo ꝛ. Restitutio. vij. §. v. par. iij. Et si fit dubitatio an fuerit peritura, nō liberatur morosus: quia interpretatio fit cōtra eū. l. cū res. §. fi. ff. de leg. j. ¶ Quintò q̄ritur,* vtrū mora semel cōmissa purgari possit? Et dicit Io. And. in regula, mora. in vj. quòd non: vbi dies prefigit à lege vel canone pœnam imponēte: quia pœna semel commissa non purgatur. Et sic intelligēda essent iura, quæ videtur dicere, quòd non purgatur: vt xij. q. ij. longinquitate. ij. q. ij. puella. & de elect. in cūctis. Et hoc est verū, nisi in eadē lege vel canone caueatur, quòd eodem casu possit purgari mora, & pœna euitari: & sic intelliguntur iura cōtraria, quæ videtur velle, ꝙ possit purgari: vt xviij. dist. c. j. & d. c. quoniā. de sup. neg. pre. literas. Pœna ergo semel
5 *commissa non purgatur: nisi fortè fingeretur quis nō fuisse in mora. ij. q. vj. biduum. ¶ Sextò quæritur,* quomodo purgatur mora? Et dico, ꝙ ex celeri solutione ante requisitionē factam: vt no. in d. c. vlt. & facit c. cū Bertoldus. de re iudi. & c. extuæ. de cleri. nō resi. & similiter si obtulit post moram tempore debito: vt in d. §. sequitur. Intellige si obtulit rem integram qualitate non vitiatam: vt ꝛ. Restitutio. vij. §. iij.

DE MORTE, ET MORTVO.

1 *Mors quid & quotuplex sit.*
2 *Mors naturalis an sit satisfactoria pro peccatis.*
3 *Mors ciuilis an æquiparetur naturali.*
4 *Mortis periculum quando dicatur.*
5 *Mortuos an liceat spoliare.*

MORS, secūdū philosophos, est vitæ priuatio: & mortu⁹ est is, in quo primo, vl gratia partis est mors, seu vitę priuatio. Est aūt triplex mors. de pœni. dist. vlt. c. vlti. scilicet corporalis, spiritualis, & gehēnalis: quia scilicet est etiam

etiā triplex vita, qua quis priuatur, scilicet corporalis, spiritualis, id est, gr̄a siue charitas vitæ, & beatitudinis, qua quis propriè priuatur solùm post mortē: sicut & propriè tunc est habilis ad illā. Corporalis tamē est duplex, scilicet naturalis, qua quis priuatur vita substātiali, & accidentali, id est, operatiōe vitali: & ciuilis, qua quis priuat accidentali tantùm, id est, aliqua operatione vitali, puta propria volūtate, aut ciuiū fruitione, & huiusmodi. ¶ *Primò
1 verò quæritur, quid de morte summariè scripserit S. Th. in ordine ad mores? Et ex operibus eius dico sic: Pœna mortis in præsenti non infligitur pro quolibet mortali:*
5 *sed tantùm pro inferente dānum irreparabile, vel pro habente horribilē deformitatē. Vnde pro furto nō infertur, nisi aggrauetur per circunstantiā grauem. s. sacrilegij, peculatus, aut plagij. ij. ij. q. lxvj. art. vj. secundum. cō tuetudo tamē præualuit in cōtrarium. ¶ Mors sit sanctis meritoria, licet sit pœna, in quantū ea bene vtuntur. ij. ij. q. clxiiij. art. xvj. ¶ Mors illata, etiā pro criminibus, aufert totā pœnam peccati, vel partē, secundū quantitatē culpæ, patientiæ, & contritionis: nō autem mors naturalis. iiij. dist. xx. ¶ Exponere se, & suos mortis periculo pro liberatiōe p̄sonæ, per quā ecclesia, vel Respublica sustētatur, est laudabile. ij. ij. q. xxxij. ar. vj. ¶ Exponere se morti ꝓ salute animæ proximi certa, est præceptū: aliàs verò cōsiliū. iij. dist. xxix. ¶ Dolendū est de morte amici, sed moderatè, quadruplici causa. primæ Thessal. iiij. De morte aūt propria maximè tristatur virtuosus: quia priuatur maximo bono, quo maximè dignus est: scilicet vita, & virtutibus secūdū præsentē vsum: licet quidā gaudeant propter spem beatitudinis. iij. Eth. vel xviij. ¶ Nullus eripiendus est à morte*
2 *cōtra iura. ij. ij. q. x. art. xij. secūdum. ¶ Secundò* queritur, vtrum mors naturalis sit satisfactoria pro peccatis? Et dicit Scot. in iiij. dist. xxj. ꝙ licet sit necessaria: tamen si accepetur volūtarie, est sufficiēs pœna pro omnibus venialibus, & forte ꝓ magna parte mortalīū: & cōsequēter multo magis violēta, etiā si pro peccatis inferatur. & sic tenet Sum. Ang. cōtra Ros. & Supple. Sed S. Tho. in iiij. dist. xx. consentit quantū ad violentā, nō autem quantū ad naturalem: quia iā quasi versa est in naturā: sicut & originale, quod tanquam pœna cōsequitur. & cōsentit Sum. Ros. & Supple. & intendit S. Th. ꝙ in naturalibus nō meremur nec demeremur: licet cōcomitari possint aliquæ volitiones, & acceptatiōes meritoriæ: sicut nō est meritoria digestio cibi, licet sit meritoriū ex charitate gaudere, ꝙ virt⁹ à Deo data digerat: quia op⁹ meritoriū est in nostra potestate: vt suprà, Meritum. ¶ *Tertiò* quæritur, vtrum mors
3 *ciuilis æquiparetur morti naturali in dubio? Et respōdet Gemin. in c. susceptū. de rescrip. lib. vj. & Archi. ibidem, & do. Anto. in c. licet. de offi. delega. diffuse. Sed tu concludendo dic: Aut verbum, mors, profertur à iure, vel ab homine. Si aūt à iure, in materia stricta, & exorbitāti à iure cōmuni: & tūc in dubio intelligitur de morte naturali: vt in d. c susceptum. & in l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & ibi glo. & Bar. Si verò ius, in quo profertur mors, nō est strictum, sed extēdibile ex identitate rationis: tūc si mors ciuilis habet eundem effectum, quo ad id, de quo agitur, quē habet mors naturalis, sic æquiparatur, & ita procedit caput, placuit. xvj. q. j. Sed si nō habet per omnia eundem effectum, nō extenderetur, neq; æquiparabitur: vt dicit glo. in d. c. quæsitū. & in d. c. licet. Si autem in verbū, mors, profertur ab homine: tūc in dubio nō æquiparatur: quia verbum hominis, referri debet ad mortē naturalem, vt in l. ex parte. ꝟ. insulā. ff. de verb. oblig. Ioan. autem xvj. q. j. in*
4 *c. placuit. dicit, ꝙ regulariter mortis appellatiōe intelligitur mors naturalis. ¶ Quartò* quæritur, quis dicatur esse in periculo mortis? Et dico, ꝙ infirmus quotidiana febre: obsessus vbi machinæ iactātur: vel ab hostibus volētibus illū occidere: nauigaturus per loca periculosa: iturus per loca insidiosa: ætate cōfectus, & huiusmodi: vt patet ff. de dona. cau. mor. l. mortis causa. cum tribus sequen. Sed tu dic, ꝙ ista dicūtur exemplariter: regula autem sumitur ex arbitrio boni viri, vt pensatis omnibus circūstātijs is dicatur esse in periculo mortis, qui probabiliter iudicat esse in periculo mortis. ¶ Quintò* quæritur, vtrū liceat mortuos spoliare? Et dico ꝙ nō, quāmo tales spoliatores grauissimè legibus puniūtur. ff. de sepul. viol. l. prætor. §. aduersus eos. & secūdùm Philosophū in iiij. Eth. latronibus adnumerant. De mortuo resuscitato, vide ꝛ. Resuscitatus.

¶ MORTIS articulus. 5. Absolutio. j. §. v.

MVLIER, vide 5. Fœmina. & quo ad moniales. 5. Abbatissa: & ꝛ. Religiosa. vij. §. vlti.

¶ MVLTITVDO cùm peccat, quid sit agēdum, vide suprà, Correctio. §. xiiij.

¶ MVNVS, vide suprà, Gabella. v. in quātum munus est donum, & in quantum est exactio.

MVRMVRATIO licet plerūq; cōmemoretur, & reprehendatur à sanctis: tamē nō est plenè declarata quid sit, & vtrum sit peccatū, vel quale: sed aliqui Doctores dicūt, ꝙ est querela iniusta, vel impatiēs. Videtur autē sic dicēdum: murmurare secūdùm multos, dictum est per similitudinem ad mutire, quod est proprium mutorum, & loqui non audientiū. Vnde murmur, aut murmuratio dicit primò omnis loquutio summissa vel clāculosa, aut secretè & submissè, & clāculè facta. vnde & metaphoricè riuus aquæ dicitur murmurare. Sed qa talis loquutio frequenter sit iniustè, dicitur secūdò querela iniusta: & intellige clanculò, & angulariter, & nō in faciem facta: quia nō est murmur, si quis queratur, etiā iniustè coram præside. Est autē querela iniusta dupliciter, scilicet ratiōe obiecti, qua scilicet querelatur quis de re iusta: sicut Pharisæi de receptione peccatorū à Domino. & ratione modi, qa scilicet licet quis queratur de re iniusta, tamen nō debito modo, id est, nō vbi, quādo, & quomodo oportet, vt quia in angulo cū impotentia. vnde & Holkot in diffinitione eius nō ponit iniustitiā, sed impatientiam dicens, ꝙ murmuratio est querela cū impatientia in his, quæ homo debet patienter ferre. Et isto modo murmur est in cōmuni loquutiōe: sicut religiosus dicitur murmurare, quādo aliquid iniustū quidem patitur, sed tamen nō exponit prælato rationē suam, sed alijs, quorum nō est ei prouidere. ¶ Igitur murmuratio sumitur tribus modis. ¶ Primò eā est submissa, & clanculosa locutio: & sic potest esse cū peccato, & sine peccato: sicut Ioā. v. dicitur, Murmur multus erat de Christo in populo. & sequitur, Quidam enim dicebant quia bonus est: alij autem non, sed seducit turbas. ¶ Secūdò est summissa, & clāculosa loquutio querelantis de re iusta: sicut populus Israēl murmurauit frequenter contra Deum. Et tertiò ex re iniusta modo iniusto: & his duobus modis est semp peccatū, aut veniale aut mortale, secundū cōditionē personarū, circunstantiarū, animarū. qđ generali regula difficile est diffinire. Pœna aūt murmuratoris est, vt alienus sit à fratrū vnitate, & opus eius abijciatur. xc. c. dist. alienus. vbi dicit gl. ꝙ opus clerici ꝓcipuè est oratio: laici verò oblatio. Et sic videtur, ꝙ si sit clericus, debeat in oratiōe, quasi excōmunicatus separat⁹ esse ab alijs: & si sit laicus, non recipiatur eius oblatio.

MVTILARE qd ſit, & vtrũ liceat: vide ſuprà, Homicidiũ.iij. §.iij. Mutilare enim membrũ propriè, eſt illud inutile reddere: ſed tamẽ cõmuniter docto. capiunt mutilare pro truncare. Vide autem ſ. Corpore vitiatus.

MVTVS per ſigna poteſt petere ſacramẽta: & ei dãda ſunt. xvj. q. vj. qui recedunt. & matrimoniũ poteſt contrahere, vt ſuprà, Matrimonium. ij. §. vij.

DE MVTVO.

MVTVVM eſt res ex ſuo vſu cõſumptibilis penit⁹, cuius proprietatem quis in aliũ tranſfert, recepturus deinde aliam rem non numero, ſed eandem ſpecie aut valore: vt ſi trado tibi pecuniã, recepturus poſt mẽſem aliã numero. ¶ Dicitur primò res, quo nomine hîc venit etiã pecunia, quę propriè dicitur pretiũ rerũ, vt patebit. Et ſecundò dicitur, ex ſuo vſu conſumptibilis penitus: quia in his, quę vſu ſuo nõ cõſumuntur penitus, vt eſt ager, equ⁹, veſtis, & huiuſmodi, non eſt mutuũ expreſſe aut per ſe, vt patebit j. & patet ff. ſi cer. peta. l. ij. ¶ Et tertiò dicitur, cuius proprietatem: quia in mutuo transfertur dominium à dãte in accipientẽ. vnde mutuũ dicitur quaſi ex meo tuũ: quia ſcilicet dum illud tibi trado, de meo facio tuum. ff. ſi cer. pet. l. ij. & ſtat periculo tuo poſtquã accepiſti, ſi perit, etiã caſu fortuito. C. ſi cer. pet. l. incendiũ. Inſt. quib. mo. re cõtra. obli. §. itẽ. ¶ Quartò dicitur, recepturus deinde: qa ſi quis ſtatim, & de præſenti tradendo rem, accipit aliã rẽ vel pretiũ ſuæ rei, nõ eſt mutuũ, ſed permutatio, aut vẽditio, vel alius contractus, vt j. Permutatio. Et quintò, aliam rem: qa ſi eſſet recepturus rei pretiũ, nõ eſſet mutuũ, ſed vẽditio: niſi & ipſum pretiũ mutuaretur. ¶ Dicitur ſextò, aliã rẽ numero: qa ſi eſſet recepturus eandẽ numero, nõ eſſet mutuũ, ſed cõmodatũ, vel depoſitũ, vel alius cõtractus. ff. de cõtrah. emp. l. ij. & d. l. ij. ff. ſi cer. pet. ¶ Et ſeptimò dicitur, ſed eandẽ ſpecie aut valore: quia mutuũ fit dupliciter: aliquãdo ſcilicet expreſſe: & tũc regulariter recipitur idẽ ſpecie. aliquãdo vero tacitè, & tũc recipitur rei valor: vt ſi dedi frumentũ valens decẽ, recepturus oleũ valens decẽ aut plus: quia ipſum frumentũ nõ mutuatur, ſed venditur aut permutatur: valor autẽ ſiue pretiũ frumenti mutuatur implicitè, & virtualiter in tempus redditionis olei. Fallit quod dictũ eſt in mutuo pecuniæ: qa ſiue reddatur eadẽ ſpecie, puta argẽtea pro argentea: ſiue eadẽ valore alia ſpecie, vt argẽtea pro ærea, aut ecõtrario, ſemper eſt mutuũ expreſſum: quia pecunia eſt inuẽdibilis formaliter, etſi nõ materialiter. Itẽ quia omnis materia monetata, vt ſic & formaliter ſumpta, eſt in ſpecie eadẽ. ſ. menſuræ venaliũ, licet materialiter differat. Vnde valor vigintiſolidorũ eſt idẽ ſpecie in auro, & in argento formaliter, licet nõ materialiter. Dicit aũt Azo, & refert ac ſequitur Sũ. Ang. q⁹ ſi detur pondus argenti, & recipiatur pecunia argẽtea in numero, erit mutuũ: quia idẽ genus redditur, id eſt, eadem ſpecies. Ego verò dico ibi eſſe vẽditionem: quia res & preciũ, nec argentũ monetatũ, vt illud, quod in numero cõſiſtit, eſt idẽ ſpecie formaliter cum non monetato, quod conſiſtit in pondere. Conſiſtit igitur mutuum proprie, id eſt, expreſſe, & per ſe ſolùm in rebus triplicis generis. ſ. in his, quæ cõſiſtunt in numero, vt pecunia, id eſt, aurũ, argẽtũ, & omne metallũ monetatũ vt ſic, vel in põdere, vt aurũ, vel argentũ nõ monetatũ, & huiuſmodi: vel in mẽſura, intellige cõtentiua, qua grana, & liquida menſurãtur, ad differentiã menſuræ panni, ſecũdũ Rod. vt vinũ, triticũ, & huiuſmodi: & generaliter in his, quę vſu ipſo cõſumũtur. ſ. ex toto & penitus: vt d. l. ij. ff. ſi cer. pet. & Inſt. qui. mo. cõ. obligat. in prin. In alijs autem: puta equo, aut veſte, vel huiuſmodi: non eſſet mutuum expreſſe & per ſe, ſed ſolùm implicitè, & per accidens, inquantum in his ſubintelligitur aliquod prædictorũ triũ, puta in equo pretiũ, qđ in numero cõſiſtit: ſicut ſi trado equũ, recepturus certo tẽpore pretiũ, intelligor mutaſſe pretiũ ipſum. Vnde ſi quid vltra recipio, vt patebit, eſt vſura, quæ nõ eſt ſine mutuo. Ratio autẽ horum eſt: quia de ratione mutui eſt, q⁹ recipiens mutuũ reddat aliã rem, vt dictũ eſt: & de ratione iuſtitiæ eſt, q⁹ reddat æquivalentẽ: quia aliter nõ eſſet æqualitas. Æquivalentia autẽ eſſe nõ poteſt per ſe in rebus vſu nõ conſumptibilibus, niſi fortè rard, & per accidẽs: quia aſinus nõ eſt æquivalens aſino, aut equus equo: ſed in eis æquivalẽtia fit, & cognoſcitur per aliã rem, id eſt, numiſma, quod eſt omniũ rerũ menſura. v. Ethi. Sed in alijs æquivalẽtia neq; eſt, neq; cognoſcitur per aliã rem reddibilẽ pro mutuo, ſed per menſuram, & põdus, & numerũ, quæ nõ ſunt res reddibiles, nec aliqd valentes. vnde in illis nõ eſt mutuũ, niſi per accidẽs ratione pretij annexi. ¶ Quomodo autem fit dandũ mutuum ſine ſpe alicuius vltra ſortem inxta præceptũ Domini, vide infrà, Vſura. j. Quomodo etiã teneatur mutuare, qui pecuniam habet, vel aliud ſibi neceſſariũ, vel vtile ad negotiãdũ, vel huiuſmodi, vide ſ. Elecmoſyna. §. j. & diſtingue vt ibi. & adde ſecũdũ Sco. in iij. q⁹ habens pecuniam ſibi pro aliquo tempore inutilẽ, mortaliter peccat, ſi eam nõ mutuat indigenti petenti, faciens contra præceptum naturæ, & Chriſti. Luc. vj. Mutuum date. Quod intellige primò ſi tutus ſit de rehabẽdo tẽpore opportuno: alioquin diſtingue vt ſuprà, quia cõmodare eſſet dare. & ſecundò ſi indigentia ſit circa neceſſitatem vel decentiã. Vtrum autem mutuo accipiens pecuniã teneatur reddere in eadem ſpecie. j. Solutio. §. ij. partic. v.

DE NAVFRAGIO.

1 *Naufragio erepta, an quis reſtituere teneatur, etiam quæ non erant peritura. & nu. 2.*

3 *Naufragij timore, ſi detur pecunia domino loci ne quid rapiat, an debeat reſtitui.*

4 *Reſtitui an debeant res eiectæ in mare, quas quis inuenit.*

NAVFRAGIVM dictum, quaſi nauis fragiũ, ſiue fractura, eſt naue fracta. i. perichitata, rerũ corporũq; ſubmerſio. l. de peratio. & per totũ. ff. ad l. Rho. de iact. C. de naufr. l. ij. ¶ Primò* verò quæritur, vtrum reſtituere teneatur, qui aliquid de naufragio rapuit? Et dico q⁹ ſic, ſiue de naui, ſiue de mari, aut litore rapiat. ff. de incẽ. rui. naul. ſi qs ex naufragio. & d. l. deprecatio. nec excuſat à mortali, & reſtitutione, aliqua conſuetudo, ſtatutum, aut præceptum: ſed furtũ eſt. ff. de acqui. re. do. l. qua ratiõe. in ſi. C. de fur. l. rerũ. Quin etiã ſecũdùm leges, ſi petatur intra annum, condẽnabitur ad reſtituendũ quadruplum: poſt annum verò in ſimplũ: vt in d. l. rerũ. & ff. eo. l. j. ſecũdùm canones verò, ſi iſte raptor ſit epiſcop⁹, vel ſtatus, aut clericus, deponi debet. de accu. cùm dilecti. el j. vltra prædicta, ſiue clericⁿ fit, ſiue laicus, niſi ſatisfeceerit, debet excõicari: imò ſecũdùm aliquos eſt excõmunicatus. de rapto. excommunicationi. Sed hæc intellige, niſi nauigia exerceant piraticã tyrãnidem, vel ſint inimica nomini Chriſtiano, vel principi. C. de fur. in auth. nauigia. ¶ *Secundò quæritur, vtrũ reſtituere teneatur, q rapuit de naufragio aliqd, quod ſtatim erat periturũ, puta farinã, aut zaccarũ, vel papyrũ? Et dico q⁹ ſic, ſi ſine quocũq; periculo vitæ talia ſaluauit: etiã ſi dominus aliàs nõ erat rehabiturus: qa ex charitate tenebitur ſuffragari. d. c. excõmunicatiõi. Et ſic

ſic intellige d. authen. nauigia. & d. cap. excõmunicationi. iuncta gloſſ. ſed tamen debet habere laboris ſui mercedẽ: quia & ipſum dominũ, ſi ſaluare debuiſſet, oportuiſſet ſatisfacere perquirentibus. Et ſecundũ hoc intellige quę dicit Roden. §. ſe. Si verò ſine vitæ ſuæ periculo eas ſaluare non potuit, diſtinguendũ eſt. Nam aut ſe exponẽdo periculo vitæ, nõ dico probabili, ſed qualicũq;, capit ea bona quę dominus veriſimiliter per aliam viam nõ erat rehabiturus: & retinere illa poteſt: quia nõ tenebatur cũ tali periculo ſuffragari: imò ipſe dominus debuiſſet velle, q⁹ potius ea proximus haberet, quàm perirẽt. Si autem alia via erat ea dominus veriſimiliter rehabiturus, vt quia ea tẽpeſtas iactaſſet ad litus, aut alios qui dicto periculo ſe exponerent inueniſſet, tenetur reſtituere, licet debeatur ei præmium pro labore & periculo ad arbitriũ boni viri. Si quis tamen ſimplex de talibus bonis aliquid ſurriperet, credẽs hoc ſibi licere vel ex ſtatuto vel ex alia cauſa, non videtur peccare mortaliter, nec incurrere excõmunicationem, dicto c. excõmunicationi. vt patet per dicta ſ. Excõmunicatio. vij. §. xx. Si tamen ab homine fulminaretur contra tales, etiã eo caſu quo talia poſſent licitè retinere, tenerẽtur ſaltem reuelare talia bona rapta. Ex prædictis aũt reſpondendum eſt ad hũc caſum, qui de facto accidit. Cùm enim ex naui periclitanti omnes aufugerẽt, etiã patronus, vnus poſt fugã patroni ex capſa eius ſuſtulit mille aureos, eosq; ſaluauit. Diſtinguendũ enim eſt, vt ſuprà. ¶ Tertiò quæritur,* vtrũ dominus, qui accepta ſumma cõuenit cũ nautis, qđ ſi naufragiũ patientur, nullus eos prædabitur, teneatur dictam ſummã reſtituere? Et dico q⁹ reſtituere tenetur quicquid hac occaſiõe ſuſceperit vel ſuſcipi permiſerit, niſi ſpontanea liberalitate donetur, ſecundũ Verue. cùm aliàs deberet hoc gratis facere. Si tamẽ fieret ſtatutũ, q⁹ quis tãtũ reciperet pro rebus quas ex mari recuperaret naufragis, valeret ſtatutũ, ſecundũ Sum. Piſa. quia hoc, inquit, ſit in fauorẽ naufragorũ: vt homines in quærẽdo perdita ſint ſolcitiores p̃miũ laboris recepturi. Et idẽ tenet Roden. & Sum. Ang. ac Roſel. licet contrariũ teneat Supple. & irrationabiliter ſatis: quia hoc vtiliter gerere negotium naufragorũ. ff. de nego. geſt. l. Pomponius. ¶ Quartò quæritur,* vtrum reſtituere teneatur, qui res iactatas in mari vel eiectas ex naufragio inuenit? Et dicit Panor. in c. cùm dilecti. de accuſat. qđ non, ſi erant pro derelictis: quia talia naturali ratione efficiuntur capientis, Inſtit. de rerum diui. Si verò nõ erant pro derelictis, ſed ad euadendum proiectæ: cùm proiiciẽs remaneat dominus, occupãs animo retinendi eſt fur, vt in gloſſ. dicti c. cum dilecti. & l. qua ratione. §. vltim. in fin. ff. de acquiren. rerũ domi. & eſt excõmunicatus, ſi nõ reſtituit quàm primum poteſt. dicto c. excõmunicationi. de raptori. Quod intellige, præmiſſa monitione, vt ſ. Excõmunicatio. vij. §. xx. partic. iij. Licet hic poſt Panor. teneat Sum. Ang. quo ad Deum non requiri monitionẽ. Si verò ſimpliciter accipit non cõſiderando an eſſent derelictæ vel ne, excuſatur à furto: vt eſt text. in l. falſus. §. ſi factum. ff. de furt. & ab excõmunicatione. arg. dictæ l. falſus. & eorũ quæ Excõmunicatio, vbi ſ. dicta ſunt. Quando autẽ pro derelictis habeantur, Panor. dicit, vbi ſuprà, ex coniecturis præſumendum: vt ſi quis iacta uit librum apertum in mare: ſecus ſi clauſum & inuolutũ, & huiuſmodi: vide ſuprà Inuenta. §. primo.

DE NAVTA, CAVPONE, & Stabulario.

1 *Nauta, caupo, & ſtabularius de qua culpa teneantur.*

2 *Hoſpiti vel nautæ commiſſa pecunia quomodo probetur.*

3 *Hoſpes an teneatur de pecunia cõmiſſa, ſi dedit claues domino.*

4 *Hoſpitio aliquem recipiens vt ciuis, non tenetur vt caupo.*

5 *Caupo an teneatur ex facto ſui famuli.*

NAVTA eſt maior in naui in hoc propoſito: & caupo eſt tabernarius, q & ganeo: & ſtabularius eſt hoſpes recipiens etiã equos. Vnde dicitur nauta, qui nauem exercet, non autẽ remiger: vt l. j. eodem tit. §. nautã. & ſimiliter caupo & ſtabularius, qui hoc exercent: & inſtitores, id eſt, qui vendendis inſtãt vice eorum: vt in d. l. j. ¶ Primò ergo quæritur,* de qua culpa iſti teneantur? Et dico q⁹ de leuiſſima, ſed non de caſu. ff. nautæ, caup. & ſtabu. l. & ita. §. at hoc edicto. Nec obſtat l. j. §. ſi veſtimẽta. ff. depoſiti. vbi depoſitarius nõ tenetur niſi de culpa leui: quia eſt ſpeciale in iſtis vt teneatur etiã de leuiſſima. Quod tamen fallit in conſciẽtia, vbi tenẽtur ſolùm de leui. dicta l. & ita. quia loquitur in odium taliũ, qui fraudes facere conſueuerant, vt ibi patet. §. at hoc edicto. & conſequenter fundat ſe ſuper preſumptione: & ſic locũ non habebit in conſciẽtia, iuxta dicta ſ. §. ix. niſi ſpecialiter accepiſſent mercedẽ pro cuſtodia: vt ſuprà Locatio. §. xvij. vel niſi quãdo res cuſtodiam diligentiſſimã requirebat: & ſciẽter in cuſtodiã eſt ſuſcepta: quia ſic tenentur de leuiſſima. ¶ Secundò quæritur,* quomodo probatur datũ talibus in pecunia? Et dico, q⁹ ſi conſueuit portare talem quantitatẽ pecuniæ: tũc credetur iuramento ſuo: aliàs non, niſi quatenus probet. ar. ff. de remilita. l. ſi non omnes. §. à Barbaris. quia talis debet numerare pecuniã in conſpectu hoſpitis. ff. depoſi. l. j. §. ſi ciſta. ¶ Tertiò quæritur,* vtrũ nautę & præfati dãtes domino deponẽri clauẽ cameræ, excuſentur ſi res pereãt? Et dico ſecundũ glo. in l. debet. ff. nautæ, caup. & ſtabu. §. itẽ ſi prędixerit, q⁹ ſi à principio dedit claues, & ꝑdixit, q⁹ nolebat teneri, excuſatur: aliàs ſecus. Similiter tenetur quando à principio nõ dedit claues, ſed poſtea, licet prædixerit, per l. ſicut. C. de action. & obligat. niſi ille expreſſe cõſenſiſſet nolle eũ teneri. ¶ Quartò quæritur,* an prædicta habeãt locum in eo qui hoſpitatur aliquem non tanquam caupo, ſed tãquam ciuis, ſine mercede: ſicut quãdo rex venies ad aliquã ciuitatẽ diſtribuit ſuos per domos? Et dico q⁹ nõ: vt l. ſi menſor. ff. ſi menſor falſum modum dixer. & arg. ff. de alea. l. j. §. item notandũ. vnde ſi gratis facit, tenetur ſolùm de dolo & lata culpa. ¶ Quintò quæritur ſpecialiter,* an caupo teneatur ex facto ſui famuli? Et dicit Ioannes de Anan. in conſilio ſecundo incipiente, in Chriſti nomine: concludendo, quòd pro iniuria reali & damno dato in rebus poteſt hoſpes agere cõtra cauponẽ: vt l. licet. §. poſſumus. ff. nautæ, caup. & ſtab. ſed de vulnere illato per famulum caupo non tenetur quo ad expẽſas vel intereſſe. Pro quo videtur tex. iuncta gl. in dicta l. licet. §. idẽ dicitur. in verbo, ſed ſi damnum. & in l. debet. eodem titul. in princi. vbi glo. exponit factum, id eſt, receptum: quaſi velit dicere quòd non teneatur, niſi de recepto. Pro quo etiam facit, q⁹ non eſt eadem ratio: quia vix poterit fieri damnum in rebus, quin hoſpes ſit in aliqua culpa ſaltem leuiſſima: quia potuiſſet diligẽtius cuſtodire: non autem ſi eſt in delicto in perſona: quia obſtare non poteſt quin famulus, ſi velit, occidat aut verberet hoſpitẽ. Adde autem ſecundùm eundem Ioan. quòd ſunt quædam perſonæ, quę regulariter tenentur ex facto & delicto familiæ ſuæ: vt ſunt publicani, nautæ, caupones, ſtabularij, & ſimiles. Aliæ autẽ perſonæ ita demum tenentur, ſi aliqui de familia deputẽtur ad certum officium, & in illo delinquãt: quia tũc dicitur pater familiãs eſſe in culpa deputando inſufficientẽ. Iſta eſt cõmunis opinio docto. in l. j. §. familiæ. ff. de public. ¶ Et fa-

ciunt hæc ad casum qui de facto accidit. Nurus accedit no ctu lucernam ad custodiã infantis: & ea negligenter omissa sequutũ est duarũ domorũ incẽdiũ. Quærebatur an socer vel paterfamiliàs teneretur ex facto suæ nurus? Et cõcludit ex prædictis Io. de Ana. in consil. vij. incipiente, in nomine Sanctę Trinitatis. ℣ non: quia iste non deputauit illã ad hoc, sed gubernationi liberorũ, quę est de iure naturali. Præterea ista culpa, quæ præsumitur contra habitãtes, ex incendio iudicatur leuissima, vt voluit glo. Institu. quibus modis re cõtra. ob. §. præterea. & ista nõ est impu tabilis: vt voluit Salic. in l. si vẽdita. ff. de peric. & com. rei vend. & Bald. in l. in iudicio. C. de loca. vbi propriè loquitur de lucerna. Vtrũ nauta possit res suas præferre depositis, quãdo vtrasq; saluare nõ potest: vide ſ. Commodatũ. §. xij. Vtrum etiam teneatur, si res meas trãstulit in aliam nauim, & perijt: vide suprà Locatio. §. xvij. Vtrum etiam possit nauigare per omne flumen, & vti arboribus in ripa existentibus: infrà Piscari.

NECESSITAS loquendo iuridicè est triplex. Prima scilicet absoluta, q̃ est eius, sine quo vita corporalis sustẽtari non potest: vt ea quæ est alimẽti. Secunda est opportuna, id est eius, sine qua vita cõmodè sustentari non potest, vt ea, quæ est eorũ, quorũ priuatio incõmodat no tabiliter. Tertia est ꝓficua, id est eorũ, sine ꝙbus vtiliter vita nõ sustẽtatur, puta librorũ pro studio. Illud aũt quod dicitur in c. licet. de ferijs. necessitas facit licitũ, & legi nõ subijcitur: est verũ de prima necessitate, quãdo illud, quod cõtra legẽ est, nõ est malũ de se, puta quia ex aliqua circũstantia potest licitè fieri: quia tali necessitate occurrente nõ requiritur alia dispẽsatio: sed authoritate propria põt quisq; cõtra legem venire. Est etiã verũ, secundũ aliquos de secunda: modò fiat aliqua recõpensatio: sicut dicit do. Anto. in c. j. de fer. quòd licet doctoribus cõsulere pro forensibus in die festo, modo per aliquã eleemosynã recompẽsetur. & facit gloſſ. in c. presbyter. in verbo, denarium. lxxxij. dist. & melius d. c. licet. Quod limita extra contractus, & quãdo superioris authoritas de facili haberi non põt: aliàs non esset tutum. In tertia verò necessitate omnia requiritur dispensatio: aliter non fieret licitum.

NEGLIGENTIA, propriè vtẽdo vocabulis, est defectus circa interiorẽ actum volũtatis, qui est electio, non quidẽ actus, sed circunstantiæ. Vnde secundũ Isid. in lib. Etymo. negligẽs dicitur quasi nec eligẽs. Pigritia autẽ est defectus circa executionẽ exterioris operis. Desidia verò est defectus circa cõtinuationẽ boni operis, à desidẽdo dicta. Torpor autẽ est defectus circa feruorẽ executionis operis, dum tepidè fit bonũ. Incõstantia verò est defectus circa stabilitatẽ voluntatis. Omissio aũt est defectus circa actum debitum fieri: sicut negligẽtia est defectus circa circunstantiã, puta tẽporis, loci, & huiusmodi. Vide Archid. si vis, ij. parte. ti. ix. c. iij. Largè verò sumẽdo vocabula, negligẽtia est omissio alicuius, qđ fieri debet & põt. Vñ negligẽtia sine mora esse nõ põt. de elect. c. vlt. & de con. prẽb. quia diuersitatẽ. & no. in c. si cõpromissarius. de elec. li. vj. Nomine igitur negligẽtiæ simpliciter venit leuis & leuissima culpa, vt patet in c. præallegatus. & facit xxviij. dist. de Syracusanæ. & c. cùm ex eo. in fi. & c. cõmissa. §. porro. de elect. lib. vj. Et hoc qũ quis tenetur de culpa leui & leuissima: aliàs nõ. Nomine verò negligẽtię dissolutæ venit lata culpa. Vnde ff. mãda. l. si fideiussor. in prin. dicitur, Dissoluta negligẽtia ꝓpriè dolus est, id est, lata culpa. & idẽ venit nomine negligẽtiæ, vt ff. de act. & oblig. l. j. §. is quoq; apud. vbi est tex. quasi apertus. Aliquãdo verò includit dolum. s. cùm lex imponit negligenti diuersam pœnam à delinquẽte: quia tũc sub negligẽte includit dolosam negligentiã, vt no. Gemi. in d. c. si cõpromissarius. ¶ Quomodo autẽ & quãdo negligẽtia sit peccatũ mortale, Sum. Angel. in nixa fuæ falsæ opinioni, ꝙ transgressio legis humanæ præceptiuæ sit peccatũ mortale solùm ratione contẽptus aut cõsuetudinis: de quo ſ. Ieiuniũ. §. viij. & ſ. Inobedientia. & ſ. Lex. §. viij. dicit, ꝙ negligentia est mortale, si ex ea omittãtur ea, ad quæ quis tenetur ex præcepto vel officio de iure diuino in his, in quibus versatur notabile damnũ sibi cõmissorum: nõ aũt in his, quæ de iure positiuo solùm, nisi includatur dolus vel cõtẽptus: intellige verus vel interpretatiuus, qui est cõsuetudo, secundũ eũ. Sed secundũ S. Th. ij. ij. q. liiij. & Supple. & mentẽ Ro. negligentia dupliciter põt esse peccatũ mortale. Primò si id, quod omittitur ex negligẽtia, sit de necessitate salutis, id est, cadat sub aliquo præcepto, siue sit actus, siue circũstantia. Secundò, si volũtas intantũ sit remissa circa ea, quę sunt Dei, vt totaliter deficiat à diuina charitate: quod præcipue cõtingit, qñ negligentia sequitur ex contẽptu. Si autẽ negligẽtia nõ sit circa aliquid de necessitate salutis, nec ex contemptu, non est mortale. ſ. Medicus. §. j. j. Prædicator. Videtur autẽ velle Archi. in ij. parte, tit. ix. c. iij. in fi. ꝙ negligẽtia qñ est ex cõsuetudine sit mortalis: sicut si quis cõsueuit horas nõ dicere solicitè & deuotè. Sed ego dico ꝙ cõsuetudo id, quod de se est veniale, nunquã faciat mortale: vt patet ex dictis ſ. Ebrietas. Vnde si ista negligentia consueta esset circa omissionẽ horarum, esset mortalis: secus si circa omissionem deuotionis in dicẽdo horas: quia illa deuotio nõ est sub præcepto. Potest tamen hoc dictũ esse aliquo modo verum circa religiosos: vt j. Religio, primò. §. xij. in fin. De negligentia iudicis laici supplẽda per ecclesiasticum. ſ. Iudex. j. §. iij. De negligentia etiã conferendi beneficia ecclesiastica, ſ. Beneficiũ secũdò. §. vj. Et ibi etiã de negligentia prouidendi in ecclesia cathedrali, vel regulari. De negligentia prælati, infrà Prælatus. §. iiij.

DE NEGOTIO, NEGOTIAtore, & Negotiatione.

1 *Negotiatio an sit licita.*
2 *Mercatio quot modis reddatur illicita.*
3 *Negotiatio quæ sit illicita, & negotiatorẽ expellat de tẽplo Dei.*
4 *Assecurationes, quæ fiunt à mercatoribus, an sint licitæ, & quis contractus ille sit. & num. 5.*

NEGOTIVM dictũ est quasi negans otium. de verbo signifi. forus. §. cõstat. & cõsequẽter ex ipso nomine importat priuationẽ otij: & significat actũ omnẽ, cui otiũ repugnat: puta actus regiminis ciuitatis aut domus: secundùm quod dicũtur quædã negotia publica, & quędã priuata: & similiter actꝰ cõmutationũ ordinatarũ ad lucrũ, qui maximã solicitudinẽ requirunt. Est igitur negotiũ in communi actus humanus practicus, qui vulgo exercitium dicitur: ſpecialiter autẽ, vt nũc principaliter intẽdimus, negotium est cõmutatio vel permutatio lucratiua, id est, ad lucrum ordinata. Et idem significat negotiatio, sed alio modo, id est, in abstracto. Et idẽ similiter significat mercatio vel mercãtia: sed differt voce, quia negotium à negatione otij dicitur, & mercatio à mercatu vel mercato, id est, à cœtu commutantiũ, vel à loco, in quo fiũt cõmutationes. ¶ Negotiator autẽ in cõmuni est, qui actũ practicum exercet, siue qui vacat alicui exercitio. Specialiter autẽ, vt principaliter intendimus, est is, qui negotiationem, id est, commutationem lucratiuã exercet: siue, sub alijs verbis est, qui rem cõparat, vt integram & immutatam vendendo lucretur,

tur secũdũ Io. And. post Arch. & Christo. Secus si emeret, vt esset sibi materia aliquid inde operandi: vt dicit Chry. lxxxviij. di. eijciẽs. Secus si emit vt vẽdat diuisam. aut mutatã. de quo vide ſ. Emptio. §. ix. & idẽ penitus significat mercator: vñ vno vocabulo prò alio indifferẽter doc. vtũ tur. ¶ Quotuplex aũt sit negotiũ, & quomodo clericis sit illicitũ vel licitũ, dictũ est ſ. Clericꝰ. iij. §. j. ¶ Negotiatio aũt quãtũ ad materiã circa quã, est triplex. Prima scilicet pecuniæ ad pecuniã, quę dicitur cãbiũ. de qua ſpecialiter §. Vsura. iiij. §. j. & secũda pecuniæ ad rẽ, quę dicitur emptio, de quã, inquãtũ ibi includitur emptio & vẽditio, dictum est ſpecialiter ſ. Emptio. §. x. Tertia est rei ad rem, quæ dicitur permutatio, seu vulgo baratũ. de qua ſpeciali ter §. Permutatio. Quãtũ verò ad finẽ est duplex, vt §. j.

1 ¶ Primò* verò quæritur, vtrũ negotiatio de se sit licita, vel illicita? Et dico ex Archi. post San. Tho. ij. ij. q. lxxvij. arti. iiij. ꝙ cõmutatio, quę. s. est de ratiõe negotiatiõis, est duplex, secũdũ Philosophũ j. Pol. Vna scilicet quasi naturalis & necessaria. s. rerũ ad res, vel ad pecunias ꝓpter necessitatẽ vitæ, q̃ ꝓpriè non ad mercatores, sed ad œconomos, & politicos ptinet: q habẽt prouidere familiæ, aut ciuitati de necessarijs. Et alia denariorũ ad denarios, vel rerũ ad denarios: adde vel ad res, nõ ad necessitatẽ vitæ, sed ad lucrũ cõsequẽdũ, q̃ ꝓpriè dicitur negotiatio. Prima igitur, secũdũ Philosophũ, est de se laudabilis: qa habet honestũ finem: cùm deseruiat necessitati vitæ: licet in ea possint diuersa peccata cõmitti, quę sunt hominũ vitia, & nõ artis in se. Secunda verò cõsiderata secundũ se habet quan- 3
dã turpitudinẽ, inquantũ de sui ratione nõ importat necessarium, vel honestũ finẽ, sed quantũ est de se, deseruit cupiditati lucri, quæ terminũ nescit, sed tẽdit in infinitũ: põt tamẽ fieri licita, si mercator ordinet lucrũ ad aliquẽ finẽ honestũ, vel necessariũ: quia illud lucrũ, & si in se nõ importet aliquẽ finẽ honestũ, vel necessariũ, nihil tamen importat in sui ratione vitiosum contrariũ rationi: vnde ordinari põt ad finẽ honestũ & necessariũ: puta si negotiator illud ordinet ad sustẽtationẽ decentẽ sui, & familiæ, aut subuentionẽ pauperũ, aut publicæ vtilitatẽ, ne sci licet desint patrię necessaria ad vitã, & inde lucrũ expetit
2 nõ quasi finẽ, sed quasi stipendiũ laboris. ¶ Secũdò* quęritur, quot modis mercatio reddatur illicita? Et dico, ꝙ multipliciter secundũ Ray. & Alex. in iij. parte. & Inno. in c. j. ne cler. vel mon. & Pan. ibidem. ex quibus colligitur, ꝙ est illicita sex modis. ¶ Primò ex causa seu fine, quando scilicet fit propter auaritiã, id est, improbã cupiditatẽ diuitiarũ, vel alĩ malũ finẽ: & tunc est peccatũ veniale, aut 4
mortale eo modo, quo ille finis. ¶ Secũdò, ex persona, puta si sit clericus, & à fortiori religiosus: vt ſ. Clericus. iij. p totũ. laicis autẽ est licita regulariter. ¶ Tertiò, ex tẽpore: vt si fiat diebus festis: qa est opus seruile. de quo dic vt ſ. Dominica. §. iij. quod tamẽ secundũ Petr. de Pal. fallit in nundinis festis & toleratis, si diuina non omittantur: secus si nundinæ essent prohibitæ. ¶ Quartò, ex loco: quia in loco inhoneſto, & ſuſpecto nõ debet qs negotiari, seu etiã cõuersari. ff. de arbit. l. si cũ dies. §. arbiter. lxxxj. di. in omnibus. xxvij. q. j. si qs sacro. similiter neque in ecclesia. xvj. q. viij. & hoc diximus: imò hoc esset mortale, nisi magna necessitas excusaret. de immu. eccle. decet domũ Dei. lib. vj. iuncto c. relinqui nolumus. de cu. euch. Quod intelligẽ si qd notabile fiat: secus in modico, & cũ strepitu verborũ, ac intẽtione lucrãdi: secus sine verbis, & cũ intẽtione satisfaciẽdi honori diuino, & fideliũ deuotioni principaliter, vt in candelis: licet fortè secundariò intẽdatur ali quod lucrũ, siue quo tamẽ hoc fieret, si vẽdẽs securꝰ esset de sua indẽnitate. vnde laici, qui eas præsumũtur vendere vt lucrẽtur, extra ecclesiã vendere cogũtur. ¶ Quintò, ex modo: puta, quia exercetur dolosè, vel cũ mẽdacijs, & pijs. ¶ Sextò, ex cõmercio, quãdo scilicet illud est reipublicæ dãnosum: sicut cũ quis totũ granũ, aut omnes merces emit, vt coactis alijs à se emere, vẽdat suo modo. Et idem est quoties quæritur lucrũ immoderatũ, de emp. & vẽ. c. j. quod arbitrio boni viri limitãdũ est, secũdũ glo. Ray. Et similiter secũdùm Archi. idẽ est quãdo omnes cõueniũt vt certo pretio vendãt, vel vnus solus vẽdat tale quid: nisi pretiũ esset cõueniẽs. Cõsiliũ aũt est Host. ꝙ taxatio pretij fiat per episcopũ: sed hoc est cõsiliũ: si tamẽ per ipsum vel melius per rectores ciuitatis taxaretur, secũdũ Archi. posset carius vẽdi sine peccato. ¶ Septimò, ex consortio: vnde q̃ societatẽ habet cũ negotiatore, quẽ scit malæ conscientiæ, tenetur secũdũ Archi. soluere societatẽ si põt. s. cõmodè: vel si nõ põt protestari, ꝙ de illicitis lucris participare nõ velit, ar. di. lxxxij. error. & c. faciẽtes. & sup hoc debet inquirere, ne crassa & nõ excusante ignorãtia laboret. ¶ Nõ est aũt necessariũ, ꝙ lucrũ inde per hos modos quæsitũ restituat, aut pauperibus detur, licet sit cõsiliũ secũdũ Doct. quod fallit primò si quis iniustitiã cõmisisset circa pretiũ iustũ in plus vẽdẽdo, vel in minus emẽdo. & secũdò secũdũ Ro. si qs fuit causa excrescẽtiæ pretij emẽdo totũ aliquid, vt carius vẽderet: qa tenetur læsis, si aliàs dãnũ illud non euenisset: & ratio, quia fuit causa dãni iniustè. ¶ Tertiò* quæritur, quæ sit negotiatio sic illicita, ꝙ sit mortale, & negotiatorẽ expellat de tẽplo Dei? Et dico, ꝙ est primò illa, q̃ est cũ periurijs, vt patet. Et secundò ea, quæ cũ mẽdacijs pernicioſis. i. ordinatis ad decipiẽdũ in aliquo notabili, vel etiã in modico, si adsit animꝰ decipiẽdi in magno, secũdũ Archi. secus si fiant ad cõseruãdã indẽnitatẽ vendẽtis, siue ad vendẽdũ iusto pretio, aut ad decipiẽdũ in aliquo modico, cũ animo nõ decipiẽdi in magno: qa est veniale secũm Ray. licet Hoſt. falsò hoc dicat esse mortale, si aſsiduè fiat: sumẽs exẽplum de ebrietate. sed nõ est verũ: qa veniale de se quãtuncũq; multiplicetur, & cõtinuetur, nũquã fit mortale. ij. ij. q. cl. art. ij. Nec est simile de ebrietate, quæ de se est mortale si scienter admittatur sine necessitate: quã scientiã aſsiduitas arguit. Et tertiò illa quę est cũ intẽtione finali in lucro, ponẽdo scilicet ibi finẽ vltimũ: quod tũc est, cũ illud est sibi Deo charius: ita qꝫ qs Deum per mortale contẽneret, vt lucrũ nãciscatur. Et quartò generaliter ea, quę est cũ emptione aut vẽditione quę sit mortale. de quo vide ſ. Emptio. ¶ Quartò* quęritur, vtrũ licitæ sint assecurationes, quę plerunq; fiũt à mercatoribus, licet nõ sint mercãtiæ? Et dico hoc fieri triplicitẽr. ¶ Primò scilicet in mercibus: vt cũ qs mittit, aut expectat merces per mare, vel loca periculoſa, & timet de submersione vel præda, & ipõdet alicui quinq;, vel sex ꝙ cẽtenario, vt ille eũ assecuret, id est, sẽ obliget omnia soluturum si perierint. Et dicit Archi. hoc licitè fieri, & assecurãtẽ posse dicta quinq; vel sex lucrari, si res saluæ fuerint ratione periculi: qa ibi nõ est mutuũ, vt patet: nec turpe lucrũ, cùm nõ inueniat prohibitũ hoc, & hominũ vtilitati deseruiat, vt experimur. Nec obst. c. nauigãti. de vsur. vbi vsura est, si is, qui suscipit in se periculum merciũ, & inde aliquid percipit: quia, vt no. Io. Cald. illud est quãdo percipit ratione mutui facti mercatori, non ratione periculi. ¶ Et secũdò fit in pecunijs: & hoc dupliciter. s. eo modo quo de mercibus dictum est, cùm deferũtur cũ periculo: & est idem iudiciũ, vt ibi: & rursus cùm quis satisfiat pro

eo,qui eas mutuo accipit grauiter,vel ſub vſuris, de quo timet ꝙ fallat: & pro ſatiſdatione vult vnũ,vel duo ꝙ cẽtenario. & hoc Arc.poſt Lau.de R.i. ſi ille accipiẽs nõ erat omnino ſecurus,dicit ratiõe periculi:ſed ſi eſſet omnino ſecurus. vt qa habet in bonis, nõ videtur lucrũ eſſe tutũ: quia videtur implicitũ mutuũ, & eſſet vſura manifeſta, ſi idẽ eſſet mutuator, & ſatiſdator. Ego verò dico,ꝙ nullus poteſt eſſe ita ſecurus,quin poſsit aliquod interuenire periculũ,vel ſaltẽ aliqua difficultas,& labos in rehabẽdo:& ratione huius poteſt aliqd percipere plus,aut minus ſecũdùm periculi, & rei qualitatẽ. Et tertiò fit in perſonis: & hoc dupliciter.ſ. per ſaluũ cõductũ perſonale, & pro hoc licitũ eſt aliquid accipere,modò promiſſa ſeruẽtur: & cũ certatur ſuper futura morte,aut vita alicuius,& vnus obligat ſe ad decẽ danda,ſi tali tẽpore nõ fuerit viuus: & ſimiliter alius,ſi eodẽ tẽpore nõ fuerit mortuus: & ſecundùm Archi.hoc lucrũ licitũ nõ videtur: quia nulli vtilitati,ſed ſoli cupiditati deſeruit,& poteſt dici turpe lucrũ:& datur via ad mortẽ optandã alicuius: & pauperibus erogãdum eſt.xiiij.q.v.habetis.de cõſilio tamẽ,vt dicit,nõ de neceſſitate.Et idẽ dicẽdũ dicit de omni cõtentione facta inter quoſcũq; de quocũq; euẽtu,vl cuiuſcũq; rei veritate,quę à quibuſdã dicitur inuadiatio:& omne tale lucrũ videtur tu:pe:vel ſaltẽ dic eſſe vanũ. ¶ Quintò*quæritur,quis cõtractus ſit in aſſecuratiõe,& alijs dictis in §.priore:Et dico,ꝙ excepto caſu cautionis pecunię mutuatæ,in alijs nõ eſt ludus:quia nõ ordinantur ad totũ,ſed ad lucrũ.Eſt aũt in aſſecuratione rerũ,& pecuniarũ delatarũ cõtractus innominatus,de quo habes ſ.Contractus. §.iiij.& ſimiliter in alijs enumeratis:qa ad hoc quod eſt,do vt facias,reducitur,do ſi facias: vel do ſi fiat,vel ſi erit,vl ſi fuit,vel ſi eſt. licet dici poſsit in aſſecuratione rerum delatarum eſſe locationem rerum conducendarum ſecuré.

NEOPHYTVS dictus eſt quaſi nouus in fide: à neos nouum,& phytos fides.xlviij.diſt.quoniam. & talis prohibetur ordinari etiã ad minores ordines, vt ibi: vbi & cauſa redditur:imò & tõſurari.argu.xix.q.iij.monaſterijs. dicitur etiã & nouus in religione p tranſſumptionẽ: vt ea.diſt.xlviij.ſicut. de quo j. Religio,quintò, per totũ.

¶ NECROMANTIA. Vide infrà,Superſtitio.

NOMINATIO propriè dicit eſſe vnus modus ꝓuidendi in eccleſijs vacãtibus.Sed ſciẽdũ eſt,ꝙ eſt triplex, ſecũdùm Panor. in c.quia ſicut. de elect.vna ſcilicet non ſolennis:vt quãdo ante ſcrutiniũ inter electores aliquis nominatur tanquam bonus & ſufficiens:quę nõ tribuit ius nominato:ſed ſolùm proponit in collegio,vt eligatur ſi placet.Alia verò eſt,quæ fit in ſcrutinio electiõis, intellige vt dicendo,eligo talem,& nomino talẽ:per quã nõ acquiritur ius.arg.ſi tibi abſenti.de præb.lib.vj. Sed tamen publicato ſcrutinio non poteſt nominans variare, ſi dignum nominauit.prius autem videtur poſſe:vt in c.publicato.de ele. Alia verò eſt ſolennis, quę ſecundũ Hoſt. fit,quãdo duo vel tres,qui ſunt ſolẽniores in capitulo, vel alibi nominãtur Papæ:adde vel ſuperiori, & per collegiũ petitur,vt de aliquo eorũ prouideat: & per hanc quodam modo acquiritur ius nominatis,ſecũdùm Sum.Roſel.ſed Pan.ibidem tenet contrarium:licet non poſsint nominãtes variare, poſtquã eſt ſuperiori nominatio præſentata, ſecũdùm eundem Pan. & Hoſt.in c.bonæ.eli.de electio. De numero autem vocum videtur hîc dicẽdum, ſicut infrà,de poſtula. §.ij.

NOMINATIM idem eſt qđ nomine nominato:ſicut 1
dicitur qs expreſſus,aut vocatus nominatim, ſi hoc fiat eius nomine expreſſo. Igitur ſecũdùm Inn.in c.in Lateranenſi.de præben.interdicti nominatim dicuntur,qui interdicti ſunt expreſsis nominibus proprijs, & ſimiliter omnes de ciuitate vel caſtro, ſi illa vel illud interdicitur, i. homines illius. ſecus autẽ ſi excõmunicatur Petrus cũ ſuis fautoribus: quia fautores nõ ſunt excõmunicati, niſi de fautore notoriè cõſtaret.Hoc autẽ dictũ Inn.intellige ſic,ꝙ prolata excõmunicatione, vel interdicto ſub aliquo nomine,puta talis populi,aut fautoris talis rei,vel pſonę, excõmunicati,vel interdicti ſunt nominatim omnes,qb illud nomen notoriè cõuenit: ſicut ſi interdicitur populus,omnes,quos notoriè, ſiue per certitudinẽ indubitatã cõſtat de illo populo eſſe:nõ autem alij. Et ſi interdicunt, vel excõmunicantur alicuius fautores,omnes, quos notoriè conſtat eſſe fautores. Sed Panor. in eo.c. dicit contra Inno.eſſe gl.in cle.j. de vita & hone.cle.in verbo,nominatim,id eſt proprijs nominibus expreſsis. Sed illa gl.per nomina intelligit ipſa nomina,& circunſtãtias indubitabiles,quę vicem habeant proprij nominis.quod patet per ſimilem gl.in c.cõſtitutionem. de ſent.excom.lib.vj. quæ habet in verbo nominatim,id eſt, proprijs nominib expreſsis, vel alijs indubitabilibus circũſtantijs, quę habeãt vicem proprij nominis.Panormitanus aũt ibi nititur cõcordare prædictas opiniones:& dicit,ꝙ vbi agit de pœna incurrenda ipſo facto,non dicitur quid fieri nominatim, niſi exprimatur ipſum proprijũ nomẽ: quia hoc importat etymologia vocabuli. & in iſtis odioſis nõ eſt recedendũ à propria ſignificatione verborũ: vt in c.ſtatutum.de electio.libr.vj.niſi circunſtãtiæ ſint ita expreſſæ, & ſtrictæ,ꝙ ex toto vicẽ proprij nominis importent. & facit lex ij.ff. de libe.& poſth. & Inſti.de exhæ.lib. §.nominatim. & in l.quoties. §. ſi quis nomen.ff.de hære.inſti. & l.certũ.ff.ſi cer.pet. vt puta ſi dicatur, filius Petri, qui ſcilicet vnicum habet filiũ, & huiuſmodi. Si verò nõ agitur de pœna incurrenda ipſo facto:tunc etiã dicitur nominatim expreſſus,qui per circunſtãtias nõ ſic ſtrictas eſt expreſſus. Et ſic intellige Inn.cũ dicit,ꝙ interdicta ciuitate.i.populo eius, &c.Et ad glo.in c.ànobis. el j. de ſenten. excommunica. quã videntur ſequi cõmuniter Docto. quæ dicit,ꝙ dum dicitur, quiſquis furtũ fecerit, excõmunicatus ſit: omnes nominatim intelliguntur excõmunicati, qui furtum fecerunt,tanquam expreſsis proprijs nominibus: Summa Angelica dicit dicendũ,ꝙ intelligitur,quòd ita ſunt excommunicati, quaſi nominatim fuiſſent expreſsi: non quòd dicantur nominatim excommunicati. Sed quia gloſſ.expreſſe dicit,quòd intelligũtur nominatim excõmunicati, tu dic, ꝙ loquitur quando conſtat notoriè aliquem, ſiue certitudinaliter furtum admiſiſſe.

¶ NOTARIVS, infrà Tabellio.

DE NOTORIO.

1 *Notorium in genere, quot modis ſumitur.*
2 *Notorium facti quotuplex eſt.*
3 *Notorium iuris quotuplex eſt.*
4 *Notorium facti,an efficiat notitia decem virorum.*
5 *Notorium qualiter probetur.*
6 *Notoria an exigant ordinem iuris.*

NOTORIVM dictũ à noto,quod eſt ſigno,vel dẽonſtro,eſt aliquid adeò intricatũ,quòd ſecũdùm Ioan. de Lig.& dominũ Antoniũ multi de notorio loquuntur, quid ſit notoriũ ignorãtes:&,vt videtur,importat euidẽtiã rei alicuius talẽ,ꝙ ſine tergiuerſatione notari poſsit. ¶ Primò*ergo quæritur, quot modis ſumitur notorium in genere? Et dico,ꝙ aliqui dicunt,quòd notorium dicitur dupliciter, ſiue eſt duplex,ſcilicet iuris & facti:quidam verò ꝙ eſt triplex, ſcilicet iuris, facti,& præſumptionis: quidam etiã notoriũ iuris diuidentes in duo,ſcilicet confeſſionis,& cõuictionis,dicunt ꝙ eſt quadruplex,& ratio horum patebit ex dicẽdis.Dico ergo,ꝙ in genere dicitur duobꝰ modis.Primò,ſcilicet impropriè,vt eſt aliquid notabile nõ in ſe,ſed in alio:quod tamen de ſe non facit euidentiam talis rei,ſed ſolùm ex ordinatione iuris: & ſic notorium dicitur præſumptionis.& ſecundũ Pan.in gl. & in 4
c.veſtra.de coha.cle.& mu.& Arch.eſt illud quod ius euidẽter præſumit ex alio noto:ſicut quis habetur publicè & notoriè pro filio alicuius ex cõiecturis inductis à iure. Et ſecundò propriè, vt eſt notabile in ſe. & hoc dupliciter. Quoddam enim eſt notoriũ facti:& ſecũdũ Archi.poſt gl. ij.q.j.de manifeſta.eſt illud quod exhibet ſe & offert oculis omnium,id eſt,quod ita habet euidẽtiã facti, ꝙ negari non poteſt,ſcilicet probabiliter.d.c.veſtra.quod & intelligę ꝙ habet euidẽtiã in ſe,vt quia videri poteſt: vel ãalio, quod de ſe arguit illud,& nõ ſolùm ex diſpoſitione iuris, vt fornicatio ſacerdotis videtur in argumẽtis gradiẽtibus ſuper terrã.Vel vt in d.c.de manifeſta.not. Archi.eſt illud, cuius populus eſt teſtis,& nõ eſt locꝰ inficiationi.xvj.di. c.in ſacerdotibus.de coha.cle.tua.ff.de ritu nuptia.l.palã. in princ.Vel,vt dicit Pan.vbi ſuprà,eſt clara & famoſa loquutio ex euidẽtia rei ſurgẽs,quæ tergiuerſatione aliqua celari nõ poteſt:vt probatur in d.c.tua. & c.euidẽtia.de ac cuſ.Duę primę diffinitiones dantur de iſto notorio in ſe: tertia verò de eodẽ,vt eſt in ſuo effectu,id eſt,hominũ locutione.Sed hoc eſt notãdũ ſecundũ Pan.vbi ſ.ꝙ notorium,intellige facti,ex tribus cauſatur,ex ſcientia hominũ, ſcilicet nõ paucorũ, & ex loci ac temporis qualitate,ita ſcilicet ꝙ nõ fiat nocte vel in loco ſecreto. Circa quod tamẽ ſecundũ Cal.diſcretus iudex ex circunſtantijs arbitrabitur factũ eſſe notoriũ vel non eſſe. Quoddã verò eſt notoriũ iuris:& ſecundùm Pan.vbi ſuprà,eſt ſpontanea confeſsio, clara probatio,iuſta,indubitata & irreuocabilis diffinitio. Sed iſta diffinitio eſt generis p ſuas ſpecies, vt patebit §. iij.Ideo tu dic,ꝙ notorium iuris eſt id,quod eſt notorium in actu iuridico,id eſt,in iudicio. ¶ Secũdò quæritur ſpecialiter,quotuplex eſt notorium facti? Et dico,ꝙ hoc notorium poteſt diuidi dupliciter,ſcilicet ex parte facti notorij,& ex parte eorũ quibus eſt notoriũ. ¶ Primo modo intelligo Pan.vbi ſuprà,& Arch.poſt gl.vbi ſuprà,ſcilicet,ꝙ notoriũ facti eſt triplex.Primum eſt facti permanentis: vt quòd palatium dominorũ ſit in platea,& ſic dicitur notorium,quaſi res nota omnibus volentibus illam videre.pro quo authen.qui ſemel.C.quomodo & quãdo iud.& c.euidentia.de accuſatio. Secundũ eſt facti tranſeuntis, & non redeuntis:vt ſi in cõſpectu populi ſit aliquis interfectus.ſi 5
militer vox pręconis:quia huiuſmodi factum notoriũ eſt pro tunc,nõ pro nũc.& ſic intellige quod nõt.gl. in dicta auth.qui ſemel.Tertiũ eſt facti interpolati:ſecus eius qui paratus eſt mutuare ad vſuram,& meretricis: quia nec ille ſemper mutuat,nec ſemper illa peccat.Bart.autẽ poſt Iac. de Buc.in l.ciues.C.de app.dicit notoriũ eſſe quod habet actũ permanentẽ:vt quòd palatiũ dominorũ eſt in platea. Quæ autem nunquã habuerunt actum permanentem, vt vox pręconis, & huiuſmodi,tranſire nõ poſſunt in notorium,ſed bene in manifeſtũ. Sed primum eſt melius,alioquin nõ daretur notoriꝰ fornicator. Si verò diuidatur ex parte eorum quibus eſt notoriũ:ſic aliquid dicitur notoriũ,in monaſterio,parochia,vel terra,aut prouincia:& generaliter in omni cõgregatione decem perſonarũ.de quo vide j. §.iiij. ¶ Tertiò quæritur,*etiam ſpecialiter,quotuplex eſt notorium iuris? Et dico ꝙ eſt triplex, ſcilicet illud.de quo quis eſt condemnatus in iudicio,vel cõuictus, vel ſponte cõfeſſus:quia,vt dicit Pan.vbi ſuprà,ex ſententia in iure facta oritur notoriũ, nec poteſt amplius retractari:vt in d.c.veſtra.& c.fi.& in c.cùm inter.de re iudi.militer ex probatione clara & indubitata:vt in c.cũ olim. de verb.ſigni.& ex ſpontanea cõfeſsione:vt in d.c.veſtra.
¶ Quartò quæritur,*vtrum ad notorium facti requiratur notitia totius populi vel maioris partis:aut certè ſufficiat notitia decẽ virorũ? Et dico de hoc fuiſſe opiniones,quibuſdam dicentibus,ꝙ requiritur ſcientia totius vel maioris partis populi:alijs verò ecõtrario,ꝙ ſufficit ſciẽtia decem perſonarum.Pro quo ſciẽdum eſt,ꝙ decem perſonæ plebem faciunt,vt patet in tex.& gl.x.q.iij.vnio. & ſecundũ glo.Ray.faciunt populũ. & ideo vbi eſt adunatio decem perſonarum,poteſt oriri notoriũ,vt patet glo.in d.c. de manifeſta.vbi autem pauciores ſunt,nõ poteſt oriri:vt dicit Pan.in d.c.veſtras.Glo.ergo in d.c.de manifeſta. dicit ſufficere notitiã decem hominũ:mota quia hic numerus plebem facit.Pan.verò vbi ſuprà dicit nõ requiri ſciẽtiã totius populi,ſed totius viciniæ vel maioris partis:ita ꝙ nõ ſint minores,id eſt,pauciores decem. quod Summa Angelica intelligit quaſi non ſint pauciores decẽ illi, qui ſciũt:ſed malè:quia illa intelligit,ſiue intelligere debuit, quòd non ſint pauciores illi de vicinia. Vnde Suppleni.& Summa Roſel. habent alium ſenſum, vt ſufficiat ſcientia omniũ vel maioris partis eorum qui ſunt in aliquo loco, ſcilicet villa,vel parochia:etiam,inquiunt,ſi ibi non ſint nili decem perſonę:& ſic conſequenter ſufficit,ſi ſciãt ſex: quia eo caſu teſtis eſt populus,cũ ſit teſtis maior pars populi.& ſi populus vel cœtus ſit cœtus xx.hominũ,ſufficiat ad eſſe notorium in tali populo ſi ſciant xj. & ſic de alijs. Igitur vbi ſex ſciunt, dicitur notoriũ ſimpliciter,licet non dicatur notoriũ in prouincia vel ciuitate.quod patet,tum quia aliàs ſi ſcientia ſex perſonarum non facit notoriũ,inter occultum diuiſum contra notorium immediatè daretur medium,cùm tale occultum ſit quod quinq; ſciunt,vt patet per glo.q.j.manifeſta.de pœniten.diſt.j. §. hæc aũt ſecreta.tum etiam quia glo.Ray.dicit,quòd etiam ſi parochia habeat mille parochianos,& ex illis ſolùm decẽ graues & honeſtæ perſonæ,ſcãdalizantur de focaria ſacerdotis:dici poteſt,quòd populus ſcandalizatur:cùm decẽ homines populũ faciant:& ſic ſex ſunt maior pars populi alicuius.tum etiam quia ſi hoc nõ ſufficit, non poſſet probari notoriũ in aliqua plebe,niſi numeratis omnibus plebanis,& facta fide quòd non ſint plures,ad videndum an maior pars ſciat.quod videtur ridiculum:cùm interdũ in plebe ſint multa hominum millia. ¶ Quintò quæritur,*qualiter probetur notorium? Et dicit Pan. vbi ſuprà, ſufficere duos teſtes:licet non ſufficiant ad illud cauſandum: quia in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum. De quo vide glo.in §.quando.ij.q.j.& quod not.glo.in l.iij. ff.de teſt. ¶ Sextò quæritur,*vtrum in notorijs ſeruandus ſit ordo iuris? Et dicit Pan.vbi ſuprà,ꝙ ſic in notorio præſumpto:ſed ibi eſt ſpeciale:in notorio autem facti nõ requiritur,niſi ſcientia & citatio:imò ſi cõſtat ꝙ nulla poſsit cõpetere defenſio,citatio non requiritur:quia illa ſit vt ſe defendat.& ſic intelligitur c.olim.de re iudicata.& c. venerabilem.de electione. Sed vbi cõpetere põt defenſio ſine citatione,ſentẽtia nõ valebit.& ſic intelligitur clemẽ. paſtoralis.de re iud.Requiritur etiã ſentẽtia, ſed cum ſolita ſolennitate:non autẽ litis cõteſtatio, & alius iudicia-

rius ordo solennitatem respiciens.vt dicta clem.pastoralis. Adde quòd requiritur probatio per duos testes ad minus:vt in glo.l.iij.ff.de testib.nisi sit notorium facti permanentis,vt in c.euidentia.de accus.

NOVALE in priuilegijs piorum locorum intelligitur omnis ager nouiter ad cultum redactus,de quo non extat memoria quòd aliquando fuerit cultus.de verbo. significa.l.quid per nouale.

¶NOVITIVS.vide infrà Religio quintò, per totum.

DE NVNTIATIONE NOVI OPERIS.

1 *Nuntiatio noui operis quibus causis fiat,& pro quibus operibus.& nume.2.*

3 *Nuntiatio noui operis cui fiat,& quibus modis.& nu.4.*

5 *Nuntiatio noui operis quot modis remittatur.*

NOVI operis nuntiatio secundũ Hosti. est ædificanti nouiter in alterius præiudiciũ prohibitio facta legaliter.ff.de no.ope.nuntia.l.j.Et dicitur nouiter ædificans, non solùm qui ædificiũ nouũ instruit,sed etiã qui instructi formam immutat.ff.eo.l.j. §.opus nouũ.non autẽ,qui imponit incrementum,aut reficit antiquum.d.l.j. §.si quis ædificiũ.nisi ex toto fuisset destructũ,vt no.in c.cõsuluit. 1
1 de Iudæ. ¶Primò verò quæritur,* quibus causis fiat hæc nuntiatio?Et dico ꝙ tribus:gratia scilicet tuendi ius proprium aut publicũ,aut damni repellendi.d.l.j. §.nũc vide
2 mus.& §.nuntiatio. ¶Secũdò quæritur,*pro quibus operibus fieri possit?Et dico ꝙ solùm pro coniũctis solo, vel his quæ in solo fiũt,quorũ ædificatio vel demolitio videtur opus nouũ:vt d.j. §.hoc autem edictũ. & ad præterita non fit,sed ad futura.vt ibidẽ.Et se extendit etiã ad ecclesiam & locũ religiosum:cùm hæc non sint in alterius præiudicium construenda:vt extrà eod.c. j.quod tamen fallit quàndo episcopus propter necessitatẽ populi aliam ecclesiam vult ædificare,licet sit in aliarũ ecclesiarum præiudicium.de eccle.ædifi.ad audientiã.Non autem se extendit ad purgationẽ cloacarum & riuorũ:quia hoc est publicæ vtilitatis & securitatis.ff.eod.l.de pupillo. §.si quis riuos.
3 ¶Tertiò quæritur,*cui hæc nuntiatio fiat?Et dico ꝙ domino,vel ꝓcuratori:seruo,puero,vel fabro,id est, ei qui 2 fabricat.d.l.de pupillo. §.nũtiare.& debet fieri in presenti in ipso opere,& nõ tantũ domino,sed his qui sunt ibi.
4 ¶Quartò quæritur,*quibus modis fiat?Et dico ꝙ tribus. Primò simplici verbo inhibẽdo.Secundò per inhibitionẽ prætoris.Tertiò,iactando lapillum,& dicendo,nũtio tibi opus nouũ per iactum lapilli.licet aliqui dicãt iactum lapilli fieri debere ter. ar.ff.de re iud.l.cõtumacia. de constitu.ex literis.in gl.vbi trina monitio est legitima.Nuntians primo modo perdit possessionẽ,& facit aduersariũ possessorem:sed secũdo & tertio modo retinet possessionem,secundùm Bernard.in c.ex parte.de verb.signi.& d.
5 l.de pupillo.& d.l.j.¶Quintò quæritur,*quot modis remittitur ista nuntiatio seu prohibitio?Et dico ꝙ quatuor. Primò verbis expressè.ff.eo.l.non solùm §.sciendum. Secundò,transactione,ibidem.l.j. §. inde quæritur. Tertiò, morte nuntiatoris.d.l.non solùm. §.morte. Quartò satisdatione.Sed denuntians habet tres menses ad deliberãdũ an velit de suo iure docere,aut recipe cautionẽ de demoliendo,in quibus denuntiatus ædificare non poterit:si tamẽ intra tres menses de suo iure non docuerit,postea denuntiatus caueat de opere demoliẽdo ,& ædificet. C.eo.l. vnica.& in c.vlt.extrà eo.¶Sextò quæritur, quis sit huius nuntiationis effectus? Et dico, ꝙ omne ædificatum post illam demoliri debet ædificans suis expensis.d.l.j.& l.prætor. §.j.eo.tit.& extrà eo.per totum.

NVBERE,id est,matrimoniũ contrahere,nõ inducit infamiam in muliere intra annum lugubrẽ,de secũdis nuptijs.super.& pœnæ intra illud tẽpus impositæ mulieri contrahẽti per leges ciuiles,secundũ Bart. in l.si qua mulier.C.de secun.nup.per ius canonicũ sunt correctæ si sunt impositæ,quia nupsit nimis festinanter:non aũt quæ sunt impositæ,quia secundò nupsit:intellige in fauorẽ filiorum.Et idem Pan.in c.fi.de secun.nup.vide s.Lex. §.x.

DE NVPTIIS.

1 *Nuptiæ secundæ an sint benedicendæ,& quid si ex parte alterius tantùm sint secundæ.& nu.2.*

3 *Benedicti duo si ante consummationem matrimonij separẽtur, & cum alijs contrahant,an denuò benedicantur.*

4 *Benedicendi an sint ad secunda uota transeuntes,qui nunquam antea fuerunt benedicti.*

NVPTIAE dictæ quasi nube tectæ,eo ꝙ nubentiũ capita velabantur.xxxv.q.v.nostrates.& c.fœminæ.idẽ sunt quod matrimonium.ead.q. c.nullam. licet aliquãdo sumantur pro copula carnali:sicut spõsus beatæ Mariæ dicitur ad eius nuptias nõ peruenisse. ¶Primò ergo quæritur,vtrum secundæ nuptiæ sint benedicendæ? Et dico, ꝙ secundæ nuptiæ non sunt benedicẽdæ.cuius rationẽ assignant glo.in c.capellanum.de secun.nup.quia sacramentũ non debet iterari.quod Pan.ibi bene reprobat:quia nõ est illa benedictio sacramentum,sed sacramentale, de quo infrà Sacramenta.Vnde ratio est,vt significetur,ꝙ continẽtia præfertur matrimonio,vel secundũ S.Tho.in iiij.dist. xxviij.in litera.& dist.xlij.q.iij.art.ij.ratio est defectus sacramenti.de quo infrà §.sequẽti.Sacerdos autem benedicens secundas nuptias debet suspensus ab officio & beneficio mitti ad apostolicã sedem.extrà eo.vir. Sed secundũ Host.& cõmuniter doct.non est suspensus,sed suspendendus.Et secundũ Ioan.And.locum habet hæc pœna vbi benedicuntur secũdæ nuptiæ durantibus primis.Sed hoc stare nõ potest cum dicendis §.sequẽti.ideo habet locũ vbi sunt secũdæ ex parte viri ac mulieris,vel ex parte mulieris tantùm,secundũ S.Tho.vt §.sequẽti. ¶Secũdò queritur, *quid si nuptiæ sint secundæ solùm ex parte alterius,ita ꝙ vnus tantùm coniugũ sit aliàs benedictus?Et dicit S.Tho. in.iiij.dist.xlij,q.vlti.ar.vlt.ꝙ benedictio ideo à secundis nuptijs subtrahitur,quia licet secundum matrimonium in se sit perfectum sacramentũ, tamẽ in ordine ad primũ habet aliquid de defectu sacramenti,non habens plenã significationem,cùm nõ sit vna vnius, sicut est in matrimonio Christi & ecclesię:sed tamẽ intelligẽdũ est ꝙ subtrahitur, qñ sunt secũdæ ex parte viri & mulieris,vel ex parte mulieris tãtùm:quia si virgo cõtrahat cum eo qui aliã habuit vxorẽ,nihilominus nuptiæ benedicũtur:quia saluatur aliquo modo significatio,etiã in ordine ad primas: quia etsi Christus vnam ecclesiã spõsam habeat,habet tamẽ plures personas despõsatas in vna ecclesia:sed anima nõ põt esse sponsa alterius quàm Christi:propter quod quãdo mulier secũdò nubit,nuptiæ nõ benedicũtur.hæc ex illo.Sed oppositum tenet Pan.in c.vir.eo.ti.per illũ tex.scilicet ꝙ nõ debẽt secũdæ benedici,etiã si virgo ducatur in vxorem à transeunte ad secundas nuptias,nisi subsit cõsuetudo per papã scita & tolerata.Et hoc in sacramentalibus procedit, vt ad inducendum cõsuetudinem requiratur papæ tacitus cõsensus.Cum qua opinione transit Host.Dir.Sum.Ang. & Sum.Rosel.& Supple.limitantes S.Tho.quantũ ad virginẽ,si cõsuetudo hoc habeat.Sed ego dico, ꝙ illud verũ est,etiã si hoc consuetudo non habeat:quia nõ est illicitũ introducere consuetudinẽ bonã, quando nulla lex ei repugnat,

gnat.Sed contra,inquit Pan.quia tex. hoc dicit,ꝙ isti sunt benedicti,licet alter ipsorũ tantùm fuerit benedictus.Sed dico,ꝙ ille tex.videtur habere sensum contrariũ,& velle, ꝙ non benedicantur secundæ nuptiæ,quãdo ambo fuerãt prius benedicti,sic dicens: Vir autẽ & mulier ad bigamiã transiens nõ debet à presbytero benedici:quia cũ alia vice benedicti sint,eorum benedictio iterari nõ debet.hæc tex.Sed cõtrà iterum,inquit ipse & Dir.quia cũ ista benedictio sit communis marito & vxori,ex quo alter fuit benedictus,nõ debet benedictio iterari: quia iteraretur in psona aliàs benedicta.Sed dico primò, ꝙ alicubi bñdicitur spõsa seorsum à spõso:& secundò, ꝙ non inconuenit iteratò aliquẽ benedici ratione alterius & per redundãtiam:cùm hoc nõ sit propter imperfectionẽ primæ benedictiõis,sed quia secunda persona nõ benedicitur absolutè, sed in ordine ad primò benedictam.Sed cõtra,inquit,Direc.qa caro benedicta trahit ad se non benedictã,vt tota sit benedicta.Sed dico,ꝙ hoc esset verũ,si efficeretur simpliciter vna numerò caro:sicut aqua addita aquę bñdictæ fit vna numero simpliciter: sed nõ est ita hic, sed aliqualiter simile 1 est,sicut cũ vinũ additur sanguini,& nõ fit sanguis.de ce-
3 leb.mis.c.cũ Marthæ. ¶Tertiò qrit,*quid si inter duos benedictos ante cõsummationem matrimonij celebretur diuortiũ,& deinde vterq; cõtrahat?Et dicit Ho.ꝙ secundæ nuptiæ nõ benedicẽtur:qa spiritualis bñdictio tãtæ est efficaciæ,ꝙ semper trãsit,nisi obicem inueniat cõtrariæ volũtatis.de bap.maiores.etiã si per risum vel iocũ fiat:& cõsequẽter semel recepta amitti non potest.de diuor.c.quãto.& ita tene,quia nũquã benedictio debet super aliquẽ iterari.d.c.vir.Quod aũt §.priore dicit S.Tho. de virgine,intellige nõ solũ si antè nõ fuit benedicta, verũ ẽt si cũ hoc,etiã cũ alio nõ cõtraxit:quia iam non esset vna vnius,
4 sed duorũ successiuè.¶Quartò quæritur,* quid si duo ad secũda vota trãsierint,qui tñ aliàs nunquam fuerũt benedicti in primo matrimonio?Et dicit Dir.ꝙ poterũt benedici:quia non est vis in bigamia,sed potius in benedictione ne iteretur.Sed tu dic,ꝙ dandæ benedictionis in secũdis nuptijs ex parte mulieris duplex est impedimẽtũ,si als fuit benedicta,vel etiã si cõtraxit sine benedictione: quia iam non saluatur mysterium,vt sit vna vnius:ex parte aũt viri est primũ tantùm:vt patet ex dictis.Et ideo in hoc casu dabitur quidẽ,si vir contrahat cum muliere non habente repugnantiã ad benedictionẽ,id est, cum virgine, quæ nunquam contraxit:non autem si nubat mulier, etiam cũ viro non habente ad benedictionem repugnantiam.

DE OBEDIENTIA.

1 *Obedire superiori an debeat subditus in omnibus. & nume.2.*

3 *Obedientia omnis an habeat cõditiones aliquas subintellectas.*

4 *Præscriptio an currat contra obedientiam.*

5 *Papæ an sit in omnibus obediendum ab ecclesiasticis,& secularibus.& nume.6.*

7 *Obedientia clericorum ad suum episcopum qualis esse debeat.*

8 *Obedientia monachi exempti uel non exempti.& nume.9.*

10 *Obedire qualiter quis debeat uarijs superioribus.*

11 *Meritorium an magis sit aliquid facere ad dictũ fratris,quàm ad præceptum prælati.*

12 *Subditus an facere teneatur ea quæ scit uel credit esse de uolũtate superioris.*

OBEDIENTIA,vt innotescat,sciendũ est secundùm beatum Doctorem.ij.ij.q.ciiij.art. ij.ꝙ non inconuenit in vno materiali obiecto cõcurrere duas speciales rões, ad quas duę speciales virtutes ordinãtur.sicut miles defendẽdo castrum regis implet opus fortitudinis nõ refugiẽs mortis pericula,ꝑpter bonũ & op⁹ iustitiæ debitũ seruitiũ domino suo reddẽs. Igitur obediẽtia dupliciter sumitur,sicut & inobediẽtia,vt s.dictum est,scilicet large ꝓ executione cuiuscũq;, quod potest cadere sub pcepto ex quacũq; intẽtione:& sic est virtus generalis.& propriè,secũdùm quod respicit per intentionẽ formalẽ rationẽ pcepti:& sic est virtus specialis, id est, habẽs formale obiectũ speciale,id est,præceptũ expressum vel tacitũ,cuiusmodi est voluntas superioris nota. Et secundũ eum ibi, sic põt diffiniri,Obedientia est virtus moralis,promptã reddens voluntatẽ ad implendũ voluntatẽ præcipiẽtis.Vnde,secũdùm Greg.obediẽtia,quæ habet aliquid de suo, vt in prosperis,est vel nulla,vel minor:qa scilicet volũtas nõ videtur tẽdere in præceptũ principaliter,sed in propriũ volitũ,quod quantũ ad exterius apparens intellige:qa quo ad Deũ corda rimantẽ põt esse obediẽtia in prosperis nõ minus laudabilis,si prompta volũtas obediẽtis non min⁹ deuotè tẽdat in præceptum.¶Primò verò quærit,* vtrũ subditus suis superioribus teneatur in omnib⁹ obedire?Et dico secundùm S.Tho.ij.ij.q.xiiij.quòd in pertinẽtibus ad interiorem motum volũtatis non tenetur homo homini obedire:quod intellige nisi per accidẽs, vt interior mot⁹ colligatur ex exteriori. de quo vide s. Excommunicatio. vij.excommunicatione ij.primo notabili.& s.Hora. §.xj. parti.ij.In his verò quæ pertinent ad motum vel actũ exteriorẽ colligendo ex c.si quis.de maio.& obed.in gl.& ix. q.j.sciendum.& ij.q.iij.si dominus.dico,ꝙ cùm triplex sit superioritas,spiritualis scilicet,& tẽporalis politica, quo ad regimẽ Reipublicæ: & tẽporalis œconomica, quo ad regimẽ propriæ domus vel familiæ: obediẽtia limitatur secũdũ gradum superioritatis,ita,ꝙ superiori obediendũ est à subditis in his,in quibus habet superioritatẽ. Igitur superioribus spiritualibus,puta papæ,episcopo,& alijs ꝓlatis ecclesiasticis obediendũ est in spiritualibus necessarijs,vel ptinẽtibus ad salutẽ,quæ spopõdim⁹ in baptismo, secundũ S.Tho.in ij.dist.xliiij.Superioribus verò politicis,id est,principibus in tẽporalibus spectãtib⁹ ad Rempublicã,nisi potestas eorũ esset vsurpata:quia eo casu subditi nõ tenentur obedire,nisi propter scandalũ,secũdũ Ric. in ij.di.vlt.Vñ nihil precipere possunt ecclesiasticis:qa nõ subijciuntur eis.de cõstit.ecclesia.Non põt etiã subditos subijcere alterius dominio sine eorũ volũtate.de ma. & obe. c.dilecti.& c.fi.Superiori verò œconomico,id est, patri in pertinẽtibus ad dispositionẽ rei familiaris.¶Prędictis autẽ in talibus, quę ad eorũ superioritatẽ pertinẽt,nõ obedire ex cõtẽptu vel sciẽter sine causa rationabili in re alicui⁹ importãtiæ arbitrio boni viri est mortale: qa contra iustitiã,cuius obediẽtia est pars.quod tñ,secundũ S.Th. vbi s. fallit si præciperetur aliqd contra pceptũ Dei,sine in dispẽdiũ salutis,aut cõtra præceptũ superioris ad præcipientẽ,vel in his q ad eorũ supioritatẽ nõ pertinẽt,in qb⁹ obedire nõ est necessariũ,nisi ratiõe scãdali. ¶Et ex his patet primò,secundùm S.Tho.ibi,ꝙ nõ tenetur homo homini obedire quo ad motus interioris volũtatis,vt dictũ est:qa in his ei nõ subditur,sed in pertinẽtibus ad corpus:nec secũdò in corporalibus quantũ ad ea quæ pertinẽt ad naturam corporis:vt circa matrimoniũ contrahẽdũ,vel seruãdã virginitatẽ,& huiusmodi:qa oẽs homines natura sunt pares:sed in pertinẽtibus ad dispositionẽ actuũ & rerũ humanarũ tenetur subdit⁹ obedire superiori secũdũ rõnem superioritatis,vt miles duci in spectãtibus ad bellũ, seru⁹ domino in seruilib⁹,fili⁹ patri in spectãtib⁹ ad disciplinã

2 & curã domesticã, & sic de alijs. ¶ Secũdò quæritur,* vtrũ obedire teneatur subdit⁹, si dubitet an id, quod præcipit, sit cõtra Deũ nécne? Et dicit Ray. quòd sic: & generaliter in dubijs. de tempor. ordi. c. ad aures. & excusat à peccato. xxiij. q. j. quid culpatur. nisi sit de his in quibus ignorãtia nõ excusat: puta cõtra articulos fidei, pcepta Dei, vel gñale statutũ ecclesiæ. iuxta ea q̃ dicta sunt s. Ignorãtia. §. vij. Et concord. S. Th. & Gof. habentes regulã, ꝙ quoties subditus cõuenienti inquisitione certificari nõ põt, obedire debet, & obediendo excusatur, etiã si dubitet an agat contra præceptũ Dei nécne. Imò aliquãdo etiã bonũ, sine quo potest esse salus, ꝑpter obedientiã debet omitti. xj. q. iij.
3 quid ergo. ¶ Tertiò q̃ritur,* vtrũ in omni obediẽtia sint aliquæ cõditiones subintelligẽdæ? Et dicit gl. in c. ij. de voto, ꝙ sic, scilicet si possibilitas adest. facit c. q̃relã. & c. breui. de iureiur. & l. Paulus. ff. quæ senten. sine ape. re. & admittitur omnis rationabilis causa, vt no. Pan. in c. magnæ. de vot. & facit c. si quãdo. de rescrip. & c. ex parte. de offi. deleg. & quod not. Archi. in c. vtinam. lxxvj. di. ¶ Quartò
4 quæritur,* vtrum contra obedientiam currat pscriptio? Et dico, ꝙ non: quia semper adest mala fides. l. j. C. de ser. fugi. & c. fina. de regu. iur. & in glo. c. sicut nobis. ibidem.
5 ¶ Quintò quæritur* specialiter, vtrũ papæ sit in omnibus obediendum ab ecclesiasticis? Et dicit Pan. in c. inquisitioni. de senten. excom. c. quòd non. ¶ Primò si præceptũ sapit peccatũ: & intellige etiã de veniali. xj. q. iij. quid ergo. intellige etiam si papa credit mandatũ iustũ, & tamẽ subdito constat illud in se cõtinere peccatum. de resti. spolia. literas. ¶ Nec secũdò si ex obediẽtia presumeretur stat⁹ ecclesiæ perturbãdus vehemẽter, vel aliud malum aut scãdalum futurũ, etiam si præciperetur sub pœna excõmunicationis latæ sentẽtiæ, vt not. idẽ in c. si quãdo. & in c. cũ adeò. de rescri. Ex quo ipse in d. c. si q̃n. infert, ꝙ si mandat etiã sub pœna excõmunicatiõis latæ sentẽtiæ aliqd, ex cuius executione psumitur scãdalum animarũ vel corporũ futurũ in ciuitate, nõ est ei obediendũ: qa hoc fit legis authoritate: vt in d. c. si quãdo. sed rescribẽdũ est papæ: imò ex c. officij. de pœni. & re. habetur, ꝙ ius positiuũ interpretatur, ꝙ restitutio, quæ scilicet est de iure diuino, aliquãdo nõ fiat ratiõe periculi corporũ vel animarũ. de quo s. Consuetudo. §. ix. ¶ Nec tertiò secũdũ eũdẽ Pã. ĩ c. olim. de cler. cõiug. q̃n ipse cũ maiori parte cõcilij indiceret cõtinentiã certo generi personarũ post monitionẽ eis resistẽtibus: quia cõtinẽtia persuaderi põt, imperari non põt. xxxij. q. j. integritas. Et sic dici potest, ꝙ eis ĩdicere nõ potest vitam strictiorem cõtra eorũ velle. lxxiiij. disti. gesta. & quod ibi not. in regula, qđ omnes. in vj. de quo vide s. Matrimoniũ. viij. §. xij. particul. vij. & ĩ. Religio. vj. §. vj. ¶ Nec quartò est obediendũ simpliciter, si rescribat ꝓ notoriè indigno, vt assignet ei certũ bñficiũ. Sed distinguẽdũ est ex dictis Io. And. in c. cũ adeò. de rescri. & in c. significauit. de offi. ord. qa si non cõstat pcise de intẽtione principis, mãdatarius nõ debet obedire, sed expectare secũdã iussionẽ d. c. si q̃n. quia quãdoq; princeps propter nimiã ĩportunitatẽ vel subreptionẽ nõ cõcedenda cõcedit. Si verò pcise cõstat, ꝙ velit huic indigno pro tũc ꝓuideri: aut papa põt in illo actu dispẽsare, & illi parendũ est: qa tunc videtur dispensare. Aut dispẽsare non põt: vt quia est tanta indignitas, ꝙ sine peccato fieri non põt: & tunc non est
11 esset scãdalosa. ¶ Vndecimò quæritur,* quæ sunt de substantia ordinũ, & quæ nõ? Et dicit Ray. & Astẽ. Gof. ꝙ omnia de qbus inuenitur in iure ꝙ fieri debeãt, sunt de substantia, nisi inueniatur expressum in iure ꝙ nõ sint de substantia. quod etiã Sum. Ang. extẽdit ad ea omnia de qbus inuenitur in pastorali, ꝙ debeãt fieri: quod tñ nõ bñ dicitur: alioquin si dicitur in pastorali ꝙ aliquid faciat habendo mitrã, nihil faceret si eã nõ haberet. quod est ridiculũ. Est aũt expressum in iure, quedã nõ esse de substãtia, cuiusmodi secũdũ Ray. est tẽpus ordinationũ. de tẽp. or. sane. & ætas ordinãdi. di. lxxvij. subdiaconus. & in c. in veteri. & vnctio. de sac. vnc. c. j. cir. fi. de sacra. nõ iter. c. j. & impositio manuũ episcopi, quo ad p̃sbyterũ vel diaconũ. de sac. nõ ite. c. vlti. & ꝙ ordo recipiatur à proprio episcopo Græco vel Latino, vel cum debitis interstitijs. de tep. ord. quod translationẽ. & in c. literas. & ix. q. ij. Lugdunẽsis. Et cõcor. Host. secundũ quẽ etiã & Hug. ac Veruec. nõ est de substantia ꝙ ordinãs & ordinandus sint ieiuni. quod etiã cõiter tenent doct. licet de hoc dubitauerit Ray. similiter nec missa est de substãtia. quod secũdũ Gul. & Hug. & Io. dist. vij. in c. ordinationes. el j. & Ber. in c. sicut. de electio. licet dubitauerit Ray. & Host. verũ est in minoribus & prima tõsura. Sed circa hoc aduerte, ꝙ Canonistæ in hac parte nõ plenè satisfaciũt ingenio, sed materiã inuoluũt, & multiplicãt scrupulos sine causa: qa nõ habẽt clauẽ. Vnde dicẽdũ est, ꝙ vbi est rei essentia siue substãtia, est res ipsa: & vbi est essentia ordinis est ordo: & nihil deficit nisi accidẽs aliquod pertinẽs ad solẽnitatẽ supplẽdo omissum, & nõ iterãdo factũ. Essentia aũt ordinis tota per diffinitionẽ eius, q̃ suprà posita est, explicat' sicut & in alijs reb⁹: vñ cõsistit in traditione signaculi cũ expressione formę verbalis, per quã character imprimitur, q secũdũ S. Tho. est essentialiter & principaliter sacramentũ ordinis. iiij. dist. xxiiij. q. j. ar. j. q. ij. ad primũ. Vnde de substãtia vel essentia ordinis nõ põt esse nisi traditio alicuius signi cũ exp̃ssione formę. & circa hoc est verum quod dicit Ray. Astiẽ. & Gof. ꝙ qcquid iura tradũt faciẽdũ, tenẽdũ est quasi sit de substãtia, nisi exprimatur cõtrariũ per iura, aut supple manifestã & indubitatã rationẽ Theologorũ probantiũ clarè in aliquo signaculo non imprimi characterẽ ordinis alicuius: & si in vno ordine essent plura signa, vt in sacerdotio calix patenatus, vnctio ac impositio manuũ, vtrũq; iudicaretur de substãtia, nisi de secundo & tertio fuisset exp̃ssum. Igitur si ritè peragãtur omnia, quæ dicũtur obseruãda in traditione signaculorũ visibiliũ tã ex parte formæ q̃ materiæ: recipitur verè character & essentia ordinis: & qcquid aliud omittatur, supplebitur, & nõ iterabitur. Si verò circa p̃dicta aliqd omittatur, totũ ex integro iterabitur, nisi de illo iura cauerint ꝙ nõ sit de substãtia. Quòd aũt dicit Inn. & tenet Suppl. & Ros. si sacerdoti nõ fuerit traditus calix patenatus, secũdũ aliquos nõ esse supplẽdũ, qa nõ sunt de substãtia, sed tñ tuti⁹ eẽ supplere: meritò reprobat Arc. qa in hoc ĩprimitur ei⁹ character: imò incõgrue vtitur verbis, cũ dicẽdũ fuerit, tuti⁹ esse iterare.
12 ¶ Duodecimo q̃ritur,* an sit supplẽdũ vel iterãdũ quo ad ordines, si eps ordinãdo deficiat? & tenet Archi. post Inn. & cõiter Canonistę, ꝙ per ipsum vel aliũ inchoabitur vbi ille dimiserat, nisi sint aliqua cohærẽtia, vt vnctio, & oratio: qa supple vtrũq; supplẽdũ, etiã si alteri iam fuisset expletũ: qa vnũ est vt materia, aliud vt forma, quæ seiungi nõ debẽt: vel nisi vnus sit actus, vt patet in forma cõsecrationis Eucharistię, & in forma baptismi, cuius vna parte dicta per alium recipitur forma in baptismo: & in missa ab illo loco q pridie. & cõcor. Host. & ita tenet Supp. & Ros. Sed tñ hoc vltimũ. s. ꝙ sit reincipiẽdũ in missa ab illo loco, q pridie: nõ est verũ, vt s. Eucharistia. ij. §. x. part. iij.

RVRSVS de Ordine. iij. quantũ ad ordinatorem.

1 *Ordinare quis posit vel de facto vel de iure. & nu. 2.*
3 *Episcopus an ordinare posit clericum alienum. & nu. 4.*
5 *Episcopus qui resignauit, an posit ordines conferre.*
6 *Ordines an conferat hæreticus & præscisus ab ecclesia.*
7 *Papa an posit non episcopo dare licentiam conferendi ordines.*
8 *Episcopus ordinans contra iura quam pœnam incurrat.*
9 *Episcopus an repellere posit clericum volentem promoueri.*
10 *Ordines suscipere an cogatur clericus à prælato, etiam hæretico. & nu. 11. vel simoniaco. & nu. 12.*

ORDO rursus tertiò cõsiderari potest quantũ ad ordi-
1 natorem. ¶ Primò ergo quæritur,* quis posit vel nõ posit esse ordinator de facto? Et dico ꝙ esse põt episcop⁹ secundùm omnia iura & omnes doctores, vt etiã p̃bat S. Tho. in iiij. dist. xxv. & hoc etiã si sit degradatus, vt j. §. vj. Reqruntur tamẽ duo. primò ꝙ sit baptizatus: aliàs ordinẽ nec cõferre põt, nec recipere, nec conficere, nec absoluere: ordinati tñ ab illo aut absoluti saluãtur propter fidẽ sacramẽti: de quo vide s. Baptismus. vj. §. iij. & secũdò ꝙ habeat ordinẽ quẽ vult cõferre: aliàs illũ tradere nõ poterit, vt s. Ordo. ij. §. j. Nõ põt aũt esse nõ episcopus, nisi ex cõmissione, vt probat S. Tho. vbi s. Vnde si ordines confert sacerdos tantũ, nõ est nisi ex cõmisione papę: & similiter si abbas cõfert, licet in hoc videatur differẽtia, quia abbatibus videtur cõmisio facta per iura. dist. lxix. quoniã. de ætat. & quali. cũ cõtingat. nõ aũt sacerdotibus. ¶ Secundò
2 quæritur,* quis posit esse ordinator de iure, id est, licitè ordinare ad aliquos ordines? Et dicit Host. in c. cũ contingit. de æta. & qualit. & sequitur Pan. in c. quãto. de cõsue. ꝙ prima tonsura, quæ dicitur clericatus, dari põt à quolibet sacerdote parochiali suis subiectis. & idem Hug. Ray. Io. Inn. & etiã Archi. in c. nullus episcopus. de tẽp. ord. li. vj. Gof. aũt cõtrariũ tenet: & sic videtur vsus ecclesię Romanæ. Sed Ioã. Andr. in d. c. cũ cõtingat. distinguit ꝙ hoc põt, si super laicũ habet quasi episcopalẽ iurisdictioné. de priuileg. abbates. lib. vj. si nõ habet, nõ potest. qđ sequitur Sum. Angel. Sed quia talis authoritas. s. quasi episcopalis, nũquã videtur curato simplici cõuenire: meli⁹ distinguẽdum est cũ Archi. post Pet. de Pal. quòd dari põt ab eo, qui põt ordines minores cõferre, nisi sit ei specialiter interdictũ: vt ab episcopo vel abbate, & ab omnibus presbyteris cardinalibus cõmuni cõsuetudine, aut ab alio de licentia sui episcopi. Prima autẽ tonsura simul cũ minoribus ordinibus dari potest, secundũ Archi. post Pet. de Pal. cõmuni cõsuetudine per omnes presbyteros cardinales: & intellige quo ad minores omnes. Et idẽ possunt abbates exẽpti mitrati, etiã quo ad laicos, in quos habẽt ecclesiasticã iurisdictionẽ. Simplices verò abbates nõ exẽpti, si sunt sacerdotes & bñdicti, vel recusata est eis bñdictio, dare põt tres minores, vnũ impropriè, & duos p̃priè dictos, id est, primam tonsurã, ostiariatũ, & lectoratũ, in suo monasterio, & suis monachis, seu his, qui vt efficiãtur monachi ad eos venerint, & secularibus omnibus, super quibus habẽt quasi episcopalẽ iurisdictionẽ. dis. lxix. quoniã. & de ætat. & quali. cũ cõtingat. Sed aduerte hîc ꝙ iura nihil dicũt de

ostiariatu, sed de lectoratu tantū in suo monasterio. Vnde Canonistę q̄ credūt ostiariatū esse infra lectoratū, arguūt idē de ostiariatu: sed secundū ordinē quē S. Tho. videtur tenere & ꝓbare vbi supra, infra lectoratū est exorcistatus: & sic hos duos posset cōferre scdm iura: nō aūt ostiariatū, nisi ratione cōsuetudinis qua traditur ante lectoratū. Imò hoc possunt ēt in alio monasterio exēpto, si inuitētur ab abbate: aliàs nō, arg. lxix. di. c. j. imò secūdū Io. dist. lxix. c. j. hodie possunt dare oēs minores. quod not. Ho. sequitur in d. c. cū cōtingat. & d. Anto. & Archi. in d. c. quoniā. quia eadē est ratio de alijs duob⁹. Et idē eadē ratione dicit Io. And. Inn. super d. c. cū cōtingat. & Ray. & Gof. & ita dicit Host. seruari. & ly. solùm, nō determinat ly lectoris, sed ly suo monasterio. de quo no. in c. abbates. de priuileg. li. vj. quod videtur, vbi hoc habet cōsuetudo, licet, vt dicit Arc. prima opinio sit tutior: qa cōsuetudo licet det iurisdictionē, nō tn̄ potestatē cōsecratiōis vel ordinis: qa ad hoc dico q̄ cōsuetudo, licet circa hoc nō det posse, dat tn̄ interpretationē posse cōcessi: vnde interpretat cōmissionē factā ab 8
batibus sup. lectoratu, vt extēdatur ad oēs minores, ex quo papa scit & tolerat. & hoc patet extrà, de ord. ab epi. q. res. c. j. Ordines aūt oēs, etiā sacri, dari possunt per episcopū oibus de sua diœcesi oriūdis, aut q̄ in ea habēt domiciliū vel beneficiū, aut de licētia episcopi, cui ordinād⁹ est subditus, vel capituli sede vacāte, aut vicarij generalis episcopo in remotis agēte: vel sui prelati, si sunt religiosi exēpti. hæc no. in c. nullus. & in c. eos. de tēp. ord. lib. vj. & lxvij. dist. c. vno. & xxiiij. dist. episcopus. & qd̄ dicitur, adesse debet assensus suorū clericorū. secundū Host. intelligitur vt præsumātur cōsentire eo ipso q̄ nō contradicūt. ¶ Tertiò
3 quæritur spāliter,* vtrū episcopus ordinare possit clericū alienū? Et dico q̄ nō sine licētia sui superioris. de tēp. ord. eos. li. vj. qa supior hoc casu est episcopus diœcesis, ex qua oriūdus est is q̄ vult ordinari, vel in qua habet bñficiū vel domiciliū, vel in qua per suos ꝓlatos est deputatus religiosus in prioratu nō exēpto, quādiu ibi moratur. Inferiores aūt ꝓlati, siue religiosi, siue alij, nō possent talē licētiā dare, nisi ex priuilegio, nec officialis episcopi, sed eius vicarius gn̄alis in spūalibus, aut capitulū eo mō quo §. priore dictū est. Si tn̄ potēs ordinare ordinet nō sibi in hoc subditū: nihilominus character cōfertur secundū Inno. in c. j. de sup. negl. præla. arg. viij. q. ij. Lugdunēsis. De pœna tn̄ eius
4 vide §. §. viij. ¶ Quartò q̄ritur,* vtrū episcopus Italię possit ordinare vltramōtanū clericū? Et dico q̄ nō, nisi habeat licētiā à papa vel episcopo diœcesis eius vnde est oriūd⁹, vel in qua est bñficiatus p̄ parētes ipsius epi cōtinētes causam rationabilē quare nolit vel non possit ipsum ordinare. Si aūt cōtra hoc aliqui fuerint ordinati: ipsi q̄dē suspēsi sunt absq; spe dispēsatiōis: ordinātes verò debēt cōdignè
5 puniri. de tēp. ord. lib. vj. ¶ Quintò quæritur,* vtrū episcopus q. resignauit episcopatui, possit ordines cōferre? Et dico q̄ sic sicut antè, si resignauit loco tūtū, & rogatur à proprio episcopo loci. Si verò renuntiauit loco & dignitati, pōt cōferre oēs minores, sed nō sacros. extrà, de or. ab eo
6 epi. re. c. j. ¶ Sextò q̄ritur,* vtrū hæretici & præcisi ab ecclesia possint ordines cōferre? Et dicit S. Tho. in iiij. dist. xxv. q̄ cōferūt vera sacramēta, licet nō gratiā, ꝓpter peccata recipiētiū ab eis sacramēta cōtra ꝓhibitionē ecclesiæ: ꝓmotiū ab eis nō recipiūt executionē, vt licitè possint in suis ordinibus ministrare. Hęc ex illo, q̄ intēdit, q̄ pñt cōferre ordines de facto, sed nō de iure. Ignorātia tn̄ facti excusat à peccato: sed postquā sufficieter hoc sciūt, abstinere debēt quousq; dispēsantur, secundū Arch. & secundū Host. in episcopatu solus papa dispēsat. de elect. qa diligētia. & similiter in alijs ordinibus, si fuerint ordinati à talib⁹ sciēter vel ex ignorātia crassa. Si verò ignorātia fuit nō supina, discretus prælatus dispēsabit, secūdū Ho. extrà, de or. ab eo q̄ epi. re. c. j. & ij. Videtur aūt idē dicere Gof. de interdicto & suspēso à diuinis. s. q̄ nō cōferāt ordinis executionē. ix. q. j. c. j. & seq. ¶ Septimò quæritur,* vtrū papa possit dare licētiam non epo cōferēdi ordines sacros? Et dicit Inn. in c. quanto. de consue. q̄ sic; modò talis habeat ipsos ordines, quos vult conferre. Sed S. Th. videt sentire cōtrariū in iiij. di. xxv. q. j. ar. j. ad tertiū. vbi sic dicit, papa q̄ habet plenitudinē ptātis, cōmittere pōt nō episcopo ptinētia ad episcopalē dignitatē. mō illa nō habeāt immediatā relationē ad corpus Christi verū: ideoq; ex eius commissione sacerdos simplex pōt cōferre ordines minores, & cōfirmare. nō aūt nō sacerdos, nec sacerdos maiores ordines, q̄ habēt immediatā relationē ad corpus Christi, supra qd̄ cōsecrandū papa nō habet maiorē ptātē q̄ simplex sacerdos. Hæc ille. Et hæc opinio S. Tho. seruatur in practica. vide Capre. in iiij. di. vij. ¶ Octauò q̄ritur,* quā pœnā incurrat episcopus ordinādo cōtra iura? Et dico sic: Si qs aliquē ordinauerit ifra legitimā ætatē, de qua §. Ætas. primò qdē sic ordinatus in cōtumeliā ordinātis debet suspēdi ab executione illius ordinis vsq; ad legitimā ætatē: sed nō est suspēsus, secūdū Ray. Arch. Ant. de But. & Zab. & si antè exeqtur ordinē, peccat mortaliter, & toties quoties, licet nō efficiatur irregularis, nisi sit suspēsus prius à supiore. Et secūdò ipse ordinās debet suspēdi à collatione ordinū, & cōpelli ad prouidēdū totaliter ordinato in bñficio cōpetēti. de tēp. or. vel nō ēst. Si qs aūt ordines minores cū subdiaconatu, vel duos ordines sacros simul, cōtulerit, vide tit. priore. §. vij. in fi. Si verò episcopus, abbas, vel sacerdos ordinat nō subditū suū sciēter vel ignorātia affectata, p annū à collatiōe ordinū est suspēsus: & postquā suspēsio fuerit manifesta, poterūt subditi sine eius licētia vicinis episcopis ordinari. de tēp. ord. eos. li. vj. vbi gl. in verbo, manifesta, dicit per euidētiā facti, vel qa est iure notoriū: aliàs in dubio à ꝓprio ꝓlato nō recedāt. de quo etiā vide §. Irregularitas. §. ix. & si ꝓdictus ordinator sit episcopus Italiæ, & ordinat⁹ sit vltramōtanus, vide §. §. iiij. Si qs etiā eps vel alius clericalē tōsurā ꝓsumit cōferre infanti, nisi fortè religionem intret: seu illiterato, vel absq; sui superioris licētia homini diœcesis alienę, vel cōiugato, nisi velit intrare religionē, aut ad sacros ordines iuridicè promoueri: p vnū annū à collatione clericalis tōsurę dūtaxat nouerit se suspēsum. de tēp. or. c. fi. li. vj. & glo. in verbo suspēsum. dicit ipso. iure. Si ēt episcop⁹ ordinat sciēter indignū, secūdū S. Th. peccat mortaliter: qa est infidelis dño suo, cōmittēs indigno ministeriū eius, ꝑcipuè cū hoc vergat in detrimētū ecclesiæ honoris diuini: & si tot bonimi nistri nō pñt inueniri, melius est habere paucos bonos, q̄ multos malos. xxiij. di. tales. nec secūdū Albe. excusat nobilitas, qa quātò nobilior, tātò nociuior, nec q̄ ali⁹ nō ēēt ita vtilis: qa oīs vtilitas tpalis spūali postponēda est: nec q̄ nescitur mal⁹: qa necesse est scire q̄ sit bon⁹ p rationē talē qualē possibile est haberi de homine: imò secundū Albe. etiā peccat mortaliter si dispēsat cū indignis & malis: sec⁹ si patitur necessitate cōpulsus, ne peius eueniat. Pro hoc tn̄ scito q̄ secundū eundē Alberi. est quis dupliciter indignus, scilicet negatiuè, quia nō habet cōdecētiā ad dignitatem vel beneficiū, licet nō habeat cōtrarium: & cum tali propter necessitatē ecclesiæ indigētis literatis & defensoribus dispensari posset, vt à cōi haberet de ecclesia, donec addisce-

addiscere. licet secundùm Io. nō posset ei sine mortali dari bñficiū cū cura: & ecōtrario: qa scilicet habet contrariū dignitati vel beneficio, puta vitiū vel impedimentū: & iste nullo modo est promouēdus ad ordinē vel bñficiū. ¶ No
9 nò quæritur,* vtrū episcop⁹ repellere possit clericū volētē ꝓmoueri? Et dicit Ray. q̄ sic, si nō habet ius petēdi ordines: secus si illud habet, vt ratione beneficij cui ordo est annexus: sicut beneficio curato sacerdotiū: qa eū ꝓhibere nō pōt, quāuis sciat eius peccatū occultū. & ita pōt ītelligi c. ex tenore. de temp. ord. quod Archi. benè intelligit de epo ꝓprio: nō de alieno, q̄ ordinare eū non tenēt, nisi ad placitū. Si verò vitiū vel impedimētū sit manifestū, publicè repellere cū pōt, secundū Archi. Regularis tn̄ in nullo
10 modo debet ordinari cōtra volūtatē sui prælati. de tēpo. ordi. c. adaures. ¶ Decimò quæritur,* vtrū prælat⁹ possit cogere clericū ad ordines suscipiēdos? Et distinguo secū dū Doct. cōiter in c. quæris. de æta. & qualit. Nam si habet beneficium, tenet indistīctè Sum. Ang. q̄ cogi possit. Sed melius Supple. post Pis. distinguit limitādo, q̄ si habet be-
11 neficiū vel dignitatē, cui annexus sit ordo, sicut archipresbyteratui, abbatiæ, vel ꝓpositurę ad sacerdotiū, secūdùm Ray. pōt cogi per subtractionē illius beneficij. dist. lx. innouamus. de elect. c. cū in cūctis. de æta. & quali. c. j. imò si illud beneficiū sit parochia, nisi fiat sacerdos intra annū, est ipso iure priuatus, nisi ex iusta cā remāserit. de elect. c. licet canon. & c. cū ex eo. libr. vj. quod tn̄ fallit si canones obsistāt. d. c. cū in cūctis. sicut si abbas cōfirmatus ante ordinationē fiat sine culpa sua irregularis: vt qa manū perdidit. qd̄ tn̄ si ex culpa sua accideret, esset priuādus: quo casu quitur d. c. j. de æta. & qualit. cōcor. Host. Gof. & Vl. Si verò nō habet bñficiū ecclesiasticum vel dignitatē, cogi nō pōt, imò ordinās inuitū est suspēsus à celebratione missæ p annū: & debet deponi. di. lxxiiij. c. j. & ij. & similiter si habet quidē: sed si tali bñficio, vel dignitati nō sit talis ordo annexus, idē est iudiciū secundū Ray. vt d. c. j. & ij. Hoc tn̄ fallit si necessitas vł vtilitas ecclesiæ hoc exposcat: quo casu cogi pōt: ita q̄ si se excusat ratiōe admissi criminis, debet eps eo remoto à bñficio, quod obtinet, alios ꝓmouere: nisi alⁱs esset valde vtilis vel necessarius. de æta. & qual. c. q̄ris. & ita intelligi pōt c. cōsuluit. dist. lxxiiij. Si verò se excusat sola volūtate sine alia causa: debet cōpelli p subtractionē officij & beneficij. dist. lxxiiij. c. iij. & iiij. Si autē se excuset ratione impedimēti nō ꝓueniētis ex delicto suo, puta infirmitatis vł huiusmodi, cogi nō debet: alⁱs posset appellare: sicut & tutor datus q̄n eius excusatio iusta non admittit. ff. q̄n app. sit. l. j. §. si qs tutor. Et idē Host. Gof. & Vl. addētes, q̄ exigit ecclesię vtilitas q̄n indiget ministris. & nō sunt alij idonei ꝓter istū, quē episcopus vult cōpellere: necessitas verò q̄n nullus est alius. Et si episcopus cōpellat eo casu quo poterat, sed malo animo: nihilo minⁱ secundū Ray. clericus tenetur obedire, ex quo iustū & vtile præcipitur. ar. xj. q. j. qd ergo. xxiij. q. j. qd culpaē. in fi. xxxiij. q. v. manifestū. & idē Host. & Gof. ¶ Vndecimò q̄ritur,
12 *qd si ad ordinē cogatur à suo episcopo, quē scit hereticū vel schismaticū? Et dicit Gof. q̄ obedire nō debet, sed potiⁱ sustinere excōicationē. de sen. exc. ingsitioni. Et idē secundū Io. si sciat prælatū meū suspēsum, excōicatum, vel interdictū: si tn̄ obediat, vide j. Ordo. v. per totū. ¶ Duodecimò q̄ritur,* quid si clericus sciat episcopum se ad ordines cogentē esse simoniacum? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. 100. q̄ nullo modo debet obedire, etiā si simonia sit occulta, mō ipse sciat. & intellige de simonia in ordine suscepto. sed potius debet permittere se excōicari. ar. d. c. ingsitioni.

Si verò ignorat, nō recipit ordinis executionē, etiā si simonia sit occulta: sed indiget dispēsatione, in detestatione criminis. j. q. j. si qs à simoniacis. & idē Host. ac Rayn. Si verò eps sit simoniacus ex alia cā, pōt ab eo ordinē recipere, modò sit simonia occulta: qa est suspēsus solùm quo ad se: tn̄ secūdū Hosti. debet, si pōt, obtinere vt ordinet ab alio. Notandum est tn̄, q̄ si simoniacus eps esset ratione simoniæ excōicatus: in hoc casu oporteret lo q̄ vt §. priore.

RVRSVS de Ordine quartò quantū ad ordinandos.

1 *Ordinari qui non possint nec de facto nec de iure. & nume. 1.*
3 *Curialis quis dicatur.*

ORDO cōsiderari pōt quartò ex parte ordinādorum, qui multa possent habere impedimēta quātū ad executionem ordinis, vł receptionē tam iuridicā quàm de facto. Quædam enim, vt dicit S. Tho. in iiij. dist. xxv. q. j. art. j. requiruntur in recipiente sacramētum de necessitate sacramenti, sine quibus nō suscipitur: & quædā de necessitate præcepti, ꝓpter cōgruitatē sacramēti, sine quibus percipitur. ¶ Primò ergo quæritur,* qui sint, qui nō possunt ordinari de facto, ita, q̄ si de facto ordinētur, characterē nō suscipiunt. ¶ Et dico, q̄ talis est primò mulier, secundùm S. Tho. in iiij. dist. xxv. q. ij. & Rich. ibidem: qa in his, quæ in sacramentis agūtur, requiritur non solùm res, sed significatio rei: in sexu autem fœmineo nulla potest significari eminentia gradus. vide ibi. Nec obstat c. psbyter. & c. mulieres. xxxij. dist. in quib⁹ vocatur psbytera. & c. diaconissam. xxvij. q. j. & c. sacratas. xxiij. dist. qa non ab ordine, sed à vidnitate dicitur presbytera, secūdùm S. Tho. quia prelbyter idē est quod senior: & diaconissa à participato actu diaconi, qui est legere homiliā, secundū S. Tho. Et adde, q̄ abbatissa dicit à prælatiōe: & sacrata à voto, quo sē Deo cōsecrat. Et secūdò qui ad ordines cogitur coactiōe absoluta: puta quia vi tenetur, secūdū Ray. sicut nec baptismū talis reciperet de baptis. maiores. in fin. Si verò coactio sit cōditionalis, puta vt euadat cruciatū, vel etiā mortē, si characterē suscipit, secūdū eundē. ar. di. lxxiiij. vbi ista. di. xlv. saltē indirecta. de qua Aug. voluit facere, quia voluit viuere. xv. q. j. merito. nō tamē tenetur talis secundùm Ioan. & glo. Ray. cōtinere, si metus fuit cadens in cōstantē virū, p. c. prælatū. de his quæ vi met. & c. ad aures. de æta. & qual. qa integritas est res voti, nō ꝑcepti. xxxij. q. j. ītegritas. qd̄ Sum. Ang. & Ros. indistīctè concedit. sed melius Supple. post Sū. Pis. limitat si habeat vxorē: qa ea licitè potest vti. Sed si nō habeat, cōtinere tenetur. arg. dist. xlv. de Iudæis. qa sicut ordinē, ita & cotinētiā, saltē indirectè vouit: & similiter tenet cōtinere, si nō fuit talis metus. Et idē Gof. & Ho. Et si talis vult viuere aliàs clericaliter, habebit priuilegiū clericale, secūdū Ray. quod tamē fallit primò secūdū Ray. si penitus sit obligatus ad actū cōtrariū: vt si duxit vi duā aut secūdā vxorē. di. lxxxiiij. quisquis. Secūdò si vxor vellet cōtinere, & ipse nollet. Si verò cōtraxerat cū vna & virgine nolēte cōtinere, & aliàs vult clericaliter viuere, illud habebit. ar. xxvij. q. ij. multorū. Et hoc in casibus, in quibus illud habet cleric⁹ qui cōtraxit cū vnica & virgine, de quo §. ¶ Et tertiò secundū aliquos, vt etiā not. Richar. vbi §. puer ante annos discretionis, & omnis nō habēs vsū rationis. Sed S. Tho. dicit vbi §. q̄ istorum dictum nec ratione nec authoritate firmatur: vnde ipse ibi tenet & ꝓbat, q̄ in solo episcopatu regitur vsus. ratiōis in suscipiēte de necessitate consecrationis episcopalis, in alijs autem non requiritur tempus discretionis de necessitate sacramenti, sed solū de necessitate præcepti quo ad maiores: vel de ho-

neſtate ſolùm quo ad minores, ſed nón de neceſsitate pręcepti. Vnde ſi neceſsitas adſit, & ſperetur ꝓfectus, poſſunt aliqui ante dictum tẽpus ad minores promoueri ſine peccato: & ſuſcipient ordinem, ad quem etiã per aſſuetudinẽ idonei reddentur. hæc ex illo. Sed hodie, vt dicit Arc. hoc non habet locũ: vt ſcilicet poſsit quis promoueri ante tps diſcretionis ad minores, & ſtatim poſt illud ad ſubdiaconatum: nec quod dicit Albe. ꝙ huiuſmodi tpe in religioſis nõ oportet ſeruare, quia ſupplet grauitas morum: nec qđ dicit Pet. ex diſpẽſatiõe epiſcopi poſſe tẽpꝰ anticipari, quia omnes huiuſmodi opiniones ſublatę ſunt per cl. j. de æta. & quali. nec poteſt epiſcopus, ſed ſolus papa diſpẽſare. de quo vide ſuprà Aetas. §. j. partic. iij. ¶ Secundò q̃rit,
2 *qui ſunt qui non poſſunt ordinari de iure? Et dico, ꝙ ordinari non pñt, primò nõ habẽtes legitimã ætatẽ: de quo ſuprà Aetas. §. j. Nec ſecundò illiterati. de temp. or. lib. vj. recipiunt tamẽ characterẽ ſi ordinãtur. diſt. lij. ſolicitudo. arg. c. veniẽs. de presby. nõ bap. & de hoc ſ. Clericus. ij. §. j. Nec tertiò criminoſi. vnde exiſtẽtes in mortali nõ debẽt ꝓmoueri. de temp. ord. c. ex tuarũ. & c. ad aures. aliter pec cat mortaliter ipſe ſuſcipiẽs, etiã ſi crimẽ ſit occultum, & toties quoties vt miniſter eccleſię actũ facit, vt tãgẽdo res* 3
ſacras quaſi ex officio ſuo: ſec⁹ ex neceſsitate, ſicut poſſet quilibet laicus, ſecũdùm S. Tho. in iiij. diſt. xxiiij. vt ſuprà Cleric⁹. ij. §. viij. & ſimiliter peccat mortaliter ordinator, ſi peccatũ ſit publicũ, vt not. in c. quæſitũ. de tẽp. ord. imo etiã ſi ſit ſecretũ, & hoc ſcit, & põt nõ ordinare. arg. eorũ quæ not. ſ. Ordo. iij. §. ix. Sufficit tñ contritio ſecundùm veriorem opinionem. ¶ Nec quartò bigami. xxvj. diſ. acutius. & ſ. Bigamia. ¶ Nec quintò ſolẽniter pœnitentes. di 18in. 50. ex pœnitẽtibus. vt j. Pœnitẽtia. §. iij. ¶ Nec ſextò neophyti. di. xlviij. §. prohibẽtur. & c. quoniam. & c. ſicut. ¶ Nec ſeptimò curiales, id eſt, ꝓpter aliquod officium curię obligati. di. lj. c. j. ij. & iij. di. liij. legẽ. abſoluti verò à curia nõ ꝓhibẽtur ordinari. diſt. lxj. Otius. niſi aliàs ſint infames vel irregulares: vt in dictis iurib⁹. vide j. §. iij. ¶ Nec octauò ratiocinijs obligati: de quibus dic vt j. Ratiocinia. ¶ Nec nonò ſerui: de quibus dic vt j. Seruit⁹. §. vj. ¶ Nec decimò corpore vitiati: de quibus ſuprà Corpore vitiat⁹. ¶ Nec vndecimò illegitime nati. Et qs ſit talis, vide ſuprà Filius. Vtrum autẽ poſsint promoueri ſi religionẽ intrẽt, ſuprà Illegitimus. Vtrũ verò diſpẽſatio vt ad clericatũ vel 1
ordines ꝓmoueri poſsint, intelligatur quo ad omnes: vi de ſ. Cleric⁹. j. §. iiij. ¶ Nec duodecimò peregrini, niſi habeãt literas authẽticas: vt j. Peregrinus. §. iiij. nec ignoti, 2
niſi prævia examinatione cognoſcantur. Et dicuntur peregrini, qui nõ ſunt oriundi de epiſcopatu, vel nõ habẽt ibi 3
domicilium aut beneficiũ: vt in c. cũ nullus. de æta. & qualì. vj. Ignoti verò, quorũ origo & vita & regularitas nõ eſt 4
nota epiſcopo. xxiiij. diſtin. epiſcopus. & ij. q. vij. quærendũ. ¶ Nec decimotertiò infames: de quo ſ. Infamia. ¶ Nec 5
decimoquartò irregulares: de qb⁹ ſ. Irregularitas. in prĩ. ¶ Nec decimoquintò ſuſpẽſi, interdicti, vel excõicati: de quibus habetur in ſuis locis. ¶ Nec decimoſextò ordinati in diaconos vel ſubdiaconos à papa: quia ſine eius licẽtia ab alio non poſſunt ad ſuperiores ordines promoueri. de temp. ordi. cùm in diſtribuẽdis. & j. q. j. filium. ¶ Nec decimoſeptimò hermaphroditi: vt ſ. Hermaphroditus. ¶ Nec decimooctauò cõiugati, niſi velint intrare religionẽ, vel ad ſacros ordines ꝓmoueri, vt dicũt canones. c. ſi. de tẽp. ordi. lib. vj. de quo dic vt ſ. Matrimonium. viij. §. xij. & ſ. Diuortiũ. §. xvij. ¶ Nec decimononò obligatus ad facien 6
dum aliqua indecentia, ſecundùm gl. Ray. vt ad miniſtrãdum in balneis vel tabernis, aut purgãdũ cloacas, niſi priꝰ ſatisfecerit, vel alium equè idoneum ſuppoſuerit ad talia: quod tamen in tranſeunte ad religionem non eſt neceſſarium: etiam ſi obligatio eſſet iuramento firmata: ſufficit ſi iuxta facultatem ſuã ſatisfaciat creditoribus, ſi mouetur inſpiratiõe Spiritus ſancti, quia excuſatur authoritate Spiritus: & xix. q. ij. duæ ſunt. & de reg. licet. Si aũt obligatio erat ad aliqd honeſtũ, etiã per iuramentũ, ſic intelligitur dictum Ray. quòd poteſt ordinari, ſed remanet obligatus vt ante: vel poteſt ſcribendo aut alia honeſta tacẽdo ſatiſ facere. Nec obſt. di. liij. legẽ. & diſti. liij. quicũq; quia illa intelligũtur de perpetuo obligatis: puta ſeruis, curialiꝰ, & huiuſmodi. ¶ Nec viceſimo hiſtriones, ſecundùm glo. in c. donare. diſt. lxxxvj. vt in c. maritum. diſtin. xxxiij. quia ſunt infames. iiij. q. j. c. j. ff. de his q no. infa. lij §. vlt. quod Pan. in c. cùm decorem. de vita & honeſt. cler. limitat, quãdo exercuerunt artem illam in publico. Facit l. palã. ff. de ritu nupt. xxv. q. ij. ita nos. Innocen. vero in d. c. cùm decorem. quòd vt quis ſit infamis, habeat hoc officium in curia, vel aſſueſcat ſe in illo actu. Ex quibus omnibus elicio, ꝙ eſt infamis & irregularis, quãdo hæc facit ex officio, in curia vel in publico ex cõſuetudine. ¶ Tertiò q̃ritur,* qs dicatur curialis? Et dicit Ray. quòd tripliciter dicitur. Primò largè is, qui quacunq; cauſa obligatꝰ eſt curiæ alicuiꝰ publicæ poteſtatis, ſiue ſit miles, ſiue aduocatꝰ, ſiue iudex, ſiue officialis, ſiue habeat officiũ honeſtũ ſiue inhoneſtũ. Secundò ſtrictè is, qui gerit honeſta curiæ officia: vt decuriones, iudices, & ſimiles. Tertiò ſtrictius, qui in cauſa ſanguinis ſunt officiales: & ſecundũ eũ omnes indiſtinctè prohibẽt ordinari. Et ſi officiũ finierunt, vide ſ. Ratiocinia.

RVRSVS DE ORDINE QVINTO, quantum ad iam ordinatum; verè vel fictè.

1 *Ordinatus in peccato, vel ab alieno epiſcopo, vel qui reſignauit, vel hæretico, an ſit ſuſpenſus. uſque ad nume. 4.*
5 *Ordinatus per ſaltum an ſit ſuſpenſus, & quid de ordinato in excommunicatione nume. 6.*
7 *Ordinatus poſt matrimonium per uerba de præſenti qualiter puniatur.*
8 *Ordines exercens qui non eſt ordinatus, qualiter puniatur.*

ORDO quintò cõſiderari poteſt quãtum ad eum, qui iam ordinatꝰ eſt verè vel fictè. ¶ Primò ergo q̃ritur,* quid de eo q ordinatus eſt in mortali, de quo ſcilicet nõ erat cõtritus? Et dico vt tit. priore. §. ij. in princ. Vtrũ autẽ à tali liceat recipere ſacramenta, vide ſ. Clericus. ij. §. vlti. ¶ Secũdò quæritur,* quid de ordinatis ab alieno epiſcopo ſine licentia proprij? Et dico, vt ſuprà Irregularitas. §. ix. ¶ Tertiò q̃ritur,* quid de ordinatis ab epiſcopo, q reſignauit loco vel dignitati? Et dico vt ſuprà Irregularitas. §. viij. ¶ Quartò q̃ritur,* quid de ordinatis ab hæreticis, excommunicatis, & huiuſmodi? Et dico vt ſuprà Irregularitas. §. vij. ¶ Quintò queritur,* quid de ordinato per ſaltũ, id eſt, ꝓtermiſſo aliquo inferiori ordine aſcendẽdo ad ſuperiorẽ? Et dico, ꝙ eſt ſuſpenſus ab executione ipſi⁹ ordinis recepti. diſtin. lij. ſolicitudo. de cler. per ſal. promo. c. j. vide ſ. Irregularitas. §. xj. recipit tñ verum characterẽ ordinis ſuperioris, ſecũdùm Rayn. etiã ſi immediatè ſine quocunque alio ordine quis promoueatur ad ſacerdotiũ, modo ſit baptizatus, ſecundùm Ray. Pet. Hoſti. & S. Tho. licet Hug. dixerit, quòd non, niſi habuerit ſaltem primam tonſuram. Fallit quod dictum eſt in epiſcopatu, q non ſuſcipitur, niſi pręceſſerit ſacerdotiũ: vt ſuprà Ordo ij. §. j. ¶ Sexto quæritur,* qd de ordinato dum eſſet excõicatus? Et dico, quòd ſi hoc fecit ſciẽs ſe eſſe excõmunicatũ, i ſuſceptis ſeptis ordinibus in perpetuũ eſt deponẽdus, ſi eſt clericꝰ ſecularis: ſi verò iã ſit effectꝰ religioſus, eſt ſuſpẽſus ab exercitiõe ſuſcepti ordinis & officij. Si verò nõ recolẽs factũ, ꝓ quo in excõicationem incidit, vel factũ quidẽ ſciẽs, ſed 1
iuris ignarus neſciebat ſe excõmunicatũ: ſtũc cũ eo, ſi eſt ſecularis, archiepiſcopus vel epiſcopus diſpẽſare non põt abſq; ſedis apoſtolicæ mãdato. Si verò eſt regularis, abbas ipſi⁹ poſt iniũctã & peractã pœnitẽtiã poteritcũ eo diſpẽſare: niſi graue fuerit & notabile factũ: vel q fecit, adultus fuerit & diſceret⁹, vt violẽter cõtra obliuionẽ & ignorãtiã præſumatur. probatur hæc in c. cũ illorũ. de ſen. exc. Simi liter ſuſpẽſus eſt irregularis per ſolũ papã diſpẽſabilis, q ſuſcipit ordinẽ in apoſtaſia à religione, extrà eo. apoſtata.
7 ¶ Septimò quæritur,* qd de eo q poſt cõtractũ matrimoniũ de præſenti ante carnis copulã ſe facit ad ſacros ordines promoueri aliter q̃ ſacris canonibus cõcedat? Et dico ꝙ eſt ſuſpẽſus, & mortua vxore nõ poterit in illo ordine miniſtrare, nec ad alios aſcẽdere, nec obtinere bñficiũ vl officiũ eccleſiaſticũ: nec illud matrimoniũ diſſoluitur ꝓ extraua. Io. xxij. quę incipit, antiquæ. qđ intellige ſi rema net in ſeculo: nõ ſi religionẽ intraſſet. ¶ Octauò queritur,
8 *qd de ordinato negatiue. i. qui nõ eſt ordinatus, & tamẽ aliqd exercet ordinis quẽ nõ habet? Et dicit Ray. ꝙ laici, q nullũ ordinẽ habẽtes diuinũ officiũ exercẽt indebitè, niſi ceſſare velint, debẽt excõicari, & nunquã ordinari. de cle. nõ or. mi. c. j. poſſunt tamẽ licitè facere officia ordinũ minorũ. Clerici verò exercẽtes officiũ ordinis, quẽ nõ habẽt, ſunt deponẽdi, vl ꝓpetuò ſuſpẽdẽdi ab ordine quẽ habebãt, niſi poſtquã iuxta permiſsionẽ epiſcopi biẽnio vel triẽnio ſuſpẽſi fuerint, miſer: corditer tolerẽtur, nunquã tamẽ vlteriùs promouẽdi. de cler. nõ ordi. mi. c. j. & ij. nec poterit cum tali diſpẽſari vt aſcẽdat, niſi per papã, ſecũdũ Ray. Got. & Veruec. & hoc tene, licet ſint opiniones: qa in d. c. ij. papa dicit epiſcopo ꝙ ad ordinẽ ſuperiorẽ nõ poterit promoueri: & ſic ꝓmotio eſt interdicta epiſcopo. quãtum autẽ ad beneficiũ cum eo miſericorditer agẽdũ eſt: vt ibi dicitur, etiã ſi ſit in minoribus, ſecundũ glo. Ray. Secundùm Hoſt. tamen ſi quis tale officiũ exerceret non ad deceptionẽ, id eſt, quaſi fingẽs ordinẽ quem nõ habet, ſed ex ludo cauſa fecti, peccat quidẽ, quia ludus noxius eſt in 2
culpa, nõ tamen incurrit prædictas pœnas: quia volũtas & propoſitũ diſtinguunt maleficia. de ſen. exc. cum voluntate. Idẽ ſentit gl. Ray. dicens hũc rigorẽ non extẽdi ad clericos minorũ ordinũ, vel qui miſsis nouis miniſtrãt in officio ſubdiaconatus cauſa gaudij & ſolẽnitatis, nõ mẽtiẽtes de ordinib⁹ ſuis, cũ ferè omnes aſsiſtẽtes ſciãt veritatẽ licitè etiã ſẽdm Veruec. q eſt ĩ minorib⁹ cãtat epiſtolã ſine ſolẽnitate, vt no. in c. vt quiſq;. de vi. & ho. nõ tñ debet cãtare ſolẽniter, id eſt, cũ ornamẽtis ſubdiaconi. xxiij. diſ. ſubdiaconatus. lxxiiij. diſt. ſi qui clerici. neq; ſecũdũ Inn. pręſente ſubdiacono. & cõcor. Hoſt. dicens quòd abſente ſubdiacono ſufficit quòd non teneat manipulum in manu ſua. 3

DE ORNATV virorum & mulierum.

2 *Ornat⁹ exterior quãdo ſit uitiũ, & quãdo ſine peccato, & nu. 2.*
3 *Ornatus ſuperfluus quando ſit peccatum mortale. & nu. 8.*
4 *Ornatus mulierum quando ſit licitus.*
5 *Habitu ſibi nõ conueniente utens an peccet. & num. 7.*
6 *Mulier attondens aut nõ uelate capillos, an peccet.*
9 *Cõfeſſores an abſoluant eos qui neſtimẽta inhoneſta geſtant.*
10 *Epiſcopus an uetare poſsit mulieres uti ornamẽtis fucatis.*

ORNATVS in genere humano eſt adiectio ſiue applicatio ornamẽti ad humanã pſonã. Ornamẽtũ autẽ eſt res extrinſecus adiecta naturalẽ gratiã augẽs, vel in

gratiam minuens. Circa ornatũ multa ſcripſerũt Summiſtæ: ſed qa nõ põt generali regula artis determinari ſem per quãdo ſit in eo peccatũ maximè mortale, ſed prudẽtũ arbitrio relinquitur: ideo materiam iſtam breuiter attingam. ¶ Primò igitur queritur,* quomodo in exteriori ornatu ſit vitiũ? Et quãtũ colligitur expreſſè per S. Th. ij. ij. q. clxix. art. j eſt ibi vitiũ ex parte hominis immoderate rebus exterioribus vtẽtis dupliciter. Primò ſcilicet per cõparationẽ ad cõſuetudinẽ hominũ, cum quibus viuit. quia turpis eſt omnis pars vniuerſo ſuo nõ congrues, ſecũdũ Aug. & ſecũdò ex inordinato affectu vtẽtis. Et hoc quãtũ ad defectũ eſt dupliciter: primò propter negligẽtiã nõ ad hibẽtis ſtudiũ vel laborẽ, vt exteriori cultu vtatur ſecũdũ quod oportet: vnde ad mollitiẽ pertinet trahere veſtimẽtum per terrã ne laboretur ad eleuandũ. vij. Ethi. & ſecun dò ſi ipſe defectus ad gloriã ordinetur, ſecũdũ quod Aug. dicit in lib. de ſer. do. in mon. in ipſis ſordib⁹ eſſe poſſe ia ctãtiã: ſed per gloriã S. Th. capit omnẽ malũ ſinẽ exteriorem. Quantũ etiã ad ſuperabũdantiã eſt triplex. Primò ſi quis inde hominũ gloriã querit: ſiquidẽ tu, vel alĩ malũ ſinem apud homines, puta cõplacẽtia turpẽ. Secũdò ſi inde querit corporis delicias, ſecũdũ quod veſtis ordinatur ad corpis fomẽtũ. Tertiò ſi nimia ſolicitudo apponitur, etiã ſi inordinatio nõ ſit ex parte finis. Qui autẽ ſunt in dignitatibus cõſtituti, & miniſtri altaris, licitè pretioſioribꝰ ve ſtibus q̃ cæteri induũtur, nõ ad ſui gloriã, ſed ad ſignificandã dignitatẽ ſui miniſterij vel diuini cultꝰ. Qui etiã vilioribꝰ cęteris vtũtur, ſi hoc taciũt nõ ad iactãtiã, ſed ad maceratiõnẽ carnis vel humiliationẽ ſpiritus, ꝓtinet ad tẽperãtiã: quod pręcipuè cõpetit his, q verbo & exẽplo ad pœnitentiã hortãtur. hęc ex illo. Ex qbus elicitur, ꝙ in ornatu dupliciter eſt peccatũ. Primò in ſe, ſiue quãtũ ad factum ipſum, qñ nõ eſt ſecũdũ conſuetudinẽ patriæ, quæ pręſupponitur honeſta, ſiue illã excedat, ſiue ab illa deficiat. Secundò quãtũ ad ipſum affectũ: & hoc dupliciter. Primò. ſi in ſe, ſecundũ qđ eſt nimis intẽſus cauſans ſuperfluã ſolicitudinẽ, aut remiſſus cauſans negligẽtiã. & ſecũdò ex parte finis intẽti, ſiue ſit apud ſemetipſum, vt voluptas corpis: ſiue apud alios, vt ianis gloria, vel omnis aliꝰ malus finis. ¶ Secũdò quæritur,* qñ ornatus ſit ſine peccato? Et dico, qñ erit ſecundũ mediũ virtutis & regulã rationis, ad quod multa requirũtur. ¶ Primò ꝙ in ſe ſit ſobrius, nõ ſuperfluus, ad quod dijudicãdũ debet homo vti cõſuetudine virtuoſorũ, q ſunt aliorũ regula: & cõſilio bonorũ, nõ ſuo tantũ: qa ꝓprius amor fallit. ¶ Secũdò ꝙ affectꝰ quoq; ſit moderatus, ne qs nimis aut ſolicitetur aut pigreſcat. ¶ Tertiò ꝙ ſit recta intẽtio. Ad primũ autẽ. ſ. ſobrietatẽ, requiritꝰ primò ꝙ ſit honeſtus, cũ honeſtas ſit pars iuſtitiæ. Secundò ꝙ cõueniat pſonę ex colore & figura: qa nec religioſus habitu laici vel alterius religioſi, nec mulier habitu viri debet vti, vl ecõtrario. Tertiò ꝙ cõgruat ſtatui pſonæ, quãtũ ad pretioſitatẽ & multitudinẽ. ¶ Tertiò quæritur,* qñ in ornatu ſuperfluo ſit peccatũ mortale aut veniale? Et dico dicẽte S. Th. quãtũ ex doctrina eius colligitur, ꝙ ſi cõſideretur in ſe quãtũ ad factũ ipſum, eſt mortale dupliciter. ſi cõſiderata circũſtãtia perſonæ, officij, loci, tẽporis, & huiuſmodi, ſit exceſſus vl defectus notabilis, q certa regula determinari nõ põt: vel ſi ex hoc detur ꝓximo ſcãdalũ, vl occaſio peccati mortalis: qđ eſt qñ eſt exceſſus notabilis arbitrio boni viri, & nõ generali regula determinabilis. Si verò exceſſus nõ ſit talis, erit occaſio accepta, & peccatũ veniale, vel nullum. Si verò conſideretur quãtum ad affectum intenſum, vel remiſſum, erit peccatũ mortale ſolũ ſi

præponatur Deo, ita quòd quis sit paratꝰ propter hoc peccare mortaliter: & hæc si deliberate ex hoc procedatur in aliquē actum qui sit mortalis, puta in aliquā mortalē iactantiam, vel immoderatum, & mortalē ornatum, & huiusmodi, & nō aliter: quia habitibꝰ nō meremur, sed actibus. Et propter hoc aliquādo dicunt Doct. ꝙ in hoc dupliciter contingit peccare, scilicet considerando ornatū super fluum in sē, & quantū ad finem vel intentionem se ornantis. Si verò consideretur quantū ad finem, erit mortale aut
4 veniale, sicut & finis. ¶ Quartò quæritur,* quid de ornatu mulierū, quo ad vestes, & fucos, & capillos? Et dicit sanct. Tho. vbi s. arti. ij. quòd circa hoc dicendum est sicut in genere suprà dictum est: & insuper est speciale in hoc, ꝙ cultus muliebris homines ad lasciuiā prouocat. Igitur nupta potest licite operā dare vt placeat viro suo, ne per eius cō
5 tēptū adulteretur. Vnde nupta cogitat quomodo placeat viro. j. Cor. vij. & si hac intētione se ornes, nō est peccatū. Quæ verò nō habet, nec vult habere, nec est in statu habē di virū, non potest absq; peccato appetere placere virorū aspectibus ad concupiscendū: quia hoc est dare incentiuū peccati: & si hac intētione se ornat, mortaliter peccat: si autem ex quadā leuitate vel etiā vanitate propter iactātiam quandā, nō est semper mortale, sed quandoq; veniale. Et eadem ratio quātū ad hoc est de viris. Hæc ex illo. Et multò fortius intellige istam leuitatē vel vanitatē nō esse semper mortale illi, quæ intendit habere virū: & multo minꝰ est mortale, si virgo se ornet vt placeat honestè alicui vt eā ducat vxorē. omnibus tamē est mortale velle placere turpiter & lasciuè, aut velle placere ei, quē credit aut dubitat lasciuè moueri, & toties quoties se offert eius aspectibus. ¶ Quātum verò ad fucos, dicit ibidem ad secundū: Fucatio, de qua loquitur Cyprianus, scilicet dicens huiusmodi mulieres etiā nuptas arsuras cum diabolo, est quedā species fucationis, quæ sine peccato esse non potest. Vnde secundū Aug. ad Posi. fucari figmentis, quo rubicūdior vel
6 cādidior appareat, adulterina fallacia est: nō tamē semper talis fucatio est cum peccato mortali, sed solùm quādo fit propter lasciuiā, vel in Dei cōtemptum: in quibus casibus loquitur Cyprianus. s. dicens ꝙ manus Deo inferunt, qui quod ille formauit reformare cōtendunt. ¶ Sciendum tamen ꝙ aliud est fingere pulchritudinē nō habitā, & aliud turpitudinē occultare prouenientem ex aliqua causa, puta infirmitate vel huiusmodi, quia hoc est licitū: qa quæ putamus ignobiliora mēbra corporis esse, his honorē abūdātiorē circundamus. j. Cor. xij. Hæc ille. ¶ Circa hoc aūt 7
Sum. Ang. contra Ros. & Supple. in tribus deficit. Primò, quia imponit sancto Thomę falsum, quasi ipse velit, ꝙ ista fucatio semper sit fictio & peccatū. Secundò, quia tenet, ꝙ si fiat ad fingēdū maiorem pulchritudinē, semper sit mortale: probans hoc aliquibus authoritatibus, quæ intelligūtur quando fit ad lasciuiā, aut in Dei contemptū, vel ibi ponendo finem, secundū cōmunem sententiam Doctorū. Tertiò, quia dicit ꝙ fucantes se ad abscōdendam turpitudinem, pro posse inducere ad dimittēdū: quod aliquādo nō esset bonū: sicut si virgo ex infirmitate esset decaluata, 8
nō expediret, vt vbi de more nō incedūt compares velatæ, ipsa portaret caput, quasi cucurbitā. Quantum verò ad capillos, per omnia dicēdum est vt de fucis, ita quòd de se nō est malū portare capillos alienos, vel, vt dicitur, mortuos. Et si fiat ad abscondēdā accidentalem turpitudinem, non est peccatū: si verò fiat malo fine, est mortale aut veniale, sicut & ille finis: nec contra hoc est aliqua excōmunicatio vel humana ꝓhibitio, vt diffuse deduxi in quadā quæstione Aur. Ro. ¶ Ex quibus patet, ꝙ circa huiusmodi omnia quæ dicta sunt, est mortale. Primò si intēdatur ruina alterius: & secundò si ruinā nec intēderet nec curaret, id est, cùm esset mulier parata nō desistere à superfluo ornatu, etiā si sciret aliquē ruiturū, quomodo intelligit Pet. de Taran. illud Aug. nihil est adeo veniale, quin fiat mortale dū placet. xxv. dist. §. criminis. Tertiò si intēdat finis mortalis. Quartò si sit magnus excessus, qui sit mortalis ratione prodigalitatis aut occasionis peccādi. Est verò venia le primò quādo intēdit malus finis, nō tamē mortalis, & circa salutē proximi: & secundò si excessus sit modicus, etiā si finis non esset malus. Est verè sine peccato, primò si fiat propter bonū viri, nisi fiat magnꝰ excessus: & secundò si ad abscondendā maculam, aut alienas irrisiones euitandas. ¶ Quintò quæritur,* quid si quis nō vtatur habitu sibi cō
ueniente? Et dico ꝙ religiosus quidem, & eadem ratione religiosa, si nō defert habitū religiosum, est excōmunicatus: vt s. Excommunicatio. ix. §. xxiiij. & si deferat quidē religiosum, sed non conuenientē suæ professioni, secundū Vld. est mortale: nisi excedat in modico, & multo magis si deferret habitū religionis alienæ: quo casu esset excōmunicatus: vt patet vbi suprà, dum dicitur, suæ religionis: de quo s. Excōmunicatio. ix. §. xxiiij. De eo verò ꝙ vtitur habitu religionis in ludo, s. Habitus. §. v. De mulie re autē vtente habitu virili vel ecōtrario, dicit Sum. Ang. ꝙ peccat mortaliter, scilicet indistinctè hoc faciendo sine causa. Cuius contrariū tenet Sum. Ros. de quo vide s. Fœmina. §. j. Dicit etiam falsè, ꝙ hoc videtur tenere S. Th. qui vbi suprà dicit, ꝙ hoc de se vitiosum est, præcipuè quia hoc potest esse causa lasciuiæ: & specialiter prohibetur in lege: quia gētiles hac mutatione vtebātur ad superstitionē idololatriæ. potest tamen quandoq; fieri sine peccato propter aliquā necessitatē, ad se occultādū, vel propter defectū vestimēti, & huiusmodi. Hæc ex illo, qui nō intēdit ꝙ sit mortale ex leuitate. ¶ Sextò quæritur,* quid de mu-
liere attendente aut nō velante capillos? Et dico de attendente quidē vt s. Fœmina. §. ij. De non velante autem S. Thomas vbi suprà, introducit dictum Hug. quòd capillos nudare fœminas, quas etiā caput velare iubet Apostolus, nec maritatas decet. subiungēs: In quo tamē casu possent aliquæ à peccato excusari, quādo hoc nō fieret ex vnitate, sed propter contrariā consuetudinē: quanuis talis cōsuetudo nō sit laudabilis. Hæc ille. Et sic in hoc non potest esse mortale nisi ratione affectus vel intentionis. ¶ Septimò quæro,* quid de his qui deferūt habitum inhonestū, sicut mulieres ostētantes pectora, & viri penè ostēdentes verē da propter habitus breuitatē? Et dico, ꝙ omissa intentione, de qua iam patet ꝙ est peccatū, eo modo quo ipsa res quæ intenditur, loquendo de facto ipso, dico, ꝙ circa hoc Summistæ multa loquuntur, aggrauātes casum, sed stante consuetudine, licet non laudabili, sic incedēdi, & remota omni mala intētione, nō potest dari regula generalis, nisi quæ de occasione peccati datur suprà Occasio. sed totū relinquitur iudicio cōfessoris, qui in talibus, quantū licitè potest, restringat. ¶ Octauò quæritur,* quid de habētibus ornaméta honesta, sed superflua, & plura quàm sit necesse? Et dico ꝙ si sit in hoc enormis excessus, videtur mortale: quia ista essent erogāda pauperibus. Ad cognoscēdum autē istam superfluitatem circa numerum & pretiositatē ornatus, tria sunt præcipuè cōsideranda. ¶ Primò scilicet tēpus præteritum, qualiter scilicet quis tēpore præterito venerit ad istam cōditionē & statum, quem modo habet: quia si puenit ꝙ vias, propter quas restituere teneatur, nō
potest

potest vti multitudine vel pretiositate qua alij cōiter vtuntur: qa rebꝰ obnoxijs restitutioni sine mortali quis vti nō pōt ad statū cōseruādū vel pompā. de rest. spol. c. sæpe cō tingit. Et ita indistinctè tenet Sū. Ang. & Ros. addētes, ꝙ prælatus sine mortali dispēsare nō pōt, etiā quo ad incerta, vt viuat secundū statū, sed solùm secūdū cōditionē naturalē, qua scilicet qs indiget pretiosioribꝰ altero. Sed qa iura, quę allegāt, hoc nō probāt, videt limitandū esse quo ad bona certa: vt j. Restitutio. viij. §. vij. & viij. ¶ Secundò cōsiderandū est tēpus presens, vtrū scilicet ornatus iste ꝓ priæ cōditioni cōueniat, cū maior maiori & minor minori debeatur de vi. & hone. cleri. c. clerici officia. in quo tñ est attendenda cōsuetudo bonorū. dist. xlj. c. j. iūcta gl. Ade, ꝙ æqualis nobilibꝰ, dimitjs, sed nobilitate minor, aut etiā genere infimus, ornare se potest vt nobiles. quod Sū. Ang. & Ros. indistinctè cōcludunt: qa nobilitas hodie nō attribuitur secundū virtutē, sed secūdū pōpā & opinionē. Sed mihi videtur limitandū, modo in moribus & exercitijs se habeat vt nobilis: quia cū nobilitas sit antiquæ diuitiæ, iste ita incipit esse nobilis. secꝰ si vilia exercet officia, puta rusticana aut mechanica. ¶ Tertiò cōsiderādū est tēpus futurū. i. vtrū in posterū poterit esse semper in tali ornatu sine peccato: quia si oporteret eum ꝓpter hoc effici iniustū aut pauperibus crudelē, nō liceret. ¶ Nonò queri
9 tur,* quomodo i huiusmodi debeāt se regere cōfessores? Et dico, ꝙ si eis clarè constet de mortali, denegare debēt absolutionem, si nolūt pœnitētes abstinere. Si verò eis clarè constet, ꝙ nō sit mortale, nō est absolutio negāda, etiā
1 si abstinere nō velit: qa venialia nō sunt de necessitate cōfessionis. Si verò nō pōt clarè percipere vel iudicare vtrū sit ibi mortale, nécne: persuadēdū est pro viribus vt abstineant, sed nō est facienda cōscientia de mortali: quia dein de mortaliter peccarēt, etiā si aliàs illud nō erat mortale: nec absolutio negāda: quia iura sunt proniora ad soluēdū, quàm ad ligandū. di. lv. pōderet. & melius est domino reddere rationē de nimia misericordia, quàm de nimia seue-
10 ritate. ¶* Decimò quæritꝰ, posito, ꝙ episcopus mādet sub pœna excōmunicationis, mulieres nō vti ornamētis fucati coloris vel auri & argēti, & nulla hoc obseruauerit, vtrū inciderint in pœnā? Io. And. in regula, ea quę fiūt. in mercu. distinguit vtrū ornatus sit peccatū an nō: dicēs, ꝙ fucatio ad fingendā pulchritudinē non habitā, sine peccato est se nō pōt. secus ad abscondēdū turpitudinē ex causa maximè extrinseca. ornatus aūt superfluus vestiū, & huiusmodi, nō nuptis est mortale, aut veniale, aut nullū secundū intentionē. Et deinde dicit primò, ꝙ statutū episcopi ex causa est bonū: & quæcūq; vsa fuerit, saltē ad fingēdū pulchritudinē, incidit: quia cū fucatio sit mala, prohiberi potuit: nec in hoc debuit vxor obedire marito. Dicit secūdò circa alia ornamēta, ꝙ innupta debet precisè obedire statuto episcopi. viij. q. j. sciendū. & c. quid culpatur. xxiij. q. j. nupta verò si vir cōsentit expresse vel tacitè nō prohibēdo. cōtrariū, debet seruare statutū: aliàs incideret in pœnā. Si verò expresse prohibet ꝓcipiēdo cōtrariū: in affectu epi-
2 scopo, in effectu marito obediat, cōtra cuius voluntatē statutū eā ab eis obligare nequiuit. Hæc ex illo. q. videt deficere in multis: sed tñ videtur habuisse in mente solutionem bonā, scilicet, ꝙ incidunt si veniūt cōtra statutū per ornamēta illicitū: aut etiā si veniūt cōtra illud per licitū non ꝓ quia tūc sententia est à nō suo iudice. Nec distinguo inter fucationē & alios ornatus, nec inter nuptā & innuptam.

¶ QVIOSITAS: vide suprà Acedia.

DE PACTIS.

1 *Pactum, stipulatio, pollicitatio, consensus, & promissio qualiter differunt.*
2 *Pactum quotuplex est.*
3 *Pactum nudum an obliget iure canonico, & secundùm conscientiam. nume. 4.*
5 *Nudum pactum an pariat actionem.*
6 *Pactum omne uestitum an obliget.*
7 *Pactum priorum uel gardianorum mendicantium cum alijs ecclesijs super iuribus parochialibus an sit perpetuò seruandum.*
8 *Pactum turpe uel contra ius an firmetur iuramento.*
9 *Pactum de non cedendo bonis an ualeat.*
10 *Pactum contra substantiam contractus an ualeat.*
11 *Pactū de hæreditate uiuentis seu futura successione an ualeat.*
12 *Donatio in testamento an reuocetur per aliud testamentum. & nume. 13.*
14 *Pactum legis commissoriæ an ualeat.*
15 *Pactum factum patri a filia dum nubit an ualeat.*
16 *Pacta obscura quomodo sint interpretanda.*

PACTVM vel pactio à paciscor, est duorū pluriúmve in idem placitū seu cōsensus, scilicet ad aliquid faciēdum vel dandum, vt dicit tex. in l. j. ff. de pact. Vnde cōtractus generali nomine pactum dicitur: sed tñ eū habemus specificū nomen, eo nominamus cōtractū: vt dicendo, vēditio, locatio, & huiusmodi: cùm verò nō habemus, generali nomine pactum appellamus. ¶ Primò verò quæritur, *quomodo differūt pactū, stipulatio, pollicitatio, consentio, & promissio? Et dico, ꝙ promissio si sumatur largè, est affirmatio vel negatio, qua qs se aliquid dicturū vel facturum affirmat aut negat: & est quid cōmune ad omnia prędicta. & secundū Pan. in c. j. de spō. duo. est idē quod fides, id est, datio fidei seu spōsio: sed propriè est promissio pcedente rogatione: vt si rogo te dare mihi decē aut mutuare, & spōdes. Pactum verò largè est id quod dictū est: sed propriè est quādo verba præmittūtur à promittēte, & cō. sequēter à recipiēte: vt dabo decē si equū tradideris. Et sic de ratione pacti propriè sunt tria. Primò, ꝙ iste actꝰ generatur inter plures. Secūdò, ꝙ partes sint præsentes p se vel alium aut scripturam: ita, ꝙ consensus earum concurrant. Tertiò, ꝙ verba præmittantur à spōdente: vnde nō est pactum si quis relinquat ecclesiæ centum cum onere faciēdi anniuersarium, & ecclesia acceptat: qa consensus ecclesiæ sequi potest mortem illius testatoris. Stipulatio verò propriè est quando fit econtrario, ita, ꝙ verba præmittūtur à recipiente: vt si dicat vnus, dabis mihi decē. & alius dicat, dabo. Instit. de verb. obli. in prin. Pollicitatio verò est solius offerentis promissio, nec requiritur præsentia personæ cui pollicitatio fit. l. j. & l. pactum. ff. de pollic. & fit sine interrogatione precedēte. ff. de polli. l. iij. Cōsentio autē est aliquid generalius pacto: qa & scholares in scholis, & fratres in capitulo cōueniunt. ff. eo. l. j. §. cōuentionis verbū. & propriè videtur in iure passiuè sumi pro citatione, actiuè verò pro pacto. ¶ Secundò quæritꝰ, *quotuplex est pactum? Et dico, quòd pactorum multa sunt genera, de quibus pauca referam. ¶ Nam quoddam dicitur vestitum, & quoddam nudum. Vestitum dicitur pactum sex modis. Primò re. Secundò verbis, scilicet in stipulādo. Tertiò literis, vt quādo in literis cōfitetur se aliquid recepisse, etiā si nō recepit. Quartò cōsensu, vt in societate, mandato, emptione, venditione, vel locatione, in quib nō requiritur scriptura vel præsentia, sed sufficit cōsentire per se, vel p nuntium, aut scripturā, de quibus quatuor modis habes suprà

Obli.

Obligatio. §.ij.in fi. Quintò,cohærentia contract⁹:puta, vẽdidit tibi domum cũ pacto,quòd morer in ea p annum: quod quidẽ valet, quia vestitur cohærentia contract⁹,sci licet vẽditionis:aliàs esset nudum. Sextò interuẽtu rei:puta, ꝓmisi dare tibi aliquid vt faceres mihi vel dares aliud: vnde statim cùm dedero tibi sponsum, vestitur pactum ex parte mea:ideoq; interuẽtu eius obligaris mihi ad ꝓmissum. Probant̃ista Instit.de verb.oblig. Nudum verò quando non vestitur aliquo prædictorũ,sed in meris & puris fi nibus conuentionis:verbi gratia, promisi tibi dare centũ sine aliqua interrogatione præcedenti vel chirographo, & huiusmodi,& consentis:aliàs si nõ consentires,nõ esset pactũ,sed pollicitatio:de quo in l.iuregentiũ. §.igit̃.ff.de pact. Similiter dicitur nudum,quãdo non cõtinet causam: quia traditio rei sine causa nullius est efficaciæ.l.nũquam nuda traditio.ff.de acquir.rerũ domi.licet habeat aliquas fallẽtias.de quibus Panor.in cap.si cautio.de fide instrum. ¶ Quoddã etiã dicitur pactum addictionis in diem, vt vẽ do tibi domum:& si hinc ad mẽsem potero pretiũ maius habere, repetã illam. ¶ Quoddam etiã dicitur personale, eó, quòd determinatis personis prosit,& nõ alijs:vt,si pro mitto nõ repetere pecuniam debitam mihi à te,sed à tuo hærede. ¶ Quoddam etiã est reale vel in rẽ, quod scilicet non respicit determinatum numerũ personarum,sed gñaliter omnes,ad quas res deuenerit:vt cùm meum creditũ remitto tam tibi, quàm tuis hæredibus. ¶ Quoddam etiã est pactũ legis cõmissoriæ, de quo j. §.xiiij. ¶ Tertiò quæ
3 ritur,* vtrum ex nudo pacto seu sola promissione obligetur homo iure canonico? Et dico,ꝙ sic:vt not.ī c.j.de pac. & in c.iuramẽti.xxij.q.v.quod limitat verum Collecta. & sequitur Pan.in c.prudentiam. de don.& in c.si cautio. de fide instru.quando exprimitur causa:vt promitto tibi decem,quia vendidisti mihi talẽ rem, vel mutuo cõcessisti, & huiusmodi: ꝙ si sit nudũ, sic quòd nulla cã sit adiecta, non obligat etiã in conscientia,quia præsumitur quis per errorem promisisse: & sic allegari non põt obligatio naturalis,cùm nihil sit tã contrariũ cõsensui,quàm error.xxix. q.j. §.j.& l.si per errorẽ.ff.de iur.om.iudi. Sed quantũ ad conscientiam dic vt §.seq. ¶ Aduertendũ est tamẽ, quòd si dicat quis, Promitto tibi centũ donare: quòd tũc libera litas promissionis præsumitur causa donãdi:& sic non est sine causa:& similiter si ꝓmittitur aliquid loco pio, quia præsumitur se obligasse fauore piæ causæ,nec ibi p̃sumitur error.de suc.ab intest.c.fi.sed de hoc §.seq. ¶ Quartò
4 quæritur,* vtrũ ex sola promissione siue ex pacto quis obliget̃ in cõscientia? Et dico,quòd sic sub peccato mortali,in rebus scilicet alicuius importãtię:vt patet per d.c.iuramẽti.& d.c.j.de pac.iũctis glo.& notabilibus Doct.& est mẽs 7 Panor.ibi,& San.Th.ij.ij.q.cx.ar.iij.ad quintum.vbi dicit infideliter agere eũ,qui non seruat promissum.& iiij.dist. xxvij.q.ij.ar.j.ad secũdũ. Hoc aũt Sum.Ang. & Ros.limitant,& est limitatio Coll.quẽ sequitur Panor.in c.prudẽtiã.de dona.quãdo exprimitur causa promittẽdi,vt ī prio re §.Sed expressio ista facit ad præsumptionem, q̃ in cõscientia nõ habet locũ. Vnde non differt quo ad Deũ,siue exprimatur,siue non:si tñ causa expressa vel non expressa 8 nõ esset vera,nõ obligatur. ¶ Limitatur ergo primò, secũdùm Sanct.Tho.vt innuitur ij.ij.q.vbi suprà.& est Theologorum doctrina,si habuit animũ se obligãdi.facit c. literarũ.de voto.& l.obligationũ.la prima.ff.de act. & oblig. Secus si habuit animũ essendi liber vsq; ad redditionẽ: vt si habuit animũ fingendi:quia licet peccet,non obligatur tamẽ, nisi subesset causa de se ex præcepto obligãs:puta si ꝓmissa est patri vestis,& frigoribus alget. Limita secũdò ibi expresse quãdo promissum est licitũ,aliàs propositum mutando bene facit. Et tertiò si non sunt mutatæ conditiones personarũ ac rerum:aliàs secus,secũdũ Sene.de bene. Et intellige qñ per mutationem aduenit aliq̃d,quod si à principio fuisset,non promisisset.& idẽ Ioã.de noto. Limita quartò si ꝓmissum sit possibile.de reg.iur.impossibiliũ.lib.vj. Limita quintò,si cã ꝓmittẽdi sit vera. ¶ Quin
tò quæritur,* vtrũ ex nudo pacto oriatur actio? Et Innoc. in c.nouit.de iud.& multi alij, ꝙ non,sed solùm competit imploratio iudicialis officij. Sed cõtrariũ de iure canonico tenuit Host.Ioã.And.do.An.& Archid.in cap. quicunq; suffragio.xij.q.ij.& Panor.cũ glo.in d.c.j.de pac.& in cap. iuramentũ.xxij.q.v.quod verius credo. ¶ Sextò quæritur, *vtrũ pactum omne vestitum obliget. Et dico, quod nõ, vt not.Panor.in capi.pactiones.de pact.& hoc est quando etiam iuramentum nõ obligat.de quo suprà Iuramentum iiij. §.per totum.& quãdo est dolo initũ.de rerum perm. c.cùm vniuersorum. Intellige quo ad dolosum,& quando est alteri captiosum.ff.de resci.vẽd.l.si id quod pure. in fi. & quando promissio est ob nimiã reuerentiã alicuius.l.j. ff.qua.re.ac.nõ dat.& qñ cõtinet turpitudinem.l.si vnus. §.pacta quæ turp.cau.ff.de pact. Et turpe dicitur,si est contra ius.xij.q.ij.faciat homo.secundũ tamẽ quod distinguitur infrà §.viij. Et quãdo est circa cõuentiones innominatas,& ille,cũ quo contraxit,non implet ex parte sua cõtractum.l.naturalis. §.j.ff.de præscr.verb.& l.ex placita.C.de re.permut. Vnde siquis cum aliquo cõueniat dare sibi centum, & nunquã petat tale quid, talis nunquã poterit̃ petere centum:quia nũquã potest implere, cùm semper posit petere:secus si fiat conuentio,promitto cẽtum,si remittas fideicõmissum:quia talis poterit petere,eo ꝙ facere possit remissionẽ. Hæc ex Bal.C.de pact.l.cõditionis. Adde,ꝙ non valet pactũ aliquãdo ratione personarum,sed dicitur inutile:vt pactũ furiosi continuò,& non per interualla: & pupilli non dum doli capacis, vbi vult obligari: secus vbi alium vult obligare:& ꝓdigi & monachi,ac omnis regularis professi,nisi contemplatione monasterij paciscatur, cui per tales acquiritur:nec viri & vxoris,qui sibi donare non possunt,sed vendere. Aliquãdo ratione potestatis,vt pactum legati dum legatiõe fungitur,& patris ac filij, nisi in peculio castrensi vel quasi. Item si res in pactũ deducta nõ sit in rerum natura. Item si homo,res sacra vel religiosa deducatur in pactũ. Item cessat pactum in collatione rerũ spiritualium:& in prohibitis,etiã si iuramentũ interueniat:& in rebus turpibus & impossibilibus de facto vt̃ de iure, vbi nulla inducitur obligatio. Vide Gofre. in Sũma. ¶ Septimò quæritur,* vtrum pactũ initum per priores aut guardianos mendicantiũ cum rectoribus vel personis ecclesiarũ vbi habitant,super iuribus parochialibus, vt̃ alijs quibuscunq;,debeat perpetuò seruari? Et dico,quòd sic,si factum est cum assensu suorum cõuentuum vel locorum, licet nõ interuenerit assensus magistri vel ministri,quia cialis aut generalis,vt̃ sedes apostolica, quo ad Minores, authoritatem non præstiterit. de pact. quia ex eo.libr.vj. ¶ Octauò quæritur,* vtrum pactum in se continens turpitudinem ex hoc,quòd est peccatum,vt̃ cõtra ius, valeat si iuramento firmetur? Et dicit Panorm.in cap.pactiones. eo.tit,quòd nõ,si cõtinet turpitudinem ex parte vtriusq;, scilicet iurantis & recipiẽtis.xxij.q.iiij.per totum.& similiter si solùm ex parte iurãtis tantùm:vt in regula,non est obligatorium. Siverò ex parte recipientis tãtùm,sic tenet & obligat.de iureiur.debitores. Ratio, quia iuramentum prin

principaliter dirigitur in Deum,in quo nulla potest versari turpitudo. Si verò non fit iuramẽto firmatum,an obli
9 get:vide suprà Obligatio. §.iiij. ¶ Nonò q̃ritur,* vtrum valeat pactum de non cedendo bonis suis? Et dicit Panormitanus in dicto c.pactiones. quòd sic,nisi sit notoria paupertas:quo casu esset illicitum: quia in defectu videretur quis tunc se obligare ad carceres:quod non potest, cũ nemo sit dominus suorum membrorum. ¶ Decimò quæri-
10 tur,* vtrum valeat pactum,quod est contra substantiã contractus,& non continet turpitudinem? Et dico quòd si apponatur per viam modi, vitiatur, & non vitiat, secundũ Franc.de Ramponibus in repetitione legis fina.C.de cõdictio.ob causam. Vnde non valet pactum,quòd precariũ duret inuito domino.de preca.precariùm.& l.cũ precario.ff.de prec. Similiter non valet,si constituo procuratorem,& promitto non reuocare. Ita dicit Barto. in dicta l. cum precario. & Ange.in l.ij.ff.de proc. & si promisit sub pœna,non tenetur ad illam,si reuocat. Et facit glo.in c.ij. de consue.libro sexto.& Ang.in consi.ccxxij. Sed si apponatur per viam conditionis,non vitiatur,sed vitiat,ar.cf fin.de conditio.appo.& quod notat Barto.in auth.ingressi.C.de sac.sanc eccl. Quod autem contrarium videtur in
11 l.vbi mortis causa ita donatur.ff.de don.causa mor. solue vt Barto.ibi. ¶ Vndecimò quæritur,* vtrum valeat pactum de hæreditate viuentis,seu futura successione? Et dico, ꝙ non regulariter:quia inducit votum captãde mortis.C.de pac.l.fi.& ibi per doc.& per Bal.in li.de vsu.feu.de feu.da. in vi.leg.commi.& per Canonistas in ca.venerabilem. de elec.& Pan.in c.nulla.de concess.præben. vbi etiam distinguitur quòd valet,si fit ad conseruandã legitimam successionem. Instit.de legi.agna.suc. quia est legi consentaneũ. Sed si fiat ad eam minuendã,nõ valet.l.pactum.ff.de pact. nisi firmetur iuramento:quo casu valebit.de pac.c.j.li. vj. & similiter non valet,si fiat ad eam perdẽdam,seu ad tollẽdam liberam testamenti factionem,quia est contra bonos mores:vt l.stipulatio hoc modo.ff.de verb.oblig. adeò ꝙ secundũ Bart.etiã iuramento non firmatur per regulã,nõ est obligatorium.de regulis iur.libro sexto.vt in d.l.stipulatio.nota.in l.finali.C.de pactis. tamen melius dicitur ꝙ firmatur:quia nõ est contra bonos mores naturales,sed ciules:argumen.capit.ij.de pact.libro sexto. ¶ Duodecimò
12 quæritur,* quid iuris in hoc casu? Quidam timẽs parẽtes, & volens animæ suæ prouidere,reliquit pauperibus dimidiam bonorum suorum hoc pacto scilicet dicens,si cõtingat me facere aliud testamentum,per quod instituerẽ parentes meos,& reuocarem præsens iudicium, ex nũc tibi P.notario publico tanquam personæ publicæ stipulãti & recipiẽti pro dictis pauperibus dono irreuocabiliter & inter viuos dictam dimidiam,constitues me ex nunc eã possidere precario nomine.& tandem facit aliud testamẽtũ. Modò quæritur vtrũ pauperes ex tali donatione valeãt aliquid habere? Et dicit Bal. vbi suprà,esse in hoc opiniones: quia Dy.dicit ꝙ sic.ff.de testa.l.hæredes palam. §. fi. & in regu.quod semel placuit.de regu.iur.lib.vj. Alij dicunt,ꝙ nõ:quia iste contractus donationis videtur impedire liberam testamenti factionem.ff.de verbo.obliga.l.stipulatio hoc modo. Sed ipse dicit aduertendum,quòd sumus extra casum doctorum:quia hic interuenit traditio. Vnde & si donatio esset infirma & sine causa,tamen dominus volẽs transferre dominium,transfert.ff.de cõd.ob causam.l. iij. §.subtilius. Vel quia causa est ipsa liberalitas,vt ff.de do. l.hoc iure.item ipsa pietas.ff.de condi.ind.l.cùm his. §.si mea opinione sit mulier.& not. Institu.de obliga.quæ ex quasi con. §.ex quibusdam.ad quod C.de sacrosanc.eccl.l. fi.Volẽs ergo sustinere opinionẽ Dyni,faciat quòd procedatur ad traditionis actum:qui etiam sub cõditione fieri potest:vt ff.de acquiren.possess.l.qui absenti.& cauti⁹ si interueniat traditio corporalis,quàm si p̃caria.: quia precarium fortè nõ valet. & tandem relinquit cogitationi lectoris sine decisione. Hæc ex illo. Ad quorũ intellectum vide j. Traditio,& j. Precarium. Et intendit ipse, vt videtur,quòd si donet publicæ personæ inter viuos sub tali cõditiõe,& tradat maximè corporaliter, quòd valebit. & verum est:& intellige in foro causarum, in foro autem con
13 sciẽtiæ multò magis. ¶ Decimotertiò quæritur,* quid cũ vir facit testamẽtũ,& legat certũ quid: puta domũ suæ vxori hoc pacto,ꝙ siue mutaret testamẽtũ, siue nõ,vxor iure donationis habere debeat qđ sibi legauit: & demũ mutauit testamentum nulla facta mentione de dicta donatione? Et dicit Bal.vbi s.videri ꝙ mulier nõ debeat dictã habere domum,per dictam l.stipulatio hoc modo. cõtrariũ verò,inquit,dico:quia ista donatio est præsens & pura:qa dixit,siue mutauero siue nõ:& ideo nõ est apposita in pœnam testamenti mutati. Caue tamẽ: quia nisi interuenerit traditio,non confirmatur morte: & sufficit ꝙ traditio interueniat tempore donationis,vel postea viuo donãte.ff. de do.inter vi.& vxorem.l.Papinianus.aliàs incipit,si quis pro vxore.& argu.in l.ij.C.si quis aliq.testa.prohib. ¶ De
14 cimoquartò quæritur,* quid iuris de pacto legis commissoriæ? Et dico multa. ¶ Primum. Hoc pactũ in contractu venditionis est pactio,qua venditum redditur,nõ emptũ, si nõ seruatur promissum:vt vendo tibi fundum:& si intra talem diem nõ solueris pretium, inemptum fit:vt in l.j.& ij.ff.de lege commissoria. In pignore verò est pactio,quia pignus redditur perditũ, si nõ soluetur promissum:vt, si lueris pignus intra talem diẽ, fit perditũ, vel sit mihi ꝙ soluto. ¶ Secũdum. Hoc pactum nõ generaliter reprobatur.ff.de leg cõmiss.per totũ.vbi patet quòd valet in cõtractu venditionis:sed in pignore secundùm Sum.Ang.generaliter reprobatur:vt in l.fi.C.de pac.pig.& in c.significante.de pig.& ideo hoc pacto nõ obstãte pignus est restituẽdum, nisi in tali pacto interuenisset iuramẽtum: vt in d.c. significãte. Sed pro notitia huius particulæ nota primò ꝙ istud pactũ in pignoribus perdendis aut vendẽdis iniusto pretio pacto adhibito statim,& nõ ex interuallo,seu post mutuum:vt patet per Bal.in l.qui pactus.C.de pac.pi.imò & per tex.ibi.& idem Bar.vt refert Pan.in c.significãte.de pig. Nota secundò quòd cùm istud pactum nõ sit de se illicitum:quia fieri posset de se licitè per modũ appositionis pœnę:sed solùm sit illicitum ex prohibitione iuris ciuilis, ne scilicet nimium læderẽtur debitores in perditione vel exigua vẽditione pignorum,& ne daretur occasio mutuã di sub spe lucri,vt dicit Pano.in d.c.significante. eo modo reprobatur in pignoribꝰ iniustè vẽdẽdis, quo secundùm leges vẽditio est iniusta,scilicet si sit iniustitia vltra dimidiã iusti pretij: similiter si fiat ex veracitate creditoris,vt infrà particu. vltima. Et ideo si hoc pactũ fiat de pignore vendẽdo non in fraudem ad lucrandum ex mutuo, sed in pœnam ad coercẽdam cõtumaciam debitoris, erit licitũ, & pignus erit vẽditum ex conuentione pretio iusto legaliter:& si plus valeat, nihil dominus erit emptoris ratione pœnæ. Et ita sustinet Archi. in ij.parte, titulo j. c.vij. & habes in aurea Ros.casu xxviij. ¶ Tertium. Secũdùm Bald. vbi s.hic est pactum legis commissoriæ,pignoro tibi hãc rem,& si nõ luero intra mensẽm, nunquã possim luere.licet nõ dicatur quòd dominium sit apud creditorẽ. Et ita

tenet glo.in l.vlt.C.de pact.pigno.¶ Quartum. Cũ fideiuſ
ſore valet hoc pactum,ſi non extraxero te de obligatione,
pign⁹,quod pro indẽnitate tibi dedi,loco indẽnitatis ſit
tuũ:ſecundũ Bal.in lib.de vſi.feu.vbi ſ.quia ſpeciale eſt in
his,qui pro alio ſunt obligati:quia hoc modo poſſunt in-
demnes ſeruari:vt ff.de contrahẽ.empt.in fi.¶ Quintũ.In
dote hoc pactũ videtur valere,ſecũdùm eũdẽ, vbi ſ.ſi tibi
pecuniam non reſtituero,talem fundum loco permutatio
nis aſsigno:quia eſt quædam permutatio.ff. de iure do.l.
ita cõſtante.&l.fi.Itẽ ſpeciale videtur in dote,vt ff. de ſol.
l.Calipodius.¶ Sextum.Iſtud pactum,obligo tibi talẽ fun
dum pro decem:& ſi nõ ſoluero tibi intra mẽſem,habeas
eum emptum iuſto pretio:ſecundũ Bald.vbi ſ.valet, licet
non ſit collatum alicui arbitrium declarãdi pretium.ff. de
pigno.l.ſi fund⁹. § fi.¶ Septimum. Si mutuaſti mihi decẽ
nullo pignore conſtituto,hoc pacto, ꝙ ſi nõ ſoluero intra
menſem,talis domus mea ſit tua pro illis decem: valet pa-
ctum,ſecundùm eundem vbi ſuprà:quia non eſt pactũ pi-
gnoris,vt d.l.ſi.ff.de contrahen.emp.Adde ꝙ etiã ſi dom⁹
fuiſſet data in pignus,valeret,modo illa decem eſſent pre
tium iuſtũ legaliter,& ceſſaret fraus. vt dictũ eſt partic.ſe
cunda.¶ Octauum. Si autem pactum legis cõmiſſoriæ eſt
appoſitum,non ipſi cõtractui pignoris,ſed diu poſtea:va-
let,vt dicit idem vbi ſuprà.vt ff.de pigno.act.l.Titius.vel
vbi interuenit pactum rogatu debitoris & eius gratia, nõ
voragine creditoris.Et dicitur ꝙ ex interuallo valet ad ex
cipiẽdũ,nõ ad agendum:vt refert Bar. in d.l. Calipodius.
Vide Pan.in c.ſignificante.de pign. ¶ Decimoquintò quę
15 ritur,*quid iuris de pacto facto patri à filia dũ nuptui tra
deretur?Et dico multa. ¶ Primum. Pactum factum patri à
filia dum nuptui traderetur, ꝙ dote cõtẽta nullũ ad bona
matrimonialia regreſſum haberet, nõ tenet, niſi ſit iura-
mẽto firmatũ:de pact.quãuis. lib.vj. ſecũdùm Gemin. ille
text.loquitur quando erat pubes:quod patet,quia dicit ꝙ
nuptui tradebatur:quia impubes nõ traditur nuptui.¶ Se
cundum . Si autẽ iſtud pactũ eſſet poſtquã nuptui tradita
fuit:nihilominus procedit dictus text .ſecundùm Io. Mo.
& Archi.cùm ſit eadem ratio.Et ad tex. qui loquitur quan
do traditur nuptui:reſpõdet ꝙ ita narratũ fuit papę.& idẽ
Ge.¶ Tertium.Nõ poteſt autem puella petere abſolutio
nẽ ab hoc iuramẽto,ſecundũ Gemi. poſt Io. de Imo.quod
aliàs aliquãdo licet,vt dicitur de iureiur.c.debitores.& c.
j.quia dicit tex.quòd omnino ſeruari debet, etiã ſi puella
nõ fuit certificata de præiudicio:quia licet Hoſt. notaue-
rit in Sum.de fideiu.ꝙ iura dicẽtia, quẽlibet poſſe renun
tiare iuri ſuo,ſiue his quæ pro ſe introducta ſunt,intelligẽ
da ſunt qñ quis fuit certiorat⁹ de præiudicio,vt patet diſt.
xxxviij.placuit.hoc tamẽ caſu Archi. nõ putat neceſſariũ,
cùm tex.loquatur indiſtinctè.¶ Quartum. Et non obſtan
te iuramẽto illo, nihilominus poterit legitimam petere,
vel eius ſupplemẽtũ,niſi de ipſa dixerit expreſſe.l. ſi quan
do.& ibi Doct.C.de inoffi.teſt.Et ſic intellige Io. de Imo.
dicentem quòd ſi dos ſit minus quàm legitima,nihilomi-
nus valet renuntiatio talis:quia aliàs dubium nõ haberet:
quia quando datur legitima,valet pactũ etiã ſine iuramẽ
to:vt no.in l.ſi quãdo.C.de inoff.teſt. ¶ Quintum. Si au-
tẽ dolus interueniat re ipſa,vt quia fuit lęſio maxima:Pet.
de Anch.dicit tũc nõ valere pactũ,quia dol⁹ dupliciter cõ
ſideratẽ,ſcilicet ex ꝓpoſito,& re ipſa:& tex. ſimpliciter di-
cit,nõ vi nec dolo:& ſic de vtroq; debet intelligi. Sed Io.
de Imo.tenet cõtrarium: quia ſi hîc attẽderetur talis do-
lus,nõ poſſet etiã cum iuramẽto renũtiare remedio C. de
reſcin.ven.l.ij.quod eſt cõtra ibi notata. ¶ Sextũ. Si autẽ
filia renuntiet hæreditati matris etiam iuramẽto,matre vi
uente & inſcia, videtur tale pactũ nõ valere,à cõtrario hu
ius decretalis:& per l.fin.C.de pact.videtur eſſe cõtra bo-
nos mores,ideóque nõ firmatur iuramẽto. ¶ Decimoſex
16 tò q̃ritur,*quomodo pacta obſcura ſint ĩterpretãda?Et di-
co in dubio,ꝙ interpretãda ſunt contra eũ qui poſuit,&
potuit apertius declarare.ff.de pact.l.veteribus.

PALLA dicitur lineus pannus conſecratus,qui extendi
tur ſuper altare,& ſuper quo extẽditur corporale:de
quo ſ.Benedictio. § .ij.& ſ.Corporale, per totum.

PALLIVM,ſiue,vt alijs placet,palleũ, in propoſito eſt
ornamẽtũ ad modũ ſtolæ ſacerdotalis crucibus nigris
intextũ ſuper alia ornamẽta delatũ, humeros ad inſtar co
ronæ pectuſq; circundans,antè depẽdens,ſignificãs pleni-
tudinẽ pontificalis officij. eo. tit.niſi quo vtitur papa ſem
p & vbiq;,& patriarcha & archiepiſcop⁹ ſolùm infra miſ
ſarũ ſolennia in eccleſijs ſuæ prouinciæ: nõ autẽ extra ec-
cleſiã,puta in proceſsione.eod.ti.c.j.nec in diebus nõ con
tentis in ſuo priuilegio:licet ſine eo poſsit quandoq; cele
brare in ſua & aliena diœceſi,ſicut & ſine ſandalijs.eo.tit.
c.fin.Debet autem hodie peti à papa intra tres menſes à tẽ
pore conſecrationis vel confirmationis,ſi antè nõ fuit cõ
ſecratus:aliàs ſi accuſetur, ceſſante legitimo impedimẽto
poteſt remoueri. diſt.100.quoniam.& debet peti cũ inſtã
tia.eadem di.priſca.& petẽs pręſtare debet ſacramẽtũ fide
litatis & obediẽtiæ ad eccleſiã Romanã:ea.diſt. optatum.
& de elec.ſignificaſti.& in ei⁹ donatione dari debet nouũ
priuilegiũ,vel antiquum cõfirmari. ea . diſt.ſcripturarum.
Ex priuilegio etiã papæ olim petebatur à quatuor patriar
chis,à ſuffraganeis eorũ:de priuil.antiqua.Non autẽ ante
eius receptionẽ, ſed poſt, ſe poteſt archiepiſcopum nomi
nare.eod.tit.niſi.nec cõuocare conciliũ,nec cõficere chriſ
ma,nec dedicare baſilicas, nec ordinare clericos, nec epi
ſcopos cõſecrare.de elect.quod ſicut.Nõ põt autẽ archie-
piſcopus pallium ſuũ alteri commodare:imò debet cũ eo
ſepeliri,quia perſonam eius non tranſit.eo.tit.ex tuarum.
& cap.ad hoc.

¶ PALMARIVM.ſuprà, Aduocatus. §. xix.

DE PAPA, ET EIVS POTESTATE.

1 *Papa unde dicatur,& à quo ſit eius authoritas.*
2 *Papæ poteſtas,à quo ſunt aliæ omnes poteſtates in eccleſia.*
3 *Papa an renuntiare poſsit papatui.*
4 *Papa qualiter poſsit iudicari & priuari.*
5 *Papa an poſsit errare.*
6 *Papa quid poſsit ſuper inferos.*
7 *Papa qd poſsit ſuper paganos,Iudæos & hæreticos.& num.8. & 9.*
10 *Papa quid poſsit in Imperatorem, & alios reges,& nu.11.*
11 *Papa an ſuo contractui poſsit contrauenire, ita quòd non obligetur.*
13 *Papa an poſsit abſoluere ab obligatione.*
14 *Papa an poſsit tollere leges ciuiles.*
15 *Papa an poſsit tollere ſtatuta concilij generalis.*
16 *Papa an poſsit diſpẽſare ĩ præceptis legis naturalis aut diuinæ.*
17 *Papa an diſpenſare poſsit ut contrahatur matrimoniũ in gradibus lege prohibitis.& nu.18.*

1 PAPA *dict⁹ eſt quaſi admirabilis , ã papę interiectiõe
admirantis, eo ꝙ vicarius ſit Chriſti & Dei , cuius eſt
terra & plenitudo eius.de deci.tua.el ſecũdo.& de homi.
ꝓ humani.lib.vj.& ĩ cle.Romani .de iureiurã. Et intellige
vicari⁹ Dei expreſſe & immediate, & nõ mediãte lumine
rõnis,ſicut ſunt prĩcipes:ſecũdũ Her. de pot .eccleſiaſtica.
licet aliquãdo,vt lxiij.diſt.ego Ludouicus.dicatur vicari⁹
beati

beati Petri,ſed impropriè,ſcilicet gẽrens vicariam,quam
geſsit Petrus. Vel ſecũdùm Io.And. ſuper verbo,Papa.in
prooem.Cle. dicitur Papa quaſi pater patrũ, ſolus habens
plenitudinẽ poteſtatis.ij.q.vj.qui ſe ſcit. alij verò habent
partẽ ſolicitudinis:vt ibi.& vt patet per S.Th.ij.diſ.xliiij.
in litera,habet apicẽ,id eſt,ſummũ gradũ poteſtatis in ſpi
ritualib⁹,& tẽporalib⁹ æqualiter Petro apoſtolo,vt dicit
in iiij.cõtra c.lxxvj. & vt idẽ in ij.parte.q.viij.ar.vj. & in
iiij.diſt.50. & in multis alijs locis declarat, eſt caput vni-
uerſalis eccleſię aliquo modo,ſcilicet vt eſt vicarius capi-
tis,id eſt,Chriſti,quantũ ad exteriorẽ gubernationẽ,licet
nõ ſecundũ interiorẽ influxũ gratiæ: ſed Chriſtus tãtùm.
ſicut etiã dicitur ſpõſus inquantũ gerit vices ſpõſi: nec ta
men ſunt multi eccleſiarũ ſpõſi:quia omnes epiſcopi co-
operantur Papæ vt principali, & alij inferiores epiſcopis,
vt dicit idẽ cõtra impugna.reli. ¶ Primò verò quæritur,à
quo ſit autoritas iuriſdictionis Papæ & aliorũ in eccleſia,
vt omittamus poteſtatẽ ordinis?Et dico quãtũ ad papalẽ,
quòd Herue.vbi ſuprà,& recitat Archi.iij. parte.tit.xxiij.
probat,ꝙ eã nõ poteſt habere à ſe:quia eſt vicarius.Vnde
eã ampliare, aut reſtringere nõ poteſt : nec ab vniuerſali
eccleſia,ſeu cõmunitate Chriſtiana: qa hãc poteſtatẽ hæc
cõmunitas nõ inſtituit autoritate ab alio collata : qa nec
Papa hoc cõmittere potuit,vt patet ex dictis: nec Chriſt⁹
legitur hoc cõmiſiſſe. nec autoritate propria: tũ quia in-
cludit aliquid excedẽs omnẽ humanã facultatẽ, puta liga
re & ſoluere in foro cõſcientię: abſoluere à pœna debita
in foro Dei per indulgẽtias:tũ etiã quia nulla cõmunitas
poteſt dare iuriſdictionẽ,qua iudicatur de eo,quod debe
tur domino illius,cuius dominiũ ab ea nõ depẽdet: quia
ad inferiorẽ nõ ptinet iudicare de eo, quod cõpetit ſupe
riori. Iſta autẽ poteſtas, vel iuriſdictio ordinat iſtã com-
munitatẽ ad impendendũ debitũ cultũ Deo, cuius domi
nium in nullo ab iſta cõmunitate depẽdet: & cõſequẽter
nõ eſt data à tali cõmunitate. Item quia poteſtatẽ imme-
diatæ vicariæ nullus cõferre põt,niſi is, cuius vicarius eſt
is, qui eã habet. Ergo ſolũ à Chriſto inſtituta eſt, imme-
diatè quidẽ in perſona beati Petri:in alijs aũt ſucceſſori-
bus mediante electiõe eccleſiæ,vel habẽtis vicẽ eccleſiæ.
Omnis autẽ alia poteſtas in eccleſia, vt idẽ ibidẽ irrefra-
gabilliter probat,eſt ab iſta,& ſub iſta,quãtũ ad inſtitutio
nem, ſiue collationẽ:ita ꝙ eſſe nõ poteſt ab vniuerſali ec
cleſia,& quãtũ ad correctionẽ, & quantũ ad ſuffragiũ: ita
ꝙ ea Papa in adiutoriũ vti poteſt,etiã ſi ſit ſecularis.Vnde
autoritas generalis concilij nõ eſt immediatè à Deo,ſed à
Papa. Quidã tamẽ dicũt,ꝙ conciliũ Conſtantienſe deter
minauit, ꝙ generalis ſynodus in Spiritu ſancto legitimè
congregata poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui
libet,etiã Papa,tenetur obedire.Sed hoc nõ fuit ibi ſta-
tutũ eo tẽpore, quo ibi fuit vniuerſale cõciliũ:vt teſtatur
do.Io.de Turre Cremata,qui ibi fuit pręſens.Et idẽ eſt ſi
quid adducatur de cõſilio Baſilieñ,cuius decreta nõ fue-
rũt per ſedem apoſtolicã approbata.Ex his corollarie ſe-
quitur,ꝙ nec Papa, nec ipſe cũ tota eccleſia facere poſſet
qñ eſſet vna Chriſtianitas,vel eccleſia gubernata ſub vno
tãtũ paſtore, vt etiã idẽ probat:qa vicarius, & cõmunitas
ſubiecta non poſſunt facere oppoſitũ eius,qd principalis
dominus ordinauit dicẽs:Et ſuper hãc petrã ædificabo ec
2 cleſiã meã:& erit vnũ ouile,& vn⁹ paſtor.¶ Secũdò*quę-
ritur, quomodo à poteſtate Papæ ſint omnes aliæ poteſta
tes in eccleſia, vel Chriſtianitate?Et dicit Aug. de Anch.in
tractatu,de poteſt.Papæ,ꝙ in eccleſia eſt triplex poteſtas,
ſcilicet iuriſdictionis:quod intellige diſtinguẽdo in ordi

ne ad inſtitutionem. ¶ Prima eſt immediate à Deo: vt ea
quæ eſt Papæ : quia poteſtas iuriſdictionis ſpiritualiũ,&
tẽporaliũ eſt per claues,quas Chriſtus immediatè promi
ſit Petro dicẽs: Tibi dabo claues.& ſecũdũ Her. exhibuit
dicens: Paſce oues meas. ¶ Secũda,inquit, eſt deriuata à
Deo per Papã: vt ea, quæ eſt omniũ inferiorũ prælatorũ,
vt omnia iura volunt.& patet ratione: quia ſi eã Papa nõ
daret,etiã auferre nõ poſſet,deponẽdo,priuãdo, & ſuſpẽ
dendo. Adde tu,alioquin ſi eã habẽt ab alio, ſtante cauſa
poteſtatis remoueretur effectus,id eſt,ipſa poteſtas: vt ſi da
tor poteſtatis vellet aliquem eſſe epm, & ecõtrario Papa
illũ deponeret. ¶ Tertia eſt in miniſteriũ data,vt ea,quæ
eſt Imperatoris,& etiã principũ terrenorũ,quæ reſpectu
Papæ eſt ſubdelegata,ſeu ſubordinata:vt patet ꝑ c.quicũ-
que litẽ.xj.q.j.quia appellari põt ad Papã, ab omni princi
pe,& iudice ſpirituali,& tẽporali,etiã ſi in temporalibus
ſuperiorem nõ recognoſcat:vt no.in c.per venerabilem.
§.rationibus.qui fi.ſint legi.& in c.licet.de foro cõpe. &
in auth.vt diſ.iudi.in §.ſi tamen cõtigerit. & §. in ciuili-
bus.col.ix.ij.q.vj.ad Romanã.xj.q.v.quicunq;.& eſt con-
cluſio Inn.& Hoſt.in c.inter dilectos.de fide inſtru.& in-
dubitatũ in manifeſtis iniurijs,quãdo alius ſuperior non
habetur:vt patet per no.à Pan.in c. ſi duobus. de appella.
& idẽ intellige ſi habetur,ſed nõ miniſtrat iuſtitiã.Quod
autẽ dicitur in c.ſi duobus. de appel. nõ eſſe appellãdum
à iudice ſeculari ad Papã,niſi in terris eccleſiæ,ſecundùm
Aug.de Ancho.intelligitur indifferẽter,& in quibuſcũq;:
ſecus in arduis ex cauſa vrgente. Et hoc eſt dictũ , quòd
quouſque poteſt haberi iuſtitia per ſuperiores tẽporales,
non debet quis appellare Papã:ſecus ſi eam habere nõ po
teſt,& res eſt alicuius momẽti. Et hoc,ſcilicet ꝙ talis po-
teſtas ſit in miniſteriũ data & ſubordinata,probatur ratio
ne,& doctrina Augu.de Anch. ¶ Primò.Nam talem pote
ſtatem Papa inſtituit:quia poteſtas Papæ cuiuſlibet ordi-
nis dignitatẽ,& gradũ habet inſtituere. diſt.xxij.ſancta.&
confirmat ſi eſt bona: & iudicat atq; cõdemnat, ſi non eſt
bona: quia Zacharias Papa depoſuit regẽ Francorũ, quia
nõ erat vtilis regno.xv.q.vj. alius. & Innocẽtius excõica-
uit Archadiũ Imperatorẽ, & alius Innoc.Federicũ depo-
ſuit.xcvj.diſt.duo ſunt. ¶ Secũdò.Nã poteſtas Imperato-
ris, & omniũ principũ ſeculariũ iurat fidelitatẽ Papæ, &
obedientiã, ab eo ſcilicet recognoſcens omne quod ha-
bet,vt patet diſt.lxiij.tibi domino.& ſi aliquãdo Impera-
tor tẽporalia dedit Papæ,vt Conſtantinus Syluestro: non
eſt donatio, ſed reſtitutio. Si autẽ econuerſo Papa dedit
Imperatori,nõ fuit ad recognitionẽ dominij,ſed pacis cõ
ſeruationem. Nec obſtat,ꝙ poteſtas imperialis eſt à Deo
cõceſſa ſecundũ multa iura: quia eſt à Deo mediante Pa-
pa : quia eã cõcedit nõ vt homo, ſed vt vicarius Dei. Nõ
obſtat etiã quod dicitur in c. quoniã.diſt.x. ꝙ poteſtates
ſunt diſtinctæ,ſcilicet ſpiritualis,& tẽporalis:& ad diſtin-
ctos fines ordinatæ.xcvj.diſt.duo ſunt. quia nõ ſunt ſic di
ſtinctæ, quin vna alteri, minor ſcilicet maiori ſubalterne
tur ad inſtar lunæ & ſolis : nec ſunt diſtinctæ, quaſi ſem-
per ſint in diuerſis: ſed quia ſunt ordinatæ ad diſtincta.ſ.
ſpiritualia,& tẽporalia,& in vno,ac eodẽ ſummo põtifice
eſt vtraq; in ſummo,vt dictũ eſt,ſed nõ eodẽ modo: quia
principaliorẽ,id eſt,ſpiritualẽ habet,quãtũ ad immediatã
inſtitutionẽ & executionẽ quantũ ad omnes, & per oĩa:
minorẽ verò,id eſt,temporalẽ habet ſecundũ immediatã
inſtitutionẽ,qa Imperatorẽ & dominũ inſtituit: ſed non
ſecũdùm immediatã executionẽ,niſi ex cauſa: vt ſ. Legi-
timatio. §.v.vt patet in c.per venerabilẽ. qui fil.ſint legi.

3 ¶ Tertiò* quæritur, vtrũ Papa renuntiare posit papatui siue potestati papali? Et dico ꝙ sic, vt expresse determinatur, de renũ.c.j. lib.vj. nõ obstãte, ꝙ sit immediatè à Deo: quia ita est à Deo, vt dicit Aug.de Anch. ꝙ etiã est ab homine cooperãte per consensum & volitionẽ. Vnde etiã ꝑ dissensum fit renũtiatio: sicut in naturalibus anima rationalis infusa à Deo cooperãte homine generante, potest opere humano à corpore tolli, & in moralib⁹ gratia est à Deo cooperãte libero arbitrio, & similiter per liberũ arbitriũ potest deperdi. Imò hoc potest secũdùm Arch. post domi. Augu. etiã si iurasset, aut vouisset nõ renuntiare, vt videret se impotentẽ ad talem curam, vel omnino insufficientem. Vnde & quatuor renuntiasse legimus, scilicet Clementẽ, Ciriacũ, Marcelliañ, & Cælestinũ: licet non ex eisdem causis, vt patet per Arch.iij.parte, tit.xxiij. quos omnes ecclesia canonizauit. Et licet Dãtes reprehẽdat Cælestinum de renũtiatione tali: tamẽ rectius, & fidelius Petrarcha eũ cõmendat in libro, de vita solitaria. Et idem, licet subtiliori via, vt probat Pet.de Pal.in li.de potestate
4 Papæ, vt recitat Archie.vbi suprà. ¶ Quartò* quærit, vtrũ & quare, & quomodo posit Papa iudicari, & per depositionem papali autoritate priuari? Et dico sentẽtialiter, & cõcludendo medullam dicendorũ, ꝙ Papa iudicẽ nõ habet in terra, nisi desinat esse caput, aut se spõte subijciat: & ꝙ à nullo põt deponi, nisi seipsum suo facto deponat: licet per cõciliũ posit declarari depositus: & hæc sic patẽt. nam in c.nos si.ij.q.vij. Deus iudiciũ papæ sine quæstione suo reseruauit arbitrio. & in c.nemo.ix.q.iij. dicitur: Nemo iudicabit primã sedẽ. Neq; enim ab Augusto, neq; ab omni clero, neq; à regibus, neq; à populo iudex iudicabitur, id est, papa. Et ibi gl. facit tres fallentias. Primò, si Papa se alicuius iudicio submittat: vt ij.q.vij.nos si. Secundò cũ submittit se suo confessori, cui tenetur parere, & ligabit eum sententia illius. Tertiò in casu heresis. xl.dist.si Papa. quod intellige nõ in dubijs, quãdiu est caput: vt s̃.Fides. §.vij. & Cõciliũ. §.iij. sed in manifestis. Et deinde dicit in verbo, omni clero, esse argumentũ ꝙ concilium non põt Papã iudicare: vt de electio. significasti. vbi scilicet habetur ꝙ cõcilia nõ possunt legem præfigere ecclesiæ Romanæ, id est, Papæ: quia eius authoritate fiũt & roborantur. Vnde, inquit, si totus mundus sentẽtiaret in aliquo negotio cõtra Papã, videtur ꝙ sententiæ Papæ standũ esset: vt xxiiij.q.j. hæc est fides. vbi scilicet Hieronym⁹ dicit, sua à nullo posse repræhendi, si fuerint probata per Papã. Et deinde dicit esse ar. cõtrà in c.legimus.di.xciij. qa orbis maior est vrbe: & nõ soluit. Sed tu dic hoc nõ dici, quasi orbis posit iudicare vrbẽ, id est, Romanã ecclesiã ratione capitis: sed quia cõsuetudo totius orbis præualet cõsuetudini quam ecclesia Romana seruat: licet nõ præualeat illi, quã seruat, & ab alijs seruandã docet. de conse.di.j. basilicas. vt etiã tenet gl.in d.c.nemo. Dicit etiã Anacletus dist.lxxix. eiectionẽ, id est, depositionẽ summorũ pontificũ sibi dominũ reseruasse: & cõsequenter conciliũ non potest illũ deponere: & si alicubi dicatur hoc posse, intelligitur quãtum ad iuridicã declarationẽ sequente facto, per qđ ipse seipsum deponit. Et ideo Augu.de Anch.vbi suprà, dicit ꝙ Papa nõ est deponendus pro crimine quantũcunq; notorio, nisi pro hæresi: & hoc tantùm qñ nollet emendari, vt no.Hug.dist.xxj. & gl.dist.xl.si Papa. pro qua hæresi ipso facto deponitur: quia est caput ecclesiæ, cũ Christũ, qui est caput, repsentet. vnde & Christus Petrũ vocauit Cephas, id est, caput: capitis autẽ est influere vitã mẽbris: vitæ autẽ principiũ in spiritualibus est fides. Vnde si Papa deuiat à fide, est spiritualiter mortuus: & cõsequenter nõ potest influere vitã: & consequenter nõ est Papa: quia ipso facto est depositus. Hæc ex illo. Et idẽ Pet.de Pal.in libro de potẽ. Papę, sentit dicens, ꝙ Papa quãdiu est Papa deponi nõ potest ꝑpter quodcunq; crimen, nec à cõcilio, nec à tota ecclesia, nec à toto mũdo, nõ solùm quia est superior nullum habens hominẽ supra se, qui eum valeat iudicare: sed quia Deus sibi Romani præsulis, quandiu præsul est, iudicium reseruauit. ix.q.iij. aliorũ. Si tamen labitur in hæresim, eo ipso est præcisus ab ecclesia, & deponitur de facto, & desinit esse caput ecclesię: quia caput precisum, quãdiu est precisum, caput esse nõ potest illius corporis, à quo est præcisum. Per alia autẽ peccata est caput languidũ, quod ꝑpter hoc nõ desinit esse caput, nec cõsequẽter põt à mẽbris iudicari. hæc ex illo. Sed cõtrà. Nã gl.in c.si Papa.di.xl. ꝙ nõ solũ pro heresi, sed pro quocũq; crimine notorio adulterij, simoniæ, & huiusmodi, si esset incorrigibilis, & scãdalizaret ecclesiã, posset accusari: qa cõtumacia est heresis. quę cõsequẽter videt velle, ꝙ etiã posit deponi, vt imponit illi Archi. quia q potest accusari, põt puniri. Sed certè illa gl. directè textũ euertit ibi dicẽtẽ, Papa cũctos iudicat à nemine iudicãdus, nisi deprælẽdatur à fide deuius: id est, pro hæresi solùm. Vnde dicit Pet.de Pal.vbi suprà, ꝙ ista gl.est falsa: & cõtumacia dicitur heresis largè, sicut & simonia, propter aliquã similitudinẽ. cùm verò dicitur, Papam propter hæresim posse deponi, vel esse depositũ, sumitur hæresis propriè, id est, pro errore fixo eorũ q̃ sunt fidei. Et idẽ de ea dicit August.de Ancho. addens ꝙ saluari potest, si illa incorrigibilitas alicuius vitij dicatur, quãdo peccatũ dicit non esse peccatũ: quia esset vere & ꝓpriè hæreticus. ¶ Et adde tu ꝙ istis standũ est, & nõ Canonistis, quia materia est Theologica: cùm authoritas Papæ spectet ad ius diuinũ: & maximè Pan. quia sicut diabolus in oĩbus operibus suis redolet suũ primũ peccatũ superbiæ, ambiens honores diuinos: ita iste, quia fuit schismaticus cõsentiẽs cõciliabulo Basiliẽsi cõtra põtificẽ summũ, semper in sua doctrina fauet cõcilijs cõtra Papã. Vide supra Cõciliũ. §.iij. Et ex dictis ibi limita hoc dictũ ꝙ cõciliũ nõ põt iudicare Papã, qñ certũ est ꝙ sit Papa: secus ĩ dubio: quia tũc ipse nõ est iudex omniũ, sed pars. vnde cũ ecclesia sit sufficiẽter à Christo instituta: huius litigij erit aliquis iudex. Ista aũt indubitata cõclusio, ꝙ Papa à nullo iudicari potest, nisi pro crimine hæresis, quę habetur in d.c. nemo. patet etiã in c.eiectionẽ. dist.lxxix. & in c.ipsi sunt. ix.q.iij. & in c.cũcta.ea.cau. & q. & in c.oues.ij.q.vij. & per Inn.iij.ser.de cõsecra.Rom.põtificis: & per multa cõcilia, vt refert d.Io.de Turre cre. Quid aũt faciẽdũ sit qñ Papa suis moribus ecclesiã destruit: dicit idẽ Pet. primò nõ esse obediendũ in multis: sed resistendũ per honestã reprehẽsionem, exẽplo Pauli resistentis Petro in faciẽ, Gal.ij. Si vellet totũ thesaurũ ecclesiæ aut patrimoniũ beati Petri dare parẽtibus eius, vel ecclesia destruere, & huiusmodi, nõ esset ꝑmittendũ, sed resistẽdũ: tamẽ sine depositione. Et intellige ꝙ huius ratio est: quia in destruẽdo nihil potest: & si de destructione constat, põt resisti. Secũdò orandum esset vt corrigeretur à Deo, vel de medio tolleretur: & contra eius voluntatẽ conciliũ conuocandum, & perillud Papa moneretur, vel Deus inuocaretur: & resistẽdo in malis remediũ apponeretur. Hoc tamen & in omni simili casu nulla multitudo conuocata haberet authoritatẽ cõcilij sine authoritate Papæ: & si haberet authoritatẽ cõueniẽtem alijs partibus: sicut & corpus sine capite, posset ha-
5 bere motum grauium, sed non vitalem. ¶* Quintò quæritur, vtrũ papa vtẽdo sua potestate in iudicando & statuẽdo posit errare? Et de hoc dico vt s̃.Canonizatio. §.iij. & Concilium. §.ij. & Ecclesia.j. §.ij. & iij. & Fides. §.vij.
6 ¶ Sextò quęritur,* quid posit papa super inferos? Et dico ꝙ potest facere indulgẽtias eo modo quo suprà Indulgentia, dictũ est. Et si quæratur, vtrũ posit spoliare purgatorium pro libito suo: dico ꝙ non sua voluntate præcise, sed mediãte illo infinito thesauro: & sicut põt liberare à pœna peccatorũ debita in hoc mũdo omnes qui sunt in mundo, si faciãt quod mãdat, etiã si essent millies plures quàm sint: ita liberare potest omnes, qui sunt in purgatorio, si quis pro eis faciat quod iubet: peccaret tamen indiscretè cõcedendo. Et in isto sensu dicunt doct. ꝙ nõ potest ad libitum spoliare purgatorium. de quo s̃.Indulgẽtia. §. vij.
7 ¶ Septimò quæritur,* quid posit supra paganos? Et dico ex Archidi. post Aug.de Anch. ꝙ in eos habet iurisdictionem: quia est vicarius Christi habentis iurisdictionẽ in omnes. Non tamen potest ab eis auferre dominia, si qua iustè tenẽt. Intellige, nisi eo modo, quo à Christianis põt auferre propria bona. s. ex causa iusta: qa dominiũ est beneficiũ naturale. primo Poli. cũ qdã naturaliter sint domini, & quidã serui. beneficia autẽ naturalia ẽt dæmonibus nõ sunt ablata. Nec põt eos cogere ad relinquẽdũ suos ritus, etiã quantũ ad matrimonia, aut faciẽdũ nostros, sicut nec ad fidẽ. Potest aũt eos punire, scilicet pœna pecuniaria vel corporali: nõ autẽ spirituali, id est, excõmunicatione, cũ sint extra, si peccent contra legẽ quã recipiunt: sicut & omnes alios, scilicet si peccent cõtra naturalẽ in manifestis: non autem diuinã veterem aut nouã, vel contra positiuã ab eis nõ receptã, nisi sint tẽporaliter ei subiecti: quia cogendi sunt viuere legibus aliorũ subiectorũ: intellige nisi in concernẽtibus suos ritus: ne videantur melioris cõditionis propter suam infidelitatẽ. Sicut si statutũ vetet portare arma, cogẽdi sunt illud obseruare: ar. dist. viij. contra morem. Similiter potest eos punire, si quid faciunt in sua superstitione, quod vergat ad irreuerentiã fidei. de Iudęis & Sara.c.e.vnica. Et idẽ intelligo posse quemlibet temporalem dominũ paganorũ: quia est minister & vicarius in
8 hoc. ¶ Octauò quæritur,* quid posit in Iudæos? Et dico eum posse cogere illos ad seruandũ ea, quæ canones mandarunt: de quibus s̃.Iudæi, per totum. non quidem plectẽdo pœna spirituali per censuras, cùm foris sint: sed temporali pecuniaria, & corporali. xxviij.q.j. sæpe. imo & per pœnas spirituales indirectè: puta excommunicãdo principes eos non punientes, secundùm Archid. ¶ Nonò quæritur,
9 *qd posit in hæreticos & schismaticos? Et dico ꝙ hæreticos pot quadrupliciter punire, scilicet excommunicatione, depositione, rerum temporalium ablatione, & militari persecutione: vt s̃.Clericus.j. & ij. ferè per totũ. Schismaticos autem potest priuare potestate iurisdictionis in subditos: & potestate ordinis seu cõsecrationis quãtũ ad executionem, faciendo ꝙ non liceat eis vti actibus ordinum
10 suorũ: vt j. Schisma. ¶ Decimò quæritur,* quid iuris de potestate papæ in Imperatorem? Et dico multa ex Archidiac.iij.parte. titu.xxiij. post Aug. de Anch.vbi s̃. ¶ Primum. Licet dominiũ seu imperiũ tyrannicũ tẽpore præcesit sacerdotiũ: quia scilicet secundũ August.xv.de ciui. Dei, primus regũ fuit Cain, & post diluuiũ Nembrot: primus aũt sacerdos fuit Melchisedech, qui secũdũ Hebręos fuit Sem primogenitus Noe, in quo incœpit sacerdotiũ, post quẽ vsq; ad legẽ Mosaicã deriuabatur ad primogenitos: naturale tamẽ & iustum imperiũ nõ est notũ cœpisse ante Moysem, qui à Deo institutus fuit princeps populi sui. ¶ Secundũ. Papa est Imperatore maior dignitate, plus quàm aurũ plũbo. dist.xcvj. duo sunt. & sol luna. de maior. & obed. sõlitæ. Vnde & Alexander Magnus doctus visione Dei apparẽtis sibi in forma summi sacerdotis Iudæorum, eundẽ sacerdotem obuiũ adorauit: in eo Deum, inquiẽs, adorauit. & similiter Octauianus suasu Sibyllæ Tyburtinæ adorauit puerũ, cuius papa est vicarius. ¶ Tertiũ. Papa potest eligere Imperatorẽ per seipsum immediatè, quãdo ex iusta & rationabili causa expediret: quia principalis agẽtis habẽtis dirigere omnes fideles ad pacẽ & finẽ spiritualẽ, est eligere ministros. Vnde Imperator est minister eius eo ipso ꝙ est minister Dei. Rom.xiij. cuius vicarius est papa. Ex quo sequitur, ꝙ etiã posit eligere electores Imperatoris, & mutare ex causa. eius etiã est electũ cõfirmare. de elect. venerabilẽ. & cõfirmatum consecrare. de sacra vnct. cùm venissent. & cõfirmatũ & consecratũ coronare. d.c.venerabilem. & in coronatione iuramentũ fidelitatis excipere. dist.lxiij. tibi domino. & dignũ excõmunicatione excõmunicare. xcvj.dist.duo. & dignum depositione deponere. sicut Inno.tertius Ottonẽ, & Inno.quartus Federicũ deposuit. & dignũ gladiaria persecutiõe gladio persequi: & bellum cõtra illũ cõuocare: & ab eius fidelitate vasallos absoluere. xv.q.vj. nos sanctorum. Nec obstat, ꝙ Constantinus Imperator Syluestrũ papam coronauit: quia hoc non fecit quasi authoritatem vel dominium præbẽs, sed sicut minister obsequens: cuius signum fuit, ꝙ tenens equum eius exhibuit stratoris officiũ. Quod autẽ dicit Hugo. dist.xcvj. cùm ad verum. ꝙ Imperator potestatem & dignitatem non accipit ab apostolico, sed à principib⁹ & populo per electionẽ, planũ hodie est esse falsum. Quod etiã dicit, has potestates esse à Deo, & distinctas, verũ est eo modo, quo dictũ est §.ij. Quod etiã dicit, Imperatorẽ esse maiorẽ papa in tẽporalibus, est simpliciter falsum quantum ad iurisdictionẽ: sed verum, quantum ad immediatum vsum & executionẽ: quo modo etiã dici potest maior Christo. Et sic intelligitur dictum capi. cùm ad verum. dist.xcvj. quòd papa vsurpare sibi nõ debet ea quę sunt Imperatoris: qa scilicet nõ debet immediatè exequi tẽporalia. quod intellige nisi ex causa, vbi sibi videtur expedire. ¶ Quartũ. Constantinus potuit donare Syluestro Imperij tẽporalẽ administrationẽ, & eam recipere ab eo: quia papa est vicarius Dei, cui nos reddimus in recognitionem dominij & honoris ea, q̃ ille nobis donat ad vsum & stipẽdiũ laboris, iuxta illud Dauid primi Parali.vl. Quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. & ad idem xij.qõ.j. videntes. Vnde donauit Constantinus papæ in venerationem & recognitionẽ dominij administrationẽ tẽporalẽ Imperij: & eandẽ immediatè papa cõcedit Imperatori in vsum & stipendiũ officij, pro defensione & gubernatione pacifica ecclesiæ. ¶ Quintũ. Non potest autẽ illa donatio per successores reuocari: tamẽ quia semel Deo dicatũ humano iudicio reuocari non potest, vt patet xij.q.ij. de rebus. & cap. ligna. de consecratio. dist.j. tum etiam quia potius reddidit quod erat subtractũ, cùm domini sit terra & plenitudo eius, quàm dederit quod erat Imperij: tum etiã qa donauit de cõsensu eorũ, quorũ erat dare talẽ potestatẽ. i. principũ, senatus & populi, à qbus acceperat. de quo
11 vide in c.Cõstantinus.di.xcvij. ¶ Vndecimò q̃ritur, *quid iuris de potestate papę in alios reges & principes Christianos? Et dico, secundũ eosdẽ. s. Archid. & Augu. de Ancho. ꝙ omnes ei tenemur obedire, sicut & Christo, cuius vices gerit: & in eos omnes habet vniuersalẽ spiritualiũ & temporaliũ iurisdictionẽ, sicut & in toto orbe vice Dei viuen-

tis:ſed temporalium adminiſtrationem nõ recipit,niſi in regionibus Occidẽtalis Imperij per conceſsionẽ Cõſtantini Imperatoris: nec vtitur hac adminiſtratione,niſi in aliquibus partibus mediãte Imperatore quẽ eligit:nõ aũt in alijs regnis Occidẽtalis Imperij, non propter carentiã authoritatis,ſed propter nutriendũ in filijs vinculũ vnitatis & pacis:quia propter tyranniçã vſurpationẽ Imperij à diuerſis in diuerſis partibus ad vitandũ ſcandalũ,ſudæorũ ſe tributariũ fecit cũ Petro,licet nõ obligetur,Matthei xvij.xj.q.iij. inter verba. Et ideo põt reges corrigere,ſicut Nicolaus Lotharium de adulterio reprehendit.ij.q.j. ſcelus. & ex rationabili cauſa deponere,ſicut Zacharias depoſuit Regem Francorũ,ſubſtituens Pipinum.xv.q.vj.
32 alius. ¶ Duodecimò quæritur,* vtrũ papa habeat in Chriſtianos vel alios poteſtatẽ veniendi contra ſuũ contractũ, quaſi ex eo nõ obligetur?Et dico ꝙ non:quia ipſe nõ eſt dominus mũdi quo ad proprietatẽ:ſed quo ad iuriſdictionem ſolam & protectionem,ſecundùm glo.& cõmuniter doct.in proœmio Digeſtorũ:ſicut nec Imperator,qui rei meæ dominiũ mihi auferre nõ poteſt ſine cauſa,ſecũdũ Bar.ibi.quod etiã eſt verũ quo ad bona eccleſiaſtica,quorũ nõ eſt verè dominus,ſed diſpenſator:ſicut de omni clerico dicit S.Th.*in* vj.quolibet.art.xij.nõ obſtante gl.in c. cùm veniſſent.de iudi.quæ dicit cõtrariũ:quia eũ damnãt doct.dicentes ꝙ eſt eorũ ſolùm adminiſtrator & diſpẽſator.vnde nec ea ſine cauſa alienare põt:& ſi facit,peccat mortaliter,ſecundũ Archid.xij.q.ij. nõ licet. Vnde de eo verum eſt quod de principe dicit Bal.in lib.de vſi.feu.in rub.de natura feudi,ſcilicet ꝙ ex ſuo cõtractu obligatur. Vnde ſi inueſtiuit aliquẽ de baronia vel caſtro,nõ poteſt eum ſine culpa priuare,nec ſucceſſores in Imperio vel regno.de iudi.nonit.Nec obſtat ꝙ habet plenitudinem poteſtatis:quia Deus ſubiecit ei leges,ſed non cõtractus,ex
33 quibus obligatur. ¶ Decimotertiò quæritur,* vtrum poſsit aliquẽ abſoluere ab obligatione,qua tenetur alteri homini?Et dico ſecundũ Inno.ꝙ hoc poteſt de plenitudine poteſtatis:ar.viij.q.iij.per principalẽ.C.de qua.præſcri.l.bene à Zenone.C.de preci.Imper.offe.l.quoties.& idẽ Ho. 16
& Bern.Sed hoc limita ex cauſa rationabili, & non aliter: qa,vt dictũ eſt ſ.priore, nõ eſt dominus mũdi quo ad proprietatẽ:nec legẽ cõdẽdo poteſt auferre mihi rei meæ dominiũ ſine cauſa,ſicut nec Imperator.Et ſic intellige l.vẽditor.ſ.ſi conſtat.ff.cõmu.præd.qui ſ.ſecũdũ Bar.in hac materia eſt ſingularis.& ſic etiã intellige Pã.in c.ij.de voto.ꝙ papa auferre poteſt obligationẽ laici non ſubditi ei tẽporaliter contractã ex fidei præſtatione,nõ aũtẽ aliũde quæſitã:cùm ſit de iure gentiũ.in cle.paſtoralis.de re iu. ſcilicet ſine cauſa rationabili,ſine qua nec Imperator poſſet.Et idẽ à fortiori intellige hoc nõ poſſe ciuitatẽ aut vniuerſitatẽ vel collegiũ.Ex magna tamẽ cauſa poſſet papa à ſecularib⁹ exigere ſubſidiũ tẽporale:vt ſi eccleſia inuaderetur,& aliter ꝓuidere nõ poſſet. ¶ Decimoquartò q̃-
34 ritur,* vtrũ poſsit tollere leges ciuiles?Et dicit Io.And.ꝙ vbi nõ habet iuriſdictionẽ tẽporalẽ,tollere nõ põt legem quo ad forũ ciuile:niſi in his in qbus vertitur periculũ animæ,cùm poteſtates ſint diſtinctæ.xcvj.di.cum ad verũ. In illis aũtẽ,in quibus animę periculũ vertitur,tollit quo ad vtrũq; forũ.de iudi.nouit.de præſcr.c.fin.& de ſecun. nu. c.pe.& vlt.de foro cõpe.lib.vj.& de iureiur.c.ſi.li.vj.& in c.ij.de except.lib.vj,& in c.decernimus.de ſen. exc.lib.vj. quia in his leges nõ dedignantur ſacros canones imitari. de Iudæ.clerici. & in authen.vt cleri.ap.prop.epi.colla.vj. & ita tenet Sum.Roſ.& Supple. Sed iſta determinatio procedit ex errore;ꝙ papa non habeat tẽporalẽ iuriſdictionẽ in tota eccleſia.qđ improbatũ eſt multipliciter in hoc titulo.Vnde dico,ꝙ de plenitudine poteſtatis ex cauſa rõabili põt oẽs leges ciuiles euertere,& aſs cõdere,niſi inquãtũ ſpectãt ad ius naturale aut diuinũ:nec Imperator cũ oĩb⁹ legib⁹ & populis Chriſtianis poſſent cõtra eius voluntatẽ quicquã ſtatuere.Et hęc omnia patẽt ex dictis in hoc titulo,& ſ.Legitimatio. ſ.iiij.nec quæ allegãt Canoniſtæ cõtra hoc,aliqd cõcludũt,niſi ceſſante cauſa, & ex poteſtate iuridica,q̃d eſt ſecũdũ iura, quibus papa ex neceſsitate nõ
gnoris cōputare in ſorte? Et dico quòd ſic, tam quos per cepit, quàm quos potuit percipere, & ex ſua negligētia nō percepit, & quod ſupereſt reſtituere debitori, ſecundū gl. in c. cùm contra. eo. tit. & ſequitur Pan. ibi. & Ioā. Andr. in c. j. & ij. de vſu. ſed Hoſtiē. contrarium ſenſit, quo ad perci piēdos, ſcilicet ꝙ non teneatur niſi fuerit in dolo vel lata culpa: quia erat domus ſolita locari, vel erat qui quærebat eam cōducere. & idem do. Ant. ſed verior eſt opinio Cal. ſcilicet ꝙ ſi ſatisfactū eſt ſorti, tenetur etiā de percipien dis: quia eſt malæ fidei poſſeſſor in nō reſtituēdo rē. Si ve rò ſorti nōdum ſatisfactum eſt, non tenetur. quod limita, niſi ſit in dolo vel lata culpa. & ſic limita. & conc. l. j. & ij. C. de pi. act. & Doc. Et ſi creditor eſt paratus cōputare fru ctus in ſortem, ſed petit reſiduum debiti, ſecundū Ray. po teſt pecuniam mutuatam per actionem perſonalē petere. C. de pig. l. quāuis. & l. diſtractus. Item poteſt pignus alte ri pignorare. C. ſi pig. pignori. l. j. & ij. De hac materia vi- de §. Vſura tertiò, per totū. ¶ Duodecimò quæritur, * quā 12
pēſionē ſoluet creditor ꝑ domo pignorata? Et dicit Spe. ꝙ ſolū ad illā quātitatē, quā inde creditor prēſtitiſſet. l. in ſumma. §. in frumēto. ff. de cond. inde. Pan. verò in d. c. cū cōtra. diſtīguit: qa ſi fuit ſimpliciter pignorata, ad eā pēſio nē tenet: qa cōiter inuenitur à quocūq; alio. Si verò actū fuit vt illa ſoluatur quæ placet: verū eſt qđ dicit Spe. quod verū intellige in aliquo modico, nō in aliquo notabili: qa eſt aliqd accipere vltra ſortē. Nec ob. §. in frumēto. qa lo- quitur qñ per errorē limitatio facta fuit: qa tūc nō obliga tur creditor, niſi inquātū fuit factus locupletior. ¶ Tertio decimò queritur, *vtrū poſsit creditor repetere expēſas fa 13
ctas in pignore? Et dico ſecūdū Ray. ꝙ ſic, circa fructꝰ col ligēdos, & ēt circa pignꝰ, ſi fecit bona fide, niſi ſint immo deratæ. l. ſi ſeruos. ff. de pign. act. & arg. in l. in fundo. ff. de rei vē. qđ Ber. in c. j. de vſuris. intelligit quo ad expēſas ne ceſſarias, nō quo ad volūtarias. Sed tu dic, ꝙ ēt quo ad vti les, mō nō ſint īmoderatę: vt no. gl. in l. creditor. la ij. C. de pi. act. tex. eſt ī d. l. ſi ſeruos. ¶ Quartodecimò q̄ritur, *qđ 14
ſi pignꝰ perijt, aut deterioratū eſt? Et dico, ꝙ tenetur credi tor de dolo & lata ac leui culpa, ſcđm gl. in l. ſi creditor. C. de pig. ac. tex. Inſt. qb. mo. re cō. obl. §. fi. ff. de pi. ac. l. ſi cū vēderet. in fi. nō aūt tenetē de leuiſsima, nec de caſu fortui to: niſi ex pacto vel mora. ¶ Quintodecimò q̄ritur, * vtrū 15
is, q pignꝰ remittit, vel bidellꝰ reſtituēs libros ſibi aſsigna tū ſocio cōſueto, vel famulo illius cuius eſt, teneat, ſi is, cui dedit, egit ſi fideliter? Et dicit Pan. in c. fi. de fur. ꝙ nō: ar. l. eū q. & l. argētū. ff. cōmo. & facit c. ſignificāte. eo. ti. & ſeq tur Bar. ī l. ſi qs vxor. §. apud Labeonē. ff. de fur. idē dicit ſi eū aſsignauit deferēti aliqđ ſignū illius, cuius erat. & facit d. c. ſignificāte. cū ibi not. Non eſt tamē credēdū de facili tali ſigno, ſi res eſt pretioſa. ar. c. j. & ij. de fide inſtrumēto.

PIRATA eſt omnis, qui prædatur in mari. ter in, anno excommunicatur ab ore ſummi pōtificis, cū omnibus receptatoribus & dātibus eis auxiliū, conſiliū, vel fauorē: vt no. Io. And. & do. Anto. in c. excommunicationi. de rapto. Vide ſuprà Excommunicatio. vij. excommunicatione xx. per totum. & ibi, quis propriè dicatur pirata.

PISCARI, ſiue piſcatio, ſecundùm S. Tho. ſicut & ve natio & aucupium, ſunt à natura, & conſequēter de ſe licita. j. quæſtione xcvj. artic. j. ij. ij. quæſtione lxiiij. arti. j. cōtra. iij. c. xxij. Eſt aūt illicita piſcatio in maioribus ſolē

ait

nitatibus:in dominicis verò vel inferioribus licet ſolùm ex cauſa vrgente & cum licētia:& tunc fiat portio pauperibus.de fer.licet.Cauſa autē vrgens eſt,vt videtur ibi,lucrū fortuitum ſtatim periturū:vt quia apparēt halecia,& huiuſmodi:& à fortiori fames.Sed iſta intelligo quādo intētio eſt principaliter ad lucrū:ſecus cauſa recreationis: qa nec licentia,nec alia vrgens cauſa requiritur.In fluminibus autem publicis & perpetuis,vt eſt Rhenus & Padus,piſcatio licet:nec aliquis hoc poteſt prohibere,ſecundū Io.de Pla. Inſti.de rerum diui. §.flumina.ſimiliter nec applicationē nauiū ad portū,& ligationem ad lapides vel arbores exiſtentes in ripa.Licet aūt ripæ & arbores ſint publicæ quo ad vſum,ſiue in cōmuni vſu:proprietas tamē earū eſt eorum quorum ſunt prædia,quibus adhærēt:ideoq; ſi cōcurrat nauta vel piſcator volēs ad arborē nauē ligare vel ſiccare retia,& dominus volens arborē præſcindere,præfertur dominus:quia nulli proprium ius detrahendum eſt.Si verò concurrāt duo nō domini, quorum vnus publicam, reliquus priuatam vtilitatem prætēdit,præfertur primus. Si verò vterq; prætēdit publicā,vel vterq; priuatā, præfertur qui primò occupauit,ſecundū Ia. But. & ſi vterq; pariter occupauit,locꝰ eſt gratificatiōi vel ſorti:ſicut dicit gl. de plauſtris inuicem obuiantibus in via arcta,dum quērit quis retrocedet.ff.ne quid in loco pub.l.j. §.hoc interdictum.Vide etiam infrà Venatio.

PLACERE velle hominibus,eſt bonū aut malū, mortale aut veniale,ſecundū finē intentum, & media intenta,& circunſtantias actuum, de quibus generalis regula dari non poteſt.Vide ſuprà Adulatio.

POLLICITATIO eſt ſolius offerētis promiſsio.ff.de polli.l.iij.vt qū cōſenſus eius,cui fit promiſsio,nō extat acceptās:& differt à ſtipulatione & pacto,quod eſt duorum cōſenſus atque conuentio,pollicitatio eſt vnius tantùm:tranſit tamē in pactum,quando is,cui quis pollicetur per nuntium vel literas acceptat:quia ibi eſt duorū cōſenſus.l.pactum.ff.de polli.& §.Pactum.in prin. Vide gloſ.in cle.Romani.de iureiur.& Pan.in c.cum iuramento.de homicid.Et aduerte pro claro intellectu,qꝺ de ratione pollicitationis eſt,quòd adſit tantū vnus cōſenſus:de ratione verò pacti ſunt duo.ſed quia conſenſus eſt duplex,ſcilicet expreſſus & tacitus:ideo pollicitatio propriè ſit abſenti,q non conſentit,niſi ex interuallo:ſi autē fiat præſenti & tacenti,dicunt Legiſtæ, qꝺ eſt propriè pactum.Sed intellige tacitè,qa vnus cōſenſus eſt tacitus:eſt verò pollicitatio expreſſe,quia vnus tātū cōſenſus exprimitur.Vide quę refert Bertachi.Vtrū aūt quis obligetur ex pollicitatione? Et dico qꝺ ſic,qſi pollicet ciuitati,vniuerſitati,clero,eccleſiæ,vel pauperibus alicuius loci,& ex cauſa:puta ad honorē Dei,& huiuſmodi:ſecus ſi fiat prędictis ſine cauſa,vel alijs à prædictis etiā cū cauſa:quia non obligatur, niſi ꝓtextu promiſsionis aliquid ceperit.ff.de polli.l.j. §.j.& ītelligo etiam ſi adſit pactum tacitum.Facit glo.in c.ſcimus.xij.q. j.quæ dicit,qꝺ ex pollicitatione facta Deo poteſt quis cōueniri.& c.ex parte.de cenſi.Vide Panormi. in proœmio Decretalium,& in d.c.ex parte. & infrà Votum.iiij.q. vij. particula iiij.

POLLVTIO nocturna vtrū communionem impediat, & vnde veniat:vide ſuprà,Euchariſtia.iij. §.x.Vtrū autem ſi in vigilia terminetur, ſit peccatū:dicit S.Thom. in iiij.diſt.ix.quòd meritum & demeritum in eo magis iudicatur ſecundùm principium quod eſt in dormiendo:quia corporalis motus non pertinet ad meritum vel demeritū, niſi ſecundū quod à volūtate cauſatur:ex quo aūt eſt exci tatus in dormiendo,non ſubiacet voluntati vigilantis:qui etiā nō reputatur euigilaſſe quouſq; vſum liberi arbitrij recuperauerit perfectè.Poſſet tamē in ipſa plenaria euigilatione peccatū cōtingere,ſi adſit complacētia propter delectationem,quod erit veniale,ſi ſit ex ſubreptione:mortale verò ſi ex deliberato conſenſu, præcipuè cū appetitu futuri:licet poſtplacētia nō faciat præteritā pollutionem eſſe peccatū:ſi verò placeat,ꝓpter alleuiationē naturę,nō creditur peccatum.Et idē Sum.Conſe. Ex quibus bene cōſideratis apparet,qꝺ pollutio eſt peccatum ſolū duabꝰmodis:primò ſi procuretur: ſecūdò ſi placeat ad voluptatem. Vnde patet quòd complacētia pollutionis in ſomnis propter alleuiationem naturæ,aut mitigationem carnalium motuum ſine procuratione non eſt peccatum:ſed operari directè vt eueniat,puta cōedendo calida tali fine,eſt mortale:ſecus ſi nō intenditur,ſed quid tale fiat propter gulo ſitatē aut aliā cauſam, cum dubio tū ſecuturę pollutionis quia eſſet veniale ſolū.In vigilia aūt aliquādo eſt ſine peccato,vt in patiētibus fluxum ſeminis:aliquādo cū veniali, vt quādo præter voluntatem euenit,etiā ſi præcedat exaliquo peccato veniali,puta cogitatione non moroſa:aliquādo cum mortali,vt quando procuratur,aut venit peccato mortali actualiter illi cōiuncto,aut deliberatè ex voluntate placet.

POPVLVS ex decem hominibus conſtat.x. q.iij. vnio. in glo.ſicut duo faciunt congregationem.de elect.cj. & tres collegiū.ff. de verbo.ſigni. l. Neratius.& tamen in vno retinetur.ff.quod cuiuſ.vni.l.ſicut. de quo vide glia c.j.de poſtu.prela.q dicit ius vniuerſitatis remanere poſſe in vno ſolo,omnibus alijs mortuis vel priuatis.gl.tamē dicit,qꝺ collegium non remanet in vno:quia deficit *vocis ſignificatum*,ſed ius collegij:decem aurē vel *quindecim* faciūt turbam.ff. vi bono.rapto.l.prætor.ila.ij.quatuor quoque vel quinq; porci,vel decē oues gregē faciūt.ff.de abigeis.l.oues.Ex quibus ſecundùm Ioan.And. in Sum.Confeſ.infertur quòd ſcandalizatur populus quādo decē graues & honeſti de populo ſcādalizātur:licet in populo ſint etiam mille.

¶PORTIO canonica. Vide §.Canonica portio.

POSSESSIO ſumitur materialiter pro re poſſeſſa,& formaliter ac propriè.& ſic ſecūdū Hoſtien.in Sum.& Azo.C.de acquiren.& retinen.poſ.eſt corporalis rei detētio,corporis,& animi & iuris adminiculo cōcurrēte:vt eſt ius quo quis rē corporalē verè in poteſtate habet.Dicitur autē primò corporalis rei:quia incorporalia,vt iura,& ſeruitutes,quaſi poſſideri dicūtur, & quaſi tradi per patiētiū & vſum:ſed cū nō poſſint corporaliter apprehēdi, nō poſſidētur ꝓpriè.de foro cōpe.conqueſtus.in gl.ff.de vſucap. l.ſequitur. §.ſi vnica.ff.de acqui.poſſ.l.iij.& tū præſcribitur.de cauſa poſſeſſ.cùm eccleſia. Dicitur ſecūdò detētus: quia poſſeſsio dicitur quaſi pedū ſeſsio:& acquiritꝰ corpore interueniēte,ſeu corporali ſigno. Dicitur tertiò *corporis*:quia oportet cōcurrere actū corporis, corpore ſcilicet adipiſcēdo,vel ſaltem oculis:ſufficit enim aliquādo viſus & animi affectus cū volūtate tradētis. Dicitur quartò animi: qa nec ꝑ ſe corpore, nec per ſe animo poſſidetur.Dicitur quintò iuris,&c.quia ſine iure nō eſt poſſeſsio,id eſt propriè, ſed iniuſta detētio. Sed intellige iuris veri vel ꝑſumptiː alioquin non præſcriberetur alienū.Poſſidere aūt dicitur quis de iure tantū,& de facto tantùm,& vtroq; modo.de cōceſ.præben.cū noſtris.vbi multa nota.Et de iure poſſidere dicitur quis primò naturaliter, vt cū eſt in re vel eius parte: vel ſaltē videt rem in ſuo cōſpectu,vl ꝑtē ei', ſecundùm

ſecūdùm Azonē in Sum. Sed intellige videt,primò quaſi, aſtās factis, aut verbis defenſurus rē ſibi ſi quis obſtiterit: & ſecundò ciuiliter, vt cùm quis nec eſt in re, nec res in conſpectu eius,ſed poſſeſsionē ſolo animo habet, & rem de iure retinet, intellige de iure vero, vel præſumpto, nō de vero tantùm:aliàs nullus præſcriberet rem alienam,vt dictum eſt. Et tertiò precariò, & multis alijs modis.

¶POSSESSOR bonæ,& malę fidei quis dicatur,j.Reſtitutio.iij. §.ix. Quomodo autē teneatur reſtituere ſi ſit bonæ,ſ.Fructus. §.ſi verò ſit malæ,j.Reſtitutio.iij. §.ix.

¶POSSIBILE,ſ.Impoſsibile,& ſuprà,Facere.

POSTLIMINIVM eſt ius,quo reſtituit alicui res vſucapta,vel præſcripta,quā propter captiuitatē,vel ſeruitutem amiſerat, à qua ſcilicet reuerſus eſt.xvj. q.iij. c.j.ff. de ca.& poſtli.l.poſtliminium.ſuprà Bellum.in princi.

DE POSTVLATIONE prælatorum.

1 *Poſtulatio prælati quid,& quotuplex ſit.*
2 *Poſtulatio ut ualeat,qua requirantur.*
3 *Poſtulari quis poſsit,uel non poſsit.*
4 *Poſtulare quis poſsit.*
5 *Poſtulatio à quo fieri debeat.*
6 *Poſtulationis quis ſit effectus.*
7 *Poſtulatio an quærat aliquod ius poſtulato.*
8 *Poſtulantes an poſsint poſtea à poſtulatione reſilire.*
9 *Poſtulatus an repetat expenſas à poſtulātibus qui uariauerūt.*
10 *Poſtulantes ſcienter indignum,quam pœnam incurrant.*
11 *Poſtulatus ad aliam eccleſiam quid reſpondere debeat.*

1 POSTVLATIO* ſumi pōt dupliciter, ſcilicet primò, ſecundùm ſuum cōmune ſignificatū: & ſic eſt verum quod dicit Gof.qꝺ eſt gratiæ petitio.& ſecūdò iuridice:& hoc interdū dupliciter. vno modo vt poſtulatio eſt vocatio:& de hac §. Aduocare. Alio modo vt poſtulatio eſt vnus ex modis prouidendi eccleſiæ vacanti: & ſic ſecundū 3 Hoſt.eſt alicuius perſonæ,quæ eligi prohibetur, nō propter vitiū,ſed propter defectū,qui tamen nō omnino inhabilem reddit ad prouidendū eccleſiæ concors & certa capituli petitio. Et ſic diffinit Summa Confeſſ. & Piſa. & Archie.& Supple. intelligendo concors,ſaltem quantum ad duas partes capituli:& certa, quia vnus tantū debet poſtulari propriè, licet nominētur multi, ſecūdùm aliquos. Vel ideo dicetur certa,quia nō cōpromittitur,ſed aliqua vel aliquæ perſonæ certæ poſtulantur. Sed Sum.Ange.& Roſel.definiunt ſecundùm Pan.in rub.extrà eo. quòd eſt gratiæ petitio à ſuperiori facta de promouēdo aliquē ad prælationem,ad quā de iure communi, propter aliquem defectum, vel aliud impedimentum,eligi,ſeu promoueri non poteſt.Sed iſta diffinitio ſtare nō poteſt:quia ſi diffinitur poſtulatio communiter ad licitā, vel illicitam, ſiue ad eam,quæ fit de iure, & quæ de facto, malè ſit mētio de impedimento eligēdi:cùm quilibet poſsit poſtulari de facto: & ſic non cōuenit omni diffinito. Si verò diffinitur iuridica diffinitio,cōuenit poſtulationi factæ de vitioſo, & ſic cōuenit alij à diffinito: nec valet dicere,qꝺ intelligitur de defectu,qui non eſt peccatum, vt dicit Sum.Ange. quia ſubditur,vel aliud impedimentū. ¶Primò verò quęritur,quotuplex eſt poſtulatio?Et dicit Pan.in c.quia propter.de electione.& in c.j.extrà eo. quòd eſt duplex: vna ſcilicet nō ſolennis, per cuius admiſsionem non acquiritur poſtulato *ius* prælaturæ, ſed habilitas vt eligi poſsit. Vel dic tu,vt poſsit cōſentire,vt ea,quę porrigit ei,qꝺ ſup tamen eius cōſenſus in promotiōe ratione ſui intereſſe: ſicut ſi Canonici poſtulent filiumfamilias à patre, vel ab abbate,vt eis concedat monachum eligendum in epiſcopum: qui ſine eius licentia conſentire nō poteſt: vt in c.ſi religioſus. de electio.lib.vj. Alia verò ſolennis, per cuius admiſsionem dictum ius acquiritur:quæ ſcilicet porrigitur ei,qui poteſt ſuper omni impedimento poſtulati diſpenſare. ¶Secundò*quæritur,quę requirantur ad poſtulationem? Et dico multa. ¶Primū,vt fiat ab his,qui poſtulare poſſunt. & ſecundò,vt fiat ab eo,ſeu porrigatur illi,à quo admitti poteſt.& tertiò,vt fiat de eo, qui promoueri poſſet ab eo,qui debet admittere:quę tria ſunt de ſubſtātia ſolennis, etiam nō ſolennis. quartò quòd ſit concors, id eſt,ab omnibus,vel à duabus partibus, quod idē eſt ac ſi eſſet ab omnibus.quod requiritur,vt facilè admittat.de elect.ſcriptum. aliter ſecūdùm Hoſtienſem non facit iniuriam ſuperior nō admittens.c.bonæ.el ij.de electio.aliter ſic.ff.de aqua quoti. & æſti.l.j. §.penul.Pan. tamen in d.c. bonæ.el j.tenet,quòd ſufficit maior pars.& idem Gofr.& eſt mens Hoſtienſis. & ſic patet,quòd hoc quartum eſt de bene eſſe in vtraque,nō de neceſsitate. quintò ſi ſit ſolennis,quòd ſeruetur forma c.quia propter. de elect. ſecūdū Pan.ibi, vt ſcilicet procedatur per formā ſcrutinij,& cum alijs requiſitis,de quibus ſ.Electio.ij. §.x. quod Archiep. dicit tutius,ſed nō requiri neceſſariò.& hoc tene: quia ſi eſſet neceſſe formare decretū, & huiuſmodi,non eſſet ratio,& poſſent reſilere poſtulantes formato decreto, ſicut nec in electione,aut in nominatiōe facta in ſcrutinio electionis: vnde hoc eſt propriū in electione. argu.d.c. quia propter.In poſtulatione autē ſufficit, quòd vota duarum partium capituli, vel maioris partis dirigātur in ſuperiorem. Si tamen poſtulatio fieret in ſcrutinio electionis, dico idem eſſe,ſicut & de nominatione, ita quòd nō poteſt reſiliri à poſtulato, licet poſsint alij poſtulari. ¶Tertiò quæritur,* quis poſsit, vel non poſsit poſtulari? Et dico multa. ¶Primum,ſecūdùm Hoſtienſem poſtulari nō poteſt in prælatum criminoſus,puta periurus,homicida,vel inobediens,ſicut nec eligi.extrà eo.c.j. quod Archi.intelligit de periuro per ſententiā, nō in communi ſermone, vel aliàs non notorio:& de inobediente cōtumaciter,qui non paret ſentētijs ſuorum prælatorum.Necnon profeſſus tacitè,vel expreſſe in prælatū regularem.de elec.cùm cauſam.& c. cùm ad noſtrā. niſi neceſsitate inſtante: quia tunc poſſet, modò in regula ſit cōpetenter inſtructus: ſicut colligitur extrà, de elect.cùm monaſteriū.& c.officij. Nec epilepticus, de ele.cùm inter. niſi fortè ſit liberatus iam per annum.xxxiij.diſt.cōmuniter.de quo tamen vide ſ.Corpore vitiatus. §.viij. Nec mutilatus. de cor.vitiat.poſtuliſti.de quo,& de multis alijs corpore vitiatis.ſ.eo.ti. Nec bigamus vel irregularis:quia huiuſmodi ſunt omnino inhabiles. Adde qꝺ nec is, qui de iure poſſet eligi. & ſi aliqui poſtulent, talem non faciunt, ſecundùm Panor. in rubrica.extrà eodē. quia debēt prouidere eccleſiæ de meliori, & meliori modo quo poſſunt. ¶Secundum. Poteſt autem poſtulari is,cuius defectus eſt talis, quòd licet non poſſet eligi,tamen non eſt omnino inhabilis ad prælaturam : vt ſi defectus ſit in ætate. extrà, de elect. cùm nobis olim. §.vlti.& pen. & ſimiliter ſi ſit in ordinibus: quia ad omnes dignitates habentes curā poſtulādus eſt, qui non eſt in ſacris:de elect.dudum.el j.de æta. & qualit.multis. & ſi ſit in natalibus.de elect.innotuit.& ſi ſit ex hoc, quòd quis eſt epiſcopus.extrà eo.c.fin. Vnde ſi talis eligeretur, nō valeret,vt ibi: & ſimiliter ſi defectus nō ſit in perſona, ſed extra : puta ſi quis eſt ineligibilis hic, & nūc per accidens,ex hoc,quòd iā alius eſt electus: quia omnis talis ex

cõsuetudine practicata postulatur. ¶ Tertium. Secũdùm Bernar.extrà, de elect. etsi vnanimiter liceat clerici nõ possint dimittere ecclesias suas sine cõsensu episcoporũ suorum, nihilominus eligi possent, siue in sua, siue in aliena diœcesi. de elect.cùm inter.& not.gl.in c.innotuit.de renun.addẽs,quòd si episcopus malitiosè licẽtiã negauerit: compellendus erit per superiorem.de iure patro.nullus. ¶ Quartum. Licet hactenus de religioso fuerint diuersæ opiniones, hodie tamẽ indistinctè tenetur, q̃ siue in suo monasterio, siue extra, siue etiã ad episcopalem dignitatem debet eligi, vt notat Ioan. And.de elect.nullus.lib.vj. sed tamen, vt ibi dicit, post electionem postulabitur: quia sine superioris licentia consentire nõ potest. Et idem intelligo in priori casu. ¶ Quintum. Cardinales, sicut & episcopi, non eliguntur, sed postulantur, secundùm Pan.in c. bonæ.el j.extrà eo.quia sunt alligati ecclesiæ Romanæ.& idem Hostiensis, licet Alberic.& Aegi. tenuerint contrarium. Quomodo autẽ perdat priora beneficia, vide eundem Pan.in c.ecclesia.ch.ij. de elect. De hac tamen materia Pan.in c.fi.extrà eod.diffuse: vt quomodo possit eligi episcopus, qui renuntiauit, & qui non est confirmatus, &
4 multis huiusmodi. ¶ Quartò* quæritur, quis possit postulare? Et dico secundũ Host. q̃ omnis qui & eligere: extrà eo.bonæ.el ij.de elect. innotuit. & debent sic concludere,
5 vt Papa dignetur præbere piũ assensum. ¶ Quintò* quæritur, à quo debeat quis postulari? Et dico ex mente docto. maximè Pan.in c.fi.extrà eo. post gl. q̃ si qs postulatur in episcopum, ad Papam pertinet postulationẽ admittere: si 3
verò postulat ad inferiores dignitates, vel ecclesias, ab eo postulandum est, ad quẽ pertinet postulationis admissio, modò cõcurrãt duo. Primum, q̃ talis possit dispensare super defectu postulati in ordine ad talem dignitatẽ. Vnde si quis viginti annorũ postuletur ad dignitatẽ sine cura, ab episcopo postulabitur: si cũ cura, à Papa. Et similiter si Canonici postulent in Archidiaconum aliquẽ habentem viginti octo annos: quia super isto defectu non potest episcopus dispensare. de æta. & qualit. c. vnico. lib. vj. Secũdũ: quòd iste, ad quẽ spectat confirmatio, sit episcopus: quia secundũ Inno. in c.ij. de eo qui fur. or. re. inferiores prælati dispensare nõ possunt, nisi in casibus eis specificè permissis. Si tamẽ esset defectus, qui nõ esset in persona, sed per accidens euenit: vt quia alius electus est: ab eo potest postulari, qui hoc impedimentũ remouere potest electio 9
6 se cassata. ¶ Sextò* quæritur, quis sit effectus postulationis? Et quidam dicunt effectum esse, quòd admittitur, cõfirmari potest, ac si esset electio, per c. monasteriũ. de elect. sed istũ sensum excludit ibi glo. Alij verò dicunt, q̃ effectus eius est habilitatio ad posse eligi. quem sensum Pan. in c.j. extrà eo. excludit loquẽs, vt videtur, de postulatione solenni: quia ecclesia Romana seruat, vt si admittatur, nulla alia indigeat electione: sed nec in nõ solenni est verum: quia vt patuit §.iij.parte iiij. religiosus potest primò peti, deinde postulari. Et ideò dico effectũ esse, secũdùm Pan. vbi suprà, q̃ si postulatio admittatur, postulatus cõsequitur ius, ac si fuisset electus & cõfirmatus: nec indiget alia cõfirmatione vel electione. quod probatur extrà eo. c.ij. Quod intellige in postulatione solẽni: in alia autem effectus est vt possit postulatus eligi, vel electꝰ cõfirmari.
7 ¶ Septimò* quæritur, vtrum per postulationẽ acquiratur aliquod ius postulato? Et no. Pan.in c.postulationem.extrà eo. q̃ quãdo postulatio non est concorditer facta saltẽ à duabus partibus, seu agitur contra eam de aliquo contempto, per eam etiam præsentatam superiori nullum ius acquiritur postulato, vel alteri: & eã potest superior sine cuiusquã præiudicio reijcere: & cõsequenter eam admittendo iniuriã non facit. Sed quãdo postulatio fit propter vtilitatẽ, seu necessitatem ecclesiæ, & cõcorditer saltem à duabus partibus collegij, reijci nõ potest sine iniuria postulantium, & ecclesiæ, in quã facta est, vt not.in c.bonæ. el j.eo.ti.& per Io.And.in c. cùm monasterium. de elect. Et hoc casu secũdùm Host. vt refert Supple. acquiritur ius postulantibus, adeò q̃ petere possunt cõfirmationem, ar. de elect.cũ monasterii. sed non acquiritur ius postulato, nisi fuerit postulatio præsentata: qa tunc ei ius acquiritur, nõ tamen aget ipse, ne præsumptuosè se ingerere videat: verùm in modum denuntiationis fortè admitteturpropter vtilitatem ecclesiæ.ar.c.publicato. de elect. imò hoc casu postulatus præfertur electo. de elect scriptũ. nisi postulatus esset minus idoneus. de elect. dudũ. el j. §. fi. & d. c.scriptũ. Secus si vnus de duabus partibus deficit, vel cũ nõ subest: quia præfertur electus: vt in d.c.scriptũ. Vel dic melius tu, q̃ etiã ea præsentata nõ acquiritur ius postulato, quia est inhabilis. Et hoc est de mente Pan. vt patet §. seq. Si verò non sit facta ex concordia saltẽ duarum partiũ, sed sit facta ex causa, pendet à gratia speciali. extrà eo. postulationẽ, & c.bonæ memoriæ. & cõsequẽter nulli ius acquiritur. Et distinctio trimẽbris colligitur à Panormitano, quantũ ad primum membrũ: quantũ ad secundum ab eodẽ, & Host. quantũ ad tertiũ, à Ioan. And. qui tamen in sexto aliter distinguit: sed nõ videtur diuidere sufficiẽter secũdùm artem dialecticæ. ¶ Octauò* quæritur, vtrum postulãtes possint à postulatione resilire alium eligẽdo vel postulãdo? Et dicit Pan. in c.bonæ.el ij.extrà eo. q̃ nõ, postquam est Romano pontifici præsentata: & idem lectũ dùm alios postquam præsentata est alteri superiori, qui potest illã admittere. quod eidẽ Pan. placet ex identitate rationis, ne scilicet contrariũ agendo videantur illudere superiori. Ex quo infertur à cõtrario sensu, q̃ ante præsentationẽ, etiã post publicationẽ scrutinij, variare possunt, etiã inuito postulato: adeò q̃ secũdùm Inn. & cõmuniter doct. potest reuocari nuntius antequam præsentet: imò ea præsentata secũdùm Host. & idẽ Pan. si cõcordauerint postulantes & superior, admittitur variatio nõ obstãte contradictione postulati. Et ratio est: quia q̃ non posset fieri variatio, erat propter admittentẽ superiorem, nõ propter postulatũ. ¶ Nonò* queritur, an postulat⁹ possit repetere expensas, quas fecit cõsensu postulantiũ, si illi postmodũ variauerunt? Et Dire. lib. ij. dicit primò quòd sic: quia mutare nõ potuerũt in alterius præiudiciũ: vt in regula, mutare. de reg. li. vj. Et dicit hoc tenere Pet. de Sap. extrà eo. c. penult. & Ioannem lxj. dist. §. sed aliud. Dicit secundò, q̃ si propter postulationẽ fecerunt illum ordinari, tenẽtur ei ad interesse, & potest eos cõuenire, vt ei prouideãt de beneficio cõueniẽti: de iur. pat. pastoralis. Et videtur hoc sentire gl. extrà eo. bonæ. el j. Sed primum est falsum, secũdùm Inno. & cõiter doct. quia cùm nõ haberet ius, fecit las expẽsas nõ sine nota ambitionis. Et ex hoc infertur, q̃ exponẽs simoniacè, vt assequereris beneficiũ, nõ potes repetere, quia iniustè exposuit: nec haberet actionẽ mãdati si mandasses: quia ex turpi mãdato nõ oritur actio: vt in l. remunerõdi. §. rei turpis. ff. mãda. Vide de hoc primo in c. cupientes. de elect. lib. vj. Similiter secũdũ nõ placet Pan. quia c. pastoralis. loquitur in præsentato à patrono, cui ex præsentatione ius acquiritur: nõ autẽ in postulato, cui nullum ius acquiritur. Potest tamẽ esse verũ, si cũ fecerũt ordinari vt eligerẽt, & eo ordinato elegerũt aliũ: quia tenẽ

bantur ei de stipendio competenti, vt habeat vnde viuat. quod voluit gloss. in d. §. sed aliud. ¶ Decimò quæritur,
10 *quã pœnã incurrãt postulantes scienter indignum? Et dico, q̃ priuati sunt potestate eligẽdi & postulãdi. extrà eo. c.ij. Et hoc secundũ Pan. ibi, etiã si habeat potestatẽ eligẽ di ex iure cõmuni, & similiter si ex priuilegio. Et potestas partis delinquẽtis residet in alia in primo casu. de elect. cũ Vintonien. & similiter in secũdo, qũ scilicet est ex priuilegio, vt in d.c.ij. & hoc quãdo eligunt vt collegiũ. Nec tamẽ si duo ex tribus cõmissarijs delinquunt, valet electio 1
tertij eligentis idoneũ, cùm non eligant vt collegium, sed vt singuli, habẽtes potestatẽ à collegio: vnde hoc casu potestas deuoluitur ad cõpromittẽtes: vt in d.c. si cõpromissa rius. de elec. lib. vj. de quo etiam §. Electio. j. §. xiiij. Et secundùm Pan. ibi in dicto c.ij. similiter priuantur ipso facto, postulationẽ cassatam innouantes. ¶ Vndecimò quæ-
11 *ritur,* quid respõdere debeat postulatus in episcopum ad aliam ecclesiam? Et dicit Ioan. Andr. in vj. q̃ dicere debet sic, Nõ assentio, nec dissentio: sed in hoc volũtate dñi papæ me suppono. ar. d.c. cupientes. ad fi.& viij. q.j. in scriptis.

POSTHVMVS, quasi post humationẽ natus, dicitur multis modis: primò natus post mortẽ patris, secundò post testamentum ante mortem: vt ff. de iniust. rup. testa. l. ij.& alijs modis, de quibus glo. C. de postu. in rubri.

POTENTIA est id, quo quis potest, & omissã philosophica, & omittẽdo iuridicè dicitur multipliciter: nam quædã est potentia iuris, qua possumus, quod licitè possumus. xxij. quæst. ij. faciat. quædam verò est potentia facti. Et ista est multiplex: scilicet potẽtia absoluta, qua aliquid alicui est absolutè possibile, vt volare habẽti alas: & modificata, qua aliquid dicitur alicui possibile, quia põt illud cõmodè: vt ff. de verbo. signifi. l. nepos. vel quia illud põt honestè. de pœni. dist. ij. charitas. ff. de condi. insti. l. filius. De his glo. in d.c. faciat. Et eodẽ modo dicitur impotentia modis appositis, scilicet qua non est aliquid possibile de iure vel commodè vel honestè.

PRAEBENDA propriè consistit in fructuũ perceptione: canonica verò in iure eius, qui receptus est in canonicum, ad quod ius postea pertinet præbenda, & stallus in choro, & locus in capitulo: in cap. cum M. de constit. & in c.j. de Institut. & per Innocẽ. in c. relatum. & c. dilectus. de præbend. & in c. olim. de verborum signifi. Qui verò possint habere præbẽdas, vide suprà Beneficium. iij. §. iiij. & quo ad magistros, suprà Magister. Quomodo autẽ possit diuidi præbenda vel canonicatus, vide Panor. in c. maioribus. eodem titu. Non valet autem, secundùm Inn. promissio de præbenda vacatura. de præbend. relatum. Nõ tenet etiam receptio, si ad vnam præbẽdã duo canonici sint electi: nec tenet receptio, etiam si interueniat authoritas legati apostolici. de præbend. dilecto. quia, vt ibi dicit Inno. prælato non licuit infringere priuilegium canonicorum. q̃ si authoritate propria hoc fecissent canonici, ad quos spectabat, teneret receptio: quia potuissent renuntiare fauori suo, vide ibi. Nota etiam secundùm Innoc. quòd si in ecclesia, vbi non est certus numerus, vnus canonicorũ moritur, non vacat canonicatus, sed desijt: si verò numerus sit certus, non desijt, sed vacat. De his autẽ, & vtrum valeat electio vltra numerum canonicorũ in ecclesia iuratũ: vel per papam confirmatũ, vide Archid. tertia parte. tit. xv. Quanus autẽ præbẽda sit temporale: quia tamen annexa est spirituali, id est, canonicæ, siue simoniæ vendi non potest: quia ea vendita intelligitur venditum illud spirituale, cui annexa est. j. quæst. iij. si quis obiecerit.

DE PRECARIO, ET PRECARIA.

1 *Precarium quid, & quæ sit natura eius contractus.*
2 *Culpa quæ ueniat in precario.*
3 *Precarium quot modis soluatur.*
4 *Precarium an reuocetur morte concedentis.*
5 *Precarium in quibus rebus consistat.*
6 *Precaria cuius sit naturæ.*
7 *Precatiæ à quo, cui, & qualiter fiat.*
8 *Precario possidens an præscribat.*

PRECARIVM* à prece dictum, dicitur dupliciter. Primò res concessa per contractum precarij: & est quod precibus petẽti vtendũ conceditur, quandiu patitur is, qui concessit. extrà eod. c.fin. & ff. eodem. l.j. Secundò precarium dicitur ipse cõtractus, quo aliquid tale cõceditur: & est gratuitus, similis alijs gratuitis, differẽs tamẽ in multis, vt patebit. Precaria quoq; in genere fœmineo dupliciter sumitur. Primò scilicet in vi adiectiui penultima correpta: & sic aliqua verba dicũtur precaria, aliqua præcepti ua, vt j. Præceptum. §. ij.& iij. in vi substantiui penultima producta: & significat idem in singulari precaria, & in plurali precariæ, secundũ Panor. extrà eod. cap. j. licet differãt à precario in duobus, secundũ Pan. extrà eod. c.j. quia precarium nõ conceditur ad tempus determinatũ: vel si cõceditur, reuocari potest ad libitum: extrà eod. c.fin.& l. cum precario. ff. eodẽ. precaria verò est cõtractus initus ad preces alicuius vel aliquorũ, quo aliquid cõceditur ad certum tẽpus, secũdũ quod partes conuenerũt, ante quod reuocari nõ potest: extrà eo. c.j.& c.fin. licet renouetur de quinquennio in quinquennium, extrà eo. c.j. Et tripliciter, vt dicit Panor. vbi suprà, & alij doct. Primò quãdo fit ad preces alicuius in recompensationẽ dãtis aliquid annuatim: sicut si laicus in solo ecclesiæ ædificet aliquid, & in recompensationẽ decimam soluat quotannis. Secũdò ad preces alicuius in recompensationẽ annuatim aliquid recipientis: sicut cùm datur aliqua proprietas, & ad tẽpus certũ recipiũtur aliqui fructus in recognitionẽ proprietatis. Tertiò ad preces accipientis gratis: vt cùm clerico vel laico bene merito datur possessio ecclesiæ vtẽda in vita sua. Et est precaria, vt dicit Panor. solùm in vsu iuris canonici. Adde quòd quia communiter fit circa res ecclesiæ, videtur ecclesia sola, secundùm exempla doctorum, facere hunc cõtractum: tamen fieri potest à laicis.

¶ Primò ergo quæritur, quæ sit natura cõtractus precarij, quæ est vtriq; iuri cõmunis? Et dico, quòd licet sit similis cõtractibus gratuitis, tamen differt à donatione: quia illa non reuocatur regulariter, & à cõmodato: quia in illo est vsus certus & præfinitus, & tempus saltẽ tacitè determinatum, ante quod nõ reuocatur: vt si cõcessi librũ ad scribendũ, vbi est certus vsus, & tẽpus tacitè determinatũ, scilicet quantũ exigitur ad cõmode transcribendum. l. interdum. & l. continuũ. §. cùm ita. ff. de verbo. oblig. & ante completum vsum reuocari nõ potest. de commo. c.j. Et si deficiat certitudo vsus, vel temporis determinatio saltẽ tacita, nõ erit commodatũ, sed precarium. quod secundùm Barto. in l. in commodato. ff. commo. quia ad certum vsum nõ conceditur, reuocari potest ad placitũ, etiã si interuenisset pactum de non reuocando. extrà eodem. c.fin. ex quo arguit Panor. non valere pactum aut consuetudinẽ contra naturam contractus: nisi per hoc transeat in naturam alterius contractus. adde vel nisi pactum fuisset appositũ per viam conditionis: quia sic vitiat contractum. ar. c.fin. de condi. ap. & quod not. Barto. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccl. Quod tamẽ limita, nisi quis vellet reuocare sine cau

sa,& cũ magno damno alteri*:quia obstaret exceptio dolicùm negari nequeat,quin precarium sit beneficiũ, & sic beneuola actio,&c. vide Panor. extrà eodem.cap.fin. Si tamen precarium concedatur ad certum vsum,adhuc distin gui posset à cõmodato per nomẽ precarium.sicut cõcedo tibi librum ad transcribẽdũ precario nomine,vt patet per not.in c.vnico.de commo. ¶ Secundò quæritur,*quæ culpa veniat in precario?Et dico, q̃ solũ dolus & lata culpa: sed in cõmodato etiã leuissima.l. quæsitum, §. & illud. ff. de precario.& l.cõtractus.ff.de regulis iuris.& in hoc etiã differunt. ¶ Tertiò quæritur,*quot modis soluatur precarium?Et dico q̃ multis.Primò, voluntate concedentis. l.j. ff.eodem.etiã si fuisset concessum ad certum tempus secũdùm Panor.dicto c.fin.Secundò morte eius,cui est cõcessum,extrà eodem.c.fin.quia est concessio personalis, quæ extinguitur cum persona:vt in regula,priuilegiũ.de regulis iuris.lib.vj. Tertiò alienatione rei precario concessę,si is,cui est alienata,à primo domino velit reuocare.d.c.fin. Quartò finito tempore,ad quod fuerat res cõcessa.l. cum precario.ff.eod.potest enim ad tempus certum concedi.l. in rebus.ff.eo. ¶ Quartò quæritur,*vtrũ reuocetur morte concedentis?Et dicit Panor.in c.precarium. eodem tit. quòd nõ.& ibi tex.ex quo infert, quòd ibi validitas actus pendet ex voluntate alterius,non reuocatur per mortẽ illius:quia præsumitur quis in ea voluntate perseuerare,in qua decedit.de bapt.maiores.quod tamen quis concesśit vsq; ad beneplacitũ suum,per mortem reuocatur. de rescrip.si gratiosę.Vide Bart.in l.centesimis.ff.de verb.obli. ¶ Quintò quæritur,*in quibus rebus precarium consistit? Et dico,q̃ in rebus mobilibus,& immobilibus,& incorporalibus:cùm etiam seruitus precario concedatur.ff.eodẽ. l.ij. §.vlt. ¶ Sextò quæritur,*quæ sit natura precariæ?Et dico secundùm Bar.in authen.ingressi.C.de sacrosanct.eccl. & in l.si finita.ff.de dam. infec.q̃ in omnib⁹ & per omnia precaria est eiusdẽ naturę cum emphyteusi:& est glo.x.q. ij.precariæ.quod limita,nisi fiat gratis. differt tamẽ ab emphyteusi:quia reuocatur de quinquẽnio in quinquennium: alioquin cadit quis à iure suo,secundũ glo.in d.c.j.eod. ti. quod intellige in rebus ecclesiæ:de quibus videtur loquius canonicũ,quod contractũ istum introducit: in laicalibus aũt credo standũ consuetudini:quia presumitur actũ quod est cõsuetũ.l.semper in stipulationib⁹.ff.de reg.iur. ¶ Septimò quæritur,*à quo,cui,& qualiter fiat? Et dico, q̃ fieri nõ potest per capitulũ sede vacãte.x.q.ij. precariæ. nec fieri potest œconomo vel eius consanguineo.x.qõ. ij. hoc ius.& in eius cõcessione credit abbas requiri solẽnitatẽ alienationis ecclesiasticæ rei:si est talis rei vel tãti tẽporis,q̃ alienari non possit, nisi cum debita solennitate: quia reuocari nõ potest ante tempus conuentũ:secus autẽ in renouatione:vt idẽ not.in c.j.eo.tit. Vnde prælatus solus sine cõsensu capituli potest eam facere.facit text.in l.si pupillorũ. §.j.ff.de reb.eo.& quod no.Bar.in authen.hoc ius.C.de sacr.sanc.eccle. ¶ Octauò quæritur,*vtrũ habens rem precario nomine,vel sicut precaria,possit eam prescribere?Et dico q̃ nõ regulariter,secundũ gl.xvj.q. iij. clerici. nisi ex magna lõginquitate tẽporis dominus obliuiscatur de possessione taliter,q̃ nesciat vbi sita sit:quod locum habere posset,si possidens esset in bona fide:aliter non.

¶ PRAECEDENTIA determinant sequentia. xxxij. q.vij. Apostolus.

DE PRAECEPTIS IN GENERE.

1 *Præceptum quid & quotuplex sit.*
2 *Præceptinam legẽ à consultoria qualiter dignoscemus.& nu.3.*

PRAECEPTVM de mente S. Tho.j.ij.quæstio.xix.art. j.& quæst.100.art.ix.& ij.ij.quæstio.xliiij.ar.primo.est *motio superioris aut legis imperatiua alicuius faciendi vel omittẽdi ex debito,id est,ex necessitate salutis. vnde differt à mandato:quia illud est motio ad aliquid melius, sed non sub necessitate salutis.j.ij.q.xcix.artic.v.Est & alia differẽtia,quia propriè præceptũ per se facit præcipiens, mandatũ verò per aliud:vt ibi.Differt etiam à consilio:tũ quia consiliũ ad preceptum vt ad finẽ ordinatur.quol.iiij. q.xij.ij.ij.q.lxxx.tum quia consiliũ non est de necessarijs ad salutẽ,nisi secundũ præparationẽ animi,si oporteret.j. ij.q.cviij.tum quia præceptũ est motio imperatiua:cõsiliũ verò suasoria.veri.q.xvij.art.j ad secundũ:in quo etiã differt consiliũ à mãdato. ¶ Primò verò quæritur,quotuplex est præceptũ in genere ? Et dico, quòd in lege Dei est vel fuit triplex:scilicet morale, iudiciale, & ceremoniale: de quibus diffuse & pulcherrimè vide per beatum doc.ij.q. xcix.& sequen.vbi agitur de lege veteri per totũ.Morale autem in genere est duplex,scilicet affirmatiuũ,quod scilicet mouet ad aliquid faciendũ:vt,honora patrẽ.& semper obligat ad illud faciendũ , sed non ad faciendum semper, sed in tẽpore ac loco determinato:vnde filiꝰ nocte & die etiã dormiens habet obligationẽ honorandi patrem,quẽtamẽ semper in omni hora honorare non tenetur:sed aliquando licitè dormit.& negatiuum, quod scilicet mouet ad aliquid non faciendum:vt,non furaberis:quod obligat semper,& ad semper omittendum. ¶ Secundò quæritur, *vtrum & quãdo cognosci possit aliquam legẽ esse præceptiuam aut mandatoriã vel consultoriã ex verbis?Et dico, q̃ non semper:quia licet verborũ aliqua sunt precariæ vt, rogo,volo,mando, fideicõmitto:& aliqua præceptiua, vt iubeo.C.cõmun.de lega.l.ij & quædã mandatiua:vt mando.ff.de neg.gest.l.si mei rogatu.tamen iura ista significata cõfundũt:& mãdo aliquãdo ponitur precariè.ar.c.mandastis.ij.q.ij.vbi episcopus mãdat papæ:& quandoq; præceptiuè,sicut etiã & rogo:vt xj.q.j.rogo.& quandoq; mandatiuè:vt in d.l.si mei. Quidam etiã dicũt,q̃ volo & intendo,ex sua significatione præceptũ importãt:quod non memini me'in Sãcto Tho.legisse: licet dicat,q̃ volũtas prælati qualitercunque innotescat,habet vim taciti præcepti. quod limitandũ est primò de volũtate preceptoria:cũ stultum sit dicere q̃ fiat præceptũ,cùm reprehẽdit effractores filẽtij:& secundò,si innotescat de intẽtione prælati innotescẽtis:cũ nõ præcipiat,nisi intendens & volens.Vnde S. Tho.veri.q.xxiij.ar.vl.ad tertiũ. vult,q̃ licet sciam voluntatẽ prælati,nisi tamẽ expresse præcipiat,nõ teneor.Dico ergo,q̃ si verba sint præceptiua,puta p̃cipimus, iubemus, mãdamus præcipiẽdo,vel per virtutẽ obediẽtiæ, & huiusmodi, est præceptũ:ar.c.quod præcipitur.xiiij.q.j.quod intellige,etiã si materia nõ sit præceptiua:nisi aliter cõstaret ꝓbabiliter de intẽtione.Si autẽ verba sunt imperatiua,id est,in materia nec necessaria,nec multũ ponderosa,nõ importãt p̃ceptũ:vt si quis te percusserit in vna maxilla, p̃be ei & alterã:quod est consi.xxiij.q.j.paratus.sed in materia necessaria,& multũ ponderosa sunt præceptiua. Text. est in cle.exiui.de verb.signifi. §.itẽ quia.secundũ illud,vouete:quod est cõsilij.& reddite:quod est necessitatis.Si autẽ verba sunt inhibitoria,vt inhibemus,prohibemus,interdicimus,& huiusmodi, est præceptũ, secundũ Pan.in c. nam concupiscentiã.de constitu.quod intellige & limita, sicut dictum est,quãdo sunt præceptiua:si aũt sunt verba cõmunia,vt decerno,statuo,& similia, nõ sunt præceptiua:vt dicit Pan.in d.c.nam concupiscentiã.& similiter est verbum commune innouo,& ordino,siue in singulari, siue in plurali dicãtur. Si verò lex,aut statutũ disponit p̃ hoc verbũ,debet:inducit mortale,& est præceptũ:qa,debet, ex suo proprio significato importat necessitatẽ, secũdũ gl.in cle.attendẽtes.de statu reg.& gl. in c.proposuisti.de ap.& p̃ Bar. in l.iij.C.de pig. & in l.sæpe.ff. de offi.præsi.quod tũ aliquãdo fallit ratiõe materiæ,quæ est cõsultiua,in qua importabit solã cõgruitatẽ, siue debitũ honestatis,& nõ iustitiæ,vel necessitatis.de spõ.impu.c.j. & no.gl in d.l.sæpe.secũdũ Pan.tũ in c.j.de do.& cõtu. ꝓprietates sunt vitãdæ,nõ ad sequẽtiã trahẽde.de ver.sig. ꝓpterea.& c.fi. ideo importat ly, debet, cõsiliũ solũ in casu ratione materiæ.Si etiã verba cõsueuerũt inducere mortale,seu præceptũ, est p̃ceptũ.arg.c.dilectus.de cõsue.& tex. est in d.cle. exiui. ¶ Tertiò*quæritur, quomodo cognosci possit ex alio, quàm ex verbis statuẽtis,aliquã legẽ humanã esse p̃ceptiuã?Et dico colligẽdo ex Pan.ĩ c.clerici officia.de vi. & ho.cle.& gl.Gemi.in c.vt animarũ.de cõst.li.vj. & Ioã. And.in c.relatũ.de cle.vel mo.& rursus Gemi. in c.perpetuæ.de ele.lib.vj.& Archie.ij.parte, tit.iiij.c.ij.q̃ si cõstat materiã esse præceptiuã:vt qa est de necessarijs ad iustitiã aut charitatẽ, vel diuinã reuerẽtiã: sic est p̃ceptũ: vt q̃ nõ fiant matrimonia clãdestina: vel corrigatur frater, vel nõ cõmunicetur pleno stomacho. quod tũ determinari bene nõ põt,nisi ex cõmuni sentẽtia doctorũ,secũdũ Archi. nec est de verbis curandũ:quia sunt accõmodanda materiæ.tex.est cũ gl.in c.rogo.xj.q.iij.& tex.in clem.exiui.de ver.sig.Si verò nõ cõstet de materia,& cõstet de intẽtiõe statuẽtis,q̃ fuerint præceptiua, est p̃ceptũ:qa intẽtio præponderat verbis:vt ś.Lex. §.xvij. Si verò nec de materia, nec de mẽte sic cõstet:respiciẽdũ est ad pœnã,si qua cõtra faciẽtibꝰ imponit:qa si imponit pœna spiritualis,vt excõmunicationis latę sentẽtiæ,secũdũ oẽs est præceptũ:& cõtrafacere est mortale,nisi cõtineãt intolerabilẽ errorẽ:qa nullus nisi pro mortali excõicat.xj.q.iij.nullus.& c.nemo episcoporũ.& de sen.excõ.c.j.li.vj.Et similiter si imponatur pœna excõicationis cõminatoriæ, id est, nõ latæ, sed ferẽdæ sententiæ : quia licet Archi. dicat hoc nõ esse clarum: tũ vt refert Io.de Neapo. quidã hoc tenẽt, & bene: qa tales cõtrafaciẽdo meruerũt excõmunicari: & sic mortaliter peccauerũt:& hoc etiã si sit ab homine.Et similiter si imponitur pœna suspẽsionis, dispositiõis, vl interdicti, secũdũ Archie.Et si imponitur pœna maledictionis æternæ,vel indignatiõis omnipotẽtis Dei. de statu reg.ci vnico.li.vj.Et similiter quo ad pœnas corporales est p̃ceptũ, si imponitur pœna mortalis aut mutilatiõis, put sit p leges,& statuta ciuitatũ, quę secũdũ S.T. obligãt etiã in foro conscientiæ:vt ś.Lex. §.ix. quia nõ infertur talis pœna, nisi p eo,qđ multũ esset læsiuũ iustitię. Et similiter si imponẽ pœna grauioris culpæ:vt sit in religionib⁹.Idẽ aũt dico p oĩa esse iudicãdũ de præceptis factis ab homine.

¶ PRECES an inducãt simoniam, infrà, Simonia. §. xvj.particula tertia.

¶ PRAEDIA quando dicantur rũstica,& quando vrbana,vide infrà,Seruitus. §.j.

DE PRAEDICATIONE & Prædicatoribus.

2 *Prædicatio quid,& quis prædicare possit. & nu.1.*
3 *Prædicari qualiter possint mendicantes.& nu.4.*
5 *Prædicantes sine licentia sui prælati,an restituant sibi donata.*
6 *Prædicatores an peccent detrahendo.*
7 *Prædicationem non audiens,an peccet.*

PRAEDICATIO*videtur sumẽda scdm vsum loquẽtium,cũ aliter eius significatũ iura non tradiderint:& sic prædicatio propriè est sermo publicus quãtũ ad locũ, & generalis quantũ ad intentionẽ ex cõsuetudine habẽtis certã formã:puta, q̃ prædicãs habeat gradũ distinctũ, quo ad locũ: vt sumat thema, inuocet Spiritũ sanctum, & huiusmodi:vt per hoc quod dicitur,publicus,id est,in loco publico,ad quẽ omnes fideles ibi cohabitãtes possunt accedere de iure licitè,& de facto,qa nõ clauditur:excludatur exhortatio facta in scholis disciplinatorũ,& ecclesijs monialiũ clausis ianuis: & sermones q̃ fiũt in refectorijs religiosorũ,& huiusmodi. Per hoc verò, q̃ dicit̃ generalis,excludãtur p̃dicti sermones:& gñaliter sermones ad clerũ,vel alios,qui nõ literaliter,vel quocũq; alio modo ex intẽtione dirigũtur determinatè ad certũ gen⁹ plonarum,etiã in loco publico. Dicitur tũ aliquãdo prædicatio improprièt,quãdo est quidẽ generalis,ita q̃ promiscuè accedunt viri & mulieres omnis cõditionis,sed nõ publica: & tũc dicit̃ prædicatio occulta, si ista occultatio fiat ex auctoritate,aut sciẽtia pastorũ. alioquin est cõueticulus,etiã si sub specie deuotionis fiat:& magis improprièt dicitur,si nec publica,nec generalis sit,licet retineat formã prædicationis:vt interdũ faciunt scholares in disciplinis suis:quæ etiã dicitur cõueticulus:vt patet extrà,de hære. cũ ex iniũcto.in prin.qa licet istæ scholæ extẽt de sciẽtia prelatorũ, inquãtum cõgregãt ad aliquas deuotiones, nõ tamen inquantũ cõgregãt ad formalẽ p̃dicationẽ.Prædicator verò dupliciter dicit̃.Primò is,q̃ iure cõi,vel priuilegio prædicationis officium prosequitur.Secũdò dicitur prædicator religionis qlibet de ordine prædicatorũ. & sic dicit Pan. in c.nimis:el ij.de excel.prel.q̃ vbicũq; sit mẽtio de Prædicatoribus,& Minoribꝰ,præmittũtur prædicatores:vt in d. c.nimis.& in c.quorũdã.de elect.li.vj.& vbiq;: quia ordo prædicatorũ fuit antè approbatus.Vnde male istũ ordinẽ puertũt, q̃ius Canonicũ profitẽtur,vt Sũ.Ange. ¶ Primò verò quæritur,qs possit, vel nõ possit prædicare?Et quãtũ colligitur ex Card.in cle.dudũ.de sepul. prædicare potest primò Papa.xix.dist.in memoriã.& quilibet,cui ipse commiserit.de offi.dele.c.fi.licet cõmissarij eius alteri subdelegare nõ possint.d.c.fi.& secũdò episcopus, etiã in alterius diœcesi,nisi prohibeat à diœcesano.xxj.dist. in nouo. & archidiaconus , cui episcopus cõmittit in eius diœcesi tantùm.xvj.q.vij.nullus omnino.Et similiter diaconus eo modo,quo suprà dictũ est.l.ex cõmissione. tertiò omnes prælati ecclesiastici , si sunt diaconi , quantũ ad subditos suos,nõ aũt alijs, nisi approbãte, aut priuilegiãte episcopo.de hær.excõicamus.el j. §.sanè.Et sub nomine prelati hic intellige etiã curatũ sacerdotẽ, cuius etiã est prædicare,secũdũ Pan.in c.inter cætera.de offi.or.& quartò secũdùm aliquos omnis clericus.quod Sũ.Ang.verũ limitat,si sit diaconus,& nõ spiritualiter prohibitus.xix. dist.scdm. vbi notandũ dicit glo.Sed ego dico hoc nõ sufficere,nisi diacono p episcopũ cõmittatur vel superiorẽ.quod fit eo ipso,q̃ ei cura cõmittitur.c.aũt,secundũ. quod dicit Deũ non requirere quis vel qualis,sed quid prædicet,loquitur de qualitate morũ,& nõ ordinũ:alioqn laico liceret prædicare.& quintò fratribus Prædicatoribus, & Minoribus: vt §.seq.Nõ licet verò p̃dicare laico.de hær.sicut in vno. nec mulierib⁹ publicè, etiã si sit abbatissa, scdm Pan.in c. noua.de pœn.& re.licitè tn adhortãtur:quod est prædicare occultè,etiã si aliqualẽ formã prædicationis obseruent: nec religiosis quãtũ ad infideles, nisi de licẽtia superioris & autoritate sedis apostolicę.de Iudę.quàm sit.& ibi Pan. imò nec quo ad fideles , nisi quantum ad hoc sint priuilegiati:quia hoc officiũ est curæ. nec possunt mẽdicãtes,se

cundùm Pan.in d.c.cũ ex iniuncto.prędicare, nisi ex priuilegio: & multo minus alij. Et si quis ex prædictis vellet prędicare,dicẽs se missum à Deo,nõ debet admitti,nisi ꝓbet,sicut ꝓbauit Moyses miraculo.de cõse.dist.ij.re vera. sufficit tamẽ ad probationẽ, bonorum testimonium. Qui autẽ prædicationis officiũ assumit publicè vel occulte,si nõ habet autoritatẽ à iure,vel apostolica sede, aut à diœcesano,est excõmunicãdus. de hęr. excõmunicam⁹. §. qa verò.quod intellige extẽdi ad prędicatiões occultas quasc cunq;,etiã si sint ex intẽtiõe generales: & multò fortius si nõ sint generales,modò retineant consuetã formam:quę etiã prohibetur in d.c. cũ ex iniuncto. & videtur peccare mortaliter:tum quia veniunt excõmunicandi:tũ quia omnis laicus prędicans mortaliter peccat, secũdũ Pan.in c.
2 sicut vna.de hęreti. ¶ Secũdò*quęritur,quid iuris de Prædicatoribus, & Minoribus? Et dico ꝙ tex. in cle.dudum. de sepul.sic dicit:Autoritate apostolica statuimus,& ordinamus,vt prędicatorum,& minorum ordinum fratres in ecclesijs, & locis eorũ, ac in plateis cõibus liberè valeant clero & populo ꝑdicare,ac proponere verbũ Dei,hora illa dũtaxat excepta, in qua locorũ prælati prędicare voluerint, vel corã se facere solẽniter prædicari,in qua prędicare cessabunt: præterquã si aliud de prælatorũ ipsorũ voluntate processerit,ac licentia speciali. In studijs autẽ generalibus, vbi sermones ad clerum ex more fieri solẽt diebus illis,quibus prædicari solẽniter cõsueuit,ad funera etiam mortuorũ,& in festis specialibus siue peculiaribus eorundem fratrũ,possint idẽ fratres, & liceat eis libere prędicare:nisi fortè illa hora,qua solet ad clerũ in prædictis locis verbũ Dei proponi,episcopas vel prelatus superior clerũ ad se generaliter cõuocaret:aut ex aliqua ratione, vel cã vrgẽte clerũ ipsum duceret cõgregandũ. In ecclesijs autẽ parochialibus fratres illi nullaten⁹ audeãt, vel debeãt prędicare,vel proponere verbũ Dei,nisi fratres ꝑdicti à parochialib⁹ sacerdotib⁹ inuitati fuerint,vel vocati, & de ipsorum beneplacito & assensu:seu petita licẽtia fuerit,& obtẽta:nisi episcopus,vel prælatus superior p eosdẽ prædicari mandaret.Hæc ille.Et intellige,ꝙ etiã tẽpore interdicti possunt in dictis locis prędicare, secũdùm glo. & Pan.
3 ¶ Tertiò*quęritur,quis sit prędictæ cle.intellectus iuxta doct.& gl.Et dico multa notãda esse. ¶ Primò enim notãdum est ibi,ecclesijs eorũ.ꝙ secũdũ Card.in ecclesijs privatis aliorum nõ possunt prædicare: sed de eorũ licentia possent etiã hora illa,qua prædicat prælati.Et hoc sequitur Sum.Ange. & Rosel. Sed non placet: quia si non licet eis in suis,multo minùs in alienis. ¶ Et secũdò ibi,& locis eorũ.qđ intelligitur de locis intra septa sua, & extra etiã longe posita:modò sint ad vsum eorũ,secundùm Landul. & Zenzel.ibi. ¶ Tertiò ibi, in plateis cõmunibus.qđ nõ intelligitur de plateis ipsorũ fratrũ:aliter nihil adderetur secũdùm Zenzel. cũ iam præmissa sint loca eorũ: nec de plateis priuatis,secundùm glo.ff. in quibus prędicare non possunt inuitis eis, quorum sunt.Et idem Pan.& Card.Ex quo tamen infertur, ꝙ non est necesse petere licentiã ab 4
ipso,vel parochiali:sed à domino plateæ vel loci: vñ intelligitur de plateis locorũ,in quib⁹ ordinarius vult ꝑdicare;aut eorã se prædicare facere,secũdùm Pan.& Zẽzel. ¶ Et quartò ibi,libere. quod intelligitur secũdũ Landul. & Zenzel:id est,absq; cõtradictione, & licentia alicuius. quod etiã in simili tenet glo.ibi §. si verò.& Pan.in c.fin. 5
de postula.prælato. & in c.constituimus. de regu.& dicit esse de mente doctorũ communiter: scilicet ꝙ verbum liberè, importet nõ requiri alterius licentiã vel assensum.

¶ Et quintò ibi, hora illa dũtaxat: quia si vellet totam horam matutinalẽ occupare in alijs,puta in missa,nõ posset impedire prædicationẽ fratrũ: quia est cõtra textum,pro quo facit: quia fauor est in multiplicatione prędicãtium, xij.dist.in nouo. ¶ Et sextò ibi, prælati.ꝙ hoc nomine veniunt, secũdũ Ste.curati,qui largè sunt prælati.Sed melius dico,ꝙ nõ veniunt,secundùm glo.& Pan.& Land.& Car. quia hoc fit propter honorẽ prælationis:sed veniunt hoc nomine epi; & habẽtes iurisdictionẽ quasi episcopalẽ cũ administratione iure communi, vel consuetudinario,secũdùm glo.& secũdùm Car.& Pan. & glo. Venit etiã vicarius episcopi, si vult ipse prædicare vt vicarius: secus si aliũ corã se:vel ipse nõ vt vicarius,sed vt habẽs aliã prælaturam: & sic nõ poterit fratres impedire: quia in hoc non representat personã episcopi. Et septimò ibi, solẽniter.id est,publicè populo generaliter:secus si clã corã paucis, secũdùm Pan. ¶ Et octauò ibi,licẽtia specialis. ꝙ nõ sufficit in hoc volũtas.ſpresumpta vel tacita, sed requiritur licentia specialis,secũdũ Pan. ¶ Et nonò ibi,in studijs generalibus.quod intelligitur secũdũ gl. de locis habentibus studium ex priuilegio, vel cõsuetudine. Sed intellige actu,& de facto,& nõ de iure solùm: qa aliter sermones nõ sunt. & quantũ ad cõsuetudinẽ, quæ etiã sine priuilegio sufficit,ponit exẽplũ Iac.de Are.de Patauio. Zenze.autẽ dicit iudicis arbitrio decernẽdũ,quæ dicãtur studia generalia. Sed primũ est melius:quia in ciuitate iste iudex nõ daret nisi arbitrarius. ¶ Et decimò ibi, sermones. quod secundùm Matt.intelligitur in sermonibus natiuitatis domini, Paschæ,& Pentecostes,prout cõsueuit fieri:ar.verbi,solẽt. ¶ Et vndecimò ibi,liceat. quod secũdùm Pet. de Anch.in tribus casibus.ſin funeribus,& peculiarib⁹ festis,& cũ fit sermo in generali studio,possunt dicti fratres liberè ꝑdicare.qđ Zenze.intelligit, etiã extra ecclesias, & loca ipsorum,& plateas cões:aliàs §.in studijs.nihil adderet ad prędecẽtia. & fortè dictis tẽporibus cũ episcopo possunt cõ currere solẽniter ꝑdicãte. ¶ Et duodecimò ibi,episcop⁹, vel prælatus superior.quod intelligitur de superiori episcopo,secundũ Ste.quia eo inferior hoc nõ potest:secundùm gl. verò melius de superiore respectu clericorũ, nõ respectu epi:& secũdùm Car.est is, q quasi episcopalẽ iurisdictionẽ habet in loco,qui etiã si episcopo inferior sit, potest generaliter clerũ cõuocare. Si tamen ista cõuocatio fiat quo ad aliquos,puta doctores vel prælatos,secundùm gl.sec⁹:quia hęc vocatio nõ est generalis, nec impedit fratres:similiter nec nisi populus cõuocetur,secũdùm Pau.qa aliud est clerus, aliud populus. ¶ Et decimotertiò ibi,nisi à parochialibus sacerdotibus.ꝙ isti possunt dare licentiam prędicandi secũdùm Pet.de Anch. imò & vicarij perpetui: & idẽ de tẽporalibus datis in casibus licitis:addens,ꝙ de licẽtia episcoporũ dicti fratres prædicare possunt in ecclesijs parochialibus,etiã absentib⁹ episcopis,& cõtra voluntatẽ curatorum: quia ex officio episcopus in talibus ecclesijs gerit curam maiorem, quàm sacerdotes. ¶ Quartò*quæritur, vtrũ dicta clementina extẽdatur ad alios mendicãtes? Et dico,ꝙ per Clem. quintum fuit prorogata ad fratres sancti Augustini,& per Ioannem xxij.ad Carmelitas. Per fratres autẽ sancti Augustini hãc intellige Eremitanos,& nõ Seruitas,qui nouiter scribãt se tordinis sancti Augustini, propterea quòd sub regula militẽt Augustini. ¶ Quintò*quæritur, vtrum prædicans sine licentia sui prælati restituere teneatur bona sibi collata? Et dicit glo.in c.addicimus.xvj. quęst.j.quòd sic, vtrei imponit Sum.Rosel.Sed re vera glo. loquitur de fictis, & intendit quòd

quòd restituant ecclesiæ,scilicet quam fingunt: vt quia fingũt se quæstuarij pro sancto Antonio, & sunt Ceratani. Si tamẽ quis nõ fingat,licet sine licentia prędicet, Zab.tenet ꝙ restituere non tenetur:quia nõ turpiter acquisiuit à vo lentibus gratis dare: licet possit puniri,quia se immiscuit officio sibi nõ pertinenti.quod dic verum in clerico secu lari,non in religioso,qui non habet proprium,sed omnia
6 sunt religionis. ¶ Sextò quæritur,vtrum peccẽt prædicatores detrahẽdo? Et dico præcipi in virtute obediẽtiæ,& sub pœna grauis culpę omnibus prędicatoribus religiosis in clem.religiosi.de priuil.ne in sermonibus suis prælatis ecclesiarum detrahant,aut retrahant laicos ab ecclesiarum suarum frequentia vel accessu.quod gl.intelligit ne detra
bant nominatim aut per circunloquutionẽ, quæ vicem ha 1
7 beat proprij nominis. ¶*Septimò quęritur,*vtrum peccet mortaliter, qui ignorat cõmunia necessaria ad salutem, & potest audire prædicationem,& non audit? Et dico ꝙ sic,si hoc facit ex contemptu vel ex scandalo notabili,vt s.Dominica. §.vj.non autem semper si omittit ex negligentia: quia secundùm San.Tho.ij.ij.q.liiij. negligentia non est mortale, nisi omittatur aliquid quod sit sub ꝑcepto, vel ratione cõtemptus:posset tamen esse tanta necessitas,& tanta commoditas addiscendi,ꝙ prædicatio caderet sub illo præcepto,Vnum cole Deũ.quo præcepitur nobis notitia credendorum & agendorum:& eo casu talis negligentia esset mortale.Sed quãdo hoc scit,non potest sermone determinari.De quæstuarijs,j.Questuarij.Quomodo etiam prędicatores possint participare cum excommunicatis, ꝛ. Excõmunicatio.v. §.iiij.dubio v.Quomodo etiã sit mortale mentiri in doctrina,suprà Mendacium. §.iiij.

DE PRAEDONE.

1 *Prædo quis dicatur,& qualiter.*

1 PRAEDO*dicitur,qui alios spoliat iniustè,scilicet violenter.Et dicitur primò is,qui viatores expoliat,qui & excommunicatus est.xxiiij.qõ.iij.si quis Romipetas. cum duobus c.sequẽ. ¶ Secundò,miles tollens à personis vltra stipendia sibi taxata.xxiij.q.j.militare.& iste cõtinetur sub raptore,sicut species sub genere.xxij.q.v.non sanè.in fi. & sic raptoris pœna punitur. ¶ Tertiò, prælatus,qui vt seruitium impendat legato vel alij,plus exigit à subditis quàm exoluat.de immu.ecclesia.quia plerique.secundũ Gofr.& Hosti. ¶ Quartò,secundùm Host.iudex qui alienum iurgium existimat suam prædam:aut officialis indebitè pecuniam accipiens.C.ad l.Iuliam repetũ.l.omnis.De prędа ac quisita in bello,suprà Bellum j. §.ix.& x.

¶ PRAEFATIO,vide ſ.Missa j. §.iij.

DE PRAEIVDICIO.

1 *Præiudicium quid sit,cui fiat,& qualiter.*

1 PRAEIVDICIVM*secũdùm vocabulum videtur esse iudiciũ,quo vna res altera prius iudicatur:& inde præiudiciale,quasi prius iudicandum.de quo Pan.in c. nõ.de ord.cogni.Sed secundùm vsum propriè est præoccupatio *iudicij*,qua alicui indirectè subripitur res,aut ius,quod ei iustè potuit prius adiudicari: & largè est pręoccupatio rei vel iuris,quod prius adiudicari potuisset,siue iustè,siue iniustè.Vnde propriè alicui præiudicat,qui aliquid facit vn *de illelædicitur iniustè*.Largè verò si inde lædatur iustè,sicut iudex suspendens latronẽ præiudicat vxori eius.Vnde quando religiosi concordant contra suũ prælatum crimi nandum apud superiorem,non seruato ordine correctionis Euangelicæ,aut suarum constitutionum, sunt coniurantes aut conspirantes,cùm illi præiudicent. Quando autem ex forma statuti ad aliquem actum vocari mandantur illi,in quorum præiudicium est actus:intelligendũ est de illis,quibus principaliter,& nõ quibus secũdariò sit præiudiciũ:quia hoc probat tex.cũ glo.in c.quamuis.de pact. lib.vj.in verbo, nec redũdet alterius detrimentũ.quod gl. intelligit principaliter,non secundariò.

DE PRAELATIS.

1 *Prælatus quid,& quæ requirantur in eo.*
2 *Prælatus quis dicatur in ordine mendicantium.*
3 *Spurius an possit esse vicarius.*
4 *Prælati negligentia quale sit peccatum.*
5 *Prælatus an teneatur agere omnia cum consilio sui capituli.*
6 *Prælatus modum excedens in corrigendo,an teneatur à subdito ueniam poscere.*

PRAELATVS*sic dictus, quia alijs est antè latus, siue positus,dupliciter dicitur,secundùm mentem Pan. in c.cùm ab ecclesiarum.de offic.ordin. Primò largè ab allusione vocabuli quilibet habẽs curam,vt comprehendatur & sacerdotes parochialium ecclesiarum,qui præsunt parochianis in foro animæ. quod probat text.in c.cura.de cleri. ægro.Et secũdò strictè ac propriè,vt is solus qui habet aliquam iurisdictionem fori contentiosi,etiam ex iure speciali:puta præscriptione vel priuilegio.ad quod tex. iũcta glo.in c.decernimus.de iudic.& in cle.dudum.de sepult. vbi per se fit mẽtio de ꝑlatis,& per se de sacerdotibus curatis.Hæc ex illo virtualiter. Sed quo ad primũ membrũ intellige de habente curam ex institutione, vel saltẽ ex deputatione perpetua:non autem ex temporali commissione eius,qui est institutus per superiorem:quia talis nõ habet curam,sed est vicarius habentis:si tamen esset vicarius perpetuus per deputationẽ episcopi,haberet curam, & videretur prælatus largè.de quo j.Vicarius.Quantum verò ad secundum membrum,intellige de iurisdictione ordinaria,non delegata:quia glo.in c.ij.de iudi.dicit,qꝙ omnis prælatus est iudex ordinarius.Et idem videtur sentire ſnoc. in cap.firmiter.de sum.trini.& in c.quoniam.vt lite non contest.dicens,quòd prælatus largè dicitur omnis habẽs curam animarum:strictè verò dicitur solùm is,qui habet iurisdictionem:vt probatur in d.c.decernimus. de iudicijs.iũcta glosſ.Vtrũque autem prædictorum modorum quo dicitur prælatus,glo.ſin clemen.j.de electione.comprehendit in verbo,prælatum.dicens,puta priorem,magistrum,ministrum,custodem,præpositum, archipresbyterum,vel quodcunq; sit nomen.& similiter Lauren.& Car. dicens, quòd nomine prælati comprehenditur quilibet administrator habẽs perpetuum officium,etiam si sit talis qui ad nutum superioris possit amoueri. Sed intellige, modò habeat curam,iuxta prædicta, & non aliter. allegat c.j.de sepult.in glo. præalleg.& xvj.q.j.de præsentibus. & addit Paulus quocunq; nomine censeatur.de verbo.significa.quamuis.clemen.j.de rescript.& quod ibi not.Ex qua glosſa dicit se Cardina.obtinuisse,quòd prouincialis ordinis Prædicatorũ,& minister ac custos Minorum sunt prælati,& possunt esse procuratores:quia clemen.j.de procu. loquitur de religioso non prælato:& similiter qui possunt esse delegati papę. ¶ Primò autem quæritur, quid requiratur ad hoc,quòd alt.quis sit prælatus clericorum vel religiosorum proprię? Et dico,vt patet ex dictis,requiri duo, scilicet quòd habeat curam cum iurisdictione ordinaria: ad quam iurisdictionem ordinariam secundùm Panormitan. in dicto capit.cùm ab ecclesiarum. requiritur electio per vniuersitatem vel collegium clericorum vel religiosorũ, & confirmatio,& quòd electus sit clericus. Vnde si vniuersitas secularis eligat rectorem,etiam clericum, tamen

non habebit iste electus iurisdictionē in secularem clericum.Vide ibi horum rationē.& intellige hæc de iure communi:aliàs ex speciali haberi potest iurisdictio ordinaria

2 sine electione,vt j. §.sequenti. ¶ Secundò quæritur,*quis dicatur prælatus propriè in ordine Prædicatorum, & consequenter in alijs mēdicātibus?Et dico, vt patet ex dictis, quòd ibi est prælatus propriè magister generalis,& prior prouincialis & conuētualis,etiā si non eligerentur,sed aliter instituerētur:puta per diffinitoriū authoritate apostolica:vt in simili patet in clementina,exiui.de verb.signifi. non autem supprior,priore nec mortuo nec amoto:nec vicarius prioris: quia non habet iurisdictionē ordinariam: sed priore mortuo vel amoto supprior videtur prælatus: quia habet iurisdictionē ordinariā,scilicet iure speciali:& idem videtur de vicario conuētus,quia non fit nisi priore

3 mortuo vel amoto. ¶ Tertiò quæritur,*vtrū spurius, qui non potest esse prelatus,nec habere curam,possit esse vicarius aut magister nouitiorū,aut confessor monialium vel sororum de pœnitentia?Et dicit Pet.de Pal.in iiij.dist. xlj. ꝙ etiam ingressus religionem nō potest habere curam iure ordinario,siue per electionem, siue per commissionē. Ex quo elicio,ꝙ interdicitur ei cura ordinaria, nō autem delegata:& consequenter nō potest habere officiū,cui ordinaria cura sit annexa necessariò:vt prioratus,prouincialatus,aut magistratus:vel etiā possibiliter,vt suppriorat⁹, aut vicariatus conuentus alicuius:quia isti aliquo casu dato sunt ordinarij iure speciali: potest autem esse vicarius prioris,etiam eo absente extra suos terminos : quia non habet ex hoc iurisdictionem nisi delegatam,& multo magis esse magister nouitiorum,& confessor monialium, & huiusmodi.Nec tamen sequitur,ꝙ possit esse vicarius magistri supra priores ordinis,respectu aliquorum conuentuum,imò respectu vnius conuentus tantùm: quia licet talis non sit prælatus propriè,nec habeat iurisdictionē ordinariā,sed delegatam,ista tamē delegata quantū ad aliqua est superior aliqua ordinaria,ad quam superius sine dispēsatione promoueri nō potest:puta ordinaria prioris conuentualis.Et idem suo modo intellige in alijs mendican-

4 tibus. ¶ Quartò quæritur,*vtrum negligentia prælati sit peccatū,& quale,& an pro culpa teneatur negligēs prælatus?Et dicit gl.in c.ea quæ.de offic.Archi.quòd est peccatū mortale,quando est in omissione necessariorum ad suum officium:vt visitationis,correctionis,& huiusmodi. Et secundùm Hostien.& Bernar.in d.c.ea quę.tenetur non solùm de dolo & lata culpa,sed etiā de leui quo ad damnum rerum ecclesiasticarū:& à fortiori quo ad damnum anima-

5 rum. ¶ Quintò quæritur,*vtrū prælatus agere omnia teneatur cum sui capituli cōsilio?Et dicit Panor. in c. nouit. de his quæ fi.à præl.ꝙ negotia minora potest sine cōsilio: vt no.doct.in d.c.nouit.& Inn.in c.fi.de maio.& obe.& l. ij.C.de iura.cal.quia rectores ex officio iniuncto explicāt hęc minora:vt in d.l.ij.& facit c.edoceri.de rescrip. Negotia verò ardua,causa rationabili existente,quam bonus vir arbitrabitur,potest sine consilio capituli:aliàs nō. Vtrum autem possit agere sine capitulo,s̄.Abbas. §.iij.& Pā.in c.

6 edoceri.de rescrip.¶ Sextò quæritur,*vtrū teneatur à subdito veniā petere,quādo excessit in correctione?Et dico, ꝙ non.lxxxvj.dist.quando.quod intellige,nisi id fecerit à proposito,vt s̄.Correctio.j. §.xiij.Vtrum prælatio sit appetēda.s̄.Episcopus. §.iij.Vtrū verò bona eius sint obligata pro mala administratione,s̄.Dos. §.xij.Et similiter vtrum prælatus possit per fugam deserere gregē,ibi. §.viij.Vtrū autem possit refutare legatū factum ecclesiæ,suprà Alienatio. §.xix.Vtrum autem possit vnam ecclesiā vnire alteri: vide Pan.in c.sicut.de exces.præla.

¶ PRAEMIVM,vide s̄.Dignitas. §.v.& vj.

DE PRAESCRIPTIONE PRIMO IN SE.

1 *Præscriptio quid,& quæ in ea requirantur iure canonico.*
2 *Possessio qualis requiratur ad præscriptionem.*
3 *Bona fides qualis requiratur in præscriptione.*
4 *Iustus titulus qualis esse debeat in præscriptione.*
5 *Præscriptio iurium & seruitutum quid requirat.*
6 *Præscriptio quo tēpore incipit currere,& quo finiatur.* nu.7.
8 *Præscriptio à successore inuasoris an rite fiat.*
9 *Præscriptio in quibus casibus non currat.& nu.*10.& 11.
11 *Præscriptio quomodo interrumpatur.*
13 *Præscriptione completa si superueniat mala fides,an debeat fieri restitutio in foro animæ.*
14 *Præscriptio cōpleta contra nō negligentē quo remedio tollatur.*
15 *Ecclesiæ an restituatur contra præscriptionem.*
16 *Præscriptione completa an adhuc agi possit contra alienantem rem alterius.*

1 PRAESCRIPTIO*sumpta communiter vt comprehendit etiam vsucapionem,est acquisitio dominij per cōtinuationem possessionis,per spatium temporis à lege diffiniti,ff.de vsucapio.l.iij.Propriè verò vt ab ea distinguitur,est acquisitio dominij circa rem immobilem certo tēporis spatio:quia ab vsucapione differt:primò,quia præscriptio est circa immobilia: vsucapio verò circa mobilia, xvj.quæ.iij.quas actiones.secundò,quia vsucapio triennio completur,nō autem præscriptio.aliàs quæcunque dicuntur de præscriptione,suo modo intellige in vsucapione. ¶ Est autem secundū Rayner.præscriptio duplex: vna scilicet temporis longi,id est,decem annorum inter præsentes,aut viginti inter absentes: & dicuntur prēsentes,id est, existentes in eadem prouincia: vel melius hodie in eadem ciuitate,secundū Accur.vt no.glo.in l.cùm in longi.C.de præscriptione longi temporis.quia sicut olim singulę prouinciæ,ita hodie singulæ ciuitates habent sua regimina. alia verò tēporis longissimi,vt xxx.vel xl. annorū.de quo j. §.vij.Primò verò quæritur,quot & quæ requirantur ad præscriptionem secundùm iura canonica?Et dico,ꝙ quatuor secundū omnes doctores.Primò enim requiritur possessio rei præscribendæ continua sine interruptione vsq; in finem præscriptionis.extrà eo.illud.xvj.q.iij. §. potest. & regula,sine possessione.de reg.iur.lib.vj.Et si interrumpatur possessio,interrupta est præscriptio.xvj.q.iij. §.potest.extrà eod. illud.etiam si interruptio fiat ciuiliter per litis contestationem,secundùm Dire.& Ioan.And. de re. iur.sine possessione.libro vj. Quod limita de possessione quam quis habet suo nomine,non autem alieno,vt colonus,& qui precariò,& huiusmodi,qui non propriè possident,sed illi quorū nomine possident.de restit.spol.cùm venissent.& in gl.c.clerici.xvj.q.iij.limita etiā quo ad interruptionē:nisi duret bona fides, & sequat̃ recuperatio: quia si interrupta possessione,quādo possessor recuperat est bonæ fidei,nihilominus præscribit. C. de præscript. xxx.annorū.l.fin.vide etiam §.seq. ¶ Secundò,vt patet in regula,possessor.in vj.requiritur bona fides præscribētis, id est,fides,quia possidēs rem præscribendam credat esse suam,vel tradentem habere dominium eius,aut ius distrahendi:licet erret facto.ff.de verbo.significa.l.bonæ fidei. Quod limita verum in præscriptione , vbi requiritur aliquis actus positiuus: secus vbi nullum factū requiritur, vt in præscriptione libertatis contra rusticā seruitutem:quia licet sciam me tibi debere seruitutē eundi, præscribere tamen possum libertatem,ex quo nihil facio quod sit peccatum:vt tenet Bar.in l.sequitur. §.si viam.ff.de vsucapio.& Panor.in c.fin.ff.de præscrip.& idem dic de præscriptiōe actionis psonalis merè pœnalis:vt in rapina respectu quadrupli:quæ actio est vsque ad annū: post annum respectu simpli.Instit.de vi bono.rapt.in princi.Vide etiā j. §.xiij. ¶ Tertiò reqritur titulus iustus.extrà eod.si diligēti.Hoc autem limitā verū esse,scilicet quòd requiritur titul⁹, primò quādo præscribitur vsusfructus,vt infrà. §.iiij. quādo præscribitur seruitus, qua psona obligatur ad aliquod seruitium:quia cùm sit aliquid graue, necessariò requirit̃ ad illud præscribendum titulus vel lapsus longissimi temporis.& sic potest intelligi l.cū de in rem verso.ff.de vsur.& not.Dyn.in dicta regula, possessor. tertiò secundùm Ioā. Andr. in dicta regula,possessor.quando ius commune vel præscriptio est contra possessorē: quia tūc necesse est allegare titulū,& probare, nisi allegetur præscriptio tanti tēporis,cuius contrarij non sit memoria,extrà eodē. episcopum.li.vj.aliàs sufficit bona fides.Et has tres limitationes etiam habet Panor.in c.de quarta.eod.tit. ¶ Quartò limita secundū Archi.post Sum.Confes.de titulo vero vel præsumpto:non autem de vero tantùm:quia si titulus sit veraciter iustus,nō requiritur præscriptio, nec est necessaria: addēdo ex Veruec.quòd præscriptionē de iusto titulo potest quis habere secura cōscientia,quādo nihil probabilitatis innotescit illi de cōtrario.Est aūt titulus iustus secūdū Veruec.omnis actus,per quē solet acquiri dominiū:vt si verus dominus tradat rē: aut quia soluitur ei vt debitū, aut quia emit,aut qa est hæres institutus, aut intra res hæreditarias habuit,aut donatū est ei,aut per trāsactionē recepit,siue p derelicto habitā occupauit, aut legata est ei, data à viro in dotē ex parte vxoris,aut pro socio:qa scilicet soluta societate & facta diuisiōe cedit ī partē alteri aliquid eorū quæ bona fide possidebāt alienū: aut p suo: vt cùm quis īter multa sua habet aliquid alienū,quod credit suum.Vide etiā infrà. §.iiij. ¶ Quartò requiritur,ꝙ res talis sit,quòd possit præscribi.de quo ti.sequenti aget̃. ¶ Potest addi quintò requiri, quòd possessor possit pscribere: sed hoc nō est necesse,cùm intelligatur in primo requisito: quia omnis possidēs suo nomine præscribere potest, secundū Direct. ¶ Et sextò,posset addi, ꝙ requiritur psona cōtra quā præscribatur:sed nō est necesse,quia hoc ītel-

2 ligitur in quarto requisito. ¶ Secundò quæritur,*quid iura velint de dicta possessione requisita ad pscriptionē? Et dico multa. ¶ Primū. Sicut dicit regula iuris,sine possessione præscriptio nō procedit. Et vbi dicit̃,possessiōe.gl. addit,vel quasi possessione:quia incorporalia,q̄ nō possidentur,sed quasi possidētur,prescribūtur.de cau.pos.c.cū ecclesia. vbi etiā dicitur,pscriptio.gl. addit,nec vsucapio. ff.de vsucapio.l.iij. Vbi etiam dicitur, nō procedit regulariter:exponitur,id est,non continuatur:quia,vt dicit gl.si interrupta est possessio,interrupta est præscriptio.Dy. tamen exponit,non procedit,id est,non inchoatur,licet inchoata quandoq; continuetur. ¶ Secundum. Licet autem ad præscribendum vsumfructum nō requiratur possessio ciuilis,sed sufficiat naturalis seu corporalis.l.fin.C.de præscri.longi tempo.& not.Pan.in c.ad audientiam.eo.titul. tamen in alijs vbi præscriptio ad acquisitionem rei vel iuris requiritur,secundū glo.possessio de facto & de iure,intellige præsumpto:& requiritur naturalis & ciuilis simul, vel ciuilis tantùm: nec sufficit naturalis tantùm , vbi alius ciuiliter possidet.& sic intellige text.cùm gl.in c.causam. eod.tit.De hoc plenè per Dy. in dicta regula. Quod autē dictū est,possessio ciuilis,exponit gl.in d.c.causam. & Io. And.in dicta regula, id est,ꝙ sit talis persona,quòd possit legitimè de iure communi possidere.quod nō ideo dicit̃ quasi ciuiliter possideat,quicūq; potest iure cōmuni possidere:alioquin qlibet quodlibet ciuiliter possideret: sed quia cū possessione facti reqritur possessio iuris vera,vel saltē præsumpta,quæ nūquā est vbi ius cōmune repugnat: vt cū laici de facto possident decimas & spiritualia. ¶ Tertium.Vbi autē præscriptio inducitur solùm ad extinguēdum ius alteri⁹,& ad defensionē cōtra ius alteri cōgruēs, tunc tali defendēti nō est necessaria vera possessio vł quasi:aliàs præscribi nō possent actiones psonales,cōtra l. secundam.C.de consti.pecu.& contra l.sicut.C. de præscri. xxx.anno.quia nemo verè eas possidet,nisi cui verè cōpetunt:vt not.Inn.in c.literis.de resti.spol.Et hæc est distinctio Card.in c.cū nō liceat.eo.ti. ¶ Quartū. Possessio longissimi temporis,de cuius initio memoria nōextat,habet vim tituli,secundū Io.And.in c.ij.de præb.lib.vj. qn̄ capacitas datur in exercēte:aliàs nō.Vnde laicus quantūcunq; exercuerit actum spiritualem vel alicuius ordinis, nūquā tamen potest illū præscribere. ¶ Quintū. Qui prescriptionem probat,secūdū glo.cōmuniter probatā in c.volum⁹. xvj.q.iiij.nō tenetur probare se cōtinuè possedisse, cū sit īpossibile,sed sufficit probare,quòd à principio possidet, & in fine,& quandoq; in medio.Sed secūdū Bar.in l.Celsus.ff.de vsuca.sufficit probare initium possessionis, & allegare nunc possessionē de præsenti.Vide Pā. in c.accedē-

3 tibus.de priuil. ¶ Tertiò quæritur,*qd iura velint de bona fide præscribētis?Et dico multa. ¶ Primū.Bona fides in præscriptione requisita secūdùm leges, non requiritur in præscriptione triginta annorū,vel supra. xvj.q.iij. §. pōt. & c.vigilanti.eod.tit.& C. de præscr.xxx.annorum.l.cùm notissimi.& l.si quis emptionis.sed neq; in præscriptione viginti annorum,& infra,secūdùm Veruec. requirebatur quo ad totū tempus prescriptionis:vt in d. §.pōt.& d.l. cū notissimi.sed solùm quo ad principiū eius.C.de præscrip. longi temp.aut.malæ fidei.sed dictæ leges sunt correctæ, extrà eod.c.si.secundū Ray.Host.Inn.& Bernar. & requiritur in qualibet præscriptione,& in qualibet parte tēporis quo præscribitur:vt in d.c.fi.& d.c.vigilanti.& in regula,possessor.de reg.iur.lib.vj.Et si videantur dicere aliqui doctores, quòd spatio quadraginta annorū præscribatur debitū,etiā ab eo qui sciebat se debitorē: pōt intelligi verum,quando ex tali sciētia non cōstituitur malę fidei possessor:puta qa ex rationabili causa putabat sibi remissum: quod tamen in dubio non presumitur,nisi ex amicitia vł parentela,aut alia cōiectura hoc ostēdatur.argu.l.cū qdā. §.diuus.ff.de vsucap.l.Procula.ff.de probat.l.si seru⁹.ff.de donat.inter virum & vxo.in gl.quia nemo ęstimatur rem suā iactare.ff.de proba.l.cùm de indebito. ¶ Secūdū.Non est quis in dicta bona fide ex ignorantia iuris, sicut est ex ignorātia facti:vt si qs credat pupillū,vel eū,qui habet curatorē,rem suā posse alienare sine authoritate tutoris aut curatoris.ff.de vsucapio.l.nunquam.secundùm Ray.& gl. eius & Vlde.Vnde errans in iure non prescribit.l.j. §. si a pupillo ff.pro empto.& l.nunquā.la secūda.ff.de vsucapi. secus si erret in facto.argumen.l.quod vulgo.ff.pro empt. Quod verū limita primò de mente Innoc.quando ignorantia non est probabilis propter iuris obscuritatē vel dubietatem:aliàs secus:quia dicit in c.si diligenti.eodem ti. ꝙ possidens contra ius non presumitur bonę fidei possessor,nisi sit possessio longi temporis,vel pbabilibus rationibus fuerit acquisita.facit c. cū ecclesia Sutrina. de causa

possessio.& proprie.Ex quo patet,quòd si ius,in quo erra
tur,est dubium,excusát error in præscribēdo. & facit tex.
in c.cùm dilectus.de consuetu.& ibi Panor.& secundò de
mente Bar.quando ignorātia est circa ius quod prohibet
actum:aliàs secus:quia dicit in l.si fur.ff.de vsucapio.& in
l.sed & si.§.scire.ff. de petitione hæred. Et refert Pan. in
c.grauis.de restitu.spoliato.quòd faciēs cōtra iura prohi
bentia aliquem actum,etiam ex errore,nō præsumitur in
bona fide.& sic intelligitur gloss. in dicta l.si fur.quòd er-
ror iuris impedit vsucapionem:intellige,nisi ius sit obscu
rum vel dubium:errans autem contra iura actum quidem
non prohibentia,sed tamen actui nō assistentia,puta testa
mentum non solenne,non approbatur à iure vt valeat,nō
est in mala fide.dicto §. scire. Et tertiò de mente Hostiē.
quando error iuris est merus,nō mistus cum errore facti:
aliàs secus:quia dicit in c.cura.de iure patron.quòd error
mistus,scilicet iuris & facti non tollit bonam fidem.Et dat
exemplum in donatione rei alienę facta vxori,qua vir nō
est effectus pauperior:vt quia ex ipsa re non tenetur com
modanti vel deponenti: vel quia dominus consensit: quā
vxor credit valere,qa vsucapiet.l.si vir vxori.ff. de dona-
tio.Sed hæc limitatio est vera, quatenus concurrit aliqua
præmissarum. ¶ Tertium. Non est etiā in dicta bona fide,
secundū aliquos,qui habet conscientiā lęsam,id est dubiā
dubitatiōe firma ex iusta causa dubitādi, an res sit sua,néc
ne.Pro quo scito,ꝙ talis,secūdùm Direct.adhuc est bonæ
fidei,& præscribit,licet debeat diligēter inquirere:& si rē
alienam esse inuenerit,restituere.& idem glossa in c.si.eo
dem tit.cuius opinionem tenet Panor.ibi, dicēs eam esse
cōmunem.Sed dominus Anto.in d.c.fin.dicit, quòd talis
nō est in bona fide,nec præscribit: quia iura requirūt ne-
dum quòd non sit in mala fide,sed etiā, quòd sit in bona,
in qua talis non est.quod limitandum videtur,quando du
bitatio est firma & probabilis: secus quando momētanea
seu vacillans & scrupulosa:quo casu,si ei nō consentiatur,
bonæ fidei nō obsistit.de sen.excommu.c.inquisitioni. &
de hære.c.j.Summa aūt Rosel.& Supple. indistinctè hanc
secundam opinionē sequūtur,sed male: quia eā in aliquo
sensu euertit d.c.si virgo.vbi expresse dicitur, quòd ī iure
prædiorū tādiu quisq; bonæ fidei possessor rectissimè di
citur,quandiu se possidere ignorat alienum:cùm verò sci
uerit,nec ab aliena possessione recesserit,tūc malę fidei p
hibetur.Hæc ibi.Et præterea ipsa Summa Rosel.in verbo
Restitutio.vij.§.xix.expresse tenet oppositū in simili. Sū
ma verò Ange.distinguēs dicit primā opinionē esse verā
in foro cōtentioso,secundam verò in pœnitentiali.Et be
ne diceret,si talis esset in bona fide solū præsumptione iu
ris,quæ in conscientia non habet locū contra veritatē:sed
quia rectè,id est, verè,est ī bona fide,per c.si virgo.xxiiij.
q.ij.ideo etiam in cōsciētia illa opinio est vera.Et ideo di
stingue cum Bart.qui in l.naturaliter.ff.de vsucapio.dicit
quòd talis à principio non præscribit:quia non habet bo-
nam fidē,licet nō habeat malā:sed talis defectus,id est,du
bitatio,superueniens scilicet post bonā fidē priorem,non
extinguit vsucapionē:sed requirit vt firmiter credat,quòd
scilicet est certum se esse malæ fidei possessorem.allegās
Innocen.in dicto c.si.Quod etiam clarè probat dictū c.si
virgo.quod loqtur de virgine,q̄ à principio nupsit igno-
ranter alieno viro,quæ si hoc semper nesciat,nūquam est
adultera,sed solùm ex eo tēpore quo hoc scit: & sumitur
ibi scientia pro certitudine,de qua s̄. Matrimonium.viij.
§.xiij.& deinde dicitur esse simile de præscriptione. Et si
ibi sumatur scientia aliter,multo fortius hoc erit verum.

Quod etiā probat ratio:quia cùm dubitatio ęqualiter me
diet inter cōtradictorias opiniones,si vni superuenit,eam
nō tollit plus quàm aliā: & cæteris paribus fauēdū erit il-
li,q̄ prius inerat, & potior erit cōditio possidētis. ¶ Quar
tum.Non est etiam in bona fide quātum ad hoc vt possit
præscribere semper is,qui accipit ab eo,q est in mala fide:
quia,vt dicit Direct.lib.ij.licet mala fides tradentis nō no
ceat accipiēti in præscriptione xxx.aut xl.annorum,dicto
§.potest.& d.l.si quis emptionis. secus in præscriptiōe an
norum decem aut viginti:vt in dicta authenti.malæ fidei.
Item quādo res fuit furto aut vi possessa, nisi redierit post
ea in liberā potestatem domini. Aliàs aūt mala fides prin
cipalis authoris non nocet præscribēti.Insti.de vsucapio.
§.furti.cū sequen. ¶ Quintum. Qui aliquo tempore præ-
scriptionis habuit conscientiā lęsam per malā fidē,& post
ea incipit eā reformare & habere non læsam,secūdū Dir.
non interrūpit pręscriptionē:quia erronea fuit illa cōsciē
tia,& cōsequenter deponēda.de simo.c.per tuas.& no.gl.
in d.c.si.& idem Inno.& Vin.& Phi.& Bart.in d.l.natura-
liter.dicens,quòd ad hoc,quòd mala fides superueniens p̄
scriptionē interrūpat, oportet eam superuenire irreuoca
biliter:alioquin non impeditur vsucapio, secūdùm quod
iura ciuilia volūt.Sed Pan.in d.c.si. post Host.tenet cōtra
rium,ꝙ superueniētia malęfidei conqsassauit pręscriptio
nem.& probat per d.c.si.quod vult vt p̄scribēs in nullo tē
pore intermedio habuerit cōscientiam rei alienę. & facit
d.c.si virgo.Vnde secundū Canones talis aut nunquā prę
scriberet,aut incipiet pręscribere à tēpore,quo per legiti
ma indicia supuenit bona fides.Et hoc est indubitáter ve
rū,si fuit lęsa per opinionē probabilem:quia dicta cōsciē
tia lęsa nō fuit erronea & deponenda, cū fuerit vera & p-
babilis:sed potius erronea fuit reformata,licet non fuerit
deponēda, si indicia erāt probabilia. secus si fuisset lęsa p
dubitationem tātùm,vt particula priore dictum est.¶ Se-
xtum.Vtrum in conscientia tenere possit rem pręscriptā,
qui eam iustè pręscripsit, licet postea cognoscat rē fuisse
alienam?dic,quòd sic, vt infrà.§.xiij. ¶ Quartò queritur,
4 *quid iura velint de iusto titulo ad pręscribēdum requisi
to?Et dico multa. ¶ Primum. Titulum pręsumptū ad pręs-
cribendum aliquādo necessarium,dat fama:vt no.in c.i-
quisitioni.de sententia excommuni.& de pręscrip.c.cùm
cōtingat.& per Bar.in l.ij.C.si ser.vel liber.& in l.Cellus.
ff.de vsuca.Vn̄ si fama erat,quòd res fuit legata, vel quòd
tale quid fiebat per priuilegiū papę tempore belli deper-
ditū,& huiusmodi,currit pręscriptio:vt no.in l.quod vul-
go.ff.p emp.quia sic sit titulus iustus,sicut in eo,cuius pro
curator dixit se emisse.Et generaliter secūdùm Veruec.vt
dictum est,quādo nihil probabilitatis innotescit de cōtra
rio.intellige primò si quis sit in possessiōe ciuili:& secū-
dò de titulo generali,puta pro suo:nō de speciali,puta do
natione vel emptione, nisi disiūctiuè. ¶ Secundum. Titu
lus pro suo, qa scilicet inter multa sua aliquis habet aliqd
alienum quod suū credit,secundū Hosti.nunquā dat cau-
sam pręscribendi,nisi pręte̅datur aliquis alius ex dictis C.
de vsur.l.Cellus.sed melius dicit Archiepiscopus post Sū.
Cōf.ꝙ sufficit titulus pręsumptus,qui secūdū Veruec hic
est,si nihil habeatur in cōtrariū.& hoc tene:qa titul⁹ etiā
pręsumptus,specialiter nō reqrit,nisi in vsufructu,& ser-
uitute personali:& quando ius vel p̄sumptio repugnat,vt
dictū est. ¶ Tertiū.In re mobili oportet iustū titulum in-
teruenire à principio:aliter nūquā prescribitur:quia sine
titulo cōtra voluntatē domini contrectans,furtum cōmit
tit,& consequenter est furtiua, & cōsequenter à nullo p-
scribi

scribi vel vsucapi potest.Institu.de vsucap.§.quod autem.
secus in re immobili: quia quanuis mala fides fuerit in pri
mo possessore,potest tamen bona fide aliorum præscribi.
¶ Quartū.Licet vsusfructus sit ius corporale.l.j.in si.ff.ad
l.fal.& seruitus quædā in rebus alienis.l.j.ff. de vsufr.accr.
in eo tamen præscribēdo titulus requiritur: aliàs nō præ-
scriberetur spatio decē aut viginti annorū:vt probatur in
l.fin.C.de præscri.lon tempo.Vnde dicit glos. in l. corru-
ptionem.C.de vsufruct.ꝙ si etiam vsusfructus consistit in
re mobili:tamen actio personalis ad ipsam nō tollitur triē
nio.Et idem videtur dicēdū in acquisitione ipsius: & etiā
in acquisitione cuiuscunq; rei immobilis nō procedit pręs
scriptio sine titulo,nisi sit lōgissimi tēporis.C. de præscri.
xxx.anno.l.si quis emptionis.Dico tamē,ꝙ fructus, qui ex
agro alieno bona fide capiūtur,vsucapiūtur triennio. tex
tus est in l.sequitur. §.fructus.ff.de vsucap.& ibi per Bart.
quia ibi nō agitur de præscribēdo iure. Et ideò cùm dici-
tur,ꝙ tenetur restituere fructus extātes,in c. grauis. de re
stitu.spolia.intellige nisi possessor triennio bona fide pos
sederit.Vide Pan.in c.de quarta. eod.titu. ¶ Quintò quæ-
5 ritur,* quot & quæ requiruntur ad pręscribendū iura seu
seruitutes,quæ habent causam continuam vel quasi?Et di-
co ꝙ quinque. ¶ Primò bona fides,id est,ꝙ quis vsus fue-
rit eo animo,ꝙ vsus fuerit iure suo, & ꝙ potuerit etiā ad
uersario contradicente. Secus si causa amicitiæ:quia nun-
quam præscribet.l. fin.ff. queādmodū ser.amit.& l.qui in
iure familiaritatis.ff.de acquiren.possessio. ¶ Secūdò tem
pus debitum:vt j. §.vij. ¶ Tertiò ꝙ vsus fuerit sciente ad-
uersario.l.secūda.C.de ser.vbi glos.& Doctores, & patiē-
te.l.quoties.la j.ff. de serui. quia scientia & patientia ad
uersarij in iuribus incorporalibus constituit quasi posses-
sionē:ideóq; sine ipsa pręscribi non potest,nisi sit tempus
longissimū,id est,triginta vel quadraginta annorū, secun
dùm Pau. de Castr.in l.ij.C.de ser.Item nisi habuisset præ
scribens titulū ab aliquo tertio,qui eam vt dominus illius
fundi cōcessit:quia sic ignorāte domino pręscribi potest:
vt not.Cyn.tenere Petr.in l.ij.prædicta.quod notandū est
pro illo dicto,ꝙ in incorporalibus nō est dare quasi posses
sionē sine scientia & patiētia aduersarij,vt in pascuis,aquę
ductu,iurisdictione piscandi, & huiusmodi. ¶ Quartò in
negatiuis,puta altius non tollendi,requiritur prohibitio.
not.gl.in l.quæ luminibus.ff.de ser.vrb.præ.& prohibitio
debet esse ex parte prætēdentis seruitutē. ¶ Quintò ꝙ sit
dominus fundi,cuius seruitus est acquirēda. ¶ Sextò quæ
6 ritur,*quo tempore incipit currere præscriptio? Et dicit
Ray.ꝙ in actione reali, in qua quis rem suā prosequatur
apud detentorē:vel personali,qua scilicet cōtra personam
agitur ex aliquo contractu vel quasi,aut ex maleficio vel
quasi,nō incipit currere,nisi ex tēpore,quo quis pōt age-
re iure nō impediēte. Et sic filiofamilias nō currit pręscri
ptio in aduētitijs nisi ex quo liberatus est à patria potesta
te. Nec mulieri in dote nisi soluto matrimonio, vel mari-
to ad inopiā vergēte:quia cū ex tūc dotē repetere possit,
si nō repetit,currit cōtra eā præscriptio. Nec creditori,ni
si extāte debiti cōditione:sicut si promisi tibi centū si na
uis mea venerit ex Aphrica,nō currit præscriptio tibi,nisi
cū venerit nauis,& dies solutionis.C.de pręscrip.xxx.ann.
7 l.cùm notissimi. ¶ Septimò quæritur,*quāto tēpore opor
tet currere præscriptionē?Et dico ꝙ in pręscriptione lōgi
tēporis requiritur tempus x.aut xx. annorū,secūdū Ray.
Gof.& Host.vt dictum est: in ea verò quę est tēporis lon-
gissimi,requiritur spatiū xxx.vel xl.annorū.xvj. quęst.iij.
§.potest.quod intellige cōtra laicos & priuatas personas:

quia cōtra ecclesiam nec laic⁹,nec alia ecclesia pręscribit,
nisi spatio xl.annorum : imò contra ecclesiam Romanam,
nisi spatio centum annorū.xvj.quæsti.iij.quas actiones.&
c.nemo. ¶ Sed pro intelligētia horum dico multa. ¶ Pri-
mum.Contra ecclesiam Romanam nō currit, vt dictū est,
præscriptio minor centenaria:quod intellige in spectanti
bus principaliter,& nō secundariò ad illam,secundū gl.in
c.ad audientiā.eod.tit.Vnde hoc priuilegio gaudēt gene
raliter omnia immediate pertinētia ad dispositionē papę,
vt ecclesia Lateranēsis,& res eius,& exemptio,vt tenet Io.
And.in regul.sciēti.lib. vj.in mercu. & not. Pau.in cle.fre
quens.de excel.præla.& Panor.in d.c.ad audientiā. Fallit
hoc c.ij. §.j.eod.ti.lib.vj.vbi catholici præscribunt contra
ecclesiam Romanā bona hæreticorū,qui in vita ignorabā
tur esse hæretici,si ea xl.annis bona fide possederunt:nec
pōt Romana ecclesia petere restitutionē, vt ibi patet: vbi
prohibetur omnis molestia post pręscriptionē. ¶ Secun-
dum.Cōtra ecclesiam verò inferiorē Romana si pręscriba
tur à priuato vel ab alia ecclesia,quo ad immobilia corpo
ralia & incorporalia iura,habētib⁹ cōtinuā causam vel nō
habentibus,requiruntur xl.anni.extrà eo.de quarta.& c.j.
eod.tit.lib.vj.non tamē requiritur titulus,sed sufficit bo
na fides,nisi sit cōtra ius cōmune:quia sic requiritur titul⁹
verus aut putatiuus.extrà eod.si diligenti.aut tēpus,de cu
ius initio memoria nō est.d.c.j.Fallit quod dictū est eo ca
su quo ius ciuile exigit in pręscriptione cōtra priuatū tē-
pus,de cuius initio memoria nō extat:quia tūc multò for
tius requiritur illud tēpus in pręscriptione cōtra ecclesiā,
nec sufficiunt xl.anni. ¶ Tertium. Quo ad mobilia, secū-
dùm Pan.in c.cùm dilectæ:de cōfir.vti.vel inuti.cōtra ec
clesiam Romanā nō habet locū vsucapio triēnalis: quę ta
men habet locū contra alias,nisi in rebus, quę alienari nō
possunt sine debita solēnitate,de qua s̄.Alienatio. ¶ Quar
tum.Currūt etiā cōtra eā pręscriptiones iudiciales,secū-
dum Pan.in c.si.de in integ.resti.vt,ꝙ post decenniū non
appelletur,& huiusmodi:sed restituitur,sicut & minor,iu
re speciali,vt in d.c.fin.& l.j.C. si sępius in inte. resti.fue.
po.& ibi Bar.sequitur. ¶ Quintū.Si etiā laicus habet rem
cōmunē cū ecclesia & indiuisibilē,secundū Pan.in d.c.de
quarta.requiritur quadragenaria præscriptio ꝓpter eccle
siam,ar.l.si cōmunē.ff.queād.ser.amit.sin tamē ius ecclesię
remanere pōt illæsum,secundū Io.An.in c.vnico. de iure
pa.præscriptio cōis cōtra laicū sufficeret.facit qđ not.in c.
ad audientiā.eo.ti.& xvj.q.iiij.nolumus. ¶ Sextū. Si autē
res cùm esset laici,incœpit pręscribi ab aliquo, & deinde
venit ad ecclesiā,nō requiritur quadragenaria pręscriptio
secūdū cōmuniorē & veriorē opinionē,vt dicit Pan. in d.
c.de quarta.sed pro pręterito vtetur priuilegio priuati,&
pro futuro tempore priuilegio suo,ar.in l. fiscus.la j.ff.de
iur.fisc.Et ideo si cōtra priuatū præsentē cucurrerūt quin
que anni antequā veniret ad ecclesiā, postquā venerit ad
ecclesiā,sufficiēt xx. Et idē in similibus priuilegiatis. facit
authē.si quis.C.de pręscri. lon.tēpo. ¶ Septimū.Res autē
patrimoniales clericorū quadragenario isto priuilegio
nō gaudēt:sed cōi spatio præscribuntur, sicut & aliæ lai-
corū,secundū gl.in c.possessiones.xvj.q.iiij.& in c.quan-
quam.de censi.lib.vj.& Spec.in tit.de resti. in integrum.
tenet ꝙ restitutionē petere nō possunt,si fuerūt lęsi in tali
bus,sicut faciūt in læsione in rebus ecclesię.Et iura quę di-
cūt bona clericorū gaudere eodem priuilegio , quo bona
ecclesię:debent intelligi quo ad defensionē.allegat caput,
ecclesiarum seruos.xij.quæst.ij.& facit quod dicit Petr.&
Abb.in cap.cùm sit.de fo.compet.scilicet ꝙ raptores præ
fatorum

fatorum bonorum non conueniuntur coram iudice eccle
siastico: quia priuilegiū non debet extēdi nisi in casibus iu
re expressis, & idem do. Anto. nisi sit eadē omino ratio
cum expressis à iure. ¶ Octauū. In legatis autē ad pias cau
sas habet locum solùm præscriptio xl. annorū, secundū gl.
in authē. de eccle. §. pro tēporalibus. & xvj. q. iij. c. penul.
¶ Nonum. Contra hospitalia autē & alia pia loca requiri-
tur præscriptio xl. annorū, sicut cōtra ecclesiam, vt est tex.
in l. omnia priuilegia. C. de epis. & cle. & no. Io. And. in c.
ij. de restit. in integ. libr. vj. ¶ Decimò. Contra principem
distinguit Panor. in c. cùm nobis. eod. tit. sic: Aut sunt bo-
na reseruata principi in signum subiectionis, vt in tributo
vel censu: & sic nullo tēpore currit. l. cōpetit. C. de prescri.
xxx. anno. vel in signū singularis priuilegij aut dominij, vt
legitimare spurios, creare notarios, exigere vectigalia &
pedagia, & huiusmodi: & sic requiritur scientia Principis,
& tantum tēpus, de cuius initio memoria nō existat: vt est
tex. in c. super quibusdā. de verb. sign. & per Bar. in l. cun-
ctos populos. C. de sum. tri. & l. fi publicanus. ff. de publi.
& in l. j. ff. de aqua pluui. arcen. Aut sunt bona pariter pos-
sedibilia: & si sunt Principi incorporata, requiritur spatiū
xl. anno. vt in d. l. cōpetit. & sic procedit gl. in §. fisci. Insti.
de vsucap. Si verò nō sunt incorporata, sed dūtaxat delata
tanquam vacantia, seu quia causa publicata, tunc in delatis
ppter vectigal nō solutū sufficit tēpus quinq; annorū, vt
l. ij. C. de apostа. in alijs verò si præcessit denūtiatio, suffi-
cit tēpus xl. annorū: vt l. intra quatuor. ff. de diuer. & tem-
po. prescri. Si verò denuntiatio nō interuenit, sic si habuit
bonā fidem tantū, requiritur tempus viginti anno. l. in o-
mnibus. ff. de diuer. & tempo. præscri. Si autē vltra bonā fi
dem habuit titulū: sic sufficit tempus decē annorū. & sic lo
quitur l. quanuis. ff. de vsucap. & not. Bar. in d. l. in omnib.
¶ Vndecimò. Contra quoscunque autē alios à prædictis
distinguo. ¶ Nam aut sumus in actionibus personalibus:
& sic requiritur spatiū triginta annorū. quod Pan. in cau
sa. de caus. proprie. & pos. limitat verū, quādo cōcurrit so
la patientia: secus si cū patiētia interuenisset aliud: vt est
tex. in l. Procula. ff. de proba. vbi ex taciturnitate longi tē
poris presumitur dimissum fide icōmissum debitū, si sępi⁹
de alijs habita ratione nō sit habita mētio de fide icōmisso.
¶ Aut sumus in rebus corporalibus immobilibus: & si sic
possidet cum titulo, requiritur spatiū decem annorū inter
præsentes cōtinuè, & viginti inter absentes. l. fin. C. de pre
scrip. lōgi tēpo. Si verò partim fuit præsens, partim absens,
duplicabitur tēpus absentiæ solùm. authen. quod si quis in
quibusdā. C. de prescri. longi tēpo. sine titulo verò cū bo-
na fide & reliquis prescribitur xxx. annis: vt in c. sanctorū.
eod. tit. xvj. q. iij. placuit. & l. si quis emptionis. C. de præ-
scrip. xxx. anno. ¶ Aut sumus in incorporalibus, vt sunt iu
ra & seruitutes: & sic nō requiritur titulus, sed solùm vsus,
sic distinguēdo: quia aut sumus in seruitutibus: & tūc si ha
bēt causam cōtinuā vel quasi, regulariter præscribit lōgo
tēpore, id est, decē annorū inter præsentes, & viginti inter
absentes. tex. est in l. fi. C. de præscri. lon. temp. & in l. ij.
C. de serui. vbi gl. & Doct. hoc no. Si verò seruitus habet
causam discontinuā, vt seruitus viæ, & seruitiorū extraor-
dinariorum præstatio: tunc regulariter nō prescribitur: vt
est tex. in l. seruitutes. la iiij. ff. de seruit. & ibi per Docto.
Fallit primò qñ quis vsus est tanto tēpore, cuius contrarij
memoria non existit. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua
quotid. & æsti. & no. glo. & Doct. in d. l. seruitutes. tempus
autē cētū annorū est tēpus, de cuius initio extat memoria:
vt tenet do. Ant. in c. veniēs. de testi. & Car. in c. fi diligē-
ti. de præscrip. Fallit secundò, qñ habuit titulū concessio-
nis à domino: quia præscribitur decē annis inter præsen-
tes, & viginti inter absentes: vt not gl. in d. l. seruitutes. Et
tertiò si præscribitur qñ habuit verū titulū à tertio, id est,
per x. annos inter presentes, & xx. inter absentes. l. fi. C. de
præscri. lon. tēp. secundū Paul. de Cast. in d. l. seruitutes. Est
tamen differētia in præscribēdo vrbanā & rusticanā seruī
tutē: quia rusticana perditur per nō vsum: vrbana autē nō,
nisi simul alius vsucapiat libertatē: puta, habeo fenestras,
quas licet obstruā, nō perdo ius: sed si alius per idē tēpus
altius eleuat murū suū, sic amitto. Probantur hæc in libro
autē iura. ff. de serui. vrba. prædi. Quid autē sit seruitus vr
bana & rusticana: vide j. Seruitus. §. j. Dicitur autē seruī-
tus habere causam cōtinuā vel perpetuā, quādo est in vsu
actualiter & potētialiter: vt seruitus aquæ ductus, & altius
nō tollēdi, & huiusmodi. Ratio, quia licet à principio re-
quiratur factū hominis, nō tamen semper: quia postquam
aqua est deriuata in canale, facto naturę cōtinuatur, & per
seipsam semper fluit: vt in seruitute tigni iniuncti, vel o-
neris ferēdi, quod postquā semel est immissum, continua-
tur. Aliquādo verò dicitur habere causam quasi continuā,
vel quasi perpetuam: quādo scilicet est in vsu cotinuo seu
perpetuo potētialiter, sed nō actualiter: vt seruitus stillici
dij, vel ductus aquæ ex cœlo cadētis. Ratio, qa licet nō sem
per exerceatur actu, tamē est apta nata semper exerceri si-
ne facto hominis: quia cū pluit, stillicidiū est semper aptū
recipere aquā sine facto hominis, postquā stillicidiū est.
& idem in iure eligēdi, & percipiēdi decimas ex agro. Ali
quando verò dicitur seruitus habere causam discontinuā,
qñ scilicet nec actu nec potētia est semper ī vsu, sed neces-
sariò requiritur factū hominis, quod nō potest esse continu-
uū: vt est seruitus itineris, viæ, & similiū. Hoc notatur p
gl. & Doct. in l. seruitutes. la ij. ff. de serui. & in l. foramen.
ff. de serui. vrba. prædi. Aduertēdū est autē, q seruitus amit
fibilis per nō vsum, si habet solùm interualla dierū vel no
ctium tantùm, vt spatij breuioris, præscribitur decē annis
inter præsentes, & viginti inter absentes: sed si habeat in-
terualla annorū vel mēsium, requiritur tēpus duplicatum
quo ad præsentes: id est, xx. annorū: quo ad absentes verò,
licet sint opiniones, veri⁹ tamē est q etiā duplicatur, secū
dùm Ioan. glos. in l. fi. C. de serui. quem sequuntur cōiter
glos. Accur. Bart. & Bal. & Docto. ibi. & Inn. in c. de quæ
ta. eo. tit. quia hoc pro vltima opinione ponit, quæ est sua,
iuxta glo. nota. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. ibi
dicitur, q vltima opinio in dubio tenendū est. Nota etiā
q dicta duplicatio nō habet locū in præscriptione xxx. vel
xl. annorum, nec in præstatione annua: vt vult glos. in d.
cùm notissimi. §. fi. C. de præscriptio. xxx. anno. Et dicitur
habere interualla dierū vel noctiū, quando alternis diēb⁹
vel die seu nocte mihi licet, & tibi altero die &c. annorū
autem vel mensium, quādo de quinquennio in quinquen-
niū: vel de anno quolibet vna die vel plurib⁹ licet duces
aquā. ¶ Aut sumus in seruitute, quę debetur à re persone
vt vsus fructus, vsus, iurisdictio, & huiusmodi, quę licet
quirāt factū hominis, tamen nō dicūtur habere causam de
continuā: quia animo possideri possunt, qui est cōtinuus,
licet actus hominis sit discōtinuus: nō sic autē in seruitu-
te, quę rei debetur à re, cū res animū nō habeat. Istæ ergo
seruitutes, quę debētur personę à re, longo tēpore prescri
buntur, cū titulo tamen vero: quia habent similitudinē cū
dominio, quod sine titulo longo tēpore nō præscribitur:
vt est casus in l. vlt. in fi. C. de præscri. lon. tem. Et intellige
de titulo habitu à nō domino: qa si à dño, præscribere nō
oportet.

oportet. ¶ Aut sumus in seruitute personali, quæ debetur
personæ à persona: & sic præscribitur aliquando quinquē
nio, quādo scilicet pater tēpore mortis gessit se p liberō
non in fuga, nec latitans, sed bona fide: quia post quinquē
nium elapsum, in quo filius nō est status controuersiā pas
sus, efficitur liber. not. Pan. in c. licet. de coniug. ser. in per
sona verò propria requiritur tēpus decē annorū, cū bona
fide: nec requiritur titulus fauore libertatis: vt in l. ij. C. de
præscr. lon. tempo. aliàs seruitus omnis personalis cùm sit
cōtinua, ppter animū, qui nō potest esse in seruitute rea-
li sine titulo, requiritur tēpus lōgissimum: id est xxx. anno.
vt not. Cy. in l. ij. C. de ser. & aqua. cum titulo verò per de
cē inter præsentes, & viginti inter absentes. ¶ Aut sumus
in debitis, legatis, aut stipulationibus: & sic secūdū Bar. in
l. cùm notissimi. C. de præscri. xxx. anno. si obligatio sit de
præsenti, licet exactio sit delata in diē, si eū testator legat 8
centum alicui, ita, q tradātur sibi decē omni anno solùm:
sed vnica præscriptiōe tolletur, & per spatiū illud quo alię
res: argu. l. senatus. §. fi. ff. de don. cau. mor. & c. de quarta.
eo. tit. vbi vnica præscriptione quadragenaria tollit quar-
ta debita episcopo, quę communiter solnitur omni anno:
quia obligatio orta est de præsenti, licet exactio sit dilata:
si verò obligatio sit in diem, vt ī legato facto simpliciter,
q annuatim deē aliquid: quia tot sunt legata, quot annuæ
præstationes. d. l. senatus. in fi. sic nō currit præscriptio, nisi
à die extantis obligationis: & consequēter oportet, q tot
sint præscriptiones, quot legata. Sed aduerte, q si hæres te
statoris scit se teneri, vt cōmuniter præsumitur, vt no, in l.
qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli. nullo tēpore p-
scribit secundùm Pet. de Pu. tract. de ea. por. quia est ī ma-
la fide: & idē dic de quocunq; debitore, vt not. Ang. in l. q
sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. dicens hic communiter te
neri contra Bart. etiam si statuto caueatur vt præscriberet.
quod etiam sequitur Io. And. in c. ij. de excep. lib. vj. Host.
in c. per tuas. de do. & Card. in c. vigilanti. eo. ti. & est glo.
not. in auth. vt ecclesia Romana cen. an. ha. præscri. quæ di
cit, q tale statutū esset iniquum præsidiū. & sequitur Bal.
in c. si quis per xxx. si de feu. fue. cōtro, vbi dicit, q præscri
bens scienter debitū, semp poterit denūtiari: si verò igno-
rauit probabiliter, sic præscribet, etiā quo ad cōscientiam,
vt voluit Inn. in c. curā. de iure patro. & in c. quia pleriq; 9
de immu. eccle. Pan. tamen. in c. fi. de præscript. distinguit.
Nam si debitor sciens debitum non tenebatur offerre, ita
q cessando à solutione non fuit in culpa, præscribet: quia
non est in mala fide: quia cogitare potuit, q donare vel re
laxare voluerit. quando aūt videatur offerre, vide text. cū
gl. in l. item illa. ff. de consti. pecu. & plenius per Bart. & su
prà Obligatio. §. ix. nihilominus denuntiari poterit iudi
ci ecclesiastico. Si verò tenebatur offerre: sic nō pscribet,
quia est in mala fide. Et ita tenet Sū. An. sed malè: quia a-
liud est esse in bona fide, aliud est nō esse in culpa: vsi iste
nō est in bona fide, vt patet per dicta ꝛ. §. j. ¶ Aut sum⁹ in
actionibus & exceptionibus: & sic cū variæ sint, vario mo
do præscribuntur, puta exceptio de nō numerata pecunia
post biennū non potest opponi. l. in cōtractibus. C. de nō
nu. pecu. repetitio debitorum in alia nō præscribitur, nisi
per quinquaginta annos, vt in l. alearū ludos. ff. de aleato.
& huiusmodi, quæ multæ sunt: & secundùm Pan. in c. cum
causa. de emptio. & vendit. currunt etiam cōtra ecclesiam
secundùm spatiū decretum à iure ciuili, à quo sunt inuen
ti: nec expectatur spatiū decem annorum. ¶ Notādum est
tamen, q omnis obligatio vel exceptio spatio decē aut vi
ginti annorum præscribitur. l. obligationū ferè. §. placet,
ff. de act. & obli. ¶ Notādum est etiam secundùm Bart. in
l. fiab hostibus. C. quib. non obijci. longi temp. prescrip. q
actiones prætoriæ rei persecutoriæ sunt perpetuæ, nisi dē
tur cōtra ius ciuile, puta redhibitoria: quia datur cōtra cō
tractum validum de iure ciuili, ideo finitur anno: secus si
contra contractū inualidum de iure ciuili, quia sic est per
petua. Itē distingue: quia si actio data est in pœnā solùm,
sic præscribitur etiā scientē debitorē in conscientia: quia in
pœnalibus nō tenetur in cōscientia. xij. q. ij. fraternitas. in
glo. Si verò data nō est in pœna, sed in satisfactionem lesi,
vt actio quāto minoris, & huiusmodi: sic data scientia de-
bitoris nō præscribitur in conscientia, quin teneatur satis
facere læso. xiiij. q. vj. si res. ¶ Aut sumus in rebus mobili-
bus: & sic currit vsucapio: quæ tamē nō currit cōtra mino-
res, vt no. in l. fi. C. in quib. cau. resti. in inte. nō est necessa
ria. vide j. Vsucapio. ¶ Octauò quæritur, *vtrum successor
singularis aut vniuersalis, inuasoris præscribat per decem
annos inter præsentes, & viginti inter absentes? Et de sin-
gulari dicit Pan. in c. nihil. eo. tit. q non, quantūcunq; ha-
beat bonam fidē, ppter vitium reale, quod sequitur quē-
libet possessorē. l. vitia. C. de acqui. poss. sed oportet, quòd
currat spatiū triginta vel quadraginta annorū: & sic bene
præscripit etiam in rebus inuasis, vt not. Inst. de vsucap. §.
furtinæ. dūmodo sit bonæ fidei, & à se īcipiat præscriptio
nem: vt no. gl. in d. §. furtiuæ. Successor autem vniuersalis
non præscribit de iure ciuili, si defunctus habuit malam fi
dem, etiā sine violentia: quia cēsetur eadem persona cum
defuncto. in authen. de iureiur. à mo. præst. Sed Dy. in re-
gula, possessor. & gl. in regul, qui in ius. lib. vj. & gl. in c. de
quarta. eo. ti. & alia gl. in c. cura. de iure patro. tenet, quòd
præscribet de æquitate canonica, si est bonæ fidei: & in p-
sona sua inchoat præscriptionem. Pan. aūt post dom. Ant.
in c. fi diligenti. eo. titu. tenet primum, scilicet, q non præ
scribet. & melius: quia cùm nō habemus ius canonicū con
tra ius ciuile expressum, ī hoc ab eo recedere nō debem⁹*.
& iura, quæ alij allegant, loquuntur de singulari successo
re, non de vniuersali. Aduertēdum est tamen, q licet mala
fides defuncti noceat hæredi, nō tamē nocet ementi ab hę
rede, secundùm Bart. in l. post pluribus. in fi. ff. de vsuca. &
domi. Franci. de Aret. in d. c. fi diligēti. ¶ Nonò quæritur,
*quæ sunt tēpora vel casus, in quibus præscriptio nō cur- 9
rit, licet non interrumpatur, sed dormit? Et dicit Panor. in
c. ex transmissa. eod. titu. quòd sunt nouem. ¶ Primò tem
pore hostilitatis, & vbi ius non redditur, quod Inn. in d. c.
limitat, quādo propter guerram & huiusmodi actor age-
re voluit, sed nequiuit: quia nō erat qui ius redderet. l. sed
si per prætorē. §. si feriæ. ff. ex quib. cau. ma. propter quod
dicit Bart. in l. de ætate. ff. ad Treb. quòd citatus tempore
pestis habet iustam causam non comparendi. allegat c. ad
supplicationem. de renun. facit glo. in c. fi vero. de iudiciu.
Vnde dicit idem Bart. in l. naturaliter. ff. de vsucap. q tem
pore pestis præscriptio non currit, vbi quis fugit ex tali ti
more: aut certè erit iusta causa petēdi restitutionē in inte
grum ex clausula generali. Et idē generaliter dic de omni
alia causa impediente, ne quis rē suam petat. l. quod quidē.
ex qui, cau, ma. & de appell. l. ex ratione. ¶ Secūdò, quādo
est defectus prælati, id est, quando ecclesia nullū habet p-
latum, vel habet inutilē ad agendum: puta quia est excom
municatus, suspensus, & est negligens in petēda absolutio
ne, vel captiuus, de cōcess. præb. quia diuersitatē. xvj. q. iij.
c. j. de elec, quia diligētia, aut est dilapidator, vel male alie
nans. xvj. q. iij. si sacerdotes. & quod not. in c. j. de in int. re
sti. l. vj. quia toto tēpore prælati malè alienātis nō currit.

Tertiò,

¶ Tertiò, quãdo quis de iure impeditur agere: ſicut filiuſ familias. l. j. in fi. C. de annal. exce. & vxor viuente marito, nec vergente ad inopiã reſpectu rerũ dotaliũ. l. in reb⁹. C. de iure dot. & pupillus durãte ætate pupillari. l. ſicut vltra mediũ. C. de præſcrip. xxx. anno. & generaliter non currit præſcriptio cõtra maiorem, niſi xxx. vel xl. annorum. C. in quib. cau. reſti. in inte. non eſt ne. l. fi. contra pupillum aũt nulla currit. d. l. ſicut. ¶ Quartò, quãdo eſt ſchiſma quo ad eccleſiã Romanam, vt in c. cùm nobis. eo. tit. quod Direc. intelligit de tẽpore prælati ſchiſmatici. de elec. quia negligentia. ¶ Quintò, tẽpore conditionis: quia res ſub conditione nõ præſcribitur. l. cũ notiſſimi. §. ſed illud. C. de præſcript. xxx. anno. quia nulla currit mora. ¶ Sextò, tempore feriarum repẽtinarũ: quia præcaueri non poſſunt, vt dicitur in d. §. ſi feriæ. ¶ Septimò, quãdo qs abeſt reipublicæ cauſa: ſed ſecundùm Inno. in iſto caſu & propriè præſcriptio quidẽ currit, ſed reſtitutio datur, quando præſcriptio dictis tẽporibus eſt completa, vel parum poſt: ſecus ſi poſt magnum tempus, quia non datur facit l. ab hoſtib⁹. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex qui. cau. ma. & ſatis placet, licet alij teneant, q̃ indiſtinctè non currit. ¶ Octauò, tẽpore feriæ vel prodigalitatis, ſecundùm Io. Andr. in addi. ad Spe. eo. tit. ¶ Nonò, tempore iacentis hæreditatis, ſi nõ ſtat p hæredem qui ea capiat, ſed impeditur aliquo modo, ſecũdũ Pan. in c. de quarta. eo. ti. ſed d. Ant. ibi tenet, q̃ currit, ſed
10 reſtituetur ex clauſula generali. ¶ Decimò q̃ritur,* vtrum in præfatis caſibus ita dormiat p̃ſcriptio, q̃ non ſit neceſſe petere reſtitutionẽ? Et dico diuerſam fuiſſe opinionem Legiſtarum in l. ſenatus. ff. de offi. præſi. & Canoniſtarum in c. ex tranſmiſſa. eo. tit. ſed mihi placet opinio Inn. q̃ impeditur ipſo iure, nec ſit neceſſe reſtitutionem petere, ni ſi ſolùm in tẽpore abſentiæ & feriarũ, aut ex ſimilitudine rationis tempus prodigalitatis. Ratio autẽ ſua quare non currit, eſt, quia tanquam odioſa. arg. c. vigilanti. eo. tit. nõ
11 eſt laxãda. ¶ Vndecimò quæritur,* vtrũ currat contra eũ, qui diu aliquid ſoluit ſine cauſa? Et dico, q̃ non, quantuncunq; tẽpus defluxerit: ſed deſiſtere poteſt de cætero à ſolutione ſi cognoſcat ſe indebitè ſoluiſſe. l. litibus. C. de agri. & cenſi. & de cenſib. peruenit. xvj. q. iij. clerici. & gl. x.
12 q. iij. quia. ¶ Duodecimò quæritur,* quomodo interrumpatur præſcriptio? Et dico, q̃ duobus modis, ſecundũ Ray. ¶ Primò naturaliter: & hoc multis modis, ſcilicet ſi aqua vel fluuius occupauit fundũ, aut inde violẽter eiectus eſt poſſeſſor, aut res eſt ei furto ſublata. ff. de vſucap. l. natura liter, aut ſi quocũq; mõ poſſeſſionẽ amiſit, aut habuit animum deſerendi. ff. de ſerui. vrba. præd. l. ſi ædes. §. j. & cõcord. Vide. adde generaliter quãdo deficit vnũ de ſubſtãtialibus præſcriptionis. ¶ Et ſecũdò interrumpitur ciuiliter: & hoc multis modis ſecũdũ Direc. ¶ Primò per libellum principi oblatũ, quod valet ſolùm in actione annali, quæ poſt annũ moueri nõ poteſt, vt eſt actio iniuriarũ, & quædã aliæ. Inſti. de perpe. & temp. acti. & per hoc ꝓpetuatur. ¶ Secũdò per litis cõteſtationem: quod locũ habet in perpetuis actionib⁹, & corã ſuo iudice. C. ne de ſta. defun. l. pen. imò ſecundũ Ray. valet in omnibus actionibus: per l. fi. C. de præſcri. xxx. vel xl. an. & idẽ dic in quaſi litis conteſtationem: extrà, vt lit. nõ cõteſt. quoniã. vltra medium. Et hi duo modi videtur habere locũ in iudicio: quibus ſecundũ Ray. additur tertius per querelã iudici factam, & ſecutam rei conuentionẽ: & hoc valet in omnibus actionibus. C. vbi ſtatim. l. ſicut in rem. ¶ Tertiò vbi litem conteſtari quis non p̃t: vel, vt alij dicunt, aliqua cauſa impeditus rem ſuã petere nõ poteſt per libellũ oblatũ iudici cõtra abſentem, vel eũ qui aliqua de cauſa cõuenirì nõ p̃t, deducendo ius ſuũ in querimoniã coram iudice ordinario, vel etiã corã publicis perſonis. de off. or. c. paſtoralis. & de app. ſi iuſtus. vbi etiã dicitur, q̃ dicta proteſtatio ſi iuſtinguitur vtrum ſint perſonæ publicæ vel non: & hoc eſt æquius: vel etiam eo caſu ꝓponat ad domiciliũ rei, & eſt interrupta præſcriptio. xvj. q. iij. §. poteſt. ¶ Quartò p ſacrum oraculum oblatũ principi, ſi p executorẽ poſtea conuentio ſequatur. d. l. ſicut in rẽ. ¶ Quintò p ſolutionẽ vſurarum, ne ſcilicet currant cõtra creditorem debitũ non repetentem. C. de præſcrip. xxx. ann. l. cũ notiſſimi. ¶ Sextò per ſecundã cautionẽ factam à debitore. d. l. cũ notiſſimi. ¶ Septimò per denuntiationẽ factam colono, vt lite non conteſt. quoniã. & ſecundùm glo. Ray. iſta denuntiatio ſit per citationem factã de parẽdo iuri corã iudice ſuperre, quam poſſidet nomine alieno. ¶ Octauò per ſynodalem proclamationẽ: puta ſi ſacerdos proclamet in generali vt
13 prouinciali ſynodo, quòd alius ſacerdos tenet rẽ eccleſię, extrà c. ſanctorũ. ¶ Quantũ autem ad conſcientiam interrũpitur, quoties quis in veritate eſt in mala fide, licet ignoretur: aut deficit aliquid de ſubſtãtialibus præſcriptionis. ¶ Tertiodecimò quæritur,* vtrũ tutus præſcriptione teneatur in foro animæ reſtituere rẽ præſcriptã, ſi completa præſcriptione incipit habere malã fidem, cognoſcẽdo eã fuiſſe alienã? Et dicit Sum. Roſ. & quidã alij, q̃ ſecundùm Theologos reſtituere tenetur. quod nunquam legi: imò Scot. in iij. diſt. xv. tenet cõtrarium S. Th. quolib. xij. arti. xxv. dicẽs, ſi quis præſcribat bona fide poſſidendo, nõ tenetur ad reſtitutionẽ, etiã ſi ſciat alienum fuiſſe poſt præſcriptionẽ: quia lex p̃t aliquẽ pro peccato & negligẽtia punire in re ſua, & illã alteri dare, & cõcedere. Hęc ibi. Et idẽ diceret omnis bonus Theologus: quia ſecũdũ S. Th. tenetur quis ſoluere pœnã iudicialẽ, id eſt, ad quã condẽnatur à iudice: vt ij. ij. q. lxij. & cõſequenter ille cui applicatur, eã in cõſcientia poteſt retinere: & cõſequẽter licitũ eſt tenere eam quam infligit legiſlator, cuiuſmodi eſt præſcriptio, quæ inducta eſt principaliter in pœnã negligẽtiũ & quietem ciuitatis. Inter canoniſtas aũt Rayn. dicit ſimpliciter tali cõſulendũ, q̃ reſtituat: aliter dubitat de ſtatu eius. Similiter do. Ant. in d. c. vigilãti. eo. tit. dicit ſe diſputaſſe, q̃licet nõ teneatur in foro cauſarũ, tamẽ in foro animæ tenetur: quia ratio præſcribẽdi nõ eſt ſufficiẽs quo ad æqtatẽ cõtra eũ qui de negligẽtia imputari non p̃t. aliter etiam diſtinguit, vt refert Arch. in ij. parte ti. c. xv. ad fi. Sed contrariũ clamãt pene omnes alij, vt gl. in d. c. vigilãti. Io. Vincẽ. Tãc. Gof. Hoſ. Ber. Io. And. Inn. Hug. Mona. Vide. Veruec. Gera. Io. de Rip. & Lan. & Pan. in d. c. vigilanti, dicẽtes indiſtinctè, q̃ nõ tenetur reſtituere ī cõſciẽtia, ſi cõcurrũt omnia de iure requiſita ad præſcriptionẽ. Et ita indubitãter tenendũ eſt, niſi qñ reſtitutio petitur in integrũ, & admittitur, quia iſta ſtatuerũt leges & canones tũ in pœnã, tũc ꝓpter bonũ cõmune, cui hoc expedit ad lites dirimẽdas, propter quod bonum ſi alicui p̃t auferre vitã, multo magis ſubſtantiã: vnde iura faciũt hoc meũ, hoc tuũ. viij. diſt. quo iure. & cõditor legis aut canonis p̃t mihi dare rẽ aliẽnã, & tutus ero. ff. de euict. l. Lucius. C. de quadr. præſcri. l. bene à Zenone. quod intellige ex cã, puta in pœnã, vel quia expedit bono cõmuni. q verò deponere nõ p̃t conſcientiã ligantẽ ad cõtrariũ, reſtituere tenetur p̃ accidẽs. ¶ Ad motiuũ domini Ant. dico, primò quidẽ, q̃ qui de negligentia imputari nõ p̃t, habet remediũ petẽdo reſtitutionẽ ex clauſula generali, quã ſi petat ac obtineat in conſcien

ſcientia reſtituendum erit: ſi verò non petit, nõ erit neceſſarium reſtituere, per no. ab Inn. in c. quia plerique. de immuni. eccl. ¶ Et ſecundò dico, quòd præſcriptio non inducitur de iure canonico ſoluùm in odiũ negligentis: ſed etiã propter bonũ & æquum. xvj. q. iij. §. poteſt. vnde ſecũdũ Bal. in c. ſi quis per xxx. ſi de feu. con. fue. laicorum ſtatutũ negans audiẽtiam in foro ſeculari propter æquum ſeu bonum publicum, valet in cõſcientia, nec habet locum denũ tiatio in iudicio eccleſiaſtico: puta ſi cauetur quòd nõ ſoluens gabellam iuſtam nõ audiatur: vel inſtrumẽtum non regiſtratum in libro communis, preſumatur falſum. Et ſimiliter Bart. in extranaganti, ad reprimendam. in verbo, deniti atione. de Velleiano & Macedoniano, dicit quòd non valet denuntiatio in foro eccleſiaſtico: quia datur eis maxima æquitate naturali. Sic à fortiori nõ habebit locũ in præſcriptione, quæ tam ciuili quàm canonico iure pro pter bonum publicum inuenta eſt, & cum maxima æquita te. Ex his patet ex parte ad quæſtionẽ, de qua ti. ſeq. §. vlt.
14 ¶ Quartodecimò quæritur,* quod remediũ ei, cõtra quẽ ſine ſui negligentia præſcriptio completa eſt? Et dico, ſi legitimo impedimento detentus fuit, communiter dicunt 2 Doctores eum poſſe petere reſtitutionẽ in integrum vſq; ad quatuor annos ſequentes, qui incipiunt à die ſcientiæ poſt ceſſationem dicti impedimenti: quia iſtud quadrienium non currit ignoranti: vt in c. j. de reſtit. in integ. lib. vj. in verſi. ſi quis negligenter omiſerit: quia ignorans nõ negligit: vt probatur in c. ij. iuncto c. quia diuerſitatem. de conceſ. præben. Et hanc opinionem tenet Ioan. de Ligna. poſt Zenze. in clemen. vna. de reſtit. in integ. Et placet mihi vt ſapiat naturam eius, in cuius loco ſubrogatur, argu. c. eccleſia. vt lit. pen. quia iſtud quadrieniũ ſuccedit loco anni vtilis, qui olim cõputebat: vt in l. fi. C. de tẽpo. in integ. re. ideoque à principio erit vtile: licet poſtea ſit cõtinuũ. ¶ Nec tamẽ propter prædicta præſcriptio erit inutilis præſcribenti: quia ſecundùm Innoc. in c. quia plerique. de immuni. eccle. valet in foro conſcientiæ ad hoc quòd non tenetur reſtituere rem præſcriptam, niſi petatur: & ſi nõ peti tur intra tempus debitum, iam amplius nõ tenebitur, etiã ſi petat: niſi fuerit impeditus ex facto iudicis vel aduerſarij: vt vult glo. in cle. vnic. de reſtitu. in integ. ¶ Quinto- 3
15 decimò quæritur,* vtrum eccleſia præſcriptione completa petat reſtitutionem in integrum? Et dico communiter teneri quòd ſic, in c. j. eod. titu. vſque ad quatuor annos, vt ſuprà. §. priore. & idem glo. in cap. j. de reſtitu. in integrum. Ad cap. autem, ſanctorum. eo. tit. dico verum eſſe quòd ei nõ datur quãdo eccleſia cõtra eccleſiam præſcribit: vt ibi. Similiter etiam in caſibus, in quibus præſcriptio dicta eſt dormire. qui tenere vellet ſecũdùm aliquorũ opinionem, quòd currat, dicat quòd dabitur reſtitutio in integrũ vſq;
16 ad quadriennium. ¶ Sexto decimò quæritur,* vtrum negligens agere poſſit cõtra eum, qui rem ſuam alienauit, poſt quam ille, cui fuit alienata, vſucepit eam? Et dico quòd ſic: quia alienator tenetur ſibi ex delicto: & ſua negligẽtia ceſſare nõ fecit delictum illius: de quo vide quod no. Bart. in 4 l. iij. de aliena. iudi. mu. cau. facta.

RVRSVS de Præſcriptione ſecundò, quo ad præſcriptibilia & præſcriptores.

1 *Præſcribi quæres poſſint.*
2 *Crimina an præſcribantur.*
3 *Præſcribi an poſſit contra obedientiam.*
4 *Præſcribi à laicis nõ poteſt eccleſia, aut aliud ſpirituale.*
5 *Præſcribi non poteſt ius patronatus.*
6 *Præſcribi an poſſit limes epiſcopatuum.*
7 *Limes cuius ſit quando eſt diuiſibilis.*
8 *Præſcribi non poteſt liber homo.*
9 *Publicæ res præſcribi non poſſunt, ſicut nec publica penſiones. nume.* 10.
11 *Principi reſeruata præſcribi non poſſunt.*
12 *Vitioſæ res præſcribi non poſſunt.*
13 *Præſcribi non poſſunt quæ lex prohibet alienari. Idem ſi teſtator. nu.* 14. *aut factum. nu.* 15.
16 *Precariò detenta non præſcribuntur.*
17 *Præſcribi non poteſt res empta à prodigo, luxurioſo, uel luſore.*
18 *Ignorantis res non præſcribitur.*
19 *Excommunicati res non præſcribitur.*
20 *Præſcribere an omnes poſſint.*

PRAESCRIPTIO rurſus ſecundò conſideranda eſt quantum ad eam rem quæ præſcribi, & quantũ ad eam perſonã, quæ præſcribere poteſt. ¶ Primò ergo quæritur, *quę res præſcribi poſit: Et dico, q̃ regulariter omnis res, omne ius, & omnis actio præſcribi p̃t. extrà eo. ad aures. C. de præſcri. xxx. vel xl. annorum. l. ſicut in rẽ. Hoc tamen fallit in his, de quibus infrà. §. ij. & ſequentibus ad decimũ nonũ. ¶ Secundò quæritur,* quid de peccatis? Et dico, q̃ vllo tempore præſcribi nõ poſſunt de iure canonico, & in foro animæ: imò ea diuturnitas auget. de eo qui dux. quã pol. cũ haberet. de fimo. cùm in eccleſiæ. de iure autẽ ciuili ſi peccatum eſt momentaneum, lapſus temporis pœnam alleuiat. l. ſi diuturno tempore. ff. de pœ. & quãdoq; tollit ex toto: & idem eſt de iure canonico quãtum ad pœnam fori contentioſi. vnde dicunt cõmuniter Doct. & ſequitur Pan. in c. cũ haberet. quòd aduerſus quodlibet crimẽ regulariter procedit præſcriptio x. annorũ: vt poſt lapſum quis nequeat accuſari. & in l. adulter. C. de adul. dicitur, q̃ adulterij poſt quinquennium quis accuſare non poteſt, niſi in duobus caſibus. vide gl. ibi. Et idẽ eſt de voto cõtra id qđ nõ præſcribitur, quin teneatur quis ad finẽ ſeruare. de reg. ſicut. & ſic contra votũ religionis cõſuetudo non prodeſt. de elect. cũ cauſam. de præben. cũ iam dudũ. & cõſequẽter præſcribi nõ poteſt contra ieiunia, & vigilias, & tẽtationẽ pecuniarũ, quin obſeruandæ ſint conſtitutiones, ſi à prælatis mandentur: quia hoc pertinet ad votum profeſſionis.
¶ Tertiò quæritur,* vtrũ præſcribi poſſit contra obedientiam, viſitationem, & procurationẽ, quæ debetur ratione viſitationis? Et dico q̃ non, eodem titu. cũ non liceat. & c. cũ ex officij. & de cẽſi. cũ inſtãtia. Et intellige de ſubdito, qui talia debet prælato: alius autẽ poteſt huiuſmodi præſcribere: puta abbas, vel alius prælatus cõtra epiſcopũ circa ſubditos eius. Et hoc caſu, ſicut dicit Innocẽ. licet ſubditus aliqualiter præſcribat, non tamen ſuo nomine, ſed potius alterius, cui de ſubiectione reſpõdet. d. c. cùm ex officij. Et de neruo eccleſiaſticæ diſciplinæ, contra quem nõ præſcribitur, vt q̃ quis poſſit celebrare tempore interdicti pulſatis campanis, alta voce. de conſuet. c. cùm inter. & de ſententia excommu. alma. lib. vj. vel præſentibus excommunicatis aut interdictis publicè. de priui. ca. epiſcoporum, libro ſexto. ¶ Quartò,* non præſcribuntur etiam à laicis eccleſia, loca religioſa, ius decimarũ, primitiarũ, oblationum, aut alia ſpiritualia iura, quia ea poſſidere non poſſunt. extrà eodem. cauſam. etiã ſi mille anni tranſierint, ſecundùm Ioannem Andr. in cap. ſecundo. de præben. libro ſexto. Ab eis autem, a quibus poſſideri poſſunt, bene præſcribũtur. 5 extrà eod. ad aures. ¶ Quintò.* Nec ſimiliter à laicis præſcribi poſſunt annexa ſpiritualibus: vt ius patronatus. Qđ limita quo ad laicos ſeculares, quia laici conuerſi licet nõ debeant, tamen poſſunt ſpiritualia tractare cum clericis

& præſcribere. Vide tex. iuncta glo. in c. ex eo. de elect. lib. vj. dicit etiam Pan. in d.c. ad aures. ꝙ poſſet papa cõcedere priuilegiũ laicis, vt poſsiderent aliqua ſpiritualia: quia poteſt eis dare poteſtatem excommunicãdi: & ſic præſcribere poſſent quæ poſsidere poſſent. ¶ Sextò.* Nõ põt etiã ꝓſcribi limes ſeu finis, vel qđ adhæret limiti epiſcopatuũ, prouinciarũ, vel parochiarũ. extrà, de paroc. ſuper eo. iuncta gloſ. & xvj. q. iij. c. licet. & c. inter. & ibi Panormitanus limitando dicit, quòd fines, de quibus conſtat, vel cohærẽtia finibus præſcribi non poſſunt: intellige quacũque præſcriptione, etiam cũ titulo: cùm tex. generaliter loquatur. vbi tamen de finibus legitimè non conſtat, præſcriptio valet: ſed cùm in iſtis antiquis de facili nõ poſsit haberi probatio neceſſariò concludẽs, admittitur præſumptiua: facit l. ſi arbiter. ff. de proba. ſecundùm gloſſ. etiam in d.c. ſuper eo. non omnia cohærentia limitibus ſunt impræſcriptibilia, ſed tantùm cohærẽtia principaliter: ſicut ſi prope limitem ſit ampliſsimum prædiũ, non eſt totũ impræſcriptibile, ſed tantùm pars principaliter cohærens: de quo ſecũdũ Io. And. regula dari non poteſt, ſed boni iudicis arbitrio erit procedendum. ¶ Ratio autem, quòd dicti limites præſcribi nõ poſsint, eſt, ne termini prædictorũ confundãtur, vt ex dictis iuribus colligitur. Et ſimiliter ſecundùm Hoſt. præſcribi nõ poſſunt limites dignitatum ſecularium, puta ducatuum, comitatuũ, & huiuſmodi, licet quotidie principes aliena territoria vſurpent. Limites autem prædiorũ bene præſcribi poſſunt. xvj. q. iiij. volumus. extrà eod. quia indicante. Et ſimiliter præſcribi poſſunt quę diſtabant à limite, puta fluuio: licet nunc propinquent ex variatione alueꝰ: vt de eccleſia dicit Dire. qa ꝓpter hoc nõ variatur epiſcopatus. & idem Panor. vbi ſ. concludens, ꝙ ea quæ ſunt infra limites limitibus non cohærentia, præſcribi poſſunt. quod ſatis probat d.c. per locum à ſpeciali: quia prohibito vno reliquum videtur eſſe conceſſum. de præſum. nónne. & ſecundũ eum vnus epiſcopus præſcribere poteſt epiſcopalia vel parochialia iura in eccleſijs diœceſis alterius cũ titulo, vel per tantum tempus, de cuius initio nõ eſt memoria. Vnde epiſcopus Feſulanus in ciuitate Florẽtina habet eccleſiam vnam ſibi ſubiectã cum toto populo eius. Et facit c. cum olim. & c. auditis. eo. ti. vbi abbas præſcripſit contra epiſcopũ omnia iura epiſcopalia in certis eccleſijs. Et per hoc dico, ꝙ remanẽtibus ſimilibus, põt præſcribi etiã
7 certa pars diœceſis. ¶ Septimò quæritur,* cuius ſit limes ſi ſit diuiſibilis, aut quæ in eo ſunt? Et dico, ꝙ cùm limes diuidat fines, neceſſariò in ſe eſt indiuiſibilis: quia philoſophi cè ſemper diuiſibile per indiuiſibile diuiditur: vt patet in corpore, ſuperficie, linea, & puncto. vnde ridiculum eſt dicere, ꝙ ager Petri nõ incipiat vbi finit ager Martini cõuicinus & cõfinis. ſecundũ nos tamẽ aliquãdo limes eſt qd diuiſibile, puta fluuiꝰ. Et ideo dicitur à Canoniſtis ſub diſiunctione, ꝙ limes eſt longitudo ſeu latitudo, ſpatiũ à ſpatio diſtinguẽs: in quo aliquãdo nihil põt conſiſtere: vt qñ eſt valde ſtrictus: vt quãdo lapis pro limite ponitur: ſed in epiſcopatibus & prouincijs non ſit ita ſtrictè: ſed aſſignatur quãdoq; pro limite flumen aut mons: & tũc eſt dubiũ cuius ſit limes, vel quod in eo extruitur. Et dicit Panor. ſecundùm opinionem, quæ ſibi verior apparet, quòd per lõgitudinem & latitudinẽ epiſcopatuũ limes cenſetur ipſo facto diuiſus: intellige quia ſecundũ ſe terminantur fines ad lineã diuidentẽ talẽ limitẽ per mediũ: licet, inquit, actu per hominẽ non ſit diuiſus. Pro quo tex. bonus in ſ. inſula. Inſtitut. de rerum diuiſio. vbi inſula nata in flumine diſtinguente agros pertinet ad proprietatem vtriuſque domini, ꝓut accedit ad dictos agros: & ſi magis accedit ad alterũ, eſt illius domini tantũ: vt ſ. Inuenta. ſ. v. Si autẽ res eſt indiuiſibilis, vt eccleſia ibi extructa, vterq; epiſcoporũ habebit ibi iuriſdictionẽ pro indiuiſo: & pariter habebũt ibi commoda. Et hoc tene: licet alij aliter ſentiant. facit l. arbor. ff. cõmuni diui. vbi arbor nata in cõfinibus eſt vtriuſque domini. ¶ Octauò* etiã dico ꝙ præſcribi nõ poteſt
8 liber homo. xvj. q. iiij. ſ. poteſt. ¶ Nonò.* Nec res publicę
9 q̃ ſunt in vſu: intellige, id eſt, ſemel deputatæ ad vſum populi Romani, vel aliarum ciuitatum: vt viæ, plateæ, pontes & huiuſmodi. & intellige nec in toto, nec ĩ parte. ff. de vſuca. l. vſucapionẽ. C. de ope. pub. l. præſcriptio. & C. de aqueduct. l. diligẽter. etiã ſi is populꝰ nõ vtatur. ff. de via pub. l. viã.
10 ¶ Decimò.* Nec publicæ functiones: id eſt, pẽſiones agrorum, ſiue ciuilis canon, qui ſcilicet ſolui debet reipublicæ pro agris. d. ſ. põt. ſimiliter nec poſſeſsiones agrorũ à colono. C. de præſcri. xxx. vel xl. anno. l. male agitur. ¶ Vnde
11 cimò.* Nec reſeruata principi in ſignũ ſubiectionis, vt tributũ, & ſimilia. l. cõperit ſerenitas noſtra. C. de præſ. xxx. anno. & facit quod nota. in c. cũ nõ liceat, extrà eo. ¶ Duo
12 decimò.* Nec res vitioſæ, aut quæ naſcũtur ex eis, præſcribi poſſunt longo tempore: Inſtitu. de vſuc. ſ. quod autẽ. & ſ. furtiuæ. Et intellige ꝙ nec præſcribũtur, nec vſucapiũtur, nec à primo iniuſte poſsidente, nec àquocũq; alio, quãuis à primo bona fide emerit, vel aliter acceperit. Dicitur autẽ res vitioſa, ſi ſit furtiuè aut vi poſſeſſa. Vbi dicit gl. in verbo, longo tẽpore, ſcilicet triennij, vel decennij, aut xx. ann. ſed xxx. vel xl. anno. poſſent. C. de præſcri. xxx. ann. l. & omnis. C. de an. excep. l. j. ſ. ad hoc. Et in verbo, vi poſſeſſa, dicit, id eſt vi expulſiua, non compulſiua, & idẽ Bar. in l. ſi vi vel met. C. de his quæ vi met. vide ibi. Et ſic patet ꝙ breuiariũ emptũ à fure, & poſſeſſum xxix. an. tenetur emptor
13 xx. annis præſcribi poteſt. ¶ Tertiodecimò.* Nec res quã lex aut canon prohibet alienare: in quo tamẽ ſecũdũ Pan. in c. cùm non liceat. eod. titu. ſic diſtingue. ¶ Aut enim lex prohibet alienationem, quia eius rei non eſt commerciũ nec poſſeſsio: vt in rebus ſacris, ſpiritualibus, & religioſis reſpectu laicorũ: & ſic præſcriptio nõ valet. ¶ Aut, ꝓhibet alienationẽ ſimpliciter fauore ipſius rei, vt in fundo dotali: & ſic præſcriptio nõ poteſt inchoari. l. ſi fundum. ff. de fundo do. & gl. ac Bart. in l. ij. C. de vſucap. pro emp. ſi erat inchoata antequã eſſet dotalis fundus, vel huiuſmodi, nõ impeditur vſucapio. tex. eſt in d.l. ſi fundum. Et idẽ dicẽdum quando res peruenit ad perſonam priuilegiatam, cõtra quam præſcribi nõ poteſt: vt no. Io. And. in c. vnico. de iure patro. lib. vj. quod intellige ſi ignorat prohibitionem iuris probabiliter, aliter nõ. ¶ Aduertendũ eſt tamẽ, ꝙ ſe cus erit de pupillo alteri ſuccedẽte, contra quem durante pupillari ætate præſcriptio nõ currit, licet antè fuiſſet incœpta: ſed differetur vſq; poſt pupillarẽ ætatẽ. l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. annorum. ¶ Aut lex prohibet alienationẽ nõ ſimpliciter, ſed ſub certa ſolennitate, vt in rebus minorum, & eccleſiæ: & tũc data bona fide, & excluſo errore tutoris, præſcriptio currit, ſi habeat alia cõmitãtia: puta emit à minore, quẽ credebã maiorẽ, vel rẽ à prælato, ſed putabã capitulũ cõſenſiſſe, & huiuſmodi. Secꝰ ſi errabã ĩ iure, credẽs ꝙ prælatꝰ ſine capitulo poſſet, vl minor ſine decreto, Et ſic intellige glo. in c. ij. de his quæ fi. à præla. & tex. iuncta gl. in c. j. de reb. eccle. nõ alie. lib. vj. ¶ Quarto decimò,
14 *Nec res quam prohibuit alienari defunctus: quia idẽ eſt ſicut de prohibita alienari per legẽ, ſcilicet quòd vſucapi nõ poteſt. tex. eſt in dicta l. ij. & ibi glo. & Barto. quod intellige

tellige quãdo prohibitio ſit ex cauſa per teſtatorem: quia ſine cauſa nõ valet, vt legitur & not. in l. filius. ſ. diu. ff. de
15 lega. j. & ibi plenè per Barto. ¶ Quintodecimò.* Nec res prohibita alienari ꝓ pactũ: puta, cùm res obligatur, & obligans apponit pactũ, ꝙ interim non alienetur: & impeditur tranſlatio dominij: vt in l. ſi creditor. ſ. vlt. ff. de diſtr. pignor. quia nõ currit præſcriptio: vt no. Bar. in l. vbi lex. ff. de vſucapio. Pan. tamen in d.c. cùm non liceat. tenet ꝙ currat: & credo verius, ſi alius à prædictis contrahentibus
16 præſcribat. ¶ Sextodecimò.* Nec res, quæ tenetur ꝓcario nomine: quia nõ ipſe tenens, ſed dominus poſsidet. l. certè. ſ. is qui rogauit. ff. de preca. Et idem eadẽ ratione de colono, vt dictum eſt. C. de preſcrip. xxx. anno. l. male agitur. Et idem de poſsidente nomine alieno eadẽ ratione. de reſti. ſpo. cùm veniſſent. Et idem de eo, cui traditũ eſt pignus, & de vſufr. quia cenſentur in mala fide. dicit tamẽ Panor. in d.c. cùm nõ liceat. ꝙ emens à colono bona fide præſcribit: ſed dominus, ſi ignorauit, petit reſtitutionẽ in
20 integrum ex cauſa generali. l. j. ff. ex quib. cauſ. maio. ſcilicet ſecundũ Spe. eo. tit. & gl. in l. cùm nemo. C. de acquir. poſſ. & placet, per ea quæ dicam: licet Bart. in l. cùm ſolus.
17 ff. de vſucapio. aliter ſentiat. ¶ Decimoſeptimò.* Nec res empta à prodigo, aut luxurioſo, vel luſore alienãte, diſtinguendo cum Pan. in c. ſi diligenti. eo. tit. ¶ Aut enim talibus eſt interdicta adminiſtratio: & nõ valet cõtractus, nec infertur vſucapiendi cõditio. l. qui fundũ. ſ. qui ſciens. ff. pro emptore. ¶ Aut nõ eſt interdicta: & tunc aut ignorabat, ꝙ in malũ vſum volebat pretiũ conſumere: & poteſt vſucapere, quia eſt bonæ fidei: vt l. ſi quis cũ ſciret. ff. pro emp. aut hoc ſciebat: & ſic non põt vſucapere: vt in d.l. ſi qs cùm ſciret. & tex. in l. ſi verò non remunerãdi cauſa. ſ. ſi adoleſcẽs. ff. mãda. Nec obſt. l. affectionis. de dona. quia intelligo ante factũ nõ valere in iſta lege, ſed poſt factum fornicationis valeret ſoluẽdo. Hãc deciſionẽ poſuit Bar. in l. ſi quis cum ſciret. & ſecũdùm hãc limitarem l. ſi. ff. de alea. vbi valet cõtractus alienationis factus alteri à colluſore: ſcilicet quãdo non putabat pretiũ in ludo velle conſumere: aliàs talis emptor præſcribere nõ poterit. Et multo minus valet cõtractus factus in ludo cũ colluſore: vnde nec tenet venditio, nec locũ habet euictio, cùm ſimul delinquat. l. ſi. ſ. j. ff. qua. re. ac. nõ da. & cõſequenter cũ adſit mala fides, & contractus ſit prohibitus à iure, non poterit
18 præſcribere. ¶ Decimooctauò.* Nec res ignorantis, vt tenet dominus Petrus de Peru. tracta. de cano. per. alle. l. cũ ſex. ff. de ædil. edic. & concor. gl. ibi. Vnde cõcludit, quòd quãdo quis ignorat actu, & habitu ius ſibi cõpetere: puta, quia ignorabat legatũ ſibi factum, ex quo reſultat ſibi ius agendi, nõ currit præſcriptio: nec ſimiliter currit quando ignorat actu, ſed nõ habitu: puta collator ſcit ſe habere iꝰ cõferẽdi beneficiũ: ſed ignorat factũ, ex quo reſultat ſibi ius agendi, ſcilicet actũ vacationis. de cõceſ. præben. quia diuerſitatẽ. de ſupplen. neg. præla. literas. Pan. tamẽ in d.c. vigilanti. dicit, ꝙ cõtra ignorantẽ, & abſentẽ currit præſcriptio: niſi poſsideat ciuiliter: quo caſu non currit: vt in l. male agitur. C. de preſcrip. xxx. annorũ. Ex quo infert, ꝙ ſi me abſente, aut ignorãte ingreditur quis poſſeſsionem meam, non incipit tũc præſcriptio, licet fuerit ingreſſus bona fide: quia per hũc ingreſſum nõ perdit poſſeſsionẽ. l. ſi id quod. ff. de acqui. poſ. ſed antequã incipiat præſcribere, oportet prius perdã poſſeſsionem: puta, quia ſciens aliũ ingreſſum ſuſpicere me poſſe repelli: vel tradidi obliuioni, & cã neglexi per decennium: vt in d.l. ſi id quod. & ab eo tempore incipit currere præſcriptio, & nõ prius, vt no. Dy. in regula, ſine poſſeſsione. & ſentit gl. & apertius Bar. in l. j. C. de ſerui. Adde tamẽ, ꝙ licet cõtra ignorantem præſcriptio currat: tamẽ ſi ignorãtia fuit ex iuſta cauſa, vel probabili, tũc ſubuenitur. ar. c. cùm illorum. de ſent. excom. quę ſubuentio erit, quia reſtituetur in integrum, vt voluit Bar. in l. j. ſ. ſi qs autẽ. ff. de itin. act. priua. & facit gl. in l. j. C. de pa. po. & tex. in l. antepe. ff. de acquir. hære. Sed mihi placet magis opinio Pet. vbi ignorãtia nõ fuerit craſſa, vel ſupina: qa præſcriptio principaliter induc̃ta eſt in pœnã negligẽtiæ. Incorporalia tamẽ non poſſent quaſi poſsideri, niſi eo ſciẽte, qui prius poſsidebat: tamen data eius ignorãtia præſcribi nequeũt. l. ij. C. de ſeruit. & aqua. & not. Inno. in c. bonæ. el ij. de poſtu. prælato.
19 ¶ Decimononò.* Nec res excõmunicati, vt dicit Pan. in c. j. eo. ti. cùm ſit impeditus à lege. l. ſi. in fi. C. de anna. excluſionis, aliàs ſecus: quia impedimẽtũ oritur ex culpa ſua.
20 ¶ Viceſimò* quæritur, vtrũ poſsint omnes præſcribere? Et dicit Dire. ꝙ ſic, omnes qui ſuo nomine poſſunt poſsidere: nõ autem qui alieno. extrà eo. ſi diligenti. vnde præſcribere nõ poteſt poſsidens precario. x. q. iij. quia cognouimus. & hoc quocunq; tempore. xvj. q. iij. clerici. nec colonus. d.c. clerici. nec vſufructuarius. Inſtit. ꝓ quas perſonob. acqui. ſ. fructuarius. nec creditor reſpectu pignoris. C. de pig. act. l. nec creditores. quia iſti non poſsident: ſed hi quorum nomine poſsident. de reſti. ſpo. cùm veniſſet. Igitur ſi poſt centũ annos probare poſſes initium poſſeſsionis, id eſt, ꝙ tuo nomine poſſeſsũ ſit: nulla præſcriptio obſtabit. d.c. clerici. nec poſsidẽs alieno nomine alij poſt ea tradiderit poſſeſsionẽ. ff. de acqui. poſſ. l. poſsideri. ſ. quod ſi ſeruꝰ. quia is cui tradidit, præſcribere poſſet. Hęc not. Io. And. d.c. clerici. & Ber. extrà eo. cùm non liceat.

PRAESVMPTIO dupliciter dicitur. Primò ſecũdùm qđ homo exiſtimat magna de ſe. de qua ĩ. Superbia. Secundò ſecundùm quod iudicat circa alia à ſe: & hęc eſt triplex. ¶ Prima eſt iuris tãtùm: vt quãdo ius ſuper dubio & veriſimili preſumit aliquid. ¶ Secũda eſt iuris & de iure: vt quãdo ius ſuper aliquo preſumit: & vlterius diſponit ita eſſe, nec poſſe contrariũ probari. Et de his habes in gl. in c. is qui. de ſpon. & ibi Pan. Quomodo autẽ à fictione differat hęc ſecũda preſumptio, ſ. Fictio. & in gl. l. vnica. in ſ. accidit. C. de rei vxor. act. Et ſic cõtra fictionẽ iuris probari nõ poteſt: quia lex omnino intendit cõtra veritatem fingere: puta mulierem eſſe ſtipulatã dotem ſibi reddi, cùm nõ ſit. glo. eſt in d.l. vnica. & in l. à diuo Pio. ſ. pignora. ff. de re iudi. Sed preſumptio iuris, & nõ de iure aliquãdo admittit probationẽ: vt nota. in c. is qui fidem. de ſpon. & in auth. ſed iam neceſſe. C. de dona. an. nup. & hoc indirectè: vt eſt glo. in cle. vna. de proba. ¶ Tertia eſt præſumptio hominis. Et hæc eſt triplex. ¶ Prima, violẽta, de qua ſ. Iudicium. ſ. iij. dictũ eſt, ꝙ ex ea procedi poteſt ad condemnationẽ, nedũ ad credulitatẽ. quod Sum. Ang. hîc limitat, niſi in delicto maximè graui, quod per eam nõ probatur: quia in crimine debent ſecundùm iura eſſe probationes lumine clariores. Sed dico, ꝙ hoc verũ eſt quãtũ ad teſtes: nõ autẽ quaſi ipſum factum aliter conſtet iudici: vnde quãdo preſumptio eſt vrgẽtiſſima, & indubitata, poteſt quis puniri criminaliter. l. ſciãt cuncti. C. de proba. quod videtur ſentire Pan. in c. excõmunicam. ſ. credentes. de hęre. Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de probatio. ſ. ſi. verſi. iij. Bal. in d.l. ſciant. in c. j. ſ. furtum. de pace iur. fir. & in c. j. qui ſuc. tene. vbi dicit valere ſtatutũ, ꝙ ex contumacia nõ aliter probato delicto quis condemne

tur ad mortem.alleg.Ioan.Andr.in c.veritatis. de dolo & contumacia.Spec.in tit.de fideiuss. §.j.versic. sed pone.& Rom. in l.lege Cornelia.ff.ad Sil. Quòd autem aliquãdo Doctores dicũt, nõ esse procedendũ in grauibus criminibus per cõiecturas, intelligitur probabiles tantùm. ¶ Secũda est probabilis, faciẽs semiplenã probationẽ: de qua dictũ est ibi, ꝙ si quis sit infamatus, inducit purgationem canonicam. de purga.cano. si quis de gradu. & aliquãdo cum vno teste, vel iuramẽto facit plenã probationem.de psump.illud.Et ex hoc dicit Sũ.Ang. licitũ esse procedere ad credendum malum quod videtur: sed ex ea iudicare malum, quod nõ videtur, est mortale. quod nõ bene dicitur: tum quia quod videtur, nõ iudicatur ex presumptione, sed ex scientia: tum quia ex probabilibus sapientes iudicant, & sic nõ est mortale. Vnde Archie.secunda parte, tit.iij.c.viij. dicit, ꝙ cũ quis habet signa satis vrgentia, seu probabilia malitiæ alterius: vt quia est malæ famæ, depræhensus pluries in tali vitio, loquitur suspectus cum suspecta, in loco & tempore suspecto, non esset mortale iudicare.hæc ille. ¶ Tertia est leuis & temeraria. de qua vide s. Iudicium. §.iij.

PRAEVENTIO est pͦoccupatio actus iudicialis: sicut si idẽ potest iudicari à duobus, & vnus aliũ præuenit. vnde habet locum vbi est paritas iurisdictionum & iudicum.l.si pluribus.ff.de lega.j.& de offi.presi.l.j.

¶PRIMAS, vide s.Patriarcha.

¶PRIMITIAE, vide s.Decimæ.in prin. §.j.

PRINCEPS in spiritualibus dicitur Papa, interdũ etiã episcopus. de maio. & obe.si quis.vel alius iudex ecclesiasticus.xvij.q.iiij. diffinit.in fi. in temporalibus autẽ Imperator. Qui etiã regit ciuitatem, habetur loco principis, vt no.gl.& Cy.in fi.C.de præscri.longi tem. & Bar.in l.hostes.ff.de cap.Vnde sicut sciẽtia principis supplet defectum cuiuslibet solẽnitatis: vt dicit Bal.in l.nullius.C.ad l.Iuliam maiest.& quod no. Inno.in c.cùm oportet.de accus.sic si fiat aliquid de licentia, aut cõscientia regentis ciuitatem: quod in temporalibus est verum. Non potest aũt princeps alicui suã rem auferre, & dare alteri sine causa: vt cõmuniter tenetur.de quo vide ix.q.iij.per principalẽ. & C. si cont. ius vel publi.vti. Vtrum autem obligetur ex suo cõtractu, sunt opiniones in l.digna vox.C.de legib.tamen Bal.de vsi.feu. in rub.de natura feud.tenet quòd sic: vnde si inuestiuit aliquem de baronia vel castro, non põt eum priuare sine culpa vel causa, nec successores in imperio, vel regno: vt de iudi.nouit.Nec obstat, ꝙ habet plenitudinem potestatis: quia Deus subiecit quidem ei leges, sed non contractus, ex quibus obligatus est.

DE PRIVILEGIIS.

1 *Priuilegium quid, & quot sint species.*
2 *Priuilegium quis posit concedere.*
3 *Priuilegium à quo, & quomodo interpretandum.*
4 *Priuilegium solum continens ius commune, quid operetur.*
5 *Priuilegium concessum patri, an transeat in filios.*
6 *Priuilegiati socius, an gaudeat eodem priuilegio.*
7 *Familiarium priuilegio, an gaudeant, qui impetrant à cardinalibus literas familiaritatis.*
8 *Priuilegiatus non vtens, an gaudeat priuilegio.*
9 *Priuilegium eius, qui factus est ciuis eo pacto, quòd collectas & munera non soluat, an sit seruandum.*
10 *Priuilegium quibus modis inualidetur.*
11 *Priuilegium an amittatur per vnum actum contrarium.*
12 *Priuilegium rei concessum, an pereat destructa re.*
13 *Priuilegium qualiter sit exhibendum.*
14 *Priuilegium apostolicum, an necessariò requirat scriptum, & bullam.*
15 *Priuilegium apostolicum quomodo dicatur falsum.*
16 *Priuilegium apostolicum, quando incipiat.*

1 PRIVILEGIVM,* dictum quasi priuata lex.distin.iij. priuilegia.est priuatum ius indultum à principe contra ius commune.de verb.signi.c.abbate. extrà eo.in his. vbi verò aliquid cõceditur, quod sit præter ius commune sine præiudicio alicuius, nõ est propriè priuilegium, sed beneficium: vt not.Pan.in c.olim.de verb.signifi. ¶Et priuilegiorum alia sunt à Deo concessa: vt Gregorio orate pro Traiano, & Martino pro eo, q se suspẽderat: & Oseę accedere ad vxorem fornicariã: & generaliter omnis inspiratio Spiritus sancti cõtra ius commune, quã qui habet, non est quo ad hoc sub lege, scilicet cõmuni.xix.q.ij. duæ sunt leges. quę tamẽ lex cõmunis nullo modo est dimittenda: nisi quis sit omnino certus de prędicta priuata, vt erãt sancti.xxiiij.q.iij.trãsferunt. quia scilicet ipse satanas transfigurat se in angelum lucis. Quædam verò concessa sunt ab hominibus: & de his intẽdimus. ¶Primò verò quæritur, quot sunt species priuilegiorum? Et dico, ꝙ sunt quatuor in genere: tres simplices, & vna mista. Quoddam enim dicitur reale: vt quod est ecclesiæ, dignitati, ciuitati, vel loco, aut personis ratione loci, vel alicuius rei cõceditur.extrà eo.cùm olim.& c.seq. ¶ Quoddã est corporale pure, quod scilicet conceditur corpori, id est, vniuersitati vel collegio, quo solùm communitas, & non singulares personæ possunt se iuuare. sicut dicitur xij.q.j. qui manumittitur. quod ideo corporale dicitur, quia cùm corpore, id est, collegio perit. Quoddã verò est personale; concessum personæ, & est duplex. vnũ scilicet personale merè, id est, singulariter: vt quod alicui, vel aliquibus psonis conceditur certis, & proprijs nominibus expressis.de offi.leg.volentes. & tale nõ egreditur personam cui conceditur, nisi hoc exprimatur. de concess. prebẽ.cõstitutus. & si conceditur obtentu dignitatis, non vtitur quis eo, si aliã dignitatẽ adipiscatur. de po.prel.bonæ. §.fi. & extinguitur cũ persona: imò aliquãdo antea: vt cùm eo abutitur, & sequitur personã, si sit cõcessum cum determinatione loci vel tẽporis: quia extra illa eam nõ sequitur: vt priuilegium vsus pallij.de autho.& vsu pal.c.ex tuarum. Aliud verò est personale cõmuniter, quod cõceditur personis nõ expressis proprijs nominibus: vt priuilegiũ minorum annis xx.ff.de minori.l.j.per totũ. ¶ Quoddam verò est singulariter personale, & cõmuniter corporale: vt quod vniuersitati, aut collegio alicui conceditur, sic ꝙ quilibet singulariter de illa vniuersitate se posit eo iuuare, & etiã ipsa vniuersitas.de sen.exc.c.cõtingit. cuiusmodi sunt priuilegia cõcessa
2 Prædicatoribus, & Minoribus. ¶* Secundo quæritur, quis posit priuilegium cõcedere? Et dico, quòd quicunque potest: & in quibus potest legem facere, potest etiam priuilegium indulgere, secundùm Hostiensem, & omnes, vt Papa quandoque in temporalibus vtatur in c.per venerabilẽ. qui fi. sint legi. puta in terris sic temporalis iurisdictionis, vel quando iurisdictio ad eum deuolueretur. Imo dico ꝙ semper, nisi præiudicaret iniuste dominis tẽporalibus, iuxta dicta suprà, l.ex. §.iiij.& s. Papa. §.xj.in spiritualibus autẽ semper potest. licet secundùm Ber. nunquã consueuerit aliquẽ priuilegiare cõtra se.arg.de prescriptio.cũ ex officij.quod est cõtra fingẽtes se habere priuilegia iudicandi de rescriptis Papę. & quòd secundùm illa nõ sit sine eorum approbatione procedendum, & huiusmodi. Concedere etiã potest priuilegiũ Im-

perat

perator in tẽporalibus: sed nũquam in spiritualibus: quia de eis nihil potest statuere.xcvj.distin.bene quidẽ.Et similiter cõcedere potest episcopus.de reli.domi.cõstitutus.de censi.cùm venerabilis.dum tamẽ faciat de volũtate sui capituli.de iure patron.pastoralis.de exces.prælat.sicut vnire.Et multo fortius patriarcha: de cleri.nõ resi.cũ ad hoc. quis aũt concedere posit priuilegiũ immunitatis talliarum, & onerum, infrà §.ix. ¶ Tertiò quæritur, *à quo &
3 quomodo priuilegiũ sit interpretandũ? Et dico, ꝙ secũdũ Host.si verba sunt obscura vel ambigua, eius est interpretari cuius & cõdere, & interim negotium suspendetur. de sent.excõ.inter alia.& de iud.cùm venissent. Si verò non sunt obscura vel ambigua, debet tenor cõsiderari diligẽter.extrà eo.porro.& c.recepimus.& potius intentioni ꝙ verbis insistendum est.j.q.j.Marcion.xxxviij.distin. sedulo.de verb.signifi.intelligẽtia.& c.in his.& quantum fieri potest, largissimè interpretãdũ est.de donatio.cũ dilectus. ff.de consti. princ.l.beneficia.nisi præiudicet iuri alieno: quia tunc reducitur ad ius cõmune.de cõsu.cùm dilectus. §.pen.& fina.dum tamẽ aliquid operetur.Concor.Innoc. Ber.& Gof. ¶ Sed quia illud, quod de latissima interpretatione dictũ est, videtur euerti per cap.cùm dilectus. de cõsuetu.iuncta glo.vbi ea quæ repugnant iuri cõmuni ad illud, quantũ est posibile, reducẽdũ est: ideo limitando illud dictũ, sic distinguo. ¶Nam si sit priuilegiũ propriè, id est, cõtra ius, debemus interpretari strictè, vt minus derogetur iuri cõmuni, quàm sit posibile.d.c. cũ dilectus: Vñ dispẽsatio cũ illegitimo ad ordines, intelligitur de minoribus tãtùm: vt s.Ordo. §.ij.Imò si nõ exprimitur causa cõcesionis, aut nõ sit ex certa sciẽtia vel motu, nõ præsumitur de volũtate principis.l.j.C.de peti.bo.quinimò per importunitatẽ obtẽtum.l.j.C.de fun.limi.& vult Bald.in c.licet causam.de probati.ꝙ ponatur simul ex certa sciẽtia & motu proprio.Et idẽ dic in rescripto, quod tollit ius tertij: & in priuilegio ad beneficia.de præben.quamuis.li.vj. ¶Et hæc limita primò, nisi consuetudo aliter interpretetur: vt not.in c.quod dilectio.de cõsang.& affi. & secũdò, nisi verba aliud exprimant: quia ab eorũ propria significatione nõ recedimus, nisi de mẽte aliter cõstet: vt nota.in c. olim.& in c.in his.de verb.sign. Aduertendũ est tamẽ hîc secũdũ Pan.in c.cũ ad hæc.de cle.nõ resi. ꝙ si priuilegium enormiter lædit ecclesiã vel aliũ, non valet, nisi fiat mẽtio de hac enormi læsione: quia in dubio nõ præsumitur princeps cõdere aliqd cũ alterius graui dispẽdio.l.quoties. C. de precib.Imp.off.& de deci.suggestũ.& in l.ij. §.si quis à principe.ff.ne quid in lo.pu.& cõsequẽter taciturnitas inducit surreptionẽ.de rescript.postulasti. Vnde priuilegiũ immunitatis ab oneribus psonalibus alicui à principe cõcessum non liberat eum ab alijs oneribus, quę põt breuiter & leuiter expedire: vt est casus in l.decurio fortunã.C. de decurio. ¶ Si verò accipiamus priuilegiũ largè, pro omni scilicet cõcessione, quæ est præter ius: sic priuilegiũ principis est latissimè interpretandũ in præiudiciũ ipsius cõdẽtis: sed strictè in præiudiciũ aliorũ.de priui.quia circa.in vltima glo.& per Inn.in c.olim.de verb.signi. si etiã sit cõcessum causa pietatis, vt no.Pan.in c.cũ dicat.de ecc. ædi.In dubio tamẽ debet potius interpretari vt aliqd valeat.de verb.signi.abbate.& l.quoties.ff.de verb.obli. nisi præiudicet iuri diuino, vel libertati spiritus: vt no.Pan. in c.licet.de regula. Cùm autẽ priuilegiũ vel gratia concessa persone simpliciter loquitur, debet intelligi secũdũ conditionẽ persone.l.si quis filio. §.irritum.ff. de iniust. test. xvj.q.j.placuit.& c.sic viuc.& l.plenũ. §.ij.de vsu & habit.

Vnde dicit Bald.in l.ex militari.ff.de test.mili. ꝙ priuilegiũ cõcessum episcopo de celebrãdo tẽpore interdicti, videtur cõcessum vt celebrare posit in pontificalibus secũdũ qualitatẽ suam.De his dom.Bap. de Flisco in quodam opusculo suo sic dicit: Quãtũ ad interpretationẽ priuilegiorũ. ¶ Prima cõclusio.Interpretatio priuilegij regulariter sit strictissimè.c.priuilegia.iij.distin.Io.Andr.& Butri. in c.olim.de verb.signi. ¶ Secũda cõclusio.Vbi priuilegiũ nõ priuat legẽ cõmunẽ, sed priuatam, puta consuetudinẽ vel statutum, & reducit legẽ priuatã ad ius cõe: tũc debet latè interpretari.tex.est in c.olim.de verb.signi. & ibi per Ioan.And. ¶ Tertia cõclusio.Non debet priuilegiũ adeò strictè interpretari, vt nihil operetur.Feli.in c.j. de rescri. & in c.causam.eo.ti.col.ix. ¶ Quarta cõclusio. Priuilegiũ quod sapit beneficiũ, latissimè interpretatur.Ioan.And.& But.in c.olim.de verb.signifi.per l.beneficium.ff.de cõsti. prin.limita hæc tamẽ, nisi esset bñficium ambitiosum: puta dispẽsatio super pluralitate beneficij: quia tunc strictè interpretatur: imò & Domi.in cap.licet.de transla.episco. Abb.in c.Rodulphus.de rescri. ¶ Quinta cõclusio. Verba priuilegij papæ sunt interpretanda secundũ canones, non secundùm leges.Bal.in l. si quando.la j.C.de bo. va.lib.x. ¶ Sexta cõclusio.Priuilegiũ generaliter indultũ nõ includit casum cõtra Rempublicã: & si includeret, non valeret. Bal.in l.iubemus.C.de sac.sanct.eccl.per illũ tex. ¶ Septima conclusio.Priuilegia sunt interpretanda secundũ qualitatẽ personæ.Bar.in l.ex militari.per illũ tex.ff. de mili-
4 ta.testa. ¶ Quartò quæritur,* vtrũ priuilegium continens ius commune aliquid prosit vel operetur? Et secundũ Ho. dico, ꝙ tale priuilegiũ aliquãdo datur.de proc.qa in causis.& nõ frustra, sed multis ex causis.Primò, qa magis solet timeri quod specialiter cauetur, quàm quod generaliter. xxiij.dist.c.quanquã.Secundò, quia multi sciunt talia priuilegia, ignorãtes iura cõia.Tertiò, quia cùm plerũq; malè iura seruẽtur, ꝑ priuilegia innouãtur.de treu.& pa.c.ij.
5 ¶ Quintò quæritur,* vtrũ priuilegiũ cõcessum patri transeat in filios? Et dicit Pan.in c.licet.de cẽsib. post Cynũ in l.secunda.C.de episco.& cle. ꝙ priuilegiũ quãdoq; cõceditur ratione dignitatis innatæ: quandoq; respectu officij siue professionis: quãdoq; respectu necesitatis. ¶ Primo casu trãsit in filios: vt in l.fœminæ.ff. de sena.nam si pater nobilitatur ratione dignitatis, hoc priuilegiũ transit in filios: de quo dic vt no.in l.j.C.de digni.li.xij.& in d.l. fœminæ.& ibi glo.dat exẽplũ de vxore, quæ coruscat radijs mariti, donec ad secũda vota trãsiuerit: vt si efficiat vxor senatoris, efficitur nobilis, licet prius esset ignobilis: & multò fortius filij nobilitantur ex nobilitate patris. ¶ Secundo autẽ casu transit in filios legitimos patre viuente. ¶ Sed in tertio, nõ trãsit in filios, etiã patre viuẽte, secũdũ gl.in d.c.licet.& exẽplũ est in tex.de ceco, q nõ tenetur ad collectas seu munera psonalia nec extraordinaria, sec9 ordinaria. Vide ibi etiã Lud.de Ro.in suis singula. qui dicit ꝙ ciuitas cõcessa vni, nõ transit ad heredes, si sit variabilis: trãsit verò si sit inuariabilis.l.libertus. §.patris.ad munic. Immunitas etiam cõcessa tibi & filijs tuis, intelligitur vt etiã filij habeãt illã viuẽte patre: vt not.Bar.in l.Gallus. §. quidã rectè.de lib.& posth. Si etiã cõcedo tibi ius hauriẽdi aquã, aut portãdi ad fundũ, vel vbi vis, secundũ Lud. de Ro.hæc seruitus nõ transit ad hæredes, qa est qd personale, & nõ reale.de quo vide tex.vnicã in l.penul.ff.de seruitu.prædio.cuius contrariũ Bald. dicit se respõdisse, ante-
6 quam illũ videret. ¶ Sextò quæritur,* vtrũ priuilegiati socius gaudeat eodem priuilegio? Et dicit Panor.in c.quàm

sit. de iudi. ꝙ sic, quando priuilegium esset inutile priuile
giato, si socij non gauderent. facit c.licet. de priuil. lib.vj.
7 ¶Septimò,*vtrum impetrantes literas familiaritatis à car
dinalibus, gaudeant priuilegio familiarium? Et dicit Pan.
in c.cùm dilectus. de cleri. non resid. ꝙ non debent in ali-
quo gaudere. & facit cap.si. de verb.signifi. lib.vj. ¶Octa-
8 uò quæritur,*vtrum priuilegiatus ex aliquo, & non vtens
eo, gaudeat priuilegio? Et dico vt s. Argumentatio. §. ij.
9 ¶Nonò quęritur,*vtrum priuilegium eius qui factus est
ciuis eo pacto, vt collectas & munera nō subiret, sit illi ob
seruandum? Et dico ꝙ Panor. in c.peruenit. de immunita.
eccle. dicit multa: quę ibi vide diffuse, & hîc sub isto com-
pendio. ¶Primum. Tale priuilegium secundū Ioan. And.
ibidē post Gof. est obseruandū. l.j. C. de his qui spon. mu.
sub. libr.x. imò secundū Panor. est irreuocabile, cùm trans
ierit in contractū, vel quasi: de quo nota. Bar. in l.quod se
mel. ff. de decre. ab ordi. facien. ¶Secundum. Non solùm
Imperator, sed etiam domini inferiores possunt subditis
suis talliarū & exactionū immunitatē concedere: sed illi
quidem sine præiudicio ciuitatis siue vniuersitatis in pre
iudiciū suū: vt si consueuerunt accipere centū, & eximunt
aliquē per decē, iam nō accipiant nisi xc. ille verò s. Impe
rator, etiā cùm præiudicio vniuersitatis, ita ꝙ seruādū est
priuilegium vt sonat, modò concesserit motu proprio, nō
ambitione vel importunitate petentiū. Si autē vniuersitas
lędatur, ipsius principis remedium est implorandū: tamen
læsio modica est æquo animo ferenda. Per hoc tamen nō
derogatur principi, maximè potestati papæ. ¶Tertium.
RELIGIO, à qua religioſus appellatur, vt dicit S.T. ij.ij.q.lxxxj.ar.j. dicta eſt ſecundū Cice.vt refert Iſido.à religēdo,id eſt,iteratò vel frequēter eligēdo ea,quæ ſunt diuini cultus,quę in corde frequēter reuoluēda ſunt: vel à religēdo Deum,quē negligēter amiſeramus,ſecundùm Aug.x.de Ciuita.Dei.vel à religādo nos Deo, ſecundum eūdem Aug.de vera reli.Sumitur autē religio dupliciter.Primò ſcilicet vt eſt virtus,quę alio nomine appellatur latria,cuius propriū eſt Deo cultū exhibere debitum. Secundò pro vniuerſitate vel collegio hominū colētium Deū:& iſto modo hîc loquimur. ¶ Sumitur autē iſta quadrupliciter,ſecundū Io.And.ſuper rub.de reli.primò pro cultu veri Dei quo ad fidē,id eſt,pro vniuerſitate colēte verū Deum per fidē:& ſic cōprehēdit totā Chriſtianitatē: & dicitur religio Chriſtiana,de qua di.xcvij.c.j.de diuor. gaudemus. de ſum. tri. circa principiū.ſecundò pro cultu Dei per fidē & bona opera,ſecundū illud Actu. ij. Viri religioſi.& ſic cōprehendit vniuerſitatē bonorū Chriſtianorum,de qua religione xvj.q.j.iuxta.xxxiij.q.v.quod Deo. de cōſti.eccleſia.tertiò pro ſtatu clericali Deo magis dedito,de qua j.q.iij. ſaluator. xij.q.j.c.j. & in authen. de ſanc. epiſ. §.damus.quartò ſumitur ſtrictiſsimè pro illo ſtatu q profeſsione triū.ſ.votorū,ſe prælati imperio ſubijcit,totū ſe dedicās Deo.de vot.ex multa.Et de hoc agimus. Et intellige ꝙ religioſus ſumitur etiam quatuor modis:primò pro Chriſtiano.ſecūdò pro Chriſtiano bono:tertiò ꝓ clerico.quartò pro eo q̄ eſt profeſſus alicui religioni,ꝓ apoſtolicā ſedē approbatæ,qui ꝓpriè eſt religioſus. de vo.q̄d votū. §.præſenti.lib.vj. ¶ Religiones autē approbatæ, vt refert & tenet Sum.Ang.ſunt quatuor,vt no.Land.in cle. qa regulares.de ſup.negli.prela. prima Baſilij:ſecūda Benedicti:tertia Auguſtini:quarta beati Frāciſci.Sed hoc nō bene dicitur,licet ſint quatuor regulæ prędictorū approbatę:qa nō eſſet approbata religio Carthuſiēſiū, nec q hodie eligeret nouū habitū ſub aliqua prędictarū regularū, ſed eſſent excōmunicati vt ſ.dictū eſt:& ideo dico ꝙ quę religio ſit approbata,& quæ nō,per literas apoſtolicas ſpeciales eſt iudicandum:licet de aliquibus habeatur in iure.
1 ¶ Primò ergo quæritur,* quę conprehēdantur ſub nomine religionis vel religioſorū in diſpoſitione odioſa aut fauorabili?Et dico multa. ¶ Primū. Religionis nomine venit propriè vniuerſitas approbata,in qua tria vota ſubſtantialia promittūtur,arg.d.c.ex multa.de vot.large autem omnis vniuerſitas approbata,in qua ꝓmittitur obediētia ſuperiori,vel regulariter viuit̄ in cōmuni:qa omnia ſuppoſita vniuerſitatis huiuſmodi ſunt religioſi largè, vt ſtatim dicetur.Religioſus aūt propriè eſt,qui tria ſubſtātialia vota ꝓmiſit in religione probata,ſecundū Io. An. in cle.j.de deci.largè autē religioſus dicitur,qui ꝓfitetur, ita ꝙ non licet retrocedere,licet nō profiteatur omnia vota:vel q regulariter viuit in cōmuni,vt Ieſuati, ſi approbetur talis ſtatus.Primū patet per recitata ab Archie.iij.parte, tit.xxiiij. & Piſa.tit.Relatio.j. §.j.ſecundò verò ex conſuetudine & vſu loquentiū,vt de Ieſuatis,& aliqbus alijs.religioſis,qui nō profitētur.Ex his patet,ꝙ fœmina ꝓfitēs religionē maſculorū in manibus ipſorū efficit̄ religioſa.ſ. propriè,licet nō ingrediatur ipſorū monaſterium,vt tenet Pan.in c.inſinuāte.qui cle.vel vo.etiā ſi nō ſuſcepit habitū,modò ſit expreſſe ꝓfeſſa,vt in c. porrectū.de regul.& idē pōt eſſe de maſculo ex cauſa paciſcēdo:ꝙ ſtet extra monaſteriū, ſecūdū Inn.in d.c.inſinuāte.& Bar.in authē ingreſſi. C.de ſacroſanc. eccle.& ſequitur Pan.in c.ex publico.de conuer. cōiu.Sed hæc profeſsio,ſecūdū Pet.de Pal.nō debet fieri in mēdicantibus.Et ad c. monachum.xxiiij.q.iiij. dicitur ꝙ verū eſt ſine cauſa fieri nō poſſe.Ex quo etiā patet quòd habitus nō eſt de ſubſtātialibus regulæ, ſed de accidentalibus,vt not.idem Pan.in d.c.porrectū. ¶ Secūdū.Fratres & ſorores de tertio ordine beati Dominici & beati Franciſci propriè nō ſunt religioſi,ſecūdū Pan.in rub.de reg. vnde eorū regula potius eſt quidā modus bene viuendi:licet ſit per papam cōprobatus,ſunt tamen eccleſiaſtici perſonę & religioſi largè,qa cōtrahere nō poſſunt matrimonium,& promittūt obediētiā. ¶ Tertiū.Hoſpitalarij Hieroſolymitani,qui matrimoniū cōtrahere nō poſſunt,& ſuperiori obediētiā promittunt, & ab illo ſtatu retrocedere nequeūt,ſunt religioſi largè:alij autē hoſpitalarij,qui obedientiā nō promittūt,licet portēt aliquod ſignū,nec propriè ſunt religioſi,ſed ſunt pſonæ eccleſiaſticę, vt ſ. dictū eſt,Immunitas.j. §.j. ¶ Quartū.Mulieres, quę dicūtur canonicę,quę nō profitētur,ſed & propriū habēt,& poſſunt contrahere matrimoniū,ſecundū Inn.& Ber. non poſſunt dici religioſæ: imò earū ſtatus ſatis reprobatur. xiiij.q.ij. pernicioſum.vel ſaltē nō approbatur: vt in cle. attēdētes. ad fi.de ſta.mo.& debet eas ordinari⁹ viſitare authoritate propria,ſi nō ſunt exēptæ,vel apoſtolica,ſi ſunt exēptę:vt in d.cle.Et intellige ꝙ nō ſunt religioſæ etiā largè,licet viuāt regulariter:quia illa vniuerſitas nō eſt ꝓbata. ¶ Quintum.Diſpoſitio odioſa cōcepta erga regulares ſeu religioſos,ſecundū Pan.vbi ſ.nō cōprehēdit eos, qui ſunt de tertio ordine beati Dominici vel Frāciſci: quia nō ſunt religioſi propriè,niſi addatur illud,puta quicūq; religioſi: qa tūc etiā dicti hoſpitalarij Hieroſolymitani cōprehēderentur:in fauorabilibus autē cōprehēduntur dicti fratres, qa largè ſunt religioſi ratione ꝓfeſsionis factæ ſuperiori. Et idē dic de omnibus religioſis largè per regulā,o dia.in vj.
2 ¶ Secūdò quæritur,*in quo cōſiſtat pfectio charitatis,quę eſt finis,propter quē omnes religiones inſtituūtur ij. ij.q. clxxxvj.& clxxxvij.quol.iiij.q.xij. & dico ſummatim & cōcluſiuè ex S.T. ij.ij.q.clxxxiiij. ar.ij. & Arc.iij.par. tit.xvj. ꝙ pfectio importat totalitatē,cū pfectū ſit,cui nihil deeſt. tertio Phy.& v.Metaph.Vnde triplex eſt pfectio vel totalitas charitatis.Prima ex parte Dei diligibilis, vt.ſ. tantum diligatur,quantū eſt diligibilis : qd ſibi ſoli eſt poſsibile. Secūda ex parte diligēti,vt.ſ.toto poſſe ſemp actu diligat, qd ſoli beati poſſunt:& tertia quæ eſt potētiæ in via quātū ad repugnātia dilectioni vt excludātur. Quod dupliciter cōtingit.vno modo vt ab effectu excludantur oīa cōtraria charitati.i.mortalia:& hæc eſt neceſſaria ad habēdū charitatē alio modo,vt homo ſtudiū ſuū deputet ad vacandum Deo & diuinis,prętermiſsis alijs,niſi quātū reqrit vitę neceſsitas.Et hęc pfectio eſt finis religionū,vt dicit Arc.Sed intellige religionis cōtēplatiuę:actiuę aūt finis eſt pfectio charitatis ꝓximi: quę ſecūdū S.T.ibi cōſiſtit in trib⁹.Vide ibi.
3 ¶ *Tertiò quęritur,vtrū religio ſit ſtat⁹ pfectionis? & ꝓbat S Th.ij.ij.q.clxxxiiij.ꝙ ſic:& eſt quidā ſtatus & quoddā exercitiū perueniēdi ad pfectionē, ad quā diuerſis vijs venitur.ij.ij.q.clxxxvj.ar.ij.Nec tñ religioſi hūc ſtatū aſſumētes aut profitētes tenētur eſſe pfecti: quia nō profitētur ſe eſſe perfectos,ſed habere ſtudiū ad pfectionē cōſequēdam.ij.ij.q. clxxxvj. ar.ij.ad primū. ſicut qui ſcholas ingrediūtur nō profitetur ſe ſcientē,ſed ſtudentē ad ſcientiā:ideoq; ſuā profeſsionē non tranſgrediuntur,ſi nō ſint perfecti:ſed ſolùm ſi contēnant ad perfectionē tēdere. Similiter nec mētiuntur aut fingunt hunc ſtatū perfectionis

profi

profitendo ex hoc, ꝙ nõ sunt perfecti, sed ex hoc quòd ab
intentione perfectionis animũ reuocant. ij. ij. q. clxxxiiij.
art. iij. ad secũdũ. quia hoc non faciũt quasi profiteãtur se
esse perfectos, sed se ad pfectionẽ tẽdere. Hæc ex illo. Ex
quibus patet, ꝙ religiosus non tenetur esse perfectus, nec
actu tendere ad perfectionẽ: alioquin quando desinit actu
tendere cõmittẽdo veniale peccaret mortaliter: & sic reli
gio esset laqueus: sed tenetur habere intẽtionẽ proficien
di. Pro quo aduerte ex eodem d. art. ij. quòd tripliciter ali
quid pertinet ad perfectionem, quę est finis religionis. Pri
mò essentialiter: vt perfecta obseruãtia præceptorũ chari
tatis. Secundò cõsequenter, vt quæ ex charitatis perfectio
ne sequũtur: puta benedicere maledicẽti: quæ & si in præ
cepto sint secundũ preparationẽ animi, id est, si necessitas
requirat: ex superabũdãtia tamẽ charitatis procedit quòd
extra necessitatẽ impleatur. Tertiò instrumẽtaliter & dis
positiue, vt paupertas, cõtinẽtia, abstinẽtia, & huiusmodi.
Igitur qui assumit statum istũ, qui est disciplina, & exerci-
tium ad perfectionẽ, non tenetur habere perfectã charita
tem, sed tendere & operã dare ad hoc: quia operanti ad fi-
nem nõ cõuenit ex necessitate, ꝙ iam assequutus sit finẽ,
sed ꝙ per aliquã viã tẽdat ad illũ. Eadẽ ratione non tene
tur implere ea, quę perfectionẽ charitatis cõsequũtur, sed
ad hoc intendere: contra quod facit cõtemnẽs. vnde non
peccat, si ea prætermittat: sed si ea cõtemnat. Similiter nõ
tenetur ad omnia, quibus ad perfectionẽ venit: sed ad ta-
xata secundũ regulam quã profitetur. Hæc ex illo. Vbi ad
uerte primò, ꝙ religiosus ad pfectionẽ tenetur tendere, &
operã dare intẽtione vel habitu: vt patet ex dictis. & secũ-
dò ꝙ aliud est cõtemnere, aliud peccare ex contemptu: qa
ad secundum requiritur, ꝙ quis agat contra legem ex hoc
ꝙ ei subijci non vult. ad primum verò sufficit nõ æstima-
re vel appretiare: vnde perfectionẽ contemnit, qui ad eam
tendere nõ intendit: licet talis non peccet ex contemptu,
sed ex negligentia, vel cupiditate, & huiusmodi: quod tũc
est, quãdo religiosus omnia media ad illũ finẽ sibi vult ab
dicare quantũ in se est, & solùm cauere à mortalibus: vt qa
nollet abstinẽtias, nec vigilias, nec paupertatẽ, & huiusmo
di: quandiu tamen placet sibi vnum mediũ quò tendat, nõ
est extra statum salutis: quia & si teneatur ad intentionem
tendẽdi, nõ tamen currẽdi ad perfectionẽ. ¶ Quartò quę-
4 ritur,* quę religio sit alia dignior? Et dico ex sancto Tho.
ij. ij. q. clxxxviij. summatim, ꝙ summũ gradum tenẽt illæ
quæ ordinatur ad docendũ siue predicandum: quia licet
iste actus sit vitæ actiuæ, procedit tamẽ ex plenitudine cõ
templationis, vnde simpliciter contẽplationi prefertur: si
cut maius est illuminare, quàm lucere solùm. Quod Sup-
ple. limitat cęteris paribus, & nõ aliter: & instãtia est de sta
tu clericali, qui ordinatur ad docendũ. de cele. mi. sanè. §.
sacerdos. Sed ista limitatio superfluit: qa sermo est de reli
gionibus. Secundũ tenẽt illæ, quę ordinãtur ad contẽplan
dum. Tertium verò illę, quæ occupantur circa exteriores
actiones. In singulis autẽ horũ graduũ potest attendi prę
minẽtia primò. Secundò quia vna religio ordinatur prin-
cipalius ad vtiliorẽ actũ in eodẽ genere: sicut in operibus
vitæ actiuæ potius est redimere captiuos, quàm hospites
suscipere: & in operibus contemplatiuę potior est oratio,
quàm lectio. Secũdò si vna ad plura horũ ordinetur quàm
alia: vel tertiò si vna habeat statuta conuenientiora quàm
alia ad assequendũ finem statutũ. Vnde etiam s. Eremita.
5 ¶ Quintò quæritur,* vtrũ habere aliquid in cõmuni mi-
nuat de perfectione religionis? Et dico ꝙ non. xij. q. j. illi
autẽ. & sicut patet per Archid. vbi s. & sanctũ Tho. ij. ij. q.
clxxxviij. in religionibus ordinatis ad prædicãdum, cõue
nientissima paupertas est, qua mobilia reseruãtur in com-
muni aliquo tẽpore, & nõ solũ dietim. ¶ Sextò quæritur,
6 *vtrum illicitũ sit nouã religionem inuenire? Et dico ꝙ
non, nec habitum nouæ religionis assumere. de reli. do. c.
vnico. lib. sexto. de quo vide s. Excommunicatio. ix. §. xx.
Et adde ꝙ tales non sunt religiosi propriè, cùm non pro-
fiteantur religionem probatam: sed irreligiosi, & ipso fa-
cto excõmunicati, per extrauagan. Ioan. xxij. quæ incipit,
sancta Romana. & recitat Panor. in cap. fin. de reli. domi.
7 ¶ Septimò quæritur,* quot sunt regulæ ab ecclesia cõpro
batæ, sed quarũ aliqua militãt omnes religiosi, præter Car
thusienses habẽtes statuta pro regula? & dicit Archi. iij. par
te. titul. xvj. ꝙ sunt quatuor. ¶ Prima fuit beati Basilij, sub
qua militãt omnes monachi orientalis ecclesię seu Gręci:
sub qua etiã in occidente aliquãdo fuerũt Carmelitę, qui
bus anno domini M.ccxlvij. Inno. iiij. per Hugo. cardina-
lem addidit quædã declarãtia & mitigãtia illam: sub qua
etiã fratres Hermeni seu Hermenij aliquãdo fuerũt: licet
nũc dicantur esse sub regula Augustini. ¶ Secũda fuit bea
ti Augustini, sub qua militãt omnes Canonici regulares,
fratres prædicatores, Eremitani, Seruitæ, sanctæ Brigidæ,
ordo sancti Hieronymi sub Eugenio iiij. nouiter institu-
ti, scopetini, instituti sub Greg. ordo sancti Ioãnis Hiero-
solymitani, & hospitalariorũ sancti Antonij, & crucifero-
rum: differũt autẽ constitutionibus & habitibus. ¶ Tertia
beati Benedicti, sub qua militant monachi nigri, de qbus
in cle. ne in agro. de statu monachorũ. inter quos reforma
ti sunt quidã in cõgregatione, quæ dicitur sanctę Iustinę,
habẽtes speciales cõstitutiones, & exẽptione cõfirmatas p
Euge. quartum, Cisterciẽses, Camaldulẽses, Celestini, or-
do mõtis oliuarũ, ordo mõtis sani, seu Syluestrini, qui in-
ter istos soli nõ sunt exẽpti. ¶ Quarta beati Frãcisci, sub
qua militãt soli minores. Hæc omnia ex Archid. Ex quib'
patet quæ religiones suo tẽpore essent approbatę. ¶ Octa
8 uò quæritur,* quomodo intelligãtur regulę predictę obli-
gare suos professores? Et dico multa. ¶ Primũ. Quãdo ali
qs in sua professione profitetur seu vouet se regulã serua
turũ quãtũ ad verba: &, vt apparet exterius, tenetur ex prę
cepto singula quę cõtinẽtur in regula seruare, vt patet per
S. Th. quolib. j. q. ix. art. iiij. vbi dicit, ꝙ talis videtur ex vo
to se obligare ad singula contenta in regula: sed tamen in
rei veritate ex intẽtione instituentis regulã aut professio
nem ad prædicta omnia nõ tenetur, si intẽdat profiteri vt
consuetũ erat in tali ordine, & secundùm intentionẽ le-
gis, nõ aliter in sua mẽte explicãdo, quicquid dixerit Hen
ricus de Gan. quod patet primò, qa ibi statim sanctus Do-
ctor subinfert, ꝙ ex hoc sequeretur religionis statum esse
in laqueum peccati mortalis, quod vix aut nũquam posset
declinari. quasi dicat ꝙ hoc nullus author regulæ proba-
re intendit. Quod autẽ subiungit, Sancti ergo ordinũ in
stitutores hoc facere nolentes, ordinauerunt talem profes
sionis formã, in qua periculũ esse nõ possit: nõ intelligi-
tur de omnibus, sed de quibusdã, vt patet per eundem ij. ij.
vbi statim dicã. Secundò quia ipse expresse ij. ij. q. clxxxvj.
art ix. ad primũ, dicit quòd is qui profitetur regulam, non
vouet seruare omnia quę sunt in regula, scilicet verè ex
intẽtione institutoris: sed vouet regularẽ vitam, quę essen
tialiter cõsistit in tribus votis. vnde & in quibusdã religio
nibus cautius aliqui profitentur, nõ quidẽ regulã, sed vi-
uere secundũ regulam, id est, tendere ad formationẽ suo-
rum morum secundũ regulam, sicut secundùm quoddam
exemplat: quod tollitur per contemptũ. in quibusdam au
tem

tem adhuc cauti' promittẽdo obedientiã secũdũ regulã,
ita ꝙ professioni nõ cõtrariatur, nisi quòd est contra pce
ptũ regulę. Hæc ille. Tertiò hoc patet expresse p determi
nationẽ ecclesiæ, in cle. exiui. de ver. sig. vbi de fratrib' mi
noribus, qui profitẽtur regulã seruare, ꝙ ex pfessione suę
regulæ nõ tenent sub præcepto ad omnia quæ sunt in re-
gula, sed ad ea, quæ in ea sunt de precepto. quòd probatur
ibi ex intẽtione authoris. i. beati Frãcisci, qui discernit, ꝙ
quo ad quædam ex vi verbi trãgressio est mortalis, & quo
ad quędã alia non. vñ in oĩ regula in quo fit ista discretio,
erit hoc verũ: imò ẽt si nõ fiat, vt patet ex dictis. ¶ Secũdũ.
Ex prædictis patet, ꝙ prædictę regulæ ex vi sua etiã si quis
eas pfiteatur, nõ obligãt sub mortali, nisi ad quinq;: primò
ad obediẽtiã pręcipiẽti pręlatis: & secũdò ad nõ habendũ
propriũ: tertiò ad nõ cõtrahẽdũ matrimoniũ: in quib' tri
bus vita regularis, quã quis profitet, cõsistit: quartò ad ser
uanda præcepta regulę: quintò ad nõ agendũ ex cõtẽptu:
qui tamẽ ex cõsuetudine sola transgrediẽdi nõ inducitur,
secundũ S. Th. ij. ij. q. clxxxvj. art. ix. ad tertiũ. & Arch. post
Io. de Tur. cre. sextò ad nõ cõtemnẽdã pfectionẽ, quæ est
suæ professionis finis, & necessariò reqsita ad finẽ: & habi
tus virtutũ, & aliquãdo actus: quæ oĩa deduci possunt secũ
dũ prædicta ex quolibet modo profitẽdi: & cõsequẽter p-
ter tria vota substãtialia ex vi sua obligãt solũ ad alia tria:
ex vi tamẽ aliena obligãt ad multa alia. s. ad pcepta legis
Dei, vel legis naturalis vel humanæ, inquantũ recapitulãt
dictas leges. ¶ Tertiũ. Quomodo aũt in dictis regulis vel
cõstitutionibus pdictorũ ordinũ aliqd sit pręceptũ vel nõ
sit, in genere iudicandũ est secũdũ dicta s. Præceptũ. §. ij.
specialiter tñ de quibusdã patet per §. sequẽtes. ¶ Nonò
9 *specialiter quæritur de intellectu regulę beati Basilij? Et
dico præter dicta in genere, & cõmunia omnibus regulis,
me nihil de ea habere quod sit præceptũ ex vi regulæ: qa
10 eã non vidi. ¶ Decimò specialiter quęritur* de intellectu
regulę beati Benedicti? Et dico tria. ¶ Primũ. Secundùm
Sũ. Ang. Hãc regulã profitẽtur monachi, q sub ea sunt, q di
cit in d. c. de disci. frat, ꝙ si nouitius habita deliberatiõe p'
miserit se oĩa in regula custodire cõtẽta, recipiatur. sed ta
mẽ hoc nõ est verũ: quia S. T. taliũ monachorũ familiaris
& amator, vtpote nutritus ab eis in mõte Casino, dicit in
primo quolib. q. ix. ar. iiij ꝙ beatus Benedictus statuit mo
nachũ profiteri nõ quidẽ regulã seruare, sed conuersionẽ
morũ secundũ regulã, seu, quod idẽ est, viuere secundũ re
gulã. i. vt dirigat mores suos secundũ regulã: sicut secũdũ
quoddã exẽplar, cõtra quod facit nõ seruãdo pcepta regu
læ, vel eã cõtemnendo. Hæc ex illo. Idẽ tacitè dicit ij. ij. q.
clxxxvj. art. ix. ad primũ. San. etiam Grego. in iij. Dia. dicit
hãc regulã esse discretione pręcipuã, & sermone luculẽtã.
Ad motiuũ in cõtrariũ dico, ꝙ illa promissio nouitij non
est professio, quæ est receptio, sed receptionẽ pręcedit, vt
ibi patet: sed est expressio intẽtionis, qua dicit se velle oĩa
seruare: vt etiã sentit bea. Ioã. Do. ¶ Secũdum. Licet in hac
regula cõtenta nõ cadãt omnia sub præcepto; nec ad oĩa
seruãda necessario obligẽtur eius professores, vt patet p
S. Th. quolib. & ij. ij. vbi s. & Arch. post Io. de Tur. cre. iij.
parte, tit. xvj. vbi de hoc vide ad plenũ. tñ quędam sunt ibi
præcepta: primò ea quę se habẽt vt finis regulæ: secũdò ne
cessaria ad illũ finẽ vt habitus, & aliqñ act' interiores vir-
tutũ, de qbus ibi agitur, & substantialia religionis; adde &
delatio habitus in publicũ, de quib' oĩbus diffuse d. Ioan.
prędictus in suo cõmento: & de quibus dic breuiter, ꝙ ibi
nullũ est pceptũ, nisi eo modo quo s. Pręceptũ. §. ij. & iij.
¶ Tertiũ. Sum. Ange. dicit, ꝙ hæc regula indiget declara
tione papali, quibusdã ponẽtibus in ea plura præcepta, q-
busdã pauciora. quod verũ nõ est, qa non indiget declara
tione mitigatiua, cũ sit præcipuæ discretiõis: nec illustra-
tiua, cùm in luce suæ claritatis dicatur luculẽta. Oĩa autem
præcepta eius sufficiẽter per predicta cognoscũtur pbabi
liter: alioqn omnia humana iura indigerẽt papali declara
tione, & ipsa declaratio in infinitũ, cũ semper varient opi
11 niones. ¶ Vndecimò quæritur,* qd de intellectu regulæ
beati Aug. & dico multa ¶ Primũ. Sũ. Ange. dicit dictã re
gulã indigere declaratione papali: qa omnia cõtẽta in di-
cta regula Henri. de Gan. dicit cadere sub precepto, pter
illud verbũ in eius principio, Hæc igit sunt, quæ vt obser-
uetis pcipim'. Sed dico ppter hoc nõ esse opus tali decla
ratiõe: qa Aug. nõ loqtur de dicẽdis in regula: sed de duo
bus præceptis charitatis quæ pmiserat: quod patet, qa vti-
tur dictiõe illatiua. s. ly igitur. & dato, ꝙ de dicẽdis loqua
tur, etiã declaratio papalis nõ est necessaria: qa opinio il-
la Henri. est stolida, imponẽs tãto doctori. s. Augustino, ꝙ
voluerit ponere sub præcepto tot & tã minima, & quę vix
possint obseruari, etiã à viris perfectissimis, vt illud, In in
cessu, statu, habitu, & in omnibus motibus vestris nihil fiat
quod cuiusquã offendat aspectum: & huiusmodi. vñ ibi su
mitur præceptũ largè pro monitiõe, sicut frequẽter ĩ scri
ptura monitiones paternæ dicuntur pcepta patris: vbi est
præceptũ ex forma, & nõ ex materia vel intẽtione. qđ hîc
factũ est, vt magis imprimerẽtur mãdata mẽtib' fratrũ. Et
hæc est sentẽtia magi. Hũber. Io. Do. & Arc. & aliorũ q eã
declararũt. ¶ Secũdũ. Secũdũ Arc. post Io. Do. in hac regu
la quædã ponũtur vt substãtialia, vt præcepta Dei & eccle
siæ; & tria vota principalia: & ista obligãt ad mortale, quę
dã verò vt media & declaratoria, determinãtia principali
ter qualiter pdicta debẽt seruari: vt de non habẽdis, aut cę
lerrimè finiẽdis rixis: p pcepto charitatis seruando, ꝙ prę
posito. i. priori vel presbytero. i. episcopo, obediat: quod
declarat modũ obediẽtiæ, ꝙ qs nõ velit fœminas appęte-
re, vl' ab eis appeti: qđ exornat votũ castitatis. quod habea
tur vict' sub vno cellario, & vestit' sub vno vestiario, libri
sub vno librario. & ꝙ null' accipiat occultè literas aut mu
nus quo ad proprietatẽ; quæ vident cadere sub precepto:
quod cũ hîc de pcipientis intẽtiõe nõ cõstet, nec apponã
tur determinata pœna, limita si materia sit pceptiua. i. de
se prohibita iure naturali, iuxta dicta supra Pręceptũ. §. ij.
12 ¶ Duodecimò quæritur* de intellectu cõstitutionũ ordi-
nis prædicatorũ? Et dico multa. ¶ Primũ. Sũ. Ang. dicit, ꝙ
prædicatores tenẽtur seruare oĩa quę sunt in regula, in cõ
stitutionibus, prout sunt in eis, i. præcepta vt pcepta, & cõ
silia vt cõsilia: quod verũ est de mẽte S. Th. ij. ij. q. clxxxvj.
art. ix. ad primũ. & addit etiã si platus nõ mãdet eis serua-
re. qđ ẽt dicit Arch. post Io. de Neap. & est verũ quo ad o-
mnia: nisi quo ad pœnas reqrẽtes in sua executione factũ
hominis: vt patet ex dictis s. Pœna. §. xxv. & hoc ẽ necesse
dicere secundũ mẽtẽ eiusdẽ Sũmæ, & Ros. vt patuit suprà
Hæreticus. j. §. viij. parti. iij. Vñ q lapsus est in peccatũ, qđ
meretur carceres, ipso facto nõ tenetur se ĩcarcerare, & sic
de alijs. Vnde S. T. ij. ij. q. clxxxvj. art. ix. ad primũ, dicit, ꝙ
prædicatores obligant solùm ad pœnã taxatã sustinẽdam:
non aũt dicit per se exequẽdã. ¶ Secũdũ. Multũ etiã labo
rat in declarãdo vtrũ cõstitutiones pdicatorũ obligent ad
culpã, quod tñ vno verbo explicari põt dicẽdo, ꝙ non ex
vi sua: nisi propter pceptũ vel cõtemptũ: quia ita expresse
ipsæ dicũt, licet faciẽs cõtra eas nõ cõtẽnẽdo nec rebellã
do pcepto peccare possit multipliciter ratiõe negligẽtiæ
vel libidinis, aut malæ intẽtiõis, sed nõ ex vi cõstitutionũ:
imò

imò etiam si nõ essent tunc constitutiones. Tandem præ
fert suas cõstitutiones: quia p eas fratres nec ad culpã nec
ad pœnã obligãtur, nisi iponatur à prælatis: sed idẽ est de
vtrisq; vt patuit. ¶ Tertiũ. Quo ad possessiones aũt habẽ
das, licet multa scrupulosa recitet Archi. ex bea. Io. Do. ta-
mẽ hodie nõ est scrupul⁹: vt patet per ea quæ declarat ma
gister Vincẽtius Bãdellus generalis ordinis & præceptor
meus in suo cõmẽto super cõstitutionibus: & maximè vbi
fratres regulariter viuẽtes experiunt se viuere nõ posse. s.
cõmodè sine reditibus: q̃a hoc etiã ipse Arc. post bea. Io.
Do. dicit. ¶ Quartũ. Cõtemptus aũt in prædictis constitu
tionibus sumitur primò secundũ S. Th. ij. ij. q. clxxxvj. art.
ix. ad tertiũ. pro trãsgressione facta ex cõtẽptu. i. nõ ex ira,
neq; cõcupiscẽtia, nec alia particulari causa: sed solùm ex
hoc, q̃ trãsgressor nõ vult subijci cõstitutionibus. Secũdò
sumitur pro cõtemptu interpretato, qui sumitur secundũ
Archi. post bea. Io. Do. pro volũtaria, sine cã, cõtinuata ali
quandiu trãsgressione statutorũ principaliũ. i. pro intẽtio 1
ne deliberata nõ seruãdi statuta principalia, sed cõtinuãdi
eorũ trãsgressionem: quod est mortale, & apostatare quo
ad Deũ. quod verũ limita qñ est volũtas trãsgrediendi oĩa
principalia statuta, quibus venitur ad perfectionẽ: quæ vi-
dentur esse ea quæ ptinẽt ad humilitatẽ, vt vilitas habit⁹:
& austeritatẽ, vt asperitas vestium lanearũ, vigiliæ noctur
næ, ieiunia & abstinẽtia, puta à carnibus: q̃a iste est cõtem
ptus pfectionis, secus si q̃s ex infirmitate nõ seruaret mul-
ta, & tñ per vnũ, puta humilitatẽ habitus niteretur ad pfe-
ctionẽ: quia nõ videtur in statu dãnationis. Tertiò sumitur
secundũ Archi. vt innuitur in ij. parte. ti. ix. c. iij. pro cõsue 2
tudine delinquẽdi in aliquo, puta in silẽtio: sed iste nõ est
propriè cõtemptus secũdũ S. Th. & bea. Io. Do. quod limi
ta nisi adesset intẽtio cõtinuãdi cõsuetudinẽ omni hora,
& quo ad oĩa statuta principalia. ¶ Decimotertiò q̃ritur,
13 *de intellectu regulæ bea. Francisci? Et dico multa. ¶ Pri-
mum. Sicut ex cle. exiui, de verb. sig. patet, hæc regula fuit
multũ obscura; vnde per multos summos põtifices fuit de
clarata. fuit etiã multũ rigida; quia multipliciter ibi est mi
tigata, erat etiã periculosa, nisi apostolica sedes pꝛuidisset; 3
tamẽ q̃a professores eius profitẽtur eã se seruaturos: & cõ
sequẽter videbãtur teneri ad omnia cõtenta in ea: tũ etiã
quia in ea sunt multa præcepta, & in reb⁹, quæ difficile est
obseruare, supposita tẽporis nostri malignitate, vt ibidem
patet. Et omnia hæc pcesserũt ex magno feruore bea. Frã
cisci, cui leuia etiã grauia videbantur. ¶ Secũdũ. Professio
fratrũ minorũ est. pmitto seruare regulã fratrũ minorũ,
viuẽdo in obediẽtia, sine pprio, & in castitate: imo etiam
promittũt seruare Euãgelium Christi: tñ papa declarauit
primò, q̃ nõ tenẽtur ad omnia cõsilia quę sunt in Euange
lio; sed solùm ad ea, quæ sunt in regula: quia hæc fuit intẽ
tio beati Frãcisci, cũ quędã cõsilia euãgelica inseruerit re
gulæ, & quædã nõ. Et secũdò, q̃ cùm dicitur, promitto ser
uare hanc regulã: non est sensus, vt exponit Sum. Ange. id
est, promitto cõuersationem secundũ illam regulã, sed, q̃
teneatur non solũ ad tria vota, sed ad omnia pertinẽtia ad
illa tria, licet nõ æqualiter, sed ad quædam ex pręcepto, ad
quædam ex consilio. Et tertiò, q̃ licet nõ teneãtur ex præ-
cepto ad omnia quæ ponũtur in regula sub verbis impera
tiui modi, tamen ad quædam tenẽtur: & enumerantur ibi,
valde multa præcepta regulæ, & nõnulla mitigantur: quæ
ibi videant, & qui volunt, & quibus est necessarium.

R. V. R S V S. de Religiõe ij. quãtũ ad ingressum primũ.

1 Religionis ingressus an requirat deliberationem magnam.
2 Ad religionem an liceat alium inducere.
3 Religionem an intrare posit seruus.
4 Religionẽ an intret obligatus ad aliquid soluendum. & nu. seq.
8 Religionem an intrare possint qui sunt in dignitate uel cura.
9 Religionem an intrare posit, qui iurauit aliquam ducere.
10 Religioni an offerri possint pueri à parentibus.
11 Religionem an ingrediatur impubes propria authoritate, & quid de anno ipso pubertatis. nume. 11.
13 Mater an possit filium religioni offerre, & reuocare.
14 Voto an quis possit se obligare ad religionis ingressum.
15 Pueri an possint se uoto obligare ad religionis ingressum.
16 Vouens intrare certã religionẽ, si ibi nõ recipiatur, quid. nu. sq.
18 Religionem intrare uouens, an possit ad aliam induci.
19 Religionem intrare uouens an teneatur ibi esse perpetuò.
20 Vouẽs religionem si eligatur in episcopũ, an teneatur prius intrare.
21 Vouens non intrare an sit obligatus ad non intrãdũ.

RELIGIO secundò cõsiderari põt quantũ ad ingres-
sum primũ, qui est per habitus susceptionẽ. ¶ Primò
autẽ quæritur, *vtrũ de ingressu religionis habẽda sit deli
beratio magna, quæ in dubijs magnis requiritur. iij. Ethi.
& dicit S. Tho. ij. ij. q. vlt. q̃ cũ hæc tria cõsiderari possint,
ipse scilicet ingressus secũdũ se: & secũdò ipsemet p cõpa
rationẽ ad vires ingredientis: & tertiò modus intrandi, &
quã religionẽ debeat quis intrare. in primo non reqritur:
quia certũ est, q̃ est melius bonũ, de quo Christus cõsiliũ
dedit. nec in secũdò: quia ingrediẽs nõ cõfidit in sua virtu
te, sed de diuina, scdm illud Isa. xl. Qui sperãt in dño, &c.
si tamẽ sit speciale impedimẽtũ infirmitatis aut debitorũ,
vel huiusmodi, reqritur deliberatio & cõsiliũ cũ his q pro
sint. & similiter in tertio. ¶ Secũdò quæritur, * vtrũ liceat
aliũ ad religionẽ inducere? Et dicit S. Th. vbi s. q̃ sic, secũ
dũ illud Iac. vlt. qui cõuerti fecerit, & c. sed tamẽ circa hoc
contingere potest tripliciter inordinatio. primò si iducat
violẽter: quod prohibetur xx. q. iij. præsens. secũdò si simo
niacè muneribus datis. j. q. ij. quàm pio. ad quod tamẽ non
pertinet si q̃s pauperẽ in seculo nutriat ad religionẽ, vel si
ne pacto munuscula tribuat ad captãdã familiaritatem. ter
tiò si mẽdacijs: q̃a tali imminet periculũ retrocedẽdi, cũ se
deceptũ inuenerit. ¶ Tertiò q̃ritur, * vtrũ religionẽ intra
re possit seruus? Et dico, q̃ seru⁹, secũdũ Ray. religionẽ in
trare nõ põt, nec debet recipi, nisi de licẽtia dñi, siue sciat
q̃ sit seru⁹, siue ignoretur an sit seru⁹ aut liber. Et si ingre
ditur, redditur dño, si repetit, cũ omnib⁹, quę attulit, fide
tamẽ accepta de eius impunitate: post triẽniũ verò repeti
nõ põt, nisi esset tã longe, q̃ nõ posset inueniri. xvij. q. ij. si
quis incognit⁹. & si interim pfiteatur, nõ obstãte pfessio
ne restituetur dño, si in receptiõe vsus est fraude, vt le p-
bãdo liberũ per falsos testes. de seruis nõ ord. oportet. se-
cũdũ Ray. & Host. & dño restitutus erit religiosus & reli-
gioni obnoxius, quantũ in ipso est, secũdũ Hug. & Vercel.
arg. xxvij. q. j. de viduis. & manumissus cõtrahere nõ pos-
set. Si aũt monasterium fuit in culpa, q̃a sciebat eũ seruũ
esse, vel neglexit inquirere, cũ esset cognitus, remanebit i
religione, sed monasteriũ satisfaciet dño. ar. di. liiij. si ser-
uus. secundũ Ray. Nec obst. c. quidã. de cõuer. cõiug. quia
habẽs vxorẽ ea inuita castitatẽ seruare nõ põt, & cõsequẽ-
ter nec esse religiosus: secus de seruo. Currere aũt incipit
illud trienniũ, secundùm Hug. à tpe ingressus: sed verius
à tẽpore sciẽtiæ domini, secundũ Laur. lo. & alios. Et hæc
sunt vera in omni genere seruorũ, etiã si sint coloni origi
4 narij, siue adscriptitij. ¶ Quartò quæritur, * vtrum intrare
possit obligat⁹ ad aliqd soluẽdũ? Et dicit Ray. q̃ sic, nõ ob
stãte pmissiõe vł iuramẽto, mò hoc faciat feruore charita
tis: nec facit iniuriã creditori, q̃a excusat authoritate Spi
ritus

ritus sancti. de regu. licet. xix. q. ij. duæ. adde quia secundũ
S. Th. sufficit cedere bonis: cũ persona liberi hominis nõ
obligetur propter pecuniã, secũdũ iura ciuilia, sed solùm
res, vt dicit S. Tho. ij. ij. q. vlt. ar. vj. monasterium tamẽ, in
quit Ray. satisfacere tenetur de his quæ contulit monaste
rio. xix. q. iij. si qua mulier. & de his quæ monasterium
post ei* ingressum ei⁹ occasione acqreret successione, do
natione, vel testamẽto, quãtum talia se extendunt: & non
plus. ar. d. c. si qua. & concor. Host. & Inno. & S. Tho. ij. ij.
q. vlt. & similiter secũdùm Ray. ipse in monasterio existẽs
poterit scribere vel aliter honeste operari ad se liberãdũ,
modo nõ negligat officium diuinum. xij. q. j. clericus. nec
impediatur in aliquo ab obseruãtia regulari, id est, ab ob-
sequijs regulę, cui semper est adstrictus: nec deducẽt expẽ
sæ de lucro, secundũ Inno. & veriorẽ opinionẽ: quia altari
deseruiens de altari viuere debet. xij. q. j. ex his. Pet. tamẽ
de Pal. & Vld. & Summa Con. & Archi. dicũt simpliciter,
q̃ in religione nõ tenetur operari vt debita soluat, & hoc
tene nisi ratione scãdali: quia profitẽdo cedit bonis, & ha
bet velle. Et pdicta itellige etiã si ad debitũ iuramẽto erat
adstrictus, ar. d. c. licet. & si iurauerat operari manib⁹ ad sa
tisfaciendũ, nihilominus secũdũ Pet. de Palu. põt intrare:
sed si bona sua sufficiũt, tenetur ei ad interesse. Et idẽ dic
de eo qui accepit vxorẽ, quę ex hoc patitur aliquod inter-
5 esse, secundũ eundẽ Petrum. ¶ Quintò quæritur, * vtrum
possit intrare qui est obligat⁹ ad aliquid faciẽdũ? Et dicit
Host. q̃ sic, sed perficiet quod pmisit: saltẽ per aliũ, nisi ma
nus eius esset specialiter electa: quia tũc nõ liceret p aliũ
facere sine licẽtia. C. de cad. tol. l. j. §. ne aũt. de off. dele. c.
si. potest etiam satisfacere ei de bonis quæ attulit monaste
rio, vel operãdo: vt §. priore. licet operari nõ teneat. si ta-
men hoc nullo modo potest, nihilominus intret, etiã si iu
rasset facere: sicut si rector iurauit regere ciuitatẽ p annũ,
vel magister legere: quia secundũ Ray. nõ violat iuramẽtũ
q illud in melius cõmutat. de iureiu. peruenit. & idẽ Inno.
Gof. & Host. q addit se cõsulere tãquã tuti⁹, vt impleat qđ
promisit. de iureiu. debitores. sed hoc cõsiliũ nõ est bonũ,
nisi vbi posset q̃s implere incõtinẽti, vel scãdalũ timeret,
q̃a periculo se exponit, vel saltẽ retardat ingressum. Nec
obstat c. debitorẽ. q̃a nõ inducit aliqd retardãs: sed solũ di
cit, q̃ q iurauerũt soluere vsuras, soluãt. similiter nec c. cõ-
missum. de spõsa. vbi ei q iurauit matrimoniũ cõtrahere,
cõsulitur vt cõtrahat, & exinde ingrediat: q̃a p illud nõ re
tardatur religiõis ingressus, secũdũ gl. Ray. & Sũ. Con. &
prętérea illud cõsiliũ dat, ne notetur talis de piurio à vul
go, secũdũ Pan. ibi. q etiã dicit q̃ talis statim potest intrare.
6 ¶ Sextò quęritur, * vtrũ intrare possit qui est obligatus ad
ratiocinia? Et dico q̃ nõ, nec recipi debet, si sunt Reipubli
cæ. di. iiij. c. legẽ. nisi prius se expediat: si verò sunt ratioci
nia priuatorũ, honestũ est vt prius se expediat: sed nõ est
necessariũ, secũdùm glo. Ray. vtrũ etiam possit talis ordi
7 nari, vide suprà Ratiociniũ. ¶ Septimò quæritur, * vtrum
intrare possit q est obligatus seruire parẽtibus pꝛpter eo-
rũ necessitate? Et dicit S. Tho. in quolib. iij. ar. xvj. q̃ si is q
nondũ intrarit, patre suũ in magna necessitate viderit, cui
per aliũ subueniri nõ potest, intrare nõ debet, sed parẽti-
bus ministrare, maxime si absq; periculo peccati posset in
seculo remanere: secus si posset subueniri p aliũ: itẽ secus,
secundũ Ric. si seruire nõ potest eis sine salutis suę dispen
dio, id est, periculo probabili peccati mortalis: q verò iam
est in religione professus, inquit S. Tho. mortuus est mun
do, & spirituali morte deobligatur à cura impẽdẽda parẽ-
tibus; sicut etiã deobligaretur per mortẽ corporalẽ: vnde
nõ peccat in claustro manẽs sub præcepto prælati, parẽtũ
administratione pretermissa: q̃a factus est ad illã impotẽs
sine culpa. s. Religio. vj. §. ix. Debet tamẽ, quantum potest
salua ordinis obediẽtia, curare vt p se vel per aliũ eis sub
ueniatur. Hæc ex illo. Et intellige necessitatẽ magnã, quæ
est decẽtiæ status: puta, quia oporteret eos mendicare, vel
seruire alijs cum notabili, siue magna indecẽtia: quia nõ
debet intrare: & à fortiori si sunt in maxima, id est, extre-
ma: q ambæ si nũquã cessent, ingressus est ex toto dimittẽ
dus, secũdũ Io. de Neap. quia quæ sunt præcepti, nõ debẽt
omitti propter illa quæ sunt consilij, etiam, inquit, si vouis
set ingressum: quia si vouit ante indigentiã, est illicita red
ditio: tum quia obligatũ vni si promittatur alteri, ei tradi
nõ debet, cũ promissione nõ trãsferatur dominiũ: tũ quia
mutata est cõditio vouẽtis, cũ ei supuenerit noua obliga
tio: si aũt vouit tẽpore indigẽtiæ, fit illicitũ votũ, vt patet.
8 ¶ Octauò q̃ritur, * vtrũ possint intrare qui sunt in dignita
te vel cura? Et dico secundũ Pan. in c. quod Dei timorẽ. de
sta. mo. q̃ cuilibet prælato citra episcopũ pmittitur dimis
sa prælatura religionẽ intrare. Et secũdũ S. Th. etiã inuito
episcopo hoc possũt archidiaconi & presbyteri curati, vt
patet ij. ij. q. vlt. & adde idẽ esse de pꝛpositis, decanis, archi
presbyteris, & oĩbus inferioribus episcopo. xix. q. ij. duæ.
debẽt tñ petere licẽtiã, quãuis nõ obtineãt. de re. licet. Epi
scopi verò p supiores sine licẽtia papæ intrare nõ possunt.
d. c. licet. Beneficia tñ prædictorũ, quibus licet intrare, nul
li debẽt cõferri, nisi post pfessionẽ saltẽ tacitã: vł nisi eui
dẽter apparuerit q̃ voluerint vitã mutare, qđ scilicet est
quoddã votũ religiõis, vel desideriũ pfitẽdi. de reg. bñfi-
ciũ. in vj. Fructuũ aũt ante pfessionẽ assignari debet debi
ta portio alicui q seruiat pro ingresso: vt d. c. bñficiũ. reli-
quũ verò erit eius, ne sit onerosus monasterio. xvj. q. vj. de
lapsis. nec pprie est religiosus. de sen. exc. religioso. lib. vj.
& cõsequẽter suo iure fraudari nõ debet. xvij. q. ij. Gonsal
dus. vt no. Tanc. & Bar. Brix. & Archi. & interim remanet
canonicus, curatus, vel decanus, sicut prius: nec bñficiũ va
cat. Et hoc seqtur Sũ. Ang. in verbo, religioso. q tñ in ver-
bo, nouitius, scripsit oppositũ, dicẽs, q̃ reliq fructus cõser
nabũtur, vel in vtilitatẽ ecclesię expẽdẽtur. de ele. q̃a sępe.
li. vj. quãuis Bar. Brix. tenuerit, q̃ sui erũt. sed primũ est ve
rius de iure. & d. c. q̃a sępe. loquitur in bñficio vacãte: stã-
dũ tñ puto cõsuetudini inter istas opinio. Hæc aũt execu
tio fiet per episcopũ. de elec. cũ ex eo. li. vj. ¶ Nonò quæri
9 tur, * vtrũ intrare possit q duxit aut iurauit ducere aliquã
in vxorẽ? Et dico, q̃ si duxit per verba de pſenti, & consum
mauit, nõ põt intrare, nisi vt s. Matrimoniũ. viij. §. xij. sed
intellige, si copula sequuta est cõtractũ matrimonij vł spõ
saliũ, nõ si præcessit, q̃a sic nõ impediet, nec diceret matri
moniũ cõsummatũ. ar. c. veniẽs. de spõ. & de hoc s. Qui ve
rò iurauit ducere, intrare põt authoritate c. peruenit. el
ij. de iurei. & c. cõmissum. de spõ. de quo s. §. v. ¶ Decimò
10 q̃ritur, * vtrũ pueri impuberes possint religiõi à parẽtibus
vel tutorib⁹ offerri, vt intrẽt per habit⁹ susceptionẽ? Et di
co q̃ sic: & scdm Inn. si impubes vnũ tantũ habeat parẽtẽ,
ille solus põt eum offerre: & si habeat tutores alios q̃ pa-
rẽtes, tñ parẽtes eũ inuitis tutorib⁹ possunt offerre. & idẽ
credunt aliqui de patre inuito auo, q habet eũ in ptãte, &
non econuerso: quia in his spiritualibus ius naturæ pfer-
tur positiuo vel ciuili: vt in Sum. Conf. titu. viij. q. xxx. Sed
huiusmodi impuberes oblati religioni, cũ venerint ad an
nos pubertatis, sunt in libertate remanẽdi & exeundi: vn-
de super hoc debent interrogari, cùm sunt in anno xv. qui
est probationis. decima quæstione j. capite j. Et dicit Dir.

quod

quòd si puer consentit, licet consensus, qui fit ante annos discretionis, nõ teneat, ipse tamẽ exire nõ potest antequã veniat ad legitimã ętatem, ad instar carnalis matrimonij. de despõ. imp. de illis. xx. q. j. illud. sed quàm primũ ad perfectam venerit ętatẽ, id est xiiij. annum, potest egredi. xx. q. iij. presens. de regu. cũ simus. si autẽ non cõsentit, egredi potest quando voluerit. xx. q. j. puellę. Quamuis aũt liceat tales recipere, quod etiã fecit beatus Benedict⁹, & beatus Tho. docet iij. quoli. q. v, & ij. ij. q. clxxxix. nisi scilicet constitutione alicuius religionis prohibeatur: tũ experientia docet non expedire, secundũ Arch. vnde hoc seruãt oẽs regulares. Quod autẽ in constitutionibus prędicatorũ caue tur, nullum recipi ante xviij. annum, de cõuersis declaratũ est intelligi per acta cap. generalis. ¶ Vndecimò quęritur,

11 *vtrũ pueri impuberes possint ingredi religionẽ propria authoritate? Et dico ꝙ nõ, de regu. ad nostram. quod si fecerint sine oblatione parentũ, secũdùm Pan. in c. significatum. de regu. exire possunt quando volunt ante professionẽ: & secundũ Dir. extrahi possunt à patre vel tutore vsq; ad annum vel diem. xx. q. j. puellę. scilicet à die scientię. secundũ glo. Ray. sed si annum vel diem dissimulando consenserit, neq; parẽtes, neque tutor, neq; ipse mutare poterit, scilicet quousq; venerit ad legitimã ętatẽ. Si autẽ ex cõsensu eorũ intrauit expresse vel tacitè, vlteriꝰ reuocare nõ poterunt. xx. q. j. addidistis. & c. quicunq;. Aduertendum tamen est hîc secũdùm Arc. post Pe. de Pal. ꝙ nec pater, nec tutor, nec magister, nec quicunq; alius custos, potest impuberem de religione extrahere propria authoritate, siue ex voto, siue sine voto intrauerit: sed authoritate habẽtis potestatem in monasterio: quia licet possint eũ inuitũ disciplinare pater vel tutor, etiam clericum, non tamẽ possunt corrigere alijs iniuriam inferẽdo. quod esset, si habitũ dirũperet, aut vi educerent de monasterio, quod iam erat in*

12 *eius possessione. ¶ Duodecimò q̃ritur,* vtrũ intrare possint pueri vel puellę in anno pubertatis? Et dico ꝙ sic, etiã parẽtibus prohibẽtibus. xx. q. ij. puella. sed oportet, ꝙ talẽ annũ cõpleuerint, puer scilicet xiiij. & puella xij. de regul. ad nostrã. in tex. & in gl. nec in hoc malitia supplet ętatẽ: vt expresse no. xx. q. j. in summa. & idẽ Io. And. in cle. eos. de reg. Quod aũt dixit Rayn. sufficere, si militia suppleret ętatẽ. de reg. postulasti. verũ fuit suo tpe, qñ Summã fecit, & currebat prior cõpilatio Decretaliũ: sed hodie verba illa de ipsa decretali, postulasti. subtracta sunt. & idẽ gl. ibi.

13 ¶ Decimotertiò q̃ritur,* vtrũ mater vel alter tutorũ offerre possit filiũ & reuocare? Et dicit Dir. Inn. tenere de matre ꝙ sic, allegãs d. c. addidistis. sed Lau Io. & Archi. tenere cõtrariũ: quia nõ habet ipsum in potestate. Insti. de adop. §. fœminę. & cõsequẽter si pater eũ obtulit, mater reuocare nõ pot, nisi dicat, ꝙ ęque sit in potestate matris, sicut & patris, quantum ad hunc casum. Opinio tamen Inno. videtur verior secundũ iura: alia tamẽ tenetur, nisi mater esset tutrix. hęc Dir. Arch. autẽ post Pet. de Pal. dicit, ꝙ si impubes habẽt matrem, potest eum reuocare: nõ autẽ mater patre nolente: patre autẽ mortuo, tũc mater & auia possunt, si habẽt tutelã eius: vt quia nõ transierunt ad secũda vota: quo casu non potest, cùm perdat tutelam: tutor autem hoc potest. Vide etiam j. Votum. v. §. vlt. De tutoribus autẽ vbi sunt plures, videtur ꝙ vnus solus possit offerre: quia quo ad hoc eandem habent potestatem sicut parentes. xx. q. ij. puella. Sed dic, quòd conditio prohibentis erit melior, se*

14 *cundùm Inno. & Dir. ¶ Decimoquartò quęritur,* vtrũ liceat alicui se voto obligare ad religionis ingressum? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. vlt. quòd sic: quia idem opus est laudabilius ex voto quàm sine voto. vt infrà, Votum j. §. vj. Mẽdicantes tamen omnino abstinere debent ab inductione ad talia vota, per quæ renũtietur seculo ante annos probationis: vt in c. non solùm. & c. sequen. de regu. lib. vj. ¶ Decimo quintò quęritur,* vtrũ pueri possint se voto obligare ad religionis ingressum? Et dicit ac probat S. Tho. ij. ij. q. clxxxix. hoc esse laudabile. Sed tamẽ aduerte ex eodẽ ibi, quòd votum simplex est inefficax aliquando propter duo: primò scilicet, ꝓpter defectũ deliberationis: vt de furiosis patet in c. sicut tenor. de regula. & idem de pueris nondũ habentibus vsum rationis, per quem sunt doli capaces, qui in aliquibus præuenit annos pubertatis, & in aliquib⁹ subsequitur, secundùm diuersam dispositionem nature: secundò ex hoc quòd vouetur aliquid quod non est proprię potestatis: vt si seruus habens vsum rationis voueat ignorante domino religionis ingressum. dist. l. iiij. si seruus. Et idẽ est de votis puerorum ante annos pubertatis: quia tũc sunt in potestate patris quantum ad dispositionẽ vitę suæ: vnde potest eã acceptare vel irritare: vt de muliere expresse dicitur Nu. xxx. Igitur si puer ante pubertatẽ & vsum rationis votum simplex emittat, non obligatur: si autẽ habebat vsum rationis, obligatur quantũ in se est ex suo voto: sed reuocari potest authoritate patris: qa ordinatio legis qua vnus homo subditur alteri, respicit illud quod in pluribus accidit. Si verò annos pubertatis excedit, reuocari nõ põt authoritate parẽtũ: & si nondũ haberet plenè vsum rationis, nõ obligaretur quo ad Deum. Hæc ex illo. De voto autẽ solenni dic vt j. Religio. iij. §. ij. Et ꝙ votum pueri ante annos pubertatis obliget, tenet & probat Pano. in. c. ij. de voto. iuncta glo. vbi tamen innuit vnum, quod sequi videtur Sum Ros. scilicet ꝙ dicatur puer doli capax post vij. annum: quod quidẽ est verũ quo ad peccare posse: sed nõ credo quantum ad vouere: sed hoc est solùm prope pubertatẽ, de quo s. Baptismus. iiij. §. viij. Igitur si impubes voueat, habens tamen vsum rationis: si pater vel tutor nõ imtat, sed ratificat, tenet intrare. Si verò irritat, nec tenetur intrare, nec debet ante pubertatẽ: & si intrauerit, potest reuocari: vt s. §. xj. Si verò voueat adultus siue pubes, tenet intrare, etiam patre contradicente & præcipiẽte cõtrariũ. xj. q. iij. si dominus. Et si vouit simpliciter & absolutè intẽdens se obligare, secundũ Archi. post S. Tho. tenetur intrare q̃ citius potest, scilicet commodè. Si autem vouit sub certo tẽpore vel conditione, tenetur aduenientẽ tẽpore vel conditione: aliàs non. ¶ Adde prędictis de mente Ray. & gl. eius, idẽ esse de alijs votis impuberis, & de iuramẽto: qa omnia possunt irritari, si reuocẽt statim cũ pater audierit, id est, ipsa die, & nõ alia. ar. Numeri xxx. ibi, & interũ diẽ distulerit sentẽtiã. Et secũdũ Veruec, si pater aut tutor contraxit, & postea consensit, non reuiniscit votum: nec tenebitur filius, cũ venerit ad legitimã ętatẽ. Videatur etiã j. Votum iij. §. v. ¶ Sed si impubes doli capax voueat continentiam, vel ingressum religionis in temp', puta cùm erit adultꝰ aut solutus à patria potestate: dubitatur an pater possit irritare? Et dicit glo. Ray. quòd sic cõtradicendo statim, secundùm communem opinionem. & idem Rodo. quod etiam Asten. dicit esse humanius. contrarium sensit Hug. & videtur consentire Inno. dicens, ꝙ impubes doli capax soluta patria potestate debet implere vota q̃ fecerat. & idem Host. Sed primũ est verius: quia pater habet authoritatem irritandi non solũ ratione sui præiudici, qa hoc est omnibus cõmune: sed etiam ratione subiectionis, qua suberat puer quãdo vouit. Dictum autem Inno. & Hostien. est verum, quando illa vota nõ fuerũt irritata. ¶ Decimo

16 *cimosextò* quæritur, quid si quis vouit intrare certã religionem, & illi nolũt eũ recipere? Et dicit Sã. Tho. ij. ij. q. clxxviij. ꝙ si intẽtio sua fit se obligare ad religionẽ principaliter, & ex cõsequẽti elegit hũc, vl hũc locũ, quasi sibi magis cõgruentẽ, tenetur intrare aliã. Et idem intellige si prior perijt, vel reprobata est, vel quodcũq; impedimẽtũ obsistit: quia obligatio nõ fuit certæ speciei, sed generis: sicut promittẽs dare equũ, licet nõ intẽderet emere alienum, sed dare suũ: si omnes sui pereãt, tenetur dare alienum. Nõ tamẽ credo, ꝙ teneatur discurrere p mundũ, vt inueniat se recipientẽ: quia nõ est verisimile, ꝙ se voluisset ad hoc obligare: & similiter si tãtùm vnã, aut duas, vel plures inueniat, quę eũ velint, de quib⁹ credit probabiliter, ꝙ si cogitasset, nõ se obligasset: credo ꝙ nõ tenet intrare. *Si verò principaliter intendebat se obligare ad istã religionẽ, vel locũ, ꝓpter specialẽ cõplacentiã eius, secũdùm Pet. de Pal. obligatur ad aliã, si istã intrare non põt: quia videtur ex cõsequẽti vouisse dimissionẽ seculi: cùm nõ stet vita seculi cũ suo voto. Sed S. T. & Rich. & Archi. tenẽt, ꝙ ad aliã nõ obligatur. & hoc est verũ: qa sicut effectus nõ excedit causam, ita votũ nõ extẽditur vltra intentionẽ vouẽtis, cũ ab ea virtutem sumat: nec talis absolutè vouit dimittere seculũ, sed præcisè, vt cõsequitur ingressum huius religionis aut loci. Si autẽ dubitat quam intentionẽ habuerit, debet viã eligere tutiorẽ, secũdũ S. T. & Pet. Si autẽ incidit in impossibilitatẽ implẽdi votum ex sua culpa, tenetur facere quod põt, & pœnitere de culpa.*

17 ¶ Decimoseptimò* quæritur, quid de eo, qui vouit religionẽ intrare indeterminatè, & nullã inuenit se recipientem? Et dicit Inn. ꝙ remanebit sub obediẽtia episcopi, & erit monachus eius. quod de cõgruitate solũ debet intelligi, cũ possit esse in seculo, & nubere: quia sicut se habet pars ad partẽ, ita totũ ad totũ. Vnde sicut ille, q̃ vouit intrare solũ hãc religionẽ, quę est pars religionis in genere, põt nubere si nolit eũ illa pars recipere: vt §. priore. ita & q̃ vouit intrare religionẽ in genere, q̃ est totũ, poterit nubere, si vniuersalitas religionũ, q̃ est totũ respectu huiꝰ particularis, nolit eũ recipere. vnde & secũdũ Archi. in c. fecimus. xij. q. j. in voto religionis subintelligũtur istæ cõditiones, si possum, vel si volũt me recipere: quibꝰ nõ extantibus nõ erit votũ, secũdùm Hug. Car. Et hęc maximè sunt vera, si ille nõ intẽdebat aliter se obligare: quia secũdùm Arch. ibi, tantũ se extẽdit obligatio voti, quãtũ & intentio vouẽtis. Et si quãdo vouit de hoc nõ cogitabat, distingue: qa aut sibi nũc videtur probabiliter, ꝙ excepisset si cogitasset: & nõ tenetur. aut ꝙ nõ excepisset: & tũc tenetur eo modo, quo fuisset eius intẽtio: & si nescit discerne

18 re, teneat tutius. ¶ Decimooctauò* quæritur, vtrũ is, qui vouit religionẽ vnã determinatã intrare, induci possit ad t aliã? Et dicit Sã. Tho. ij. ij. q. vlt. ꝙ sic, si illa alia sit maior: qa in maiori intelligitur minus. & hoc nisi aliquid impediat speciale, puta infirmitas, vel spes maioris profectus ī minori, nõ aũt si illa alia sit minor, nisi ex causa euidẽti, & dispẽsatione superioris: si tñ ingreditur, & profiteatur, ꝓfessio tenet. de regul. qui post votũ. lib. vj. puto tamẽ, ꝙ *fuerit trãsgressor sui voti simplicis: licet nunc maiori te-*

19 neatur. ¶ Decimononò* quærit, vtrũ is, q̃ vouit, vel iurauit religionẽ intrare, teneatur ibi esse ꝑpetuò? Et dicit S. T. vbi §. ꝙ sic, si ad hoc intẽdebat se obligare: nõ aũt intẽdebat se obligare ad ingressum causa experiẽdi cũ libertate manẽdi vel nõ manẽdi. *Si aũt in vouẽdo de hoc nihil cogitauit, videt obligari ad ingressum secũdũ formã iuris cõis, quę est, vt ingredientibus detur annus probatiõis.* vnde nõ tenetur ibi manere ꝑpetuò. *Si tamẽ intraret intẽtione statim exeũdi, nõ satisfaceret voto: quia in vouẽdo hoc nõ intẽdebat. vnde tenetur saltẽ velle experiri, vtrũ hoc sibi expediat. Et idẽ Sũ. Con.* ¶ Addit Rich. ꝙ si intrauit animo exeundi, cũ volũtate tamẽ dãdi operã, vt Deus immutet propositũ suum, satisfacit voto: aliter non. ¶ Vi-

20 cesimò* quæritur, vtrũ habens votũ religionis, si eligatur in episcopũ, teneatur prius intrare? Et dico ꝙ sic. de voto.

21 per tuas. vide ibi not. ¶ Vicesimoprimò* quęritur, vtrũ is, qui vouit nõ intrare religionẽ, sit obligatus ad nõ intrandum? Et dicit Rich. in iij. quolibeto. q. xiiij. ꝙ non: quia sicut illicitum est iurare, ꝙ quis nõ faciet bonũ, ita & vouere. Host. tamen distinguit: quia nõ potest intrare monasterium quod eum allicit causa lucri, & circũuenit: sed aliud, vt xx. q. iij. cõstituit. de conuersi. coniug. dudum. inspiratus autẽ à domino potest intrare. de diuor. gaudemus. & placet & probatur in c. beatus. xxij. q. ij. & in c. ij. de iureiur. nec tenendus est Gratianus. xxij. q. iiij. §. vlt. in fi.

RVRSVS de Religione tertiò, quantum ad ingressum secundum, qui est professio.

1 *Professio religionis expressa, qualiter fiat.*
2 *Profiteri quæ ętate quis possit.*
3 *Professio post quantum tempus fieri debeat.*
4 *Professio facta ante tempus debitum, an teneat. & nu. 5.*
6 *Professio an teneat, ubi est quid illicitum.*
7 *Professio sub conditione an teneat. & nu. 8.*
9 *Professio fœminæ in mõasterio masculorũ, uel econuerso, an te-*
2 quia nõ est à Deo propositũ illicitũ. ¶*Secũdò quæritur, qñ & quomodo liceat trãsitus à religione ad religionẽ?Et dico colligẽdo mẽtẽ doct.ꝙ aut trãsitur ad latiorẽ,aut ad æqualẽ,aut ad arctiorẽ.Et quidẽ si ad latiorẽ,dico ꝙ licet, si in priori religione regula nõ seruatur,secundũ Inno.& Pan.in c.sane.de reg.qa nõ cõsideratur regula antiqtus instituta,sed modus viuẽdi de præsenti.quod bene Io.And. limitat,qñ nõ est in prouincia aliud monasteriũ eiusdẽ religionis,ad quod posśit trãsire,nec spes reformationis sui monasterij.Si verò in priori monasterio regula seruatur: aut subest cã;& sic secundũ Inn.& sequitur Pan.in c.nõ est dubiũ.de regu.ꝙ episcopus põt dispẽsare:ar.c.nõ mediocriter.de cõsec.dist.v.quod do.Ant.in d.c.nõ dubiũ limitat si cã est vrgẽs indigẽs celeritate: aliàs recurrẽdum est ad papã.qđ intellige de cõsilio,vel vbi cõmodè põt. ar.c. nõ cogãtur.di.xlj.Limita ẽt quo ad nõ exẽptos.in exẽptis aũt dispẽsabit ꝓlatus,qui loco episcopi præest.ar. secundũ gl.in d.c.nõ est dubiũ:aut papa,si talẽ nõ habet. aut cã nõ subest:& sic licet de licẽtia papę,secũdũ gl.in c.cũ singula. de præb.li.vj quod verũ est quo ad ecclesiã & cõcernẽtia forũ contẽtiosum:quo ad Deũ tñ est peccatũ:ar.eorũ quę no.in c.non est voti.de vo.Et causa legitima est debilitas, delicata cõplexio,& hmõi. ¶Si verò trãsitus sit ad æqualẽ sine causa:licet solùm de licẽtia Papæ etiã quo ad Deũ,secundũ glo.Io.ix.q.j.in sum.& Panor.in c.nõ est.de reg. Ex causa verò licet de licẽtia episcopi vel proprij prælati consentiẽte capitulo,secũdũ gl.in d.c.nõ est dubiũ. & facit c. statuimus.xix.q.vlt.& xij.q.ij.sine exceptiõe.Si verò trãsitus est ad strictiorẽ,requirũtur multa.Primò,ꝙ nõ fiat leuitate,temeritate,aut odio prioris prælati, sed zelo vitæ melioris.& si est cõtrarietas inter prælatũ & subditũ circa hoc,ad superiorẽ põt appellari, etiã si in tali religione interdicatur appellatio:qa intelligitur interdicta in spectantibus ad correctionem solùm.Secũdò ꝙ religio,ad quam trãsitur,nõ solùm sit strictior de iure.i.secundũ se,sed etiã de facto,qa scilicet ex actu seruatur.ar.c.sane. de reg. qa hîc cessat ratio permittẽdi trãsitũ:quę est vt viuatur arctius,cũ hîc præsumatur operari Spiritus sanctus: vt in ca.licet.de reg.tertiò,ꝙ licẽtia petatur:vt in d.c.licet. Quibus cõcurrẽtibus licet transitus,etiã si primũ monasteriũ esset priuilegiatũ,ne quis inde trãsire posset ad arctius: quia ꝓsumitur hoc cõcessum ne trãsitus fieret ex temeritate vel leuitate in iacturã ꝓprij ordinis sub prætextu maioris religionis:vt in d.c.licet. Sed tñ aduerte,ꝙ nomine religionis arctioris venit religio sanctior,& religio fructuosior.ar.di-
3 ctorũ s.§.j. ¶Tertiò qrit,*à quo debeat peti ista licentia? Et dico quãtũ ad clericos seculares,ꝙ in episcopo requiritur licẽtia obtẽta à papa.de reg.licet.quo ad prælatos verò inferiores,si nõ sunt immediatè sub papa,sufficit si petat ab episcopo,licet nõ obtineatur,secũdũ Io.And.in mercu.Si vero sunt imediatè sub papa,ab eo est petẽda:& eo negante,trãsire nõ licet.secus eo nõ respõdẽte. quo ad clericos verò scdm Inn.petẽda est licẽtia ab episcopo,si eccl'a grauiter læditur:alias etiã sine licẽtia pñt. ¶Quãtũ ad exemptos verò dico,ꝙ ꝓlati,q subsunt papæ immediatè,vt gñalis magister,& minister,& hmõi,tenẽt locũ episcopi,q immediatè subest papę:& ab eis est petẽda,vbi in nõ exẽptis petit ab episcopo,nõ autẽ vbi à papa.prelati verò habẽtes supiores,si sunt ordinarij,tenẽt locũ abbatis nõ exẽpti,q supiorẽ habet citra papã:ideo ab eis petẽda est, vbi in nõ exẽptis petitur ab abbate:non aũt vbi ab episcopo,qui tñ sine cõsensu capituli eam dare nõ põt,secundũ gl.in d.c. cũm singula.Et ideo in aliquo casu põt eam dare prælatus ordinarius immediatè cõuẽtus,sicut põt ad religionẽ recipere:tum quia doctores & iura nõ distinguũt de prælato, tũ quia talis in materia non odiosa venit nomine abbatis, q hoc aliqñ põt,sicut frater aut religiosus nomine monachi:vt s.Abbas.§.vlt.tum quia c.si religiosus.de elec.li.vj. videtur velle ꝙ eam posśit dare in trãsitu ad episcopatũ,si iam sit facta electio,ẽt irrequisito capitulo: dum nõ distinguit:itẽ ar.in verbo,suis cõuẽtibus,referẽdo singula singulis:quasi dicatur prælatus irrequisito suo cõuẽtu:cũ solus prior cõuẽtualis propriè habeat cõuẽtũ suũ,sicut prouincialis prouinciã suã:Sed intellige nisi obstet cõstitutio:ar. verbi,qui dare valeat:tũ quia hoc est de mẽte Pan.in c.licet.de reg.& doct.dũ quærũt vtrũ ipsi prælati,à quibus scilicet licẽtia petitur,trãsire posśint ea nõ obtẽta.Et concludit Io.And.in mercu.in regu.cũ nõ stat.lib.vj. ꝙ sic,si habẽt superiorẽ citra papam. Quod ergo dicit Sum.Ang.in ordine Prædicatorũ petẽdã esse à prouinciali:& in ordine Minorũ à custode vel ministro:non est verũ:sed peti põt etiã à priore conuẽtuali aliquãdo,vel à guardiano.Et quidẽ in ordine prędicatorũ expresse hoc patet per mare magnũ:quia secundũ illud frater põt transire de licẽtia magi-
4 stri,vel sui prioris. ¶*Quartò quæritur, vtrũ transiẽs aliter quàm dictũ est licere,sit apostata?Et dicit Pã.in d.c.sanè.de reg.ꝙ non,apostasia maiori,de qua in c.fi.de apost. sed bene apostasia minori:quia retrocedit. Ex hoc infert Sum.Ang.ad c.ij.de cle.vel mo.lib.vj.vbi dimittẽs habitũ incurrit excõicationẽ:cũ sit propriè apostata:ꝙ eã non incurrit assumẽs habitũ alterius religionis, etiam laxioris. quod etiã sentit Io.And.ibi in nouel.quia tex.ibi sentit in eo qui facit causa euagationis,quæ cessat in eo qui aliã religionẽ ingreditur.& idẽ Pan.in d.c.sanè.Sed ego dico,ꝙ assumẽs alterius religionis habitũ ratione trãsitus liciti verè vel opinatiuè,nõ incidit:quia ibi cessat ratio legis.sec⁹ si sumat causa euagãdi:& multo magis si causa licẽtius aut cautius delinquẽdi:quia in tali habet locũ litera & intẽtio
5 seu ratio legis. ¶*Quintò queritur, quid si regularis impetrauit licentiã transeundi ad arctiorẽ religionẽ, & postea

pœnituit,vtrũ primi teneãtur eũ recipere?Et dicit Veruec. ꝙ sic,si nõ inuenit arctiorẽ se recipiẽtem, vel non potuit sufferre eius austeritatẽ,& ante ꝓfeśsionẽ vult reuerti:qa licẽtia & renũtiatio facta fuit ex cã non subsequuta. Si aũt abbas & cõuentus aliquẽ licentiauit simpliciter, & illem renuntiauit simpliciter,nõ ex aliqua cã, nisi fortè ex odio,secũdùm Veruec.licẽtia nõ valet: qa hoc est dare licẽtiã vagãdi:quod prohibetur xviij.q.ij.abbates.secũdũ Ange.tñ expelli põt,quãdo nõ vult ferre pœnã pro culpa cõ-
6 missa. ¶Sextò quæritur,*à qua religione, & ad quã liceat transitus?Et dico,ꝙ probat in iij parte.tit.xvj.c.iiij.in fin. Archie.post Pet.de Pal.in quarto,religionẽ mẽdicantium perfectiorẽ esse omni non mendicante:& inter mendicãtes eã,q̃ essentialiter,& prĩcipaliter, & nominaliter est in⁹stituta ad prædicandũ:qa hæc est religio Christi, etiã si loculos habeat,quos nõ habeat alia q̃ prędicationẽ essentialiter nõ habeat annexã,sed accidẽtaliter post institutionẽ ex cõmisśione:& quod ex omni alia ad eã licet trãsire. Et idẽ tenuit bea.Io.Do.dicẽs,ꝙ cùm vnicuiq; ob frugẽ melioris vitæ ad altiorẽ statũ liceat trãsire.xix.q.ij.duę sunt. & de regu.licet.non solũ Carthusienses, sed cuiuslibet ordinis fratres ad ordinẽ ꝑdicatorũ pñt transire regulariter ad vnguẽ viuẽtẽ:& probat eo modo quo Pet.Mon.quoq; magn⁹ Theologus & Canonista dicit, vt refert bea.Ioan. Do.se vidisse determinationẽ vniuersitatis Parisinę,ꝙ frater Carthusiensis de iure cõi posset trãsire ad ordinẽ ꝑdicatorũ regulariter viuẽtẽ.Et idẽ cõsuluit Zaba.& qdã alij de monacho sancti Benedicti obseruantiæ laxioris.Et idẽ dicit bea.Ioan.Do.de ordine minorũ in trac.de pos.Econuerso aũt dicit idẽ bea.Io.Do.ꝙ fratres ꝑdicatores transire non possunt ad aliorũ ordinũ obseruãciã,nisi in suo ordine foret remissa religio:quia tũc liceret animo arctè & nõ laxè viuẽdi:quia secundũ Io.And.Inno.& Pã.in c.sanè. de reg.non est inspiciendũ principiũ fundatiõis regulæ, sed quod nũc de facto seruatur: vñ satis est,ꝙ nunc sit strictioris vitæ ea,ad quã trãsitur,licet fortè tẽpore fundationis fuerit laxioris:cõtra ꝑdicatores apostatas,inquit Ioã. And.qui ꝓfitẽtes in monasterio sancti Benedicti,vbi fortè nõ seruat religio,putãt se euadere apostasiã:cõtra quos est litera in d.c.sane.Constitutiones enim prædicatorũ vltra regulã ita arctãt eos,ꝙ vita eorũ est asperior vita monachorũ. Vñ cogẽdi sunt redire ad primũ ordinẽ. Hęc Io. And. ¶Nõ est autem contra prædicta,ꝙ ex constitutione Martini quinti licitè transeũt ad Carthusienses: quia licite ex causa transitur ad æqualẽ & laxiorem. ¶Non obstat etiam si alicubi in vita regulari habẽtur licitè posseśsiões moderatæ:quia hoc nõ impedit,sed iuuat regularem vitã hodie,quãdo creuerũt mendicantes nomine & effectu,& plus inueniunt seductores quàm veraces. ¶Septimò q̃ri-
7 tur,*quid velint iura de transitu mendicãtis ad nõ mẽdicantes?Et dico,ꝙ ibi asśumi nõ potest ad dignitates ĩ illo ordine,etiã si transeat authoritate apostolica,nec ad prioratũ vel aliquã administrationẽ,aut quæcũq; officia, ẽt tã quã vicarius seu minister,seu tãquã locũ aliorũ tenẽs,nec põt exercere curam animarum pro se aut pro alijs:nec habet vocẽ aut locũ in cap.etiã si ab alijs cõcedatur.cle.vt ꝓ-
8 fessore.de reg. ¶Octauò q̃ritur,* quid velint iura de trãsitu mutuo monachorũ & canonicorũ regularium?Et dicit Archi.post S.T.ij.ij.q.clxxxix.ꝙ vtraq; illa religio ordinatur ad opera vitæ cõtẽplatiuæ, inter quę ꝑcipua sunt quæ aguntur in diuinis ministerijs,ad quæ ordinat directè ordo canonicorũ regulariũ,quibus per se cõpetit, ꝙ sint clerici,nõ autẽ monachis.xvj.q.j. illud.licet ordo monachorum sit arctior.Igitur si monach⁹ est laicus,licitè trãsit ad canonicos:nõ econtrario:vt patet xix.q.iij.mandamus.Si verò monachus sit clericus sacris mysterijs seruiens, vt cõmuniter est hodie,licitè canonicus trãsit ad monachos petita licẽtia superioris:nõ ecõtrario.xix.q.iij.statuimus. qa tũc monachi habẽt quod est canonicorũ cũ maiori arctitudine.Ex his patet,ꝙ vera est opinio S.Tho.contra Canonistas,de quo s.§.j.ad fi.scilicet,ꝙ in transitu iuridico nõ attenditur solùm maior arctitudo vitæ:quia, vt dicit ipse, & ꝓbatur per c.quod Dei timorẽ. de statu mo. arctior est professio monachorũ quàm canonicorum regularium: & tñ ratione clericatus canonicus nõ põt transire ad arctiorem vitã monachalem:quia in d.c.mãdamus.hoc est interdictũ. ¶Nonò quæritur,*qđ velint iura de trãsitu monachorũ,& generaliter religiosorũ ad regẽdũ ecclesias seculares?Et dico vt j.Religio.vij.per totũ. ¶Decimò quæri-
10 tur,*quid iuris de bonis transeũtiũ ad aliam religionem? Et dicit Host.ꝙ si quis trãsit ante professionẽ,cũ omnibus rebus suis exit.de regula.statuim⁹.si verò trãsit post ꝓfeśsionẽ,& sine licẽtia,res suæ remanent priori monasterio: & qui illũ recipit,imputet sibi.Si verò cũ licentia, vel inuitus ex aliqua causa vadit ad aliud monasteriũ:vsusfruct⁹ rerũ,quas contulit priori monasterio, debet secũdo quãdiu vixerit,ne sit illi onerosus.& sic intellige xvj.q.vj. cognouimus.& xxvij.q.j.si qs rapuerit.Si aũt sit persona secularis,q̃ relinquit cõsortiũ spirituale,seu religionẽ,vl ecclesiã,indistinctè bona sua recuperãtur, vt innuitur apertè de cler.cõiug.quod à te.in fi.Vel ad saluãdas opiniões dic ꝙ bona ipsum tacitè sequũtur: sed si expresse cõtulit se & sua,& nõ habet vñ viuat,de benignitate canonica sine cõtradictione cuiusq; bona recuperat.ar.lxxxvj.dis.nõ satis. xvij.q.iiij.quicũq;.Si verò põt sustẽtari,non recuperat:sicut⁹ nec si dedisset sine se.xvij.q.iiij.sunt qui opes. nisi de gratia fiat,aut opposita fuisset aliqua cõditio.de cõd.app. verũ.Sed Pã.latius ꝓsequitur.Nã in c.qđ à te.de cleri.cõiu.dicit,ꝙ si recedit ante ꝓfeśsionẽ:tũc aut donauit priori monasterio oĩa bona sua expresse: & ĩ dubio videt donasse ratione personæ,quia nõ est verisimile, ꝙ spoliasset se omnib⁹ bonis inde trãseundo:ideoq; recedẽdo reuocat: videtur enim donasse causa mortis mũdanæ: vñ tali morte nõ sequuta per ꝓfeśsionẽ reuocari potest,sicut & donatio causa mortis.Si ꝟò donauit solùm aliqua:tũc nõ videtur donasse cã ingressus,nec recuperabit,ar.eorũ quæ no. Inno.in c.beneficiũ.de reg.li.vj.Tacitè verò bona huiusmodi nõ trãseũt in monasteriũ,sed remanẽt penes eũ, ex quo nõ est ꝓfessus.arg.d.c.beneficiũ.Idem tamẽ Pan.in c. causam.de proba.dicit,ꝙ si dedit in pũcto ingressus,videtur donasse rõne ingressus:sec⁹ si ex interuallo:vel si alijs cõiecturis præsumi põt,ꝙ non causa ingressus donauerit, quia tũc perfecta donatio non reuocatur. Sed ista ĩtellige in foro causarũ:quia in cõsciẽtia vbi sciri potest probabiliter,ꝙ donauit solùm causa ingressus, & nõ aliter, semp recuperabit:quia videtur donasse causa mortis.Si verò fecit ꝓfeśsionẽ:aut ipsa tenuit,aut non.Si nõ tenuit,bona,q̃ tacitè trãsierãt,redeũt ad personã suã:quia accessoriũ sequitur principale:& si expresse cõtulit credẽs ꝓfeśsionẽ tenere,reuocat ista bona:quia videtur donasse cã mortis mundanæ,vt dictũ est.facit l.si pater.C.de hær.insti. vbi si instituit aliquẽ credẽs eũ filiũ meũ,auferuntur demũ illi bona, si cõstat eũ non esse filiũ.si verò sciebat professionẽ nõ tenere,nõ reuocat:qa videtur in omnẽ casum donasse.Si autẽ ꝓfeśsio tenuit:tũc aut egreditur ꝓpter peccatũ suũ, vt quia collocatur in alio monasterio ad agẽdã pœnitentiã:

& dantur bona secũdo monasterio quo ad vsum.xvj.q.vj.
de lapsis.sed post mortẽ naturalẽ vsusfruct⁹ redibit ad pri
mũ monasteriũ,& consolidabit cũ proprietate, vt ibi. Aut
egredit' capiẽdo fugã:& bona nõ recuperat:imò quocũq;
accesserit,potest eũ abbas vendicare cũ omnib⁹ bonis ac
quisitis.xviij.q.ij.abbates.Ex quo nota.ꝙ quicq̃d acquirit
monachus,etiã fugitiuus,acquirit monasterio,quãtũcũq;
sit in partibus remotis,vt ibi. Aut idẽ egreditur licitè,pu-
ta transeundo licitè ad monasteriũ vel prælaturam:& tũc
est dubiũ de bonis quę transierãt in primũ monasteriũ:&
sunt opiniones.Nã aliqui Moderni voluerũt, quòd rema
neant penes primũ:& quicquid acquirit,cedit secũdo mo
nasterio vel dignitati.Et hoc tenuit Pet.de Perusio.& pro
hoc videtur tex.in c.vnico.xviij.q.j.Alij verò dicunt indi-
stinctè,ꝙ debẽt bona cum persona trãsire:& ꝙ illud c.vni
cum,procedit in acquisitis bonis ex ĩdustria monachi,nõ
in patrimonialibus bonis: quia illa bona semp videntur ac
cedere ad personã monachi,licet expresse fuerint collata
tẽpore ingressus,ratione ꝑdicta.Et hoc tenuit domi. Car.
& quæstio fuit aliàs ardua in facto. Pan. aũt placet opinio
secunda,vt bona patrimonialia personam sequãtur:subti
liter ad hoc arguẽs ex d.c.vnico, vbi monachus si fiat epis
copus,adire põt hæreditatem paternã sibi delatam:quã ac
quiret episcopatui,nõ priori monasterio: & sic spes succe
dendi patri,quæ trãsierat in primũ monasteriũ, iuxta not.
per Innocẽ.in c.in præsentia.de proba.sequitur personam
monachi.Et cũ isto transit Sum. Ros.sentiẽs,ꝙ religiosus
factus episcopus recuperat iã alteri q̃sita, nisi sit frater mi
nor.Ego autem dico,ꝙ prima opinio est vera, & ex inten
tione determinata in d.c. vnico. vbi canõ dicit ĩdistinctè,
omnia prius quæsita pertinere ad primum monasteriũ:&
nõ distinguit inter acquisita ex industria & successiõe, vt
credit secũda opinio:sed inter monachũ ante episcopatũ
& post,vt ibi dicit Arch.qa scilicet ante non poterat adire
hæreditatem,quod põt postea factus sui iuris:licet non ac
quirat sibi,sed suæ ecclesiæ,secundũ gl.Non est autẽ simi-
liter de spe & de acquisitione:quia spes nullum ius aut do
miniũ dedit primo monasterio,sicut dat acquisitio.Et cõ-
firmatur ista decisio:quia secũdùm Bar.in tract.Minorica
rũ,lib.iiij.frater minor authoritate papæ trãsiẽs ad episco
patũ vel aliã religionẽ,quæ habere potest in cõmuni, nõ
recuperat bona sua iã alteri quęsita:siue dicas,ꝙ hæc sit re
stitutio in primũ statum,siue,ꝙ sit indulgẽtia, siue permis
sio transeũdi ad alium statum separatum.C. de sentẽ.pass.
l.ij.& l.tutor.Si verò nõ sunt alteri quæsita,puta quia non
sunt mortui parẽtes,quibus debet succedere:sic succedet,
si illi,ad quos transit,sunt in statu succedẽdi, quia per talẽ
translationem restituitur ad omnia.C.de senten.pass.l.j.&
ff.ad Tertul.l.j.§.qui mortis. & idẽ putat si aliàs legitimè
ab archiepiscopo vel alio ꝑlato promoueretur ad aliquã
dignitatẽ:secus si trãsferatur aut absoluatur ab ordine per
alium modum:puta propter demerita sua: vt in d.l.j.§.q
mortis.& idem Fran.de Asis.addẽs,ꝙ licentiatus ab or-
dine propter demerita,& licitè trãsiẽs ad aliã religionẽ,
nõ recuperat ius succedẽdi,ꝑ iura ꝑdicta:quia ista absolu-
tio est magis ad pœnã quàm ad præmiũ. Et ita sentit etiã
ipsa Sum.Ros.cũ Ang.Non est aũt maior ratio, quare iste
frater minor nõ recuperet alteri iam quęsita,q̃ alij religio
si.sed fortè minor: qa sua religio minus poterat ei⁹ bona
acq̃rere,quàm multæ aliæ.Vide de his Pan.in c.in præsen
tia.de proba.ad fi.diffuse tractãtẽ:&,vt videtur, aliter sen
tientẽ quàm s̃.¶ Et prędicta faciũt ad hoc,ꝙ restituere nõ
teneatur,qui titulo oneroso vel lucratiuo habet de bonis
alicius damnati propter crimen, & postea per principem
restitui ad bona sua:quia ius est iam sibi quæsitũ.Vide su-
prà Gratia.§.vlt.Vide etiã ad prædicta Bar.in l.quæcũq;
C.de fide instru.lib.x. an ementes solenniter à communi
Perusij bona exbãnitorum cogãtur eis reddere ex forma
statutorum pacis hoc dicẽtiũ.vbi cõcludit, quòd sic: quia
d.l.quæcunque. vbi in hoc non valet rescriptũ principis,
loquitur quando Imperator rescribit,ꝓpter vtilitatẽ pri-
uati tantùm:secus si propter publicam:quia tũc potest res
priuatorum auferre:& eodem modo ciuitas:vt l.certa for
ma.C.de iure fisci.& l.item si verberatum.ff.de rei vendi.
& l.venditor.§.si constat.ff.commu.præd. Alex.etiam de
Imo.in l.si quis officialium.C.de decur.& ff.eo.li.xij. per
illum tex.limitat glo.in authen.cõstitutio quæ de dignit.
col.vj.quæ voluit,quòd licet quis liberetur à patria pote-
state per dignitatem,puta quia ep̃s, si perdit dignitatem,
remanet nihilominus liberat⁹:quia verum est, inquit, nisi
deponatur à dignitate sua culpa vel delicto:quia tunc nõ
debet gaudere priuilegio dignitatis. De bonis autẽ fugi
tiuorum, vide suprà Apostasia. §.ix.

RVRSVS de Religione quintò,quantũ ad nouitios.

1 *Nouitius religionis quis esse posit.*
2 *Furiosus an posit esse nouitius.*
3 *Nouitius quanto tempore quis esse debeat.*
4 *Probationis annus an debeat esse continuus.*
5 *Nouitius an deferre debeat habitum.*
6 *Nouitij an obligentur ad præcepta regulæ.*
7 *Nouitius delinquens an posit puniri ad perpetuum carcerem.*
8 *Nouitius an intra annum probationis posit ad seculũ redire.*
9 *Nouitius an posit eligi,an ordinari.nume.10.*
11 *Nouitius si sit canonic⁹,an debeat uocari ad electionẽ episcopi.*
12 *Nouitij beneficium,& bona qualiter gubernentur.*

RELIGIO quintò cõsiderari potest quãtum ad no-
uitios,id est,eos qui habitu religionis accepto nõ-
dum aliqua professione adstricti experiunt' religionis au
steritatem.Et dicitur habitu religionis, & non probatio-
nis accepto;quia si nouitio daretur habitus professorũ,ad
huc non esset ipso facto ex hoc ꝓfessus.debet tamẽ ei da-
ri habitus nouitiorum, quando non vult statim aut intra
triduum esse professus:& sic dandus est habitus distinct',
vbi sunt patenter distincti:vbi autem nõ sunt sic distincti,
vt ibi benedicitur habitus professorum,secundùm Archi.
dandus est nouitio habitus non benedictus:sed sufficit,ꝙ
non detur ei cũ benedictione tunc actu facta,vt cõsuetu-
do interpretatur.professi etiam, vt dicit,quãdo sibi noui
ter faciunt habitũ,puta scapulare in ordine prædicatorũ,
debent ea facere benedici à prælatis:qa scapulare benedi
1 ctum est habitus professorũ. ¶ Primò ergo quæritur,* ꝙ
possit esse nouitius propriè?Et dico, quòd quilibet pubes
rõnis capax.xx.q.j.per totum.& de regu.cùm simus.quod
intellige si potest religionẽ intrare, iuxta dicta suprà Re-
ligio.ij.Vnde licet ante annos pubertatis oblatus à paren
tibus vel aliàs quis possit habitum religionis accipere ta
men propriè non est nouiti⁹, quia non põt experiri quid
sit castitas:nec malitia supplet ætatẽ : vt suprà Religio.ij.
§.xij. Et sic patet quo tempore possit quis esse nouitius:
quia in xv. anno inchoante masculus,& suprà, & fœmina
in xiij.quia nõ potest aliquis ingredi,nisi completa puber
tate,& ita tenet Ioan.Andr.de regul.beneficium.libro vj.
2 ¶ Secundò quæritur,* vtrum furiosus possit esse noui-
tius?Et dico,quòd non : quia propriè quasi constitutus in
anno probationis. de reg.sicut tenor. Vnde nũquam pote
rit profiteri, etiam si stetisset in religiõe cẽtum annis, &
si pro

fitetur,professio nulla est:sicut nec matrimoniũ põt
cõtrahere.ff.de spon.l.furor.nec ratificatur ꝑ ratihabitio-
nem postquã fuerit sanę mẽtis:sicut nec professio facta an
te annos pubertatis,nisi postquã est sanę mẽtis,& pubes se
obligauerit ꝓfessione tacita vel expressã:vt patet ꝑ c.pri-
mum.de vot.lib.vj.& facit d.c.sicut tenor.nõ obstat quòd
Host.& sequaces teneãt,ꝙ ratificetur si perseuerauerit nõ
contradicẽs,postquã fuerit pubes & sanę mentis:quia Pa-
nor.in c.sicut tenor.de regul.tenet hãc opinionẽ falsam,
per caput primum.de regul.lib.vj.vbi professio in mino-
ri ætate nõ ratificatur, nisi portetur habitus indistinctus
per annũ:& à fortiori in furioso.& ita tenet Sum. Ang.&
Ros.Sed illud c.nõ probat:quia licet dicant eam ratificari
per illud:nõ tamen dicit,ꝙ solũ per illud, sed potius dicit
oppositum,scilicet ꝙ potest ratificari expresse.vnde opin.
Pan.est vera solùm in mendicãtibus, vbi nõ licet profiteri
ante annum, & in his nõ semper, sed quãdo furia abstulit
probationẽ,sicut eã aufert impubertas: secus vbi sufficiẽ
ti tẽpore probat⁹ efficitur deinde furiosus,& ꝓfitetur:qa
tũc est vera opi.Host.ꝙ abeũte furia sufficit ratificatio ex
parte vtriusq; partis,vel etiã nouitij tantùm,si conuentus
furiam ignorauit.ar.dicendorũ infrà. §.iiij.ad finẽ. ¶ Ter
3 tiò quęritur,* quãto tẽpore debeat quis esse nouitius? Et
dico,ꝙ anno toto regulariter.xvij.q.j.Gonsaldus.& de re
gula,ad apostolicã.& incipit iste annus ab hora impositio
nis habit⁹,modò adsit pubertas: aliàs à puncto pubertatis,
nisi vbi habet locum ca.quia in insulis.de regul.qa incipit
ibi à pũcto anni xviiij.incipiẽtis.de regul.ad nostrã.& c.si
gnificatũ.&c. quia in insulis. Quia tamẽ hoc datur in fa-
uorẽ nouitij & religionis,vt se mutuo experiãtur:si noui-
tij & prȩlati cum suo cõuentu accedat cõsensus,ante annũ
profiteri potest,& professio tenet.d. c.ad apostolicã. imò
profiteri põt in ipso ingressu,etiã habitu nõ suscepto,vt s̃.
Religio.iij.§.iij.Fallit hoc in medicantibus,vt ibi. §.iij.&
secundũ Sum. Ang.fallit vbi habet locũ c. quia in insulis.
4 sed hoc nullo iure probatur. ¶ Quartò quæritur, *vtrum
annus ꝓbationis possit esse interpolatus:stando,verbi gra
tia, vno mense in monasterio,& alio extra: vel necessario
sit cõtinu⁹?Et dico ꝙ Pan.vt patet ĩ c.ad apostolicã.de reg.
disputatiuè tenuit sufficere,si sit interpolatus. & sequitur
gl.in regula,eũ qui.de reg.iu.in li.vj.qa videtur satisfactũ
iuri,ex quo quis stetit per annũ, licet nõ cõtinuũ. Et hanc
opinionẽ Sum.Ang.& Ros.adscribũt Specu.in tit. de sta.
reg.Sed Io.de Lig. & Bonincõtrus filius Io. An. in quadã
quæstione disputata tenẽt,ꝙ oportet annũ esse continuũ,
intellige eo modo quo solent austeritates in religione cõ
tinuari.s.modice,& ad diẽ interpolãdo.& hoc Pan.verius
putat:imò dico indubitatè sic tenẽdũ,tum qa iste ann⁹ est
statut⁹ ad experiẽdũ austeritates:vt d.c.ad apostolicã.quę
maximè in cõtinuatione cõsistũt:sicut patet ꝙ is qui diffi-
cultatur ieiunare xl.dies,facile ieiunaret eos,si inter diem
& diẽ interponeret aliã diẽ refectionis vel plures:tum qa
tex.dicẽdo indefinitè austeritates,omnes vniuersaliter cõ
prehẽdit,vt no.per Dy.de reg.iu.in rubr. & facit de deci.
ad audientiã.in casu autẽ possibiliter quis nõ experiretur
omnes,puta quadragesimales,si egrederet' tẽpore quadra
gesimę,& idẽ de aduẽtu,vel hyeme,vł æstate:tum qa cũ iu
ra loquũtur de annali spatio vel alio tẽpore,de cõtinuo in
telligẽda sunt:vt no. gl.super rub.ff.de va.& tem.prescrip.
qa regulariter oẽ tẽpus debet esse cõtinuũ: & ꝑ Io. And.
de elec.c.j.lib.vj.Et hãc opinionẽ tenet Bart.in l.interdũ.
§.quoties.ff.de publi.per illũ.tex.vbi seru⁹ dicitur vetera
nus,qui anno cõtinuo seruiuit:nouitius autẽ, qui nõ serui
uit anno cõtinuo.Facit quod not.in l. vbi fideiussor.ff.de
solutio.vbi bãnitus,q ex statuto offendi põt impune, à cẽ
tum libris,& supra,offendi nõ põt pro 50 .respectu vnius
debiti,& 50.respectu alterius:qa ex quo sunt debita diuer
sa,cõiungi nõ debent ad faciendũ vnũ totũ:& sic est ibi ca
sus,in quo 50.& 50.nõ faciũt centũ.Et idẽ etiã per prædi-
cta videtur dicendũ,si nouitius in illo interuallo tenuisset
habitũ,& ieiunasset,& peregisset omnes corporales auste
ritates:sed nõ fuit sub iugo obediẽtiæ:quia hoc est potissi
mũ inter austeritates.Nec opposita opinio fuit Specu.nec
loquitur in casu isto; sed vbi cõpleto anno probationis in
monasterio quis ante professionẽ exiuit & redijt:quo ca-
su nõ est annus ꝓbationis denuò cõcedẽdus,quod errore
scriptoris accidit.qđ patet primò,qa dicit istã q.esse Bart.
Brix.in venialibus,& eius verba in respõdẽdo scribit, vbi
tamẽ Barth. nihil dicit de nostro casu, sed de nunc dicto.
secũdò,qa ipse Spe.probat solutionẽ illã, per caput,frater
nitatis. xxxiiij. dist. quod caput de nostro casu nihil dicit.
5 ¶ Quintò quæritur ,*vtrũ sit necessarium,ꝙ nouitius de-
ferat habitũ religionis, quam vult profiteri? Et dicit Pan.
in c.super eo.de regul.quòd nõ, sed sufficit probare regu
lam in habitu proprio:quod est irrationabile:cùm magna
austeritas sit in habitu.Vnde dico quòd sic: & non sufficit
si deferat etiam habitũ religionis alterius, secundũ glo.in
d.c.super eo.& Tanc.& ita habet cõsuetudo legum inter-
pres.l.si de interpretatione.ff.de legi.cui secundũ do.An.
in d.c.super eo.in hoc standũ est, & ꝙ deferat in monaste-
rio:qa delatio extra nunquã induceret professionẽ tacitã:
vt in.cle.eos.de reg.licet possit talis cõpelli, vel ad dimit
tẽdũ habitũ talẽ,vel ad monasteriũ intrandũ,vt no.Pan.in
c.vt clerici.de reg.qđ tamẽ limita vt s̃.Religio.iij.§.xviij.
casu ij.limitatione v.Intellige tamẽ ꝙ ex causa potest fie-
ri professio:& cõsequenter probatio semiplena sine habi
tu:vt s̃.Religio.j.§.j.sed talis profitens nunquã fuit noui
tius,nec propriè positus in probatione. ¶ Sextò quæritur,
6 *vtrum nouitij obligẽtur ad præcepta regulæ? Et dico ꝙ
non,nisi sicut alij Christiani:debẽt tamen induci vt seruẽt
ad probandũ & consuescendũ:sed aliquid indulgendũ est
ne retrocedant.xxxv.q.iij.quod scripsi. ¶ Septimò quęri-
7 tur,*vtrum nouitius delinquẽs possit puniri ad perpetuũ
carcerẽ,si delictum hoc merebatur in professo?Et dicit Go
mi.in c.non solũ.de reg.lib.vj.ꝙ non,per rationẽ allegatã
in tex.qui prohibet istos nullo modo posse impediri,quin
redeant ad seculũ.posset tamẽ ad tẽpus damnari nouitius,
8 & hoc si velit,aliter nõ. ¶ Octauò quæritur,*vtrũ nouiti⁹
intra annũ probationis possit ad seculũ redire?Et dico ꝙ
Pan.in c.statuimus.de reg.facit regulã per illũ tex. ꝙ sic li
bere,vt ibi,& sine licẽtia petita ab aliquo:quia ita sonat il
lud verbũ liberè:vt not.in c.de multa.de præben.nec tene
tur soluere expẽsas factas sibi à monasterio:vt probatur c.
non solũ.de regul.lib.vj.ibi,aliquatenus impedire. Egre-
diendo autẽ sine licentia nõ incurrit aliquã inhabilitatio
nem ad ordines vel beneficia ecclesiastica vel secularia ex
hoc.de regul.postulasti. ¶ Facit etiã quatuor fallẽtias.Pri-
ma,si intra annũ professus est non furiosus nec impubes:
quo casu tenetur religioni in specie vel in genere,vt s̃.Re
ligio.iij. §.iij.& iiij.Secunda,si intra annũ suscepit habitũ
professorũ eo modo quo s̃. Religio.iij.§.xviij. dictũ est.
Tertia,si habitum indistinctũ detulit per annum,vt ibidẽ
dictũ est.Quarta,si apparet euidẽter eum voluisse absolu
tè vitã mutare.Sed istã quartã fallentiã,quę vtiq; vera est,
vtpote quã multa capitula ponũt,quidã,imò penè omnes
Canonistę malè intelligunt,ex hoc,ꝙ putãt ꝓmissionẽ nõ
esse

esse de ratione voti: sed sufficere solùm propositum corã Deo. Vnde volunt ꝙ is qui religionẽ intrauit animo perseuerandi, tenetur religioni in genere, etiã alio voto non facto, quorum quidã dicunt, ꝙ est vere religiosus, ita ꝙ si contrahatur matrimoniũ, nullum est: quia illud propositum dicunt esse votum solennizatũ per habitus susceptionem. & sic sensit Inn. in c. consulti. de reg. & Host. & Vin. & Ioan. And. dicẽtes hoc posse probari, per c. beneficium. de regu. vbi beneficium istius potest alteri conferri. & do. Ant. & ferè oẽs scribẽtes, vt recitat ibi Pan. alij verò, vt do. Card. tenent ꝙ quanquam ad seculum redire non possit, non tamen est verè religiosus, sed teneret matrimoniũ ab eo contractũ: per c. vnicũ. de voto. lib. vj. & placet satis hęc opinio Pan. Sed opinio Innoc. stare non potest: quia votum nõ solennizatur quo ad dirimendũ matrimoniũ, nisi per susceptionẽ ordinis sacri, vel professionẽ expressam aut tacitã: vt patet in c. vnico. de vo. lib. vj. Sed iste nõ suscepit ordinẽ sacrum, vt suppono: nec est ꝓfessus explicitè vel tacitè: quia patet primò per c. ex trãsmissa. de renunt. vbi clarè patet, ꝙ votum intrãdi religionem, & propositũ perseuerãdi simul, non faciũt religiosum per habitus susceptionem, nec aliquã inducunt professionẽ. & secundò per c. ad apostolicam. de reg. vbi patet ꝙ professio non fit sine consensu monasterij, ꝙ dando habitum nouitiorum non intenditistum ad perfectionẽ recipere, sed mores eius experiri. Et tertiò patet ratione: quia cùm professio sit quasi quidã contract⁹, & hinc inde oriatur obligatio reciproca, nõ potest cõsistere ex parte vnius tãtũ. l. in omnibus. ff. de acti. & obli. Sed nec opinio alia stare potest, scilicet ꝙ iste non possit redire ad seculum, quasi obligatus religioni in genere: quia nõ obligatur proprio voto, quia, secundùm S. Thomam, & alios Theologos, quibus in hac parte standũ est, propositũ non est votũ, nisi sequatur promissio. quod etiam vbiq; innuit scriptura, secundùm illud Deute. xxiij. Si votũ &c. & sequitur, Facies sicut promisisti Domino. & Ecclesia. v. Si quid vouisti Domino, nõ tardabis reddere. & sequitur, Displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Et idem iura ciuilia, secundũ quę votũ ex pollicitatione causatur. ff. de polli. l. ij. Non obligatur etiã superioris præcepto, vt cõcludunt Canonistæ: & consequenter nullo modo obligatur religioni. Dicit autẽ Petr. de Pal. ꝙ obligatur præcepto ecclesiæ: quod stare nõ potest: tũ qa istud præceptũ nulibi reperitur, cùm semper iura se referant ad voluntatẽ & intentionẽ intrantis: tum propter multa quæ deduxi in quadam q. de hoc in aur. ro. Et ideo bene dicit Pan. in c. literarum. de vot. ꝙ si de ratione voti est promissio, vt dicit S. Tho. & Arch. doctrina Canonistarum circa istam quæstionẽ euertitur. Dico ergo ꝙ hoc propositum mutãdi vitã absolutè est votum simplex religionis, vel est oblatio professionis, qua in ipso religionis ingressũ multi petebãt profiteri, licet non admitterẽtur subitò, sicut olim poterant in omnibus religionibus: & nunc possunt in nõ mendicãtibus: vnde isti remanebant obligati religioni in genere, & nõ erãt professi. Et sic hoc propositũ cõtra professionem expressam & tacitã diuiditur: in c. nõ solùm. de regu. Et hac ratione beneficia talium vacabant. Qui ergo solùm proposuit perseuerare nõ vouẽdo, nec se offerẽdo professioni, potest intra annũ ad seculũ redire de iure, & cõtrahere matrimoniũ, etiã sine peccato quo ad ecclesiã, & etiã quo ad Deum si redeat ex iusta causa, puta infirmitate vel debilitate. Si autẽ ex causa iniusta, puta tædio sanctæ vitę, vel huiusmodi, est peccatũ ingratitudinis. vide de his omnibus diffuse in dicta quæstione. ¶ Nond quęritur, 9 *vtrũ nouitius possit eligi? Et dico ꝙ sic ad episcopatum non autẽ ad abbatiam vel prælaturã religionis. de elec. nul. lib. vj. ¶ Decimò quæritur, *vtrũ nouitius possit ordinari? Et dico ꝙ non, etiã ad primã tonsuram. xix. q. iij. monasterijs. secundũ Ray. & Gofr. quod autem ĩ d. c. dicitur, ꝙ expectandũ est biennium, dicit Veruec. quòd eo ipso ꝙ habentur pro professis, possunt ordines recipere, & concord. Host. & Sum. Conf. & ita habet cõsuetudo, quæ probatur xvij. q. ij. Gonsaldus. ¶ Vndecimò quęritur, *vtrum debeat vocari ad electionẽ episcopi nouitius, si sit Canonicus? Et dicit Io. And. in c. beneficiũ. de reg. libr. vj. ꝙ nõ: sed secus esset de patrono, vel eo, ad quẽ nõ iure collegii, sed iure singulari electio ptinet: qa debet vocari. ¶ Duodecimò quæritur,* quid de beneficio & bonis alijs nouitij? Et dico ꝙ de beneficio dictum est ſ. Religio ij. §. viij. de alijs autẽ bonis dico ꝙ qñ profitetur, tenendũ est quod dictum est ſ. Religio. iij. §. vlt. quando verò moritur ante professionem expressam & tacitã, Cyn. & multi alij, in authen. ingressi. C. de sacr. sanc. eccle. dicunt, ꝙ omnia bona eius spectare debẽt ad monasteriũ: quia ibi moriẽdo videtur mori vt monachus. Et idem do. Ant. in c. in præsentia. de proba. Sed Bar. in auth. si qua mulier. C. eodem. pro hac opinione allegat c. fi. de suc. ab inte. non firmãs tamẽ opinionẽ, sed relinquens prouinciã Canonistis. Pan. verò tandem in d. c. in præsentia. bene distinguẽs dicit, ꝙ si intrando expresse bona sua cõtulit monasterio, & expresse non reuocauit, sunt monasterij: si verò expresse nõ cõtulit, sed simpliciter intrauit causa probationis, succedẽt proximio res, & non monasteriũ: quia cùm nõ fuerit iste *religiosus* cum effectu, de sen. exc. cũ religioso. lib. vj. *bona eius* nec expresse nec tacitè trãsierũt in monasteriũ, *præsertim* cùm adhuc testandi haberet facultatẽ. Quando etiã aliquid donat *in ipso ingressu*, Pan. *in c. quod à te*. de cle. coniuga. bene distinguẽdo dicit, ꝙ si omnia donauit, in dubio videtur donasse causa mortis: vt ſ. Religio. iiij. §. x. vnde eã nõ sequuta p professionẽ tacitã vel expressam omnia reuocat & recuperat inde recedendo. ar. l. Seia. in fi. pri. re. ff. de dona. cau. mor. & l. nõ omnis. ff. si certũ pet. & facit quod no. Bar. in d. auth. ingressi. etiã idem dicit Bar. ibidẽ, de eo, cui ius professio nõ tenuit, quanuis profitens crederet tenere per l. si pater. & l. nec apud. C. de hęred. instit. Si verò non donauit omnia, sed quędã solùm, nõ videtur donasse causa ingressus: & nõ recuperabit. ar. c. beneficiũ. & c. cõstitutionẽ. de regu. Et sic intelligẽdo limita Host. & Pan. in c. sta tuimus. eo. tit. qui videtur cõtrarij. Similiter nõ recuperabit, si dedit nõ causa ingressus, sed ex interuallo. de do. c. fi. & l. perfecta donatio. C. de don. quę sub mo. Et idẽ dicit Bar. vbi ſ. de eo q sciebat professionẽ nõ tenere: qa nõ recuperabit donata. l. cuius p errorẽ. ff. de regu. iur. & l. Campanus. ff. de oper. lib. In cõscientia tn̄ dic vt ſ. eo. §. x. dixi.

DE RELIGIONE rursus sextò quantũ ad religiosos, id est, professos in genere.

1 *Bona religiosi cui cedant.*
2 *Monasterium qualiter agat pro bonis religiosi.*
3 *Testamentũ an condere possit, qui ingressus est religionem, vel iam conditum reuocare. num. 4.*
5 *Religiosus ad quæ obligatur sub peccato mortali.*
6 *Obedire an debeat prælato religiosus in omnibus.*
7 *Paupertatis votum quæ contineat.*
8 *Castitatis votum qualiter intelligatur.*
9 *Religiosus an teneatur magis obedire patri, quàm prælato.*
10 *Religiosus factus episcopus an liberetur ab obseruantijs regularibus.*

Religiosus

11 *Religiosus an possit esse iudex.*
12 *Religiosi ciecti uel fugitiui, qui nequeunt reconciliari, quid agere debeant.*
13 *Religionem an egredi debeat ad petitionem uxoris, qui ita condemnatus est ne egrederetur.*
14 *Religiosus quo de genere peccati an grauius peccet quàm secularis.*
15 *Religiosorum omnium quæ sint communia statuta.* (*vis.*
16 *Excommunicationes quas incurrant religiosi.*
17 *Religiosus delinquens an debeat expelli, si paratus est corrigi, & pœnam sustinere.*

RELIGIO sextò cõsiderari põt quãtũ ad religiosos, *qui sunt* iã ꝓfessi in genere, qui propriè veniunt nomine religiosorũ: vt ſ. Religio. j. §. j. ¶ Primò verò quæritur, *quid iuris de bonis religiosi tam in ipsa professione, quàm post? Et dico multa. ¶ Primũ. Patre ingresso monasterium. l.* per professionẽ, filius legitimã petere non põt de *subtilitate* iuris, secundũ Bar. in authẽ. si qua mulier. C. de sacrosan. ecc. posita xix. q. vlt. quia legitima nõ debet, nisi post mortẽ naturalẽ patris. l. j. §. si impuberi. ff. de col. bo. sed de ætate canonica dico cũ Bal. in d. authen. si qua mulier. ꝙ petere poterit, ne habeat petere alimẽta à monasterio. & placet: quia equè cessat pater adminstrare & alere, sicut si naturaliter moreret. Quãtũ verò ad peculiũ aduẽtitiũ, cui⁹ vsusfructus erat patris eo ingresso monasteriũ, secũdũ Bar. in auth. idẽ est. C. de bo. quæ lib. ex quo patria potestas soluitur, ex facto patris remanebit solùm medietas dicti vsusfructus apud patrẽ, & cõsequẽter apud monasteriũ. l. cũ oportet. §. cũ aũt. C. de bo. q lib. sed gl. in d. auth. idẽ. tenet, ꝙ nõ finit. Mar. verò tenet, ꝙ ex toto finitur, dicens ita fuisse decisum Bononiæ. gl. aũt est vera de vsufructu, quẽ pater habet ĩ alijs bonis: sed opinio Bar. est ægor. Sed no. secũdũ Pet. de Pal. ꝙ iura loquẽtia de ingressu, intelligitur per professionẽ. ¶ Secundũ. Bona ingressi religionẽ ipso iure sunt monasterij, vt ſ. Religio. iij. §. xxiiij. Et trãseũt etiã feuda. de quo dic vt ſ. Feudũ. §. ix. Reseruabitur tn̄ legitima descendẽtibus. xix. q. iij c. final. & idẽ vi 2
detur in ascẽdentibus: quia æquè succedũt istis nõ extãtibus. Transit etiã vsusfructus, nec amittitur ex ingressu, secundũ Inn. *in c. in præsentia*. de prob. sed durat quãdiu viuit. & sequitur Alb. in d. authẽ. ingressi, quod quidã limitant qñ monasteriũ potest habere propriũ in cõmuni: aliter nõ, secundũ gl. Et similiter transit ad monasteriũ emphyteutis, secundũ Albert. in d. authen. ingressi. ar. l. peto. §. j. ff. de lega. ij. quod Odofr. ibi limitat verũ, nisi emphy- 3
teutim haberet ab alia ecclesia: qa tũc esset in optione ecclesię an vellet rẽ, vel canonẽ. Aduerte tamen, ꝙ dicta aut. ingressi. secundũ Alb. ibi nõ habet locũ in monasterijs habentibus in proprio: vt ordo militiæ *sanctæ* Mariæ, & ter tij ordinis sancti Francisci, & ecclesiæ seculares; & idẽ in monasterijs tertij ordinis sancti Dominici intellige: sed habet locũ in nõ habẽtibus nisi in cõmuni. ¶ Tertiũ. Siqs ingreditur cõdito testamẽto, in quo nihil reliquit monasterio, sed hæredẽ extraneũ instituit, secundũ do. Anto. in c. in præsentia. de prob. distinguẽdũ est. Nam si tẽpore ingressus nulla facta mẽtione de testamẽto expresse cõtulit monasterio bona sua incõtinẽti post testamẽtũ, non reuocat illud, nec illa bona erũt monasterij: sed præsumit illa collatio facta ad tẽpus vitæ suæ: quia nõ videt quis incontinenti animũ mutare. arg. l. nõ ad ea. ff. de cõdi. & demõ. Si verò hoc fecit ex interuallo post cõditũ testamentũ, psumitur mutasse animũ fauore religionis: & sic rũpitur testamẽtũ, & illa bona erũt monasterij. Si ꝙ nõ cõtulit expresse, remanebit testamẽtũ: & monasteriũ solũ petet suã portionẽ aliter quàm rumpẽdo testamẽtũ. Sed Pan. ibi dicit, ꝙ suã portionẽ nõ petet. quod videtur verius de subtilitate iuris, per ea quæ no. Alb. in aut. si qua mulier. C. de sac. san. eccle. quia secundũ iura libere põt disponere de suis vt vult, & monasteriũ cõputatur inter liberos, qñ antè nõ disposuit, vt d. aut. si qua mulier. ¶ Quartũ. Prodig⁹ & dissipator, cui interdicta sunt bona, secundũ Albe. in d. aut. ingressi. religionẽ põt intrare, si sit ratiõis capax, etiã quo ad bona, sicut & minor. ¶ Quintũ. Filiusfamilias intrãs monasteriũ disponere põt de bonis peculij castrensis vel quasi, secundũ Pan. in c. in pẽsentia. de prob. sine dubio. l. pen. C. qui test. fa. pos. de ꝓfectitio verò etiã sine dubio nõ põt, quia illa sunt ĩ dispositiõe patris. de aduẽtitijs aũt, de quibus disponere nõ põt in vita patris, etiã cum patris cõsensu, *iuxta not. in d. l. pe.* est dubiũ. sed Pan. tenet ibi, ꝙ potest: qa statim per ingressum gaudet illo priuilegio. authen. presbyteros. C. de epis. & cler. ex quo quod laicis est aduentitiũ, clericis est quasi castrẽse: ideoq; priuabitur pater in vita sua vsufructu illorũ bonorũ: & pariformiter in aduẽtitijs aduenientibus post ingressum. Sed do. Ant. in d. c. in pẽsentia. tenet cõtrariũ. ſ. ꝙ non põt disponere taliter ꝙ pater priuetur vsufructu ĩ vita quo. ad aduẽtitia antè acquisita, sed solùm de directo & vtili dominio, sic, ꝙ patre mortuo transibũt ad illũ cui reliquit: vt in auth. de mona. §. illud. secus de acquisitis post ingressum, qa sunt monasterij. ¶ Sextũ. Libri dati à patre filiofa. cũ eo trãsibunt ad religionẽ secundũ dispositionẽ ingredictis, secundũ Iac. de Rauen. & recitat Pã. in d. c. in præsentia. quia censentur quasi castrense peculiũ: quod Pet. dicit verũ *in libris collatis doctoribus* vel magistris, nõ in datis scholaribus. & sequitur Bar. in l. filiæ. C. fam. erc. & est verius. ¶ Septimum. Religiosi succedũt ĩ bonis parẽtum, & huiusmodi, nec ex hæreditate possunt, propter admissum crimen ingratitudinis *in seculo*. C. de epis. & cle. l. Deo nobis. xix. q. iij. c. fi. quod tamẽ fallit in fratribus minorib⁹. cle. exiui. de ver. ſ. ¶ Secundò quæritur,* quomodo aget monasteriũ in præfatis, in quib⁹ succedit, vel ei acquirunt? Et dicit Pan. in c. in præsentia. ꝙ his actiõibus, in qbus ille egisset ante ingressum, & pro gestis ante per ipsum tenebitur monasteriũ, inquãtũ ad ipsum puenit de bonis ingressi: secundũ Inn. arg. l. ij. C. de impub. & alijs subst. vel fortè verius in totum: licet possit petere restitutionẽ, tenẽdo, ꝙ monasteriũ iure successionis venit: vt ĩ. Religio. viij. §. ij. ¶ Tertiò quæritur, *vtrũ ingressus religionẽ possit cõdere testamẽtũ? Et profundamẽto responsionis adduco d. aut. si qua mulier, quæ talis est: Si qua mulier aut vir monasticã vitam elegerit, & interuenit monasteriũ, liberis nõ extãtib⁹, monasterio qđ ingredietur res eius cõpetere iubemus. sed si ꝑsona liberos habẽs, antequã de rebus suis inter eos disponat, monasteriũ intret, liceat ei postea inter eos diuidere legitimam portionẽ, nulli diminuta triẽte & semisse: & qđ eis nõ dederit, monasterio cõpetet: sed si omnẽ substãtiã iter filios diuidere voluerit, sua ꝑsona filijs suis cõnumerata ptẽ sibi retineat, q̃ monasterio cõpetere debeat: sed si post ingressum moriatur antequã inter eos diuidat, filij legitimã portionẽ ꝓcipiãt, reliqua monasterio cõpetẽte substãtia. xix. q. vl. si qua. Ad quæstionẽ igitur dicit Pã. in d. c. in præsentia. ꝙ põt inter liberos & monasteriũ, qñ prius non disposuit. d. aut. si qua. Aliter aũt disponẽdo inter alios non potest ĩ forma testamẽti, secũdũ Cy. ibi: sed ad hoc vt valeat donatio, poterit cõsentiẽte abbate & capitulo de mobilibus tãtùm: quia immobilia sine debita solennitate alienari nõ possunt. Et addit Pan. quòd ipse tanquã nihil potest

cùm

cùm res illæ transierint in ius monasterij, & in eis nullam
habeat facultatẽ disponendi, vt apertè dicitur in authẽ.de
mona. §.illud.sed nomine monasterij poterit illa cõcode
4 re quę & monasteriũ.¶ Quartò quæritur,*vtrũ ingressus
monasteriũ posit reuocare testamẽtum qđ antea fecit? Et
Pet.& Cy.in d.authen.si qua.dicunt simpliciter,ꝙ sic.Bar.
distinguendo dicit,ꝙ non in ordine Minorum,qa isti fra
tres post professionẽ nihil possunt disponere de reb⁹ mũ
danis,per cle.exiui.de verb.sign.vñ credit in eis nõ habe
re locũ d.authen.si qua.in alio verò ordine potest reuoca
re dũ viuit: & videtur,secũdũ eum tex.in simili in l. res v-
xoris.C.de don.inter vir.& vxo.& cũ eo transit d.authen.
in d.c.in præsentia.Pan.verò dicit,ꝙ non põt,per d.§.il-
lud.nisi in casu d.auth.si qua.qui fuit gratiose cõcessus.Et
facit ratio,ne in eo proprietas notetur disponẽdo ad libi
tũ de tẽporalibus,cũ sit mortuus mũdo.xvj.q.j. placuit. &
iam nõ habeat velle aut nolle.de elec.si religiosus.li.vj.&
hoc etiã cõsentiente abbate:quia testamentũ non põt de
pendere à volũtate tertij.l.pen.cũ ibi no.C.qui testa. fac.
pos.& ff.de hær.inst.l.illa institutio.& l.captatorias. Hæc
Pan.Et ita indubitatè tenendũ est: quia professus nullius
rei habet proprietatẽ:vt etiã patet per dictã authẽt.si qua.
vbi patet,ꝙ omnia aut sunt filiorũ, aut monasterij: & idẽ
per d.§.illud.& per auth.ingresi.C.de sacrosan.eccl.vbi
per ingressum omnia sunt collata monasterio:& si habet,
nõ est religiosus,sicut nec paup. Nec in hoc est differẽtia
quantũ ad fratres particulares inter minores & alios:quia
in particulari omnes se æqualiter spoliãt omnib⁹: imò vi
detur potior ratio,secundũ illam opinionẽ,vt mutare pos
sint minores quàm alij:quia quãtò monasterium magis di
stat à ꝓprietate bonorũ,tãtò plus potest frater de eis dis-
ponere:quia cũ monasteriũ cedat loco fratris,quantò mi
nus in monasteriũ trãsit, tantò plus remanet penes fratrẽ
5 si quid remanet,vt isti dicũt.¶ Quintò quæritur,*ad quæ
obligatur religiosus ex sua professione sub pecato morta
li?Et dico,ꝙ obligatur primò ad obseruantiã regulę,secũ
dùm quã est professus.quod intellige nisi in casu c.nõ so
lum.de reg.lib.vj.quãdo scilicet quis intra annũ ꝓbatio-
nis profitetur in religione mẽdicantiũ:vel quãdo est pro
fessus tacitè solùm:quia obligatur solùm religioni in ge-
nere:& cõsequẽter regulæ quã profitebitur, vel illi ĩ qua
est professus,si aliã nõ inuenerit, qa illa tenetur eũ recipe
re,ex quo passa est eũ tacitè ꝓfiteri: & si noluerit,poterit
in domo propria manere,& esse religiosus professus.Sed
intellige scđm S.Th.ij.ij.q.clxxxvj.ꝙ obligatur sub pecca
to mortali ad tria vota religiõis,seu ad regularẽ vitã,quæ
in istis essentialiter cõsistit:& ad ea quę sunt in regula sub
p̃cepto,ad alia autẽ sub peccato veniali: vt s̃.Religio.j. §.
viij.Ad intẽtionẽ tendẽdi ad p̃fectionẽ:vt s̃.Religio.j. §.
viij.ad nõ contemnẽdũ principalia statuta regulæ omnia
vel nulla:vt s̃.Religio.j. §.viij.Quartò ad nõ agẽdũ ex cõ
temptu quicquã cõtra regulã vel mãdatum prælati. Quin
tò ad omnia præcepta ore tenus facta à prælato secũdũ re
gulam.Colligũtur hæc omnia ex mente S.Th.Vide s̃. Re
6 ligio.j.§.iij.¶ Sextò quæritur,* pro intellectu voti obe-
diẽtiæ vtrũ religiosus teneatur prelato obedire in omni-
bus?Et dicit S.Th.in quolib.x.art.x.ꝙ secũdũ omnes non
tenetur in his quæ sunt cõtra Deum vel regulã, vel in qui
bus nõ est ei cõmissa dispẽsatio:nec in his quæ sunt arctio
ra regula,sed circa indifferentia, vel ea quæ sunt infra ar-
ctitudinẽ regulę,& ei æqualia,sunt opiniones, quibusdam
dicẽtibus,ꝙ in his obedire necessitatis sit,& quibusdã, ꝙ
sit solùm perfectionis.sed quãtũ ad rem parũ aut nihil dif
ferunt:quia ad regulã pertinent nõ solùm quæ in ea expri
muntur, sed etiam quæ ad eã quocunq; modo reducunt:
vt pertinẽtia ad obsequia societatis fraternę & culparũ pu
nitionẽ:ad quæ duo ferè omnia huiusmodi ĩdifferẽtia re
ducuntur.In his tamẽ,quæ ad regulã nullo modo reducũ
tur,verius est,ꝙ obedire sit perfectionis:vt expresse dicit
Bar.in lib.de præce.& dispẽ.quia obediẽtia nõ se extẽdit
vltra ius prælationis,quod secũdũ regulã limitatur.Hæc
ex illo.Ex quibus sic potest distingui,ꝙ prelatus aut præci
pit secundũ regulã,& idẽ secũdũ cõstitutiones:aut preter
regulã,aut infra,aut cõtra,aut supra. Si præcipit secũdùm
regulã.i. secũdũ cõtenta in regula explicitè vel etiã ĩplici
tè,vt sunt omnia,sine quib⁹ ordo regularis & plenior ob
seruatio cõseruari nõ posset,siue regula intẽdit, obedire
tenetur secundũ omnes.Si verò quæ præcipit,sunt p̃ter re
gulam,vt quæ nec in ea cõtinentur, nec ad contẽta in illa
expediunt:vt leuare festucã, vel aspicere aues volãtes:cõ-
munior est opinio,ꝙ nõ tenet̃,etiã si sint leuiora.pro quo
facit quod not.Pan.in c.literas.de resti.spol.& in c.ex lite
ris.de spon.& Inn.in c.veniẽs.de iureiur.Si verò sunt in-
fra regulam,vt reficere corpus,qũ regula permittit,obedi
re tenetur indistinctè secundũ Sũ.Ang.Sed melius distin
gue,nisi sit certus,ꝙ refectio vel huiusmodi nocebũt cor
pori vel animæ:aliàs autẽ si certus est,ꝙ proderũt, vel est
in dubio,obedire tenetur.ar. eorũ quæ dicta sunt s̃. Obe
diẽtia. §.ij.& dicẽtur statim.Si verò sunt cõtra regulã, di
stingue.Nã si cõcurrunt duo.s.ꝙ sit certũ prælatũ p̃cipere
cõtra regulã,& eũ nõ posse dispẽsare in eo cõtra quod p̃-
cipit,obedire nõ tenet̃.Imò si cõcurrat primũ sine secun
do,sed cũ alia certitudine.s.ꝙ nõ moueatur ex causa ratio
nabili, nõ tenet̃:quia si nõ tenetur in his quæ nihil faciũt
ad obseruãtiã regulę,vt dictũ est:multo minus in his quę
faciunt cõtra eã vel finẽ eius.de quo s̃.Dispensatio.Si ve-
rò sit dubiũ an sit cõtra regulã, vel an posit dispẽsare,vel
an rationabili cã moueatur,tenetur obedire. xxiij.q.j. qđ
culpatur.Et generaliter vbi est dubius an debeat obedire
nécne,tenet̃ obedire,vt s̃.Obediẽtia. §.ij.Si verò sunt su-
pra regulã,etiã distingue.Nam si sunt ad pœnã culpæ ad
missæ,tenetur.de simo.dilect⁹.el ij.& c.quoniam. Si verò
sunt ad cautelã culpæ futuræ præcauẽdæ:vt cùm libidino
so mãdatur ieiuniũ,nõ tenetur,nisi qñ verisimiliter videt
aliter se nõ posse vitare peccatũ:similiter nec si sunt i aug
mentũ meriti,vt suscipere martyriũ,se affligere inedia,&
huiusmodi:quo casu loq̃tur c.gesta.lxxiiij.dis.vbi dicitur,
nõ posse aliqb⁹ indici vitã strictiorẽ. quod ĩdubitatũ est,
si indicatur à solo p̃lato,vel ab eo cũ minore parte colle-
gij:imò si ipse cũ maiori parte vellet aliã religionẽ ĩpone
re,qa maior pars hoc nõ põt sine cõsensu omniũ & supio-
ris,secũdũ Host.in c.cũ dilecti.qđ met.caus.Si verò in ea-
dẽ religiõe maior ps faceret statutũ arctãs ad vitã strictio
rẽ,sunt opiniões an alij obligent̃.Nã qdã dicũt, ꝙ licet in
perior sine volũtate omniũ nõ posit mutare strictiorem
ordinẽ.quod me.cau.c.cũ dilect⁹.põt tñ facere cõstitutio
nes austeriores:vt no.Vin.& Hos.de reg.sup eo. vbi Pan.
q̃rit an maior pars cõuentus posit reformare regulã anti
qtus institutã in vita minori. Alle.Inn.tenẽtẽ,ꝙ sic,qui et
plus sentit.s.ꝙ põt p statutũ arctare singulos ad regulã ar-
ctiorẽ antiqtus institutã,stãte eadẽ religiõe.Et sequitur Pre
po.in c.ante triẽniũ.in ver.tñ si p statutũ.dis.xxxj.& idem
Pan.vbi s̃.& gl.in regula,quod oẽs.lib.vj.& Ioan.And.de
reg.Ioan.Et fundamẽtũ istorũ est: primò c.vnicũ.de stat.
reg.li.vj.vbi monialibus indicitur clausura,q̃ non erat de
regula.Scđò,qa in voto obediẽtiæ intelligũtur statuta &
ordi

ordinationes,quas possunt facere prælati:& tertiò,qa reli
giosus trãstulit suã volũtatẽ in superiorẽ. Sed Pe.dubitat
de hoc, & declinat ad cõtrariũ:& gl. in c. gesta. di.lxxiiij.
Ego verò dico ꝙ prima opinio est vera,quãtũ ad statutũ
reformãs regulã antiquã,vl' cõferẽs ad pleniorẽ ei⁹ obser
uãtiã:quo casu ꝓcedũt oĩa quæ p eis adducũtur. nõ autẽ
est vera quãtũ ad statutũ arctãs ad aliquid supra eã: tũ qa
3 eo. ti. quidã. ¶ Tertiò* quęritur, in cuius manibus renuntiatio facienda sit? Et dico multa. ¶ Primum. Renuntiatio faciẽda est in manibus eius, à quo habetur institutio, quo ad beneficia ecclesiastica. eo. ti. admonet. quod limitat in beneficio acquisito p̃ c. veniẽs. eo. tit. episcopatus aũt renuntiari nõ põt, nisi in manibus Papæ. de renũ. nisi etiã si episcopus nõ sit cõsecratus, modò sit electꝰ & cõfirmatꝰ. de transla. c. inter corporalia. Similiter etiam secundùm Ray. abbas immediatè pertinens ad ecclesiã Romanã renuntiare nõ potest sine speciali licentia sedis apostolicæ. Adde secũdũ Ant. de But. in c. de regularibus. de simo. vel in manibus legati. Et si renũtiat, tenet renũtiatio in præiudiciũ eius, sed nõ ecclesiæ, vel illius, in cuius manibꝰ debuit renuntiare. Similiter etiã, secundũ eundẽ, in simplici beneficio potest quis renũtiare vt vult. quod glo. eius dicit verũ, saltẽ de cõsuetudine: sed verius est secũdùm Ioã. And. in Sũ. Con. vt fiat habenti instituere. Secundũ. Aliorum autẽ iuriũ renuntiatio faciẽda est aduersario, vel notario publico, vel iudici nomine aduersarij recipiẽti. l. ij. ff. rẽ publ. sal. fo. ¶ Tertiũ. Episcopus qui nõ bene intrauit, sed p̃ simoniã, vel intrusionẽ, & huiusmodi, secũdùm Host. in morte renũtiabit mẽte, scilicet si aliter nequit, & in manu archiepiscopi si potest: aliàs simplicis sacerdotis sub hac cõditione, si Papæ placuerit: & si conualuerit, eũ q̃ citissimè adeat pariturus ei: ar. c. nõ dubiũ. de sen. excõ. & c. ea nosci tur. §. fin. & interim fructus custodiat, vel in vtilitatẽ ecclesiæ expendat. ar. de offi. or. cũ vos. & eo. tit. c. præsenti. lib. vj. Accipere tã sibi potest vitæ necessaria stricte. dist. lxxxvj. nõ satis. & c. pasce. talis etiã si titulũ nõ habeat, tamen possessionẽ, quã de facto habet, dimittere nõ debet sine licẽtia Papæ: sed à fructibus debet abstinere. eo. ti. post trãslationẽ. §. iij. Concordat Inno. addẽs idẽ dici posse in omnibus sulpẽsis ab homine vel à iure. Vide Ber. Inn. & Host. eo. ti. c. nisi cũ primũ. & Archi. vj. q. j. cũ qui. Ex quibus aũt causis episcopus debeat renũtiare episcopatui, vide extrà eo. c. nisi cũ pridẽ. ¶ Quartò* quærit, quid renũtiari possit quantũ ad iura præsentia, & futura: aut etiã intelligatur esse renũtiatum? Et dico multa. ¶ Primum. Iuri naturali, agnatiõis, aut sanguinis renũtiari nõ põt: vt ẽ. §. j. similiter nec iuri positiuo cõcernenti formã certã, aut solennitatẽ: puta, q̃ testamentum fiat cũ tot testibus, aut q̃ stipulationes fiãt certo modo. l. nemo potest. ff. de leg. j. & facit c. quia propter. de elect. & c. cùm esses. & quod ibi not. de testa. Similiter nec si cõcernit publicam vtilitatẽ: etiã si certã formã, vel solennitatẽ nõ cõcernat. l. ius publicũ. ff. de pact. & in c. si diligenti. de fo. comp. Si autem cõcernit publicã & priuatã, & sunt separabiles: renuntiari potest quantũ ad priuatã. l. ius gentiũ. §. sed & si paciscet. ff. de pact. puta, ius dat actionẽ pro animali morboso: tamẽ partes pacisci possunt, vt nõ possit agere. arg. c. cũ venissent. cum ibi not. de instit. si verò nõ possunt se parari, renuntiari nõ potest. d. c. cùm venissent. Si autẽ sit solùm in fauorẽ priuatũ: tunc potest illi renuntiare is, in cuius fauorẽ est: modò renũtiatio nõ sit cõtra bonos mores, vel in ducat ad peccatũ: qa tũc nõ valeret: vt in c. alia. §. elegãter. ff. sol. ma. & l. cõuenire. ff. de pac. dot. Si verò sit solùm in odiũ alterius: tũc si cessat ratio illius odij, potest renuntiari: vt in l. fi. C. ad Macedo. aliàs nõ: vt in l. nã & si. ff. ad Maced. Vide Pan. in d. c. si diligẽti. Si aũt introductum sit in fauorẽ amborũ, alter sine altero renuntiare non potest, secundùm glo. in c. ad apostolicã. de reg. facit l. quod fauore. ff. de legi. Vnde dicitur, q̃ in cõmuni iure potior est cõditio prohibentis. arg. ff. de serui. vrba. prę d.

l.per fundū.ff.commu.diui.d.l. Sabinus.ff. de libe. cau.l. ij.iij.& iiij. Si tamē aliquid cōceditur pluribus, siue vniuersitati, sed ū principa'iter in fauorē particulariū, quilibet posset iuri suo renūtiare. & sic loquitur d.c.ad apostolicā. & c.dilecti.de fo.cōpe. Fallit in priuilegio: quia licet cōcernat fauorē tertij, potest tamē impetrās renuntiare antequā p̄sentetur: nisi appareat, q̄ cōcedēs statim voluit cōcedere ius illi tertio: qa cōmuniter nō acquirit, nisi in p̄sentatione seu notitia. de cōcess. preb. c.j. lib. vj. vbi vide Gemin. & similiter dico, non potest renuntiare quando per procuratorē impetrauit: quia statim acquirit ius illi tertio, vt ibi. similiter si fuit cōcessum motu ꝓprio secūdùm Sū. Ang. sed melius Sū. Ro. sin verbo, indulgentia. §. viij. tenet virtualiter oppositū, dū dicit, q̄ vires nō habet, nisi à p̄sentatione. Vide ī. Priuilegiū. §. vlt. ¶ Secundum. Si debitor renūciet iuri probādi per testes, licet secundū aliquos renuntiatio valeat, tamē secūdùm Host. nō videtur verū: quia illud ius propter cōmunē vtilitatē introductā est: vnde vsus testiū frequēs, & necessariꝰ est. ff. de testi. l.j. ideóq; renūtiari nō pōt. arg. l. quos prætor. ff. de proba. ¶ Tertiū. Ius futurū renūtiari potest, si appareat, siue, vt dicit Host. si lex iā est ex qua ius oritur: nō aūt si adhuc nō apparet: qa pacta nō referūtur ad ea, quę apparere nō possunt, vt l. in lege. & alijs cōcor. ibi positis in gl. ff. de cōtrahē. emp. vel ī lex nō est: quia quod non est, renuntiari non pōt. l. tres fratres. ff. de pact. vide Bar. in l. cōditionis. C. de pact. De filia autē renuntiāte hæreditati paternæ, vide ī. Pactū. §. xv. De habente etiā vocē in electione, vtrū possit renūtiare, vide ī. Electio. j. §. iiij. parti. vj. De exēpto etiam, vtrū possit renūtiare exemptioni, ī. Exēptus. §. x. ¶ Quartum. Generaliter secūdùm Host. in Sum. renuntiari possunt omnia iura, etiā nō scripta, puta cōpetētia circa *seruitutes*, etiā si sint annalia. de sepul. in p̄sentia. de deci. ex multiplici. & iura cōpetētia circa beneficia, sicut & ipsa beneficia, vt dictum est: & omnia iura cōpetētia p aliqua instrumēta, sicut & ipsa instrumēta. C. de fid. inst. l. iij. de pact. cū pridē. ¶ Quintū. Clericus qui beneficiū impetrauit, si ſt Canonicorū misericordiæ subiiciat, nō intelligit renūtiasse, extrà eo. veniens. quin etiā si reddat eis literas suas, & illi sint immisericordes, debet iudicis officio restitui. eo. tit. sanè. Si tū renuntiet literis pro certa pēsione, priuatur literis & pēsione. de rescri. ad audientiā cōcor. Albe. ¶ Sextū. Si quis renūtiauerit omni iuri suo, p̄senti & futuro, aut literis impetratis, & impetrandis, secundùm Host. quo ad futurū, si generalis sit renūtiatio, nō valet: vt §. ij. part. iij. de cōsti. cū accessissent. Si verò sit *specialis* in quibusdā iuribus, & sequatur generalis, valet. C. cū mu. offi. tu. fun. po. l. fi. circa medium. & in auth. vt lic. ma. & auię. ibi posita. Qui etiā renūtiauit literis beneficialibus, nō ideo restitutioni iā factæ renuntiare videtur. eo d. tit. sanè. ¶ Quintò* quæritur, quis sit effectus renūtiationis? Et dico esse hoc, vt qui renuntiauit, ad id, qd renūtiauit, nō habeat regressum, nisi ex iure nouo cōcesso, vel antiquo restituto. eo. tit. c. cū inter. & c. cū ex trāsmissa. & c. cū in p̄sentia. & c. cùm sanè. Et si quis renuntiauerit episcopatui propter cōscientiā *criminis*, iam eligi nō pōt, aut postulari: secus si propter malitiā plebis, p̄secutionē, infirmitatē, defectū scientiæ, simoniā sibi ignotā, & huiusmodi. eo. tit. post trāslationē. renuntianti tamē est cōpetens prouisio facienda. eo. tit. ad supplicationē. in qua dignitatis, & cōscientiæ ratio habēda est: de preben. de multa. ad fin. & similiter quātitatis redituū būficij cui resignat. de vi. & ho. cle. quoniā. & de preb. nisi essent. xij. q. ij. bonę rei. de dona. apostolice. §. vl. & pen. ¶ Sextò quæritur, *qualiter debeat renūtiatio fieri, vt sit licita & valeat? Et dico multa. ¶ Primū. Renuntiatio debet fieri primò scienter: qa ei quod ignoratur renūtiari nō potest. l. mater. ff. de inoffic. testa. Vnde cū quis ignorat ius aliqd, debet ei notificari: vt in auth. quomodo opor. epi. §. igit ordinamus. Vnde notarij ponētes clausulas renūtiationis *ignoras* cōtrahētibus, renētur eis de dāno, quod alter nō incurrissent. secūdò spōte, & ꝓpria volūtate. vij. q. j. *quis* sine coactio. quod met. caus. ad audientiam. tertiò quoad būficia ecclesiastica debet fieri in scriptis. ij. q. j. §. ecce. & c. qualiter: q̄ctū non est necessariū, nisi in epitcopatu, de quo illa iura loquūtur. quartò purè & absolutè. de of. del. ex parte. el j. de simo. ex insinuatione. Vnde dās, remittēs, vel renūtiās aliquod spirituale, spirituali interueniēte pacto, vel promissiōe, aut datione. s. nō gratuita alicuius tēporalis, *simoniacus est. j. q. ij.* quàm pio. in ſ. viij. q. iij. talia. q̄ si nō p̄cedat donatio vel promissio, sed sola intētio, ita scilicet, q̄ aliàs nō renūtiaret, est simonia. de simo. tua. sed est solùm mētalis, quæ p solā pœnitētiā aboletur. extrà eo. mādato. quod limita, vt j. Simonia. §. iij. regula iij. ¶ Secūdū. Si qs renūtiat beneficio ea intētione, vt detur nepoti, vel alteri sine pacto & cōuētione, nō est simonia. de præb. dilectio. qa renūtiare beneficio, vt detur alteri, est simoniacū, qa prohibitū est autē prohibitum nō simpliciter, sed hoc modo, scilicet cum pacto. j. q. ij. q̄pio. *sed* Verue. Vide. Gof. & Inno. sed volūtas paciscēdi sola sine effectu est simonia mētalis: quę ab ecclesia nō punit. *Vel* dic, secūdùm aliquos, q̄ nō est simonia: quia habere *spem* de hoc nō est simonia. de pac. cū pridē. j. q. j. *ordinationes.* ¶ Tertium. Renūtiās literis apostolicis super *promissione* sibi de beneficio faciēda pro pecunia, vel pēsiōe ex pacto, simoniacus est, secūdū Pan. ibi. & c. ad audientiā. de rescript. quod licet gl. ibi limitet sriā assequutus est beneficiū, tamen est verū simpliciter, secūdū Inn. & Host. qa ex illis literis habet ius ad petēdū spirituale: & literis acpensione priuatur si eā habuit, vt dictū est: si tamē ex officio iudicis aut bonis viris mēdicātibus purè renūtiet, & ex parte alia sibi aliquod tēporale detur, nō est simonia, secūdū Archi. vt colligitur in c. sanè. eo tit. similiter nec si renūtiet eis, assignato sibi aliquo spirituali, id est beneficio, etiā si ex pacto renūtiet: quia est quasi permutatio spiritualis ad spirituale, secundùm Host. & Inno. qui hoc not. de rescrip. ad audientiā. in glo. ¶ Quartum. Non potest quis renuntiare liti super beneficio ecclesiastico, vel alio spirituali, aliquo tēporali sibi dato, secūdùm Panor. in c. cùm pridem. de pact. etiam si recipiat illud nomine expensarum: quia si habet ius, renūtiat spirituali, temporali dato, quod est simonia. de offi. deleg. ex parte. el j. & quod ibi no. Dicitur men Inno. & Hosti. in c. nō sine. de arbi. q̄ valet compositio autoritate superioris, vt pro pacis bono detur aliq̄ temporale, & de quo nō est certū de iure sibi competere, vt cedet liti vel renūtiet, si quod ius habet. de præbend. c. nisi. Secus. si fiat autoritate partiū, quia sic esset simonia, nisi quando habet ortū à iudice, puta quia in eo compromissum est, vel ipse sic diffinit. Et licet gl. in c. cùm pridē. dicat nō sufficere, nisi interueniat confirmatio Papæ: tamen cōmuniter ibi doct. tenent cum do. Anto. quòd non requiritur. Et hoc sequitur Panor. ¶ Quintum. Potest autem quis sine simonia dare pecuniā alteri, vt desistat à lite, quę est de re spirituali, secūdùm Pan. in d.c. cū pridē. si ipse dans, sit certus habere se ius: si autem dat cur habenti ius pro redimēda iusta lite ab eo. secūdùm Arch. post do. Ant.

Ant. esset simonia. Si verò nō sit certus, inquit Pan. sed dubitat, dare nō potest etiā authoritate papæ in beneficio habente annexā clausū potestatē: quia videtur data pecunia pro illa potestate spirituali. facit d.c. ex parte. in simili. & quod no. j. q. iij. saluator. & c. ex multis. quæ authoritas bene in alijs beneficijs excusaret: quia talis simonia est de iure positiuo, secundū glo. in c. cū pridē. Dicit tamē Pan. in c. super eo. de transact. q̄ iudex pro bono pacis ex officio *suo* potest cōponere partes, vt habens ius in beneficio det aliquid nō habēti ius, secundū formam c. nisi. de præben. quod etiā Arch. post dom. Anto. videtur intelligere etiam
7 de iudice arbitro. ¶ Septimò quæritur, *quid quando alius *expectat* primam præbendā proximè vacaturā in aliqua ecclesia, & alius habens præbendā tenuē fraudulēter renuntiat, vt expectanti via p̄cludatur ad pinguiorē, quę *sperator* vacare? Et dico, q̄ per hoc non impedit primū ex pectantem, si hoc probari potest, saltē per probabiles cōiecturas: & si resignāti pinguior cōferatur, eo ipso detegitur fraus: & carebit habita, quā resignauit, & ambita: de renū. si te. lib. vj. Vide etiā infrà Simonia. §. xiij. parti. viij. & ix.

DE REPRAESALIIS.

1 *Repræsaliæ quando sint licitæ. & nu. 3. & 4.*
2 *Repræsaliæ cuius authoritate debeant concedi.*
5 *Repræsaliæ contra quos extendantur, & contra quos non, & an propria authoritate quis exequatur. & nu. seq.*

REPRAESALIAE dictæ sunt à re & præhēdo, quāsi iteratæ apprehēsiones: sicut cū quis apprehēdit res alienas illius, qui apprehenderat suas. Et sumuntur dupliciter: primò pro ipsa actuali reprehensione, & authoritate concessa reapprehendēdi: & sic loquimur. Igitur repræsaliæ sunt potestas capiēdi & detinēdi aliena, collata à principe vel ciuitate in recompensationē damni vel iniuriarū, vt colligitur c. ſi pignorationes. de iniur. & damno. lib. vj. xxiij. q. ij. dominus. Et aliquando pro delicto vnius conce
1 ditur cōtra omnes de terra eius. ¶ *Primò ergo quæritur vtrum sint licitæ si concedātur contra conciuem aut conterraneum debitoris? Et dico, q̄ in conscientia secundùm Bar. in tract. de repræsalijs. vt licitę sint, requirūtur ista. Primò authoritas superioris. Secundò causa iusta concedēdi. Tertiò intētio recta eius cui cōcedūtur, quibus concurrē tibus sunt licitæ: vt in d.c. dominus. Et addit sibi videri nō esse inductū ius eas cōcedēdi iure canonico vel ciuili, sed iure Dei: vt in d.c. dominus. vel gētiū, quod permittit bella iusta, vt est hoc. Et cū his tribus trāsit Sum. Ro. Sed adde vt elicitur ex Arch. in c. vnico. de iniur. lib. vj. q̄ requiritur quartò vt damnū nō excedāt & interesse datū. & quintò, q̄ nō extēdātur ad clericos vel ecclesiasticas personas: quia essent excōicati: vt ſ. Excōicatio. ix. §. xxxij. & sextò secundū Dir. q̄ nō fiant in personis: quia iniquū est aliud pro alio in persona grauari: & secundū ipsum nulla cōsuetudo valeret. de quo dic vt infrà §. v. Et adde q̄ in repræsa *liis* iustis nō grauatur vnꝰ pro alio, sed punitur ciuitas aut *dominus in suis subditis. & concor. S. Tho. ij. ij. q. xl. Qui* aūt repræsalijs vtitur, istis nō cōcurrētibus, maximè pri- 4
mo & secūdo, dānaē in quadruplū, & cadit ab actione pro qua hoc facit: vt in auth. ne pig. ſi. §. sed omnino. & ſi condemnetur, tenebitur in cōscientia ad totū, aliàs solùm ad
2 simplū: vt ſ. Pœna. §. xxv. ¶ *Secūdò quæritur, quis sit iste superior, cuius authoritate debēt cōcedi? Et dico q̄ est primò is, cui per iura statuta hoc est cōcessum. & secundò de iure cōi est superior nō habens superiorē: quia repræsaliæ sunt quoddā bellū, aliquādo particulare, aliquādo genera le. Bellū aūt iustè indicere nō pōt nisi superior nō habens superiorē. ff. de capti. l. hostes. & ita tenet Inn. in c. olim. de rest. spo. legitur. Sequitur primò, q̄ potestas *ciuitatis* nō habētis superiorē, saltē de facto, eas cōcedere nequit, nisi habeat ex statuto: sed ipsa ciuitas vel cōsiliū. & secūdò, q̄ nec ciuitas regi aut principi subiecta, nec aliquis principis officialis pōt eas cōcedere, sed solus princeps. Notādū est ū, q̄ in omnibus casibus, in quibus dicetur §. seq. q̄ debitor nō habēs superiorē quē oporteat adire in illis cōcedēs, nō habet etiā superiorē: & sic ciuitās aut comes sub rege his casibus poterūt eas cōcedere, secūdū Bar. vbi ſ. De hoc tā vide etiā infrà §. seq. ¶ *Tertiò quæritur, quæ sit iusta cā cōcedēdi repræsalias? Et dico secūdū Inn. & alios doc. q̄ talis cā est quæ exprimitur in d.c. dominus. scilicet si ciuitas aut gens, adde vel dominꝰ, vindicare negligit quod à suis improbè gestum est. Pro quo aduerte, q̄ iustitia huius cau sæ multa requirit. Primò, q̄ illud damnum, propter quod cōceduntur, sit notabile. Vnde secūdū Bar. vbi ſ. nō debet esse aliqd modicū: quia remediū repræsaliarū, cū sit odiosum. c. & ſi pignorationes. de iniur. lib. vj. & subsidiariū cōtra ius cōe, nō debet dari pro modico. l. Seio. ff. de ī integ. restit. & secūdū eūdē p dictā iustitiā oportet, q̄ percat ius partis totaliter: secꝰ ſi aliqualiter lædatur. Secūdò, q̄ *talis* dominus aut ciuitas vel gēs requiratur vt emēdet & nolit vel negligat. Tertiò, q̄ de hoc defectu iustitiæ cōster. Sed pro his duebus aduerte primò, q̄ ſi isti dent iniquā sententiam, secūdū Bar. debet creditor appellare, & iudicē appellationis adire: aliter repræsaliæ nō erūt licitæ. Si aūt prohibetur appellare, vel nō habet iudicē appellatiōis: tūc ad ſuū iudicē recurrere pōt. ¶ Aduerte secūdò secundū Bar. vbi ſ. q̄ is qui alteri debet, superiorē habet aliqn̄ de iure, sed nō de facto: vt quia nō obeditur ei sicut Imperatori: & tunc nō est necesse adire superiorē. aliqn̄ habet de facto, sed nō de iure, puta qa est tyrānus: & tūc ſi nō fuit electꝰ, sed per vim intrauit, & habetur cōiter, q̄ tyrāno, nō valēt quæ facit: & similiter nō est necesse adire. Si verò fuit electus ex timore aut vi, & nō est notoriū, sed habetur cōiter pro domino: valēt q̄ fecit, secūdū Inn. ī c. nihil. de elect. & sic debet adiri. & similiter si habet de iure & facto, nisi creditori eū adire nō expediret: puta qa expēderet plꝰ quàm sit principale, vel est pauper: qa secūdū Bar. ꝓcedere pōt, ſi cut si suꝰ debitor superiorē nō haberet. ar. l. ſi seruos. ff. de pig. act. & l. mediterranæ. C. de anno. & trib. ¶ Aduertēdū est ū secūdū Archi. post Guido. q̄ in hoc iustitiæ defectu iudex ecclesiasticꝰ pōt adiri: & sic raro accidit quin ciuitas illa habeat superiorē. Quartò requritur, q̄ iudex ꝓpriꝰ creditoris det sententiam super negligētia & defectu iustitiæ: quod secundū Gul. episcopū Cōcordiēsem, & Io. de Fan. & Frā. Vercel. limita cū nō inueniatur superior, q̄ de domino vel ciuitate negligēte iustitiā faciat: q̄ ſi inueniretur, nō valeret authoritas *iudicis ꝓprij* quo ad illos, q̄ nō sunt sub iurisdictionis. & ita intelligitur d.c. q̄ ciuitas plectēda est. l. per ſuū iudicē. Si aūt ex cā iniusta cōcedātur, sunt ipso iure null. ex. l. cū vero. §. subuētū. ff. de fideic. & ita tenet Inn. in c. olim. de resti. ſpo. ¶ *Quartò quæritur, qs habeat requirere dominū, vꝫ ciuitatē, aut gentē, vt iustitiā faciat? Et dico q̄ pars læsa: quia authoritas cōcedētis repræsalias succedit in locū superioris deficiētis: vnde sicut ſi ille ſupior esset, nō posset quis eū adire, & de iniustitia cōqueri, nisi primò ipsum iudicē requisiuisset: ita & nūc. imò plus dico q̄ ſi pars læsa adiret suū iudicē, rogans vt scriberet iudici debitoris vt iustitiā faciat, aliàs sibi cōcedatur repræsaliæ, non debet audiri: quia iudex non impertitur officiū suum non petenti ad vtilitatē priuatā. l. iiij. §. hoc aūt iudiciū. ff.

de dam.infect. Abbas in c.venerabilis.in iiij.addi.de iudi. Si ergo prius nō requiratur à patre, nō est cōtra eum iusta causa querelæ. ¶ Quinto quæritur,*vtrū repræsaliæ concesse in ciuitate Luca cōtra Florētinos, intelligātur extensæ ad eos si habeāt domicilium in dicta ciuitate Lucēsi? Et dico q̄ Bar.in l.prouinciales.ff.de verb.sign.refert Lamb. de Ramp.in disputatione tenuisse q̄ non: quia Florētinus siue de Florētia dicitur, qui ibi versatur & moratur: vt l.j. §.bestias.ff.de postulando. quia magis inspicimus accidēs quàm originem. Bar. autē ibi refert se ad no. per eū vbi supra, vbi dicit, q̄ Florētin^a siue de Florētia dicitur, qui ibi est municeps: intellige propriè, id est, qui munera subit. Igitur si alibi moratur, & Florētiæ munera nō subit per se vel patrē aut fratres, nō dicitur Florētinus: & iō molestari nō poterit. Secus si Florētiæ subiret onera. Item vt dicit in d.l.prouinciales. cōcedantur propter delictū populi: vnde cōcedi nō possunt, nisi contra illos de populo qui deliquit. Et facit quia nō sentiēs commodū patriæ, etiā sentire nō debet incōmodum. Et eadem ratione nō extenditur ad Florentinos habētes domicilium Senis: vt etiā tenet Pan. in c.quoniā de offic.ordi. quia sunt odiosæ. ¶ Sextō quæritur,*vtrū possit fieri statutum, q̄ quilibet capi possit pro alterius delicto? Et dicit Bar. vbi suprà, q̄ contra terras aut villas sibi nō subditas nō potest, sed bene cōtra subditos. C. de omni agro deser. l.j. & valet statutū q̄ vxor possit capi pro viro fallēte: vt l.satis. C. in quib. causis pig. vel hypotaci. cōtra. & similiter filius pro patre. l.fi. C. de priuil. etiā si non sit hæres. ¶ Aduerte autē, q̄ terræ cum certis pactis submissæ protectioni dominorū, non dicuntur sibi subditæ, sed fœderatę: ideoq; non valet tale statutū contra eos. ¶ Septimò quæritur,*vtrū tale statutū exerceri possit extra territoriū statuētis? Et dicit Bar. vbi suprà q̄ sic. & potest quis agere cōtra tales cōditione ex statuto: quia actio vbiq; sequitur eos quibus cōpetit: vt l.fi. C. de præscriptio. ne longi tēporis. Quod limita nisi filius fortiretur domicilium alibi antequam pater rumperet. ar.l.ciues. C. de incolis. Similiter si filius esset natus postquàm rupit pater eius: quia iura intelligūtur de filio existente tēpore quo rupit. l.in delictis. §.si extraneus. ff. de noxalibus. & l. Titius. ff. de testam. mili. Et idē dic quando statutum dicit, q̄ de hominibus vnius terræ vnus teneatur pro alio: quia is, qui nouiter est effectus illius terræ, nō tenetur pro debitis antiquis. l. prouidendū. C. de decurion. & quod no. Dy. in l.incolam. ff. ad municip. Similiter tale statutū intelligitur de debitis cōtractis intra territoriū, nisi aliud addatur: vt l.cū, vnus. §.is qui. ff. de bon. authorit. iud. possid. ¶ Octaud quæritur,*contra quos repræsaliæ cōcedi nō possunt? Et dico eas nō posse concedi vel exerceri contra personas & res ecclesiasticas. de iniur. c.j. lib. vj. Nec cōtra scholares studētes iuribus in loco priuilegiato priuilegio studij: & idem de scriptoribus, bidellis, & accedētibus causa scholarium: & de patribus, agnatis, qui irēt ad videndum filium vel agnatum in studio. ff. de iudi. l.iij. Nec cōtra ambasiatores. ff. de legibus. l.fi. Et idē intellige de deferentibus necessaria pro ambasiata vel studio: & idē de rebus aliorū, quæ prædicti deferrēt sibi necessarijs: vt sunt equi & libri, & huiusmodi. Nec cōtra eūtes ad nundinas, vel sanctū Iacobum, vel alium locū causa indulgētiæ. Nec contra nauigantes vi ventorū delatos ad ciuitatem indicentiū. de cleri. pereg. per totū. C. de nauffr. l.j. Nec cōtra eos qui in ius vocari non possunt: vt electus in Potestatē, aut vadens propter funus consanguinei. Nec cōtra officiales, potestates, vel rectores, qui expresse cōtradixerunt tali iniustitię, vel qui nō cōsenserunt, nec cōtradixerunt, quia erāt absentes vel ignorātes: vel si erāt tales, q̄ nō vocantur ad cōsilia: vt notarij & beruarij: secus si sunt assumpti ad consulendū: & multò magis si iuuerūt rectorē ad iustitiā. Nec cōtra mulieres. nam in persona capi nō possunt. C. de offic. iudic. in auth. ibi posita. Et intellige pro debito ciuili, & nisi sit meretrix. vide Alex. in l.pleriq;. ff. de in ius vo. per Cano. in c. mulierē. de iud. lib. vj. De quibus omnibus vide Archiep. iij. parte. tit. iiij. loquentem prædicta & alia ex Io. de Lign.

¶ Nonò quæritur,*vtrum concessis licitis repræsaliis is, cui cōcedūtur, possit eas authoritate propria exercere? Et dicit Arch. post Io. de Lig. q̄ nō, si possit habere copiā iudicis vel ministrorū eius: aliàs propria authoritate licebit rapere res & psonas, si hoc iudex cōcesserit: & capta remanebūt penes capiētē, aut iudici præsentabūtur secūdū formam concessionis repræsaliarū: & res captæ vendētur vel accipientur in solutū, & æstimabūtur iudicis authoritate.

DE RESCRIPTO.

1 *Rescriptum quid & quotuplex.*
2 *Rescriptum quas possit impetrare.*
3 *Rescripta quæ sint semper subintelligenda.*
4 *Rescripti quæ sint uires.*
5 *Rescripti authoritas quantum duret.*
6 *Rescriptum ut ualeat quæ requirantur, & quid ei obijciatur.*
7 *Rescriptum quomodo tollatur & elidatur.*
8 *Rescripta quomodo debemus interpretari.*

RESCRIPTVM dictum, quasi denuò vel iteratò scriptū, significat aliquid scriptū secundò, id est, post ius cōmune: & quantū ex doct. capitur, sumitur dupliciter, vt omittamus eā significationē qua impropriè omne ius potest dici rescriptū. ¶ Primò cōuniter vt concernit tit. de rescrip. & sic secundū mentem Gofre. est mandatū principis faciens ius nō generale, sed speciale in negotijs, & inter personas, in quibus, & inter quas promulgatū est: vt C. de leg. & cōstitu. l.j, siue tributarius, siue exercitiū iuris alicui cōpetētis: & sic cōprænhendit tria, de quibus statim. Secundò sumitur specialiter: & hoc tripliciter. Primò scilicet propriè: & sic secundū Pan. eo. tit. in rubri. est illud qd princeps scribit ad iuris conseruantiā: vt quando cōmittit causam decidendā inter aliquos. Et secūdò impropriè pro priuilegio, quod nō est ad iuris conseruātiā, sed cōtra ius, quasi priuata lex. di. iij. priuilegia. Tertiò etiā impropriè, pro beneficio strictè sumptū est gratia cōcessa præter ius à principe: & hæc est, quæ latissimè interpretā da est: vt in c. olim. & ibi not. de verb. significa. latissimè tamen, inquit Pan. rescriptū accipitur pro omnibus istis. ¶ Primò autem quæritur,*quæ sit diuersitas literarū vel rescriptorū apostolicorum? Et dicit Archiepisc. iij. parte. titu. iiij. post Gofred. q̄ rescriptorū quædam sunt generalia: illa scilicet, in quibus generales seu indefinitæ clausulæ continētur: vt dicēdo, talis & talis, & quidam alij, vel super decimis, possessionibus, & rebus alijs: quo casu ad personas aut negotia maiora expressis non extenduntur. eo. titu. c. sedes apostolica. Et similiter si ponatur illa clausula, cōditores. vel illa, amoto inde. vel illa; vocatis. vel etiā si literæ dirigātur ad omnes. de pœnitē. & re. cùm ex eo. ¶ Quoddā verò est speciale: vt quod inter certos dirigitur, & super certis & expressis rebus seu negotijs sine clausula generali. eo. tit. c. j. & c. pastoralis. & tale nō extenditur ad alias res aut personas. de offi. dele. c. P. & G. & c. olim. opponitur vbi §. & solnas. de offi. dele. c. P. & G. & c. olim. opponitur vbi §. & solnitur: vbi vide. ¶ Quoddā etiā rescriptū, siue quædā literæ cōferūt iurisdictionē, illæ. s. quibus causæ cognitio demādatur: q̄d ex literarum forma colligitur: vt cùm in eis continetur, si ita est, si præmissis veritas suffragatur, cognita veritate, iustitia mediante, sicut de iure fuerit, q̄d canonicū, q̄d iustū, vt præmisit, vt tenetur, prout in instrumēto inde cōfecto vel literis cōtinetur. Et talis iudex, cui negotiū à principe cōmittit, sub aliqua de his formis posset in figura iudicij procedere, & alijs totā causam vel partē cōmittere. de of. dele. cū te. & c. sup q̄stionū. & ex causa potest recusari, nisi fuerit petitus. de off. dele. cū olim magister. sed & tūc poterit recusari ex noua cā. de offi. dele. insinuāte. ¶ Quę dā etiā literæ sunt executoriæ: illæ scilicet, quib^s sine iudiciali cogitione factū siue ministeriū delegatur. de of. del. c. vlt. Et talis nō est iudex, sed executor vel auditor: q̄ licet possit recusari nisi detur de volūtate partiū, vt recipiatur assensus: tamē ab eo non pōt appellari, nisi mādati fines excedat. de offi. dele. super quæstionū. nec pōt delegare: nec exequēdo ptes iudicis assumere. vide vbi s. ¶ Quædā etiā cōtinent ius cōmune: vt quibus mādatur quod cōsonat iuri & æquitati, maximè cū in se cōtinet iuris determinationes, puta partib^9 vocatis, vel vocatis vocādis, quod iustū, vel quod canonicū est, & cōsimilia. ¶ Quædā verò cōtinēt gratiā: vt q̄ cōtinent dispēsationē, pœnæ debitæ remissionem, & in qbus ob fauorē, vtilitatē seu necessitatē recedit à iure cōi, à quo tria faciunt discedere, vtilitas, necessitas, & euidēs meritorū progratiua. j. q. vij. tali. de elec. innotuit. Vide vbi s. & adde, q̄ rescripta nō extēduntur ad personas vel res in eis nō comprehensas, quoniam personalia sunt. & strictè intelligēda. eodē ti. significauit. ¶ Secundò quæritur,*qs possit impetrare rescriptū? Et dicit Direc. li. iiij. q̄ tam actor quàm reus, etiam seruus. C. de prec. Imp. of. l. vniuersitas. & cōtra dominū in casu. ff. de his qui sunt sui vel alie. in. lib. vj. & quicūq; nō prohibetur impetrare. ¶ Prohibetur autē hæreticus. C. de sum. trini. l.ij. & excommunicatus. extrà eod. dilectus. & de proc. c. fi. nisi de excōmunicatione sua & causa excōicationis mentionē faciat in rescripto, extrà eo. ab excōicato. nec ipso iure valet illud, aut processus per illud habit^9, si ab excōicato super alio q̄ excōicationis vel appellationis articulo fuerit impetratū. eo. tit. ipso iure. li. vj. Et si procurator excōmunicatus impetrauit literas pro aliquo, rescriptū, secundùm Io. Mo. & Io. And. non valebit. extrà, de probat. post cessionem. qa si nō licet principali excōmunicato pro se impetrare: nec p alio. Et hoc secundùm Dir. quo ad forū cōscientię, etiā si sit omnino secretū. Vide etiam j. §. vij. ad fin. ¶ Tertiò quæritur,*quæ sint intelligēda in rescripto impetrato, & qualiter? Et dico, q̄ in eo semp debet intelligi si preces veritate nitātur. eo. tit. super literis. Et clausula solita apponi de stylo curię, subintelligitur si casu nō sit expressa, secūdùm Pan. in c. cū oportet. de cōst. Et illa clausula, si ita est, debet ad omnia præcedētia referri, secūdū Ber. in c. olim. e. tit. vbi tū ponūtur opiniones in gl. vide Pan. in c. secūdo regris. de app. Et dic etiā, q̄ falsa expressio in rescripto vt gratia, si nō fuit cā inductiua principis, qa pariter ea suprēssa literas dedisset, nec fuit apposita causa restrīgēdi gratiā, nō nocet, secundū dominos de Rot. deci. ccclxviij. & Pā. in c. significauit. & in c. super literis. e. ti. Et illa clausula, & qdā alij talis diœcesis: nō extēditur ad eos de ciuitate, nisi dicatur, & qdā alij de ciuitate & diœcesi. secus si diceret, talis episcopatus: vt in c. Rodulphus. eo. ti. in gl. Et ī ista clausula, si q̄ alio nō scripserimus: semp subintelligitur qñ papa scribit, q̄ alicui q̄ideatur de beneficio ī aliqua ecclesia, etiā si nō apponatur. eo. ti. mādam^9. in gl. Et p hāc clausulā generalē, quidā alij nō possunt plures quatuor citari. e. ti. cū in multis. li. vj. vide. si vis. Et in eo debet seruari ordo

scripturæ. eo. tit. cū dilecta. in gl. Et si princeps mādet reuocari q̄quid factū est, vel immutatū in tali causa, tale rescriptū debet intelligi in facto minus legitime. arg. c. audita. de resti. spo. qa etiā nō liceat de potestate cōcedētis rescriptū disputare. xvij. q. ij. §. qui aūt. secus de scientia & volūtate eius: & in hoc pōt haberi interpretatio iustificatiua.

4 Vide ad hoc gl. in c. præterea. di. xxiij. ¶ Quartò q̄ritur*, q̄ sint vires rescripti? Et dicit Arc. vbi s. post Gof. q̄ aut est secundū, aut præter, aut cōtra ius. Si quidē sit secundū ius, habet vim cōstitutionis: & est decretalis epistola authoritatē habēs in causis diffiniēdis. xix. dist. per totum. ¶ Similiter si sit præter ius, habet vim cōstitutionis, & arctat eos ad quos dirigitur. dist. xix. in memoriā. aut assignēt rōnabilē causam, quare adimplere nō possint. eo. tit. si q̄s. ¶ Si verò sit cōtra ius, si quidē cōtra druinū, repellit, nisi sit ius modificatū, de quo vid ibi: si aūt cōtra positiuū, abijciēdū est. xxv. q. ij. rescripta. C. de preci. Impera. offe. l. rescripta. nec rōne rescripti à iure cōmuni recedēdum est. de æta. & quali. eā te. nisi expresse in eo cōtineatur, nō obstāte cōstitutione vel iure tali. ff. de leg. iij. l. si qs. de of. del. sup q̄ stionū. ¶ Si verò sit cōtra cōsuetudinē, pualet cōsuetudo, qa prævalet iuri, si fit rōnabilis & præscripta, vt dictū est. ¶ Si aūt sit cōtra fiscū vel publicā vtilitatem, respuitur prima iusio, & expectatur secūda. C. de preci. Impera. offe. l. nec dānosa. in auth. vt nulli. §. & hoc quoq; iubemus. ¶ Si verò sit cōtra ius priuati, distinguitur. Nā si sit in modicā læsionē, vt q̄ nō admissis dilatorijs exceptionibus præceda tur in principali, vel q̄ actio seu petitio alicuius differat. vt cùm indulgetur cruce signatis nō posse cōueniri tēpore crucis: valet: vt C. de preci. Impera. offe. l. quoties. & l. rescripta. quia modica damna tolerantur. arg. xij. q. iij. terrulas. Si aūt enormē læsionē iuducat, & in totum ius ei^9 absorbeat, nō valet: vt ī d.l. quoties. & de decimis. suggestū.

5 Vide vbi s. ¶ Quintò quæritur,* quātū duret rescripti authoritas? Et dico, q̄ perditur per negligētiam impetrantis anno elapso, si vti potuit & neglexit, si secundum impetratur cōtra primum, nō facta mētione de eo. eod. tit. si aūt. & c. plerunq;. Si verò nō impetratur secūdū, de iure canonico durat durāte mādatore, secundū gl. in d.c. si autē. quātuis de iure ciuili duret per decenniū, si impetrās habuerit copiā iudicū; & neglexerit vti. C. de diuer. rescript. l. falso. cōcord. Gofr. addēs, q̄ ille annus incipit currere ab īpetratione secundi: quia nec annus solus, nec rescriptum secundum solū posset tollere primum, sed vtrūque requiritur.

¶ Sextò quęritur,*quomodo rescriptū valeat, & quid opponi possit cōtra illud? Et dicit Dir. q̄ ad hoc vt teneat, nihil debet supprimi ex his quæ mouere possunt animū prīcipis ad dandū illud vel denegādū: & primò qdē exprimēda est series facti: de cohabita. clē. c. super eo. itē processus causæ. de re iudic. inter monasteriū. Et si per suggestionē falsi, vel suppressionē veri rescriptū fuit impetratū, tollit, extrà eo. super literis. vbi notātur aliq̄ regulę. ¶ Prima, Qui p fraudē aut malitiā literas impetrauit expressa falsitate, vel suppressa veritate, nullū cōmodū ex eis cōsequit: vt in d.c. super literis. & c. ad aures. de præb. nō potest. lib. vj. ¶ Secūda. Qui verò per simplicitatē aut ignorantiam impetrēt, expressa tali falsitate, vel suppressa veritate, quæ si esset suppressa vel expressa, papa nihilominus in forma cōmuni literas concessisset: poterit petere vt iudex delegatus secundū ordinē iuris in cā procedat: licet non secūdùm formā in literis cōcessam. d.c. sup literis. & c. ex infinuatione. Si verò papa nullaten^9 erat cōcessur^9, rescriptū nō valet: quia dicitur in d.c. sup literis. quòd delegatus q̄

cedere nõ debet:imò ſecundũ Sum. Ang.& Roſ.etiã ſi nõ
ita de facili erat cõceſſurus:quod Pan.ibi videtur ꝓbare p
c.poſtulaſti.eod.tit. & profectò cõcludi põt, ſecundũ eũ,
ꝙ omne quo expreſſo vel ſuppreſſo papa aut nõ cõceſſiſ
ſet,aut nõ ita de facili,vitiat gratiã vel priuilegiũ: nõ aũt
literas ad lites:vt idem dicit in c.quia circa.de cõſan.quia
ex ſubreptione nõ ſunt ipſo iure nullæ,ſed annulliãdæ per
exceptionẽ:vt in c.cæterũ.& in c.plerũq;.& in c.ſi aũt.ex-
trà eo.Sed videtur quòd illud verbũ, de facili,nõ debeat
addi:per tex.& not.in d.c.ſuper literis.vbi vide.& videtur
hoc etiã de mẽte Archi.poſt Gofr. vt §.ſeq. Adde etiã qđ
not.Gof.in c.ſi motu proprio.de præben.li.vj. ꝙ licet mo
tus proprius excludat ſubreptionem: nõ tamẽ vitia tollit,
nec ad beneficia perſonam illegitimã habilitat.Vnde non
tollit defectum natalium, vel ætatis,& ſimilia:quæ licet p
viam ſubreptionis nõ poſsint opponi, tamen per viam iu
ris cõmunis bene poſſunt:cùm proprius motus taliũ diſ-
penſationẽ nõ faciat.Dicit etiam, ꝙ certa ſcientia, ſi non
exprimatur in literis,poteſt probari per teſtes,nõ aũt mo
tus proprius:licet nõ audiatur aduerſarius ſi velit ꝓbare,
ꝙ papa fecerit ad inſtantiã alterius:qa eſſet arguere papã
de mendacio. Adde etiã ſecũdùm Pan.in d.c.ſuper literis. ꝙ
iudex etiam delegatus in dubio poteſt cognoſcere de va-
liditate reſcripti.Vtrum autem dicta diſtinctio locũ habeat
in literis beneficialibus, vide Pã.in d.c. ſuper literis. ¶ Se
7 ptimò quæritur,*quomodo reſcriptũ tollatur & elidatur?
Et dicit Archi.j.vbi §.poſt Gofr.ꝙ multis modis. ¶ Primò
ſi fuit impetratũ ſciẽter expreſſa falſitate,aut veritate ſup-
preſſa:vel etiã ignoranter:ſed ſi tali, qua nõ intereueniente
literæ nõ fuiſſent obtẽtę.d.c. ſuper literis.etiã ſi ſit cõſen
taneum iuri.xxv.q.ij.& ſi legibus.etiam ſi per mẽdacium
iuris obtineatur.ead.q.preſcriptũ.& C.ſi cõtra ius vel vti.
pub:l.præſcriptiõe.vt ſi principi ſuggeratur eſſe de iure qđ
non eſt,licet nõ ſit veriſimile principẽ in hoc falli.C.de te
ſta.l.omnium. ¶ Secundò per reſcriptum ſecũdum faciẽs
de ipſo mẽtionem,& hoc ipſo iure.de offic.deleg. ex lite
ris.& c.paſtoralis. §.præterea.in fine. Si verò de eo nõ fa
ciat mentionẽ,ecõtrario ſecũdũ tollitur per primum,non
ipſo iure,ſed ope exceptionis.& ſic intelligit extrà eo.cę-
terũ.& c.ex parte.niſi impetrans primũ fuiſſet in mora p
ſentandi per annũ.eo.tit.c.ſi autẽ. & ſi dubitetur quod ſit
pri⁹, & quod poſterius,quia eadem eſt data vtriuſq;:tũc ſi 8
impetrata ſunt à diuerſis ſuper diuerſis,ſed ad eoſdẽ iudi-
ces,ſuperior conſulatur.de offi.dele.ſanè. Si verò à diuer
ſis ad diuerſos iudices,ſed ſup eodẽ negotio,ſeruet doctri
na c.paſtoralis.& c.cũ cõtingat.eod.tit. ¶ Tertiò eliditur
primũ generale per ſecũdum ſpeciale,etiamſi de generali
nõ faciat mẽtionẽ,in eo tamẽ quod in ſpeciali ſpecialiter
cõtinetur.d.c.paſtoralis.vbi aũt vtrũq; eſt ſpãle, ſed vnũ
ſuper certo,aliud ſuper incerto:requiritur in ſecũdo mẽtio
de priori:de offi.deleg.c.ex parte. ¶ Quartò tollũt reſcri
pta,ſi ab eodẽ duo paria fuerint ĩpetrata,quorũ poſterius
de priori non faciat mentionẽ, ſi obtẽta ſunt ad diuerſos
iudices cauſa vexãdi reũ corã diuerſis:ſec⁹ ſi fiat ad cau-
telam ne alterum amittatur, vel iudices vnius interim mo
riantur,vno tamẽ impetrato,vti intẽdit,eo.tit. ex tenore.
& C.de aſſer.tol.l.j. §.vlci.ſecus etiã ſi duo eiuſdẽ tenoris
impetrẽtur ad eoſdẽ iudices,quia vnũ videtur.ff. de teſt.
l.vnũ.Sed de iſtis diuerſitatibus vide plura cõtentioſa per
eoſdem,vbi ſ. ¶ Quintò eliditur,ſi ab appellato fuerit im
petratum intra tempus appellationis præfixum:de app.c.
ſæpe.& c.oblatæ.de cõfirm.vti. vel inut.bonæ memorię.
¶ Sextò ſi impetratũ fuit ab excõmunicato.de ẽta.& qua.
c.cùm bonæ.de proba.poſt ceſſionẽ.de procur.c.ſi. ¶ Se-
ptimò,ſi obtẽtum ſit lite pendẽte:vt lite pendẽ.c.j.& ij.&
vlt.quia lite pendẽte ſupplicare nõ licet, niſi in caſib⁹.C.
vt lit.pendẽ.l.ij. ¶ Octauò ex vitio viſibili:de quo ponunt
ſeptem exẽpla.extrà,de crimi.fal.licet.vel inuiſibili, intel
ligibili tamen:vt eſt expreſsio falſitatis,& ſuppreſsio veri
tatis.de quo dictum eſt. ¶ Nonò,cũ literæ impetrati non
cõtinẽtes ſeriẽ facti.de cohabi.cleri.c.ſup eo.& cauſam fa
cti:de reſcrip.dilectus.de ſentẽ.excommu.c.cũ pro cauſa.
¶ Decimò,ſi mentio nõ fiat de diſpẽſatione.de fil.preſby.
c.ex tua.de cõpoſitione,extrà,de dec.ex multiplici.decla
tuto,extrà,de reſcr.c.conſtitutus.de priuilegio,eod.tit.
cùm ordinem.de ſenten.& re iudic.c.inter monaſterium.
¶ Vndecimò etiam eliditur,ſi per alium ſine mãdato do
mini impetretur.eodem titu.c.nõnulli.qnæ exceptio ho-
die ſecundùm obſeruatam conſuetudinem locũ habet in
audientia literarum,non in iudicio negotiorũ.Et ſi oppo
natur ex decretali,ex parte.eo.tit.quod loquitur in ꝓcu-
ratore reuocato,cuius impetrationem dominus ratã non
habebat:ſecꝰ ſi is,cuius nomine impetratur, etiã ſine mã
dato,ratam habet impetrationem. Poteſt autẽ quis impe-
trare pro alio ſine mãdato,ſi ſit de illis perſonis,à quibus
non exigitur de iure mandatũ:vt in d.c.nõnulli.& c.ex pte.
Quæ aũt ſint illæ perſonæ,vide ff. de procu.l.ſed & hæ
perſonæ.Hæc ex illis. ¶ Quibus adde primò, ꝙ reſcriptũ
non vitiatur ꝓpter defectũ literæ vel ſyllabæ, ſecꝰ ſi eſſet
ibi falſa Latinitas.de fide inſtr.c.ex parte.in tex.& in glo.
Et ſecundò, ꝙ expreſsio vel ſuppreſsio eius, ſine quo non
fuiſſet cõceſſum,illud vitiat, etiam ſi cõcedatur motu ꝓ-
prio:quia motus proprius,licet excludat ſubreptionẽ, nõ
tamen cõfirmat gratiam cõtra intentionem concedentis,
ſecũdùm Io.And.in d.c.ſi motu ꝓprio. Ad quod vide glo.
in cle.ſi Romanus.de prẽben.quæ dicit, ꝙ motus proprꝰ
nihil operatur vltra caſus expreſſos in iure.Et ternò quòd
qualiter oporteat reſcriptũ mentionẽ facere de iure vſu
tato.Pan.in c.nõnulli.de reſcri.diffuſe proſequitur.& ibi
vide.Et quartò, ꝙ ſunt multa alia expreſſa in iure,propter
quæ reſcriptũ elliditur:de qbus Hoſt.in Sum.eo.tit.& eis
includũtur ſub duabus regulis dictis in vj. §.in qua re in-
dex ex probabilibus cõiecturis arbitrabit. Quomodo aũt
reſcriptũ vel alia ſcriptura dicatur falſa,infrà Tabellio.§.
x. ¶ Octauò qrit,*quomodo reſcripta debeamus ĩterpre-
tari?Et dico, ꝙ do.Bap.de Fliſco in quodã opuſculo ſic di
cit,quantũ ad interpretationẽ reſcriptorũ. ¶ Prima cõclu-
ſio.Interpretatio reſcripti ſit ſecũdùm ius cõe.c. cauſa.de
reſcri.& in c.licet.de præb. & ideo omnes clauſulæ reſcri
pti recipiũt limitatiões & interpretatiões iuris cõmunis.
Dominicus in c.licet canõ.de elec.li.vj.ita colligit ex ver
bis Io.Mo.& Io.An.ibi doc.Feli.hęc bene examinat in c.
cauſam.de reſcri. ¶ Secũda.In reſcripto nõ attendit nara
tio,ſed cõcluſio.Bal.in l.præſcriptiõe.ad fi.C.ſi cõtra ius.
¶ Tertia.Reſcriptũ recipit vires ex intellectu ſcribẽtis.
no.in c.cũ eccleſiaſticę.poſt mediũ.ibi,ſed dices quare.
exce.& ideo ſemp ad voluntatẽ reſcribẽtis eſt recurrẽdũ
& præſumitur fuiſſe talis mẽtis,qualis eſſe debet.Baldus
ex facto.in iiij.not.ff.de vulga.& pupil. ¶ Quarta.Reſcri-
pta etiam ad beneficia interpretant ſtrictè.c.quãuis.lo pri
mo.de præb.li.vj.& ideo Rota decidit, ꝙ reſcripta ad be
neficia nõ debent extẽdi.Limita hoc, niſi literæ ad bene
ficia ſint fauorabiles,vel proprio motu cõceſſæ,vel cõdã-
tur in cõmutationẽ dãni, quod habuit occaſione eccle-
ſiæ,cui ꝓ ipſo ſcribit:vt omnia iſta declarat pulchre Feli.
in c.cauſam.de reſcript.in colum.vij. ¶ Quinta.Reſcripta
ad lites

ad lites ſtrictius interpretãtur quãtum ad beneficia eccle-
ſiaſtica.Abbas in c.capitulum.col.iij.de reſcrip. Vide ta-
lamen But.in c.olim.in ſ.de verb.ſig.volentem ꝙ in bene-
ficialibus fiat ſtrictior interpretatio. ¶ Sexta. Licet reſcri-
ptũ debeat in dubio accõmodari iuri cõmuni: ſecus tamẽ
vbi apertè cõſtat de cõtraria volũtate papę.But.in c.ex par
te.col.ij.de offi. dele.in no.vj. ¶ Septima. Licet reſcripta
debeãt interpretari ſtrictè vt reducãtur ad ius cõmune:fal
lit tamẽ vbi ſunt expreſſe cõtra ius cõmune:quia tũc latiſ-
ſimè interpretãtur,quantũ patitur proprietas verborũ, &
mens mandantis.vide de hoc Feli.in c.cauſam.col.viij.

DE RESIDENTIA.

1 *Reſidentia quid,& an clericus reſidere teneatur.*
2 *Beneficio an ſeruiat quis per alium ſi poſsit per ſe.*
3 *Clericus an ad tempus poſsit ſe à ſuo beneficio abſentare.*
4 *Clericus an poſsit peregrinari.*
5 *Clericus non reſidens an priuari poſsit beneficio.*
6 *Clericus non reſidens an reſtituat fructus interim perceptos.*
7 *Clericus non reſidens quando habeatur pro reſidente.*

RESIDENTIA importat ex nomine ſuo iugũ & pe-
nè continuã ſeſsionẽ, quaſi iterata ſeſsio.Et ſecundũ
mẽtem Gof.in propoſito eſt perſonalis ſolutio proprij of
ficij in proprio beneficio.Vnde dicit ꝙ reſidere in eccle-
ſia,eſt in ea ſeruire beneficio,& eius curã habere.ſ perſo-
naliter.de cle.non reſi.cõquerẽte. Vnde ſecundũ eum ex
duobus dicitur clericus nõ reſidere.Primò ſi perſonaliter 4
nõ reſidet.Secũdò,ſi perſonaliter quidẽ reſidet,ſed nõ de
ſeruit beneficio,nec eccleſię curam habet. Et idem ſentit
Hoſt.dicẽs ꝙ debet eccleſię ſeruire in ſuo ordine.de filijs
presby.propoſuit.quia parũ eſſet præſentiam exhibere,&
eccleſiæ propriæ curã negligere. ¶ Primò ergo quæritur,
1 *vtrum clericus reſidere teneatur:Et dico ꝙ ſic,habens be
neficium curatũ.de elect.licet canon.lib.vj. & ſimiliter ha
bẽs quodcũq;,ſi hoc cõpetat ex ſtatuto vel priuilegio,aut
cõſuetudine approbata,vt not.Inn.in c.clericos.de cle.nõ
reſi.addẽs omne beneficiũ reſidentiam requirere,niſi cõ-
ſtet de cõtrario.imò,ſecundũ Hoſt.quilibet clericus bene
ficiatus tenet reſidere.c. clericos. & de ele. non reſi. quia
nõnulli.ſiue beneficium magnum ſit.vij.q.j.peruenit.ſiue 5
parvum.extrà eo.conquerẽte.& debet beneficiatus inter-
eſſe matutinis & veſperis:aliàs ſi ſit incorrigibilis,deponi
2 tur.diſt.xxxvj.c.fin. ¶ Secundò queritur, *vtrũ aliquo caſu
poſsit quis in ſuo beneficio reſidere ſeu deſeruire per aliũ
ſi ipſe poſsit ſeruire per ſe?Et dicit Panor.in c. quia nõnul
li.de cle.non reſi.ꝙ non de iure.tex.eſt in l.nullus qui ne-
xu.C.de decu.ſiue beneficium ſit ſimplex,ſiue curatũ: ſed
de conſuetudine ſic in ſimplicibus: non autem in curatis,
niſi cõſuetudo eſſet rationabilis:puta quia beneficium te
nue,& huiuſmodi: quo caſu valeret. facit c.licet. de elect.
lib.vj.Sed tu dic idem etiã de ſimplici,ꝙ niſi cõſuetudo ſit
ex legitima & rationabili cauſa,nõ valet: quia eſſet eccle
ſię damnoſa.& idẽ dic de diſpẽſatione:qa aliàs eſſet diſſi-
patio.arg.not. per Inno.ibi c.ex tuę.de cle. nõ reſi. Et ra-
tio eſt:quia ex nõ reſidentia multa mala proueniunt: quia
principales comedũt ea,quib⁹ eccleſia reparãda vel paupe
res recreãdi erãt: deſeruiẽtes etiã vice principalium,cùm
vix poſsint viuere, quęrũt per fas & nefas quę ſua ſunt,nõ
quę Ieſu Chriſti. Vide.tamen tenet, ꝙ in cõſcientia excu-
ſatur à peccato non reſidens,ſi prouidet ſuis impẽſis ꝙ ec
cleſia decenter,& populus bene regatur:& ibi bene viuẽs
exercet:& videt qũo officiatur ſubditi. Sed hoc intellige
ſolùm qñ pro cauſa neceſſaria vl vtili eccleſię eſt abſens.l.
de pollicitationibus.ff.eo.& l.ſi abſente.ff.de leg. vel etiã
ſecũdũ Lud.de Ro.quãdo pro cauſa neceſſaria & vtili fi-
bi:vt ſi vadat ad balnea.d.l.ſi abſente.& d.l.de pollicitatio
nibus.aliàs nõ:qa eccleſię ſiue populi nõ ſunt propter re-
ctores,ſed ecõtrario,ſecundũ S.Th. ¶ Predicta tamẽ intel
ligo de nõ reſidẽtia aut ad annũ aut ad mẽſes:quia tẽpore
arbitrio boni viri modico pro honeſta recreatione,aut cõ
ſolatione amici,aut propria vtilitate,nõ videtur illicitũ re
ſidere per aliũ:quia ſecundũ Philoſophũ & iura, modici-
tas eſt quaſi nihilitas. Nã modicũ quaſi nihil accipitur.ij.
Phy.& modica damna tolerãtur.xij.q.ij.terrulas.& c. ſi qs
de ſeruis.& bonę rei.& de his quæ ſi.à præla.ſine con.cap.
c.paſtoralis.ff.de ĩntegr.reſt.l.Seio.& ſimiliter toleratur
modica deceptio.ff.de mi.l.in cauſis. §.idẽ Pomponi⁹.ma
gna verò reſcinditur.C.de reſcin. ven.l.rẽ maioris. Vide
3 etiã j.Vicarius. §.v. ¶ Tertiò queritur, *vtrũ clericus ali-
quã le ad tẽpus poſsit à ſuo beneficio abſentare? Et dico ꝙ
non,niſi duo cõcurrãt ſimul,cauſa ſcilicet rationabilis, &
licẽtia ſui prælati:vt in c.relatũ.de cle.non re.ex conſuetu
dine tamen ſufficeret primũ ſine ſecundo, ſecundũ Inno.
in c.ex tuę.eo.tit.Et idem dicit Pan. in d.c.relatũ. ſi occur
reret neceſsitas,quę dilationẽ non pateret,vt poſsit adire
prælatum.l.j.ff.de exer.act. &l.tutor qui repertoriũ.ff.de
admi.tu.quod videtur limitandũ ſecundũ Io.And. in d.c.
relatum.quãdo in breui eſt reuerſurus. ¶ Quartò quæri-
tur,*vtrũ clericus poſsit peregrinari?Et dico ꝙ nõ, ſine li-
4 centia ſuperioris.de conſe.diſt.v.nõ oportet.nec etiã epi
ſcopus.de vo.magnę.Ex cauſa tamen proſequẽdę appella
tionis ſiue pro euitãda oppreſsione poteſt adire papã vel
aliũ ſuperiorẽ inuito epiſcopo vel prælato ſuo.ij.q.vj.om-
nis oppreſſus.& tribus c.ſeq.vt no.gl.in c.vt debitus.de
app.Credo tamẽ ꝙ ſemper ad mĩmus de honeſtate debeat
licẽtiã petere:ar.c.licet.de re.niſi ipſe ſuperior eſſet ĩ cau
ſa:puta quia iniuſtè opprimit,vl ab eo appellatur. Ex ſola
autẽ vtilitate ſine cauſa neceſſaria nõ licet ei adire papã ſi
ne licentia eius vel ſui prælati,in auth.de epiſc.& cle. §.in
terdicim⁹.nec admitti debet in aliena diœceſi ad celebrã
dũ,niſi habeat licẽtiã ſui epiſcopi:vt no.Pan.in c. fraterni
tati.de cle.nõ reſi. ¶ Quintò quæritur,*vtrũ clericus non
reſidẽs priuari poſsit bñficio? Et dico vt patet in c. tuę. de
cle.nõ reſi.ſi clericus ſe fraudulẽter abſentat,nec ad eũ po
teſt citatio venire:puta qa neſcit vbi ſit,trib⁹ publicis edi-
ctis citabitur ad eccleſiã:& ſi poſtea expectat⁹ ꝙ ſex mẽſes
nõ reſpõdeat,priuabitur eccleſia ſua,quod ſecundũ Hoſt.
de epiſcopis nõ intelligitur:& ſecũdũ Io. And. nõ ſuffice
ret vnũ edictũ, licet peremptoriũ: ſi tamen infra præſen-
tiã copiã ſui faciat,ſecũdũ Hoſt.procedi nõ poſſet ex edi-
cto quod nõ peruenit ad eũ. vide ibi. Aliàs etiã nõ reſidẽs
priuari poteſt, ſi monit⁹ iuſta cauſa ceſſante nõ redeat.de
cle.nõ reſi.c.vlt.quod Io. An.ibi dicit intelligi de bñficijs
curatis,vl etiã ſimplicib⁹, ſi reſidẽtiã exigãt ex priuilegio,
vl ſtatuto,aut cõſuetudine. Si verò bñficia reſidẽtiã nõ exi
gũt,cogi nõ põt ad reſidẽtiã,niſi eſſet neceſsitas vel vtili-
tas eccleſię nouiter ſuborta.ar.viij.q.j.qa frater.ſecũdũ In
no.tñ ĩ c.ex tuæ.de cle.nõ re. diſtinguit. Nã ſi erat abſens
ex neceſſaria cauſa vel etiã ꝓbabili, puta ſtudiorũ, vel cũ
epiſcopo,& hmõi,priuari nõ põt, niſi citetur primò vbi-
cũq; fuerit,niſi haberet certũ tẽp⁹ ad rñdẽdũ ex qualitate
negotij,vel aliàs,& nõ veniret:qa ex tũc alteri licitè dare
tur,nec eſſet citatio neceſſaria,nec expectatio ſex mẽſiũ,
de qbus ĩ d.c. ex ruę.& vij.q.j.preſentiũ. Sed veri⁹ alij di-
cũt,ꝙ illa duo reqrũt:qa illi obeſſe nõ debet,ꝙ habuit ab
ſentię ſuę initiũ bonũ,& fortè potuit ſuboriri cauſa iuſtæ

morę

morę vltra tempus limitatum: tenetur tamẽ talis ſemper notificare vbi moratur, cũ ex cauſa rationabili ſemper reuocari poſsit pro neceſsitate eccleſię. quod ſi non fecerit, latitare præſumitur. *Si* verò eſt abſens nõ ex cauſa legitima, ſi hoc eſt certũ, priuari poteſt: aliàs debet citari, & ſex mẽſibus expectari, & poſtea priuari poteſt: ſi tamẽ eccleſiã haberet pro derelicto: vt quia cõtraxit matrimoniũ, vel factus eſt miles aut ioculator: cũ de hoc cõſtiterit, ſtatim poteſt alteri cõferre, ſecundũ glo. eo. tit. c. vlt. Et not. ꝙ habẽs officium in eccleſia, ſemper debet apparere: nec ad eũ eſt mittenda citatio poſt citationẽ ſex mẽſium: quia edictum emiſſum eſt ſecundũ Innocen. ibidem. ¶ Sextò quæritur,

cundũ regulã iuris. lib. vj. & idem in tacitis. l. sed si fundus.
C. qui pot. in pig. habe. Sed tamẽ antè soluendæ sunt im-
pensæ funeris quàm satisfaciendum habẽtibus tacitas vel
expreſſas hypothecas in bonis defuncti: vt est tex. in l. pe.
ff. de reli. & ſum. fu. & in l. at si quis. §. j. eo. titu. & oẽs aliæ 8
factę causa hęreditatis, vt in testamẽto, & inuẽtario: & bre
uiter quando debita totã hęreditatem exhauriunt, hæres
debet esse immunis à lucro & grauamine. C. de iur. deli. l.
sanctimus. Expẽsas aũtẽ superſluas ad ho norem, & pompã
mundanam tuta cõscientia de alieno detrahere nõ potest,
secũdùm Pet. de Palu. in quarto. sed intelligetur facere de
suo. Et in hoc credo, q bonus vir arbitrabitur. Non obstat
quòd de expreſſa hypotheca Azo in d. l. pen. ponat ly for
te: qa illa lex loqtur indistinctè, dicẽs impẽsam funeris oẽ
debitũ præcedere. ¶ Quartò veniũt depositores sine de-
ponẽtes, si depositũ nõ extat. l. si hominẽ. ff. depo. §. fi. &
idẽ dic de habẽtibus pecuniã in illa negotiatione, vt j. So
lutio. §. iiij. quo tñ priuilegio non gaudet, qui sub nomi-

ne depositi mutuat ad vsurã: vt patet in dicta l. si hominẽ.
¶ Quintò veniũt habẽtes actiones personales, inter quos
primò simplices priuilegiati, id est, habẽtes priuilegia per
sonalia, nõ realia: qui tamẽ veniũt posterius prædictis: qa
priuilegiũ hypothecæ cùm sit ad rem, est potior personа-
li. l. repertũ. ff. de pact. ¶ Post hos autẽ sexto loco veniunt
omnes chirographarij pro rata, nõ attẽta prioritate cõtra
ctuum. quia licitum est debitori propter cumulũ creditо-
rum facere deteriorem causam priorum creditorum: non
tamen dominium, vel hypothecam, seu priuilegiũ habitũ.
l. j. §. econtrario. ff. de sepa. bo. Cũ prædictis, omnibus cõ-
cordat Bal. in l. pro debito. C. de bo. aut. iu. po. Et isto etiã
ordine, id est, pro rata, & nõ alicui in solidum restituẽdũ
est creditori vsurarũ, secũdũ Veruec. Dur. & Archi. argu.
c. relatum. de testa. in fi. Nec obstat quòd Ioan. Andr. in c.
quanquàm. de vsur. libro vj. velit satisfaciẽdum esse prius
his, q prius soluerant vsuras, hac ratione quia in hypothe-
ca habetur ratio temporis: bona autem vsurarij videntur
hypothecata: de vsur. cùm tu. quia Hostiẽ. Archi. Fede. &
Gofr. dicunt quòd non sunt hypothecata. & ipsemet Ioã.
Andr. dicit quòd de ista hypotheca non habemus textum
expreſſum. Cum prædictis omnibus concordat Archi. qui
limitat vera, nisi per statutum municipale aliter caueatur,
quia illi stabitur: vt Genuæ in mercatoribus fallẽtibus. &
hoc, secũdùm eum, etiã in foro conſcientiæ, nisi sit expreſ
se contra Deum: quod nõ est de facili iudicãdum, nisi eui
denter appareat contrarium: quia nemo arbitrãdus est im
memor diuini timoris & suæ ſalutis. j. quæstione. vij. ſanci
mus. Nec distinguo an aliquid debeatur ex contractu vel
quaſi: aut ex maleficio vel quaſi, cùm hoc nullo iure pro-
betur. vnde restituendũ est secundũ ordinem prædictum.
¶ Sextò quæritur, * quo ordine restituere teneatur hæres,
& maximè si sint multi? Et dico quòd quo ad debita resti-
tueret eo ordine quo & debitor: & præponet ea legatis, si
sunt contracta per eum cuius est hæres, siue ex contractu,
vel quaſi, siue ex maleficio vel quaſi de quo suprà, Hæredi
tas. iij. §. xj. & ix. Si verò ipe debita cõtraxit, præponet eis
in restituendo legata facta per testatorẽ: quia bona defun
cti sunt tacitè hypothecara pro legatis & fideicõmissis. l.
prima. C. cõmu. de legatis. Si verò hæredes sunt multi, ad
debita & legata tenentur secundùm ordinẽ suprà dictum,
& regulariter pro rata. quod tamen aliquãdo fallit in casi
bus, de quibus suprà, Hæreditas. iij. §. xj. ¶ Septimò quæri
tur, * vtrum liberetur in conſcientia, qui ſimpliciter ſoluit
ſupradicto ordine non seruato? Et dicit Rodo. quòd nõ,
nisi credidisset fore soluendo oĩbus, vel nisi ignorasset
vnum creditorem fore potiorem alio. & concor. Hostiẽ.
ac Mon. quod limita nisi laborasset ignorantia nõ excu-
sante. de cle. excom. mi. apostolicæ. de quo suprà Hæredi-
tas. iij. §. ix. ¶ Octauò quæritur, * vtrum is, qui tenetur plu
ribus, & nõ potest totum ſoluere, possit gratificari vni ſol
uendo illi in ſolidum? Et dicit Mon. quòd si creditor vigi
lauit exigẽdo debitum in iudicio vel extra, potest, imò le
cũdùm Veruec. debet ei debitor ſoluere, antequam bona
debitoris authoritate iudicis incipiãt possideri, quia post
ea iura facta sunt paria omnium creditorum non haben-
tium pignora vel hypothecas, vel qui non sunt priuilegia
tæ personæ: & si creditor vult vni gratificare, debet hoc
omnibus cõmunicare, & ab omnibus licẽtiam obtinere:
& ſimiliter si vnus creditor denũtiauerit alteri, ne recipiat
à debitore, in fraude videtur illi versari si accipiat. Vbi au
tẽ nõ vigilauit creditor exigẽdo debitũ, nõ videtur q̃ te-
neat ei debitor gratificare: sed secũdũ Veruec. restituere

pro

pro rata.ff.quæ in frau.cre.l.pupillus.vbi patet,quòd si debitor nō exactus in iudicio vel extra gratificauerit alicui creditorum,quod datū est reuocatur,& diuiditur pro rata.Et idem Sum.Con.In hoc tamen casu iure poli, etsi nō fori excusaretur,vt creditur,debitor,si pietate motus gratificaret plurimum indigenti.

RVRSVS de Restitutione septimō,quantum ad modos,quibus tollitur obligatio resarciendæ rei vel iniuriæ.

1 *Veniam qualiter petere quis debeat.*
2 *Absolutio à debito qualiter impetranda.*
3 *Solutio alterius an liberet à debito,& quid de quasi solutione. nunc.4.*
4 *Restituere debens quando liberetur per rei interitum.*
5 *Cessio quando liberet a debito.*
6 *Præscriptio an liberet à restitutione.*
7

RESTITVTIO septimō considerari potest,vt sciatur quib⁹ modis tollitur & aboletur obligatio resarciē dæ rei vel iniuriæ,quibus homo liberatur ad tēpus,vt est dilatio,vel simpliciter,vt est absolutio,solutio, quasi solutio,interitus,& aliquo modo prescriptio. ¶ Primò ergo q
2 ritur,* quid iuris de petitione veniæ & dilationis? Et dico multa. ¶ Primū.Secundū glo.Ray.vt in Sum.Cō.li.j.tit.v. q.xxiiij.dānificās ꝓximū,tenetur petere veniā ꝓ seipsum, si potest & audet:alioquin per interpositā psonam,quę debet subticere nomē & circūstantias personę intercedētis, si periculum vel scandalū timeatur:quia offendens recōciliari debet offenso.Matt.v.etiā post satisfactionē dāni,secundùm prædictam glo.si tamen læsus hoc nescit, licet sit tutius petere veniā modo prædicto, quādo satisfacere qs nō potest.nō tamen tenetur:qa hoc casu quo ad iudicium diuinum nō est in mora. ¶ Secundū.Similiter tenetur petere quis dilationē aut absolutionē, si nō vult,aut non potest statim restituere,nisi timeretur īfamia vel scādalū, vt §.Restitutio.v. §.j. quod secundùm gl. Ray. obseruādum est nō solùm in damno illato,sed etiam vbi quis est debitor ex cōtractu,vel quasi:& quo ad regulares,q se recolūt alicui⁹ debitores ex eo quod in seculo fecerūt. ¶ Tertiū. Debet autē dilatio ista peti ab eo qui potest dare & obtinere liberè sine fraude,& sine vi seu metu, & sine desperatione rehabēdi ante dictū terminum,iuxta dicēda j. §.fe. de absolutione:& tūc valet vsque in tempus:& tenetur debitor etiam cū aliqua incōmoditate seruare pacta, si qua interueniunt:puta,quòd singulo mense tātum soluat: aliter non valet. ¶ Quartum. Hanc dilationem quo ad incerta secūdùm do.Anto.in c.cùm tu. de vsur. facere non pōt cōfessor sine authoritate episcopi:sed alij verius dicūt, ꝙ sic ex causa rationabili:secus ad pompam & superfluitatē detinentiū, quia est cū dispēdio salutis detinētis & conce
2 dentis. ¶ Secūdò q̄ritur,* quid iuris de absolutione? Et dico multa. ¶ Primū.Remissio petita per debitorē mediatē vel immediatē à creditore,& obtēta,liberat ipsum debitorē ab obligatione restituēdi simpliciter,si fiat ab eo, q donare pōt liberè,id est,sine fraude,& vi,seu metu,& sine desperatione rehabēdi:secus verò si nō fiat liberè, ita ꝙ interuenit fraus:puta qa dicit se minus posse quàm possit,vt debitū minus esse quàm sit,vel metus dāni aut periculi si nō fiat,aut coactio etiam cōditionata,ex qua sequit desperatio in creditorē consequēdi creditū ex culpa debitoris: vt qa dicit,quòd de centū dabit 50.si vult: alʒ nihil dabit: quia tūc nō valet,per ea q̄ dicta sunt §. Restitutio.ij. §.vij. Dicit tamē Host.in Sum.ꝙ tā aliqua honesta persona media tractet cū creditore dicēs,faciam,ꝙ talis dabit tibi tātum,si residuum volueris ex corde dimittere: nō decipiar me, qa sum mediator:nec debitorem,cuius salutē queror: & ille spōdet:liberat⁹ est debitor.quod limita primò quātum ad obligationem restitutionis,non autē quantum ad peccatū,si debitor non erat paratus facere quod debebat iuxta posse:& si ista mediatio fiat honestè,puta intētione bona & debito modo,nō metu,fraude,aut coactione. Sūt tū tres casus,in quibus absolutione ritè facta secundū prædicta reus nō est absolutus ab obligatione restituendi.Primus est in cle.nolētes.de hær.de quo §.Excommunicatio ix. §.xliij.Secūdus in c.felicis.de censi.lib.vj.de quo j. Visitatio. §.v.Tertius est §.Iudex.j. §.viij.part.j. ¶ Secūdū, Si persona media dicat absolutionē liberaliter esse factā, & nō est, sic non liberatur debitor à restitutione. Vnde si in aliquo vacillet,certificetur de facto:posset tamē mediator esse tantæ honestatis & talis, ꝙ debitor à peccato excusaretur ignorantia facti,secundū regulā iuris in sexto: sed tamen semper manet obligatus: & quoties veritatē cognouerit,reus erit peccati,nisi proponat facere debitū. ¶ Tertium. Quando aliquis debitor ponit se in manibus creditoris,dicēs se paratū restituere iuxta posse:sed orās misericordiā,& remissionē in totū vel in partē.Dico ꝙ si intēdebat restituere,est liberat⁹,iuxta dicta §.par.prima. Si verò nō est paratus restituere,sed sic facit,credēs se breui & exiguo pretio liberādum,aliter hoc nō facturus,nō est absolutus à peccato, vt planum est. Vtrum autē sit absolutus à debito restituēdi,si creditor remittat ei:Gerar.de Senis tenet ꝙ nō aliquo pacto,nisi restituat, siue sit parat⁹ restituere,siue nō.Et facit ad hoc septē rationes nullius momēti. Dyn.autē in regula,peccatū.lib.vj. dicit ꝙ est liberatus,si pecunia erat parata. Quidā verò Theologi,vt recitat Lau. de Ridol.in trac.de vtur.dicunt hoc nō sufficere,sed oportere,ꝙ offeratur.Io.And.ibi dicit ꝙ nō est liberatus,si nō intendebat restituere: aliter sic. Lau. de Ridol.vbi §.dicit cautum esse prædicare,ꝙ non sufficit remissio,licet se disponeret ad satisfaciēdum.cautius,ꝙ oportet pecuniam el se paratam.cautissimum,ꝙ offeratur, vel quod plus est,ponatur in manibus creditorum.Et sic eum allegaui in Aur. ro.vbi prædicatores instituuntur.Sed glo.ij.in d.regula in distinctè tenet quòd est liberatus:& idem Fede.adducens multas bonas rationes,etiā si debitore perseuerāte in crimine proprio motu creditor remittat, vel ad petitionē debitoris.Et idē videt firmare Gof.in Sum.& Archi.de vsur. in c.quāquàm.lib.vj.& Lap.& Gof.& Veruec.& idem ipse Lud.quo ad veritatē.& idē Aegi.ī quoli.si debitori cōstet creditorē liberaliter remisisse,quicqd intēderet ipse debitor.Et ista est veritas:qa quo ad absolutionē à debito restituēdi nihil differt vtrū esset parat⁹ nēcne: quia ista absolutio nō depēdet à volūtate seu dispositiōe spoliātis,sed spoliati.vnde in trāslatione dominij rerū seu circa ipsas nātēditur plus voluntas dñi q̄ alterius. Inst.de fur. §.placet. & l.inter oēs. §.pe.ff.eo.qui etiā inimico sicut donare,ita & remittere potest:cū hoc sit quoddā donare.& ideo qua litercunq; cōtētetur creditor,ille est liberatus: q̄ dicitur in l.j.ff.qui sat.cog.ꝙ satisfacit quicunq; desiderīū implet creditoris,etiā si nō soluat.Igitur iste est liberatus,si potēs remittere remisit liberè, id est, sine fraude, & sine vi seu metu,& sine desperatiōe:qđ intelligo q̄n ista desperatio ꝓuenit ex culpa debitoris,siue ex parte eius īdebitē:puta qa fingit se nō posse quòd potest,aut dicit se nolle facere qđ debet,siue fingat siue nō.Secus quādo prouenit ex rationabili cōsideratione creditoris:quia est liberatus,etiā si desperet creditor se nō rehabiturū quod ei debetur:quia hoc facit remissionē esse magis volūtariā ac liberā, & magis misericordem. ¶ Quartū.Hanc absolutionē facere nō potest quilibet,cui res obnoxia restitutiōi debetur:sed solùm qui suarū rerum habet liberā administrationē,& potest donare.de quo §.Donatio.j. §.j. ¶ Quintū.Consilium vniuersale vel etiā ciuitatis & huiusmodi remittere nō potest debitori quod debeē creditori particulari cōtra eius voluntatē,si debetur ei de iure naturali sine causa:cum cā verò pōt:secundū Inn.in c.quæ in ecclesiarū.de constit.& gl.in l.fi.C.si cont.ius vel vtil.pub.& similiter pōt si debetur ei de iure ciuili tantùm,secūdū eundē Inn.in c.nostra. de iniu.Vide prīceps restituit in integrū ex certa sciētia cū prejudicio tertij licitè.& facit l.fin.C.de sen.pas.in l.in causa.ff.de mino.& quod not.Bar.in l.Gallus. §.& quid si tantū.ff.de l.b.& posth. Quod est singulariter notādum, quia facit ad sciēdū quādo papa dispēsare pōt sup certis, & qñ domini vel cōmunitates,quæ habuerūt bellū,possunt cōparere super damnis datis.de quo §.Bellum.j. §.ij.

3 ¶ Tertio queritur,* vtrū liberetur quis à restitutione per solationē?Et dico ꝙ sic,si ritè fiat,etiā si alter soluerit pro debitore eo inuito,quia ignorantis & inuiti cōditionem meliorē facere licet.l.soluendo.ff.de neg.gest.sed solutio fieri debet congruo loco & tempore.C.de sol.l.oblatiōe. & rei quę debet:quia alia inuito creditore solui nō pōt. Inst.qui.mo.tol.obli.in prin.& debet solui nō deteriorata, vt §.Restitutio.iij §.ix.& §.Furtū.§.pe.nisi res illa præstari nō posset:quia tunc debet solui æstimatio.ff.de con. fur.l.in re furtiua.& si pecunia est quæ debetur,nō sufficit partē soluere:qa eā creditor iuste refutare pōt.l.plane.ff. famil.erc. nisi debitor putaret se nō plus debere quàm offert:quia tūc cogit creditor oblatū accipere.l.quidā æstimauerūt.ff.si cer.pet.Vide etiā j.Solutio.ꝓ totū. ¶ Quar
4 tò queritur, *vtrū quasi solutione fiat satisfactio?Et dico ꝙ sic:vt quādo creditor nō vult accipere quod offertur legitimè,iuxta dicta §.priore.& quod oblatū est cōsignat & deponitur in æde sacra,vel apud aliū,quem iudex adit⁹ determinauerit: quo casu liberat⁹ ac si esset solutū, modò tale depositum nō recipiat.C.de sol.l.obsignatione. & de
5 vsu.l.acceptā. ¶ *Quintò quęritur,vtrum liberetur quis à restitutione aliquando rei interitu?Et dico multa. ¶ Primum.In hac quæstione distinguo,vtrū quis obligetur restitutioni in genere secūdū iuristas,id est in specie,vel in specie,id est,in numero.Si enim obligat⁹ in genere,puta quia debet certā quātitatē,vt bouē,aut equū,vel aliud animal,nō hoc vel illud:tūc nō liberat⁹,licet intereāt omnes res eius igne vel aliter.l.incēdiū.C.si cer.pet.vbi incēdiū
6 debitorē nō liberat ab ære alieno.Et ratio:qa hoc casu nō aliqua res,sed persona est obligata.Vnde apud Iuristas dicit quasi vulgariter ꝙ gen⁹ perire nō pōt.Fallit si præcederet obligatio debite facta, quæ locū habet solutiōi,de qua §.priore.Si verò obligat⁹ in specie,puta ad hāc rē vel illā,semper liberatur eiusdē rei interitu,nisi fuerit in mora restitutionis,vel in culpa seu causa interitus.l.si ex legati causa.ff.de verb.obli.Est autē in mora semper si obligatur ex delicto, vel post diem statutā si est appositа in cōtractu,vel post monitionē seu interpellationē vel petitionē debiti,si nō est apposita.de quo vide §.Mora. §.j. ¶ Secūdū. Quādo autē obligatur quis ex hoc ꝙ penes se habet rem alienā,videt in foro causarū idē si esset obligatus ad speciē,per dictā l.si ex legati.videlicet ꝙ nō sit in mora ante interpellationem,quādo à principio habuit bona fide: qua lex illa loquitur in legato,in quo debetur res aliena, Si verò non habuit bona fide,semper est in mora:quia habuit ex delicto.in foro autē cōsciētiæ iure diuino & Canonico dicitur in mora quàm primū sciuerit rē alienā, & reddere pōt,nec reddit:quia constituitur in mala fide. de prescrip.c.fi.in qua nō licet per momentū morari:quia omne,quod nō est ex fide,peccatū est:vt ibi.& quicquid est cōtra cōscientiā,ædificat ad gehennā.de simon.per tuas. Et si tenetur alienam rem indicare domino ne perdat:sed habeat quādo alius habet.de fur.qui cū fure.multo magis quando habet ipse,tenet indicare & dare:præsertim si domin⁹ rei impediretur aliqua causa vel respectu interpellare:nisi possessor habuerit aliquā iustā cām detinēdi,puta ratiōe sumptuum factorū in bona fide.ff.de fur.l.is qui rem cōmodasset,vel si iusto errore putauit rē suā:quo casu nō cōstituit in mora, etiā per interpellationē.ff. de peti.here.l.illud. ¶ Tertium.An verò liberetur morosus rei interitu,vel certe teneat,si eodē modo res apud dominū fuerat peritura?Videt ꝙ si ex cōtractu debeatur,nō tenetur.ff.ad l.Rhodiā.de iac.l.fi. §.fi.vbi si nauta cū sciret dominum nolle,posuit res in naui deteriori quàm conuenerat,& perierint,tenetur:nisi fortè & illa nauis melior,in qua fuerāt ponēdæ, perierit:quia licet nauta deliquerit faciendo cōtra cōuenta, ex quo domin⁹ nō est propter hoc damnificatus,cū res essent omnino peritуræ,nō tenet.Sī vero debebant ex delicto,videtur cōiter cōcludi per Iuristas ꝙ tenetur,per l.inuito.ff.de vi & vi ar.vbi si res pereat casu furtiuo,tenetur qui eā abstulit,etiā si pereat sine culpa sua:quia à principio fuit in mora.& idem probatur eo.titu.l.j. §.rectissimè.Sed hoc aperte non probatur:qa aliud est morosum teneri etiā si nō sit in culpa interitus: aliud eum teneri,etiā si res apud dominū erat peritura:qa potest fuisse neutrū,& tamē eum teneri:quia dominus ante interitū vēdidisset.l.cū res. §.fi.ff.de le.j.vbi si fundus legatus pereat,tenetur debitor,quia legatarius potuit vēdere,& idem in l.item si verberatū. §.fi.ff.de rei ven.Concordādo autem opiniōes dico,ꝙ siue ex cōtractu,siue ex delicto morosus teneatur,nō liberatur rei interitu,si constat vel sit dubiū ꝙ res apud dominū existēs ante interitū fuisset vēdita,vel domino aliquo modo vtilis.per d.l.cùm res.& d.l.ītē si verberatū.Si verò cōstet,ꝙ antè nec vendita nec vtilis fuisset domino, vt in dictis reb⁹ in naui repositis,nullo modo tenetur respectu ītereſſe,cū nullū sit:sed delictum aliter pœnis legalibus punietur. Nec distinguo quo ad hoc inter dicta & cōtractus, maximè in foro pœnitētiali,vbi regulariter cōsideratur solū interesse,& non pœna,vt notat gl.xij.q.ij.fraternitas. Itellige nisi imponatur iuridicè. ¶ *Sextò quæritur, quid iuris de cessione?
6 Et dico multa. ¶ Primū.Cessione facta in manibus creditorum, siue creditoris,si est certus,vel episcopi,si incert⁹, tollitur obligatio:quia is,qui nō est soluēdo,carcerari nō debet,vel aliis pœnis subijci:sed bonorū cessione potest à debito pecuniario liberari.C.qui bo.ce.po.l.j.& no.gl.in c.Odoardus.de solu.vbi etiā non debet impotēs propter debitū excōmunicari,etiā si cessio fiat per nuntiū vēl epistolam.ff.e.l.fi.Sed tamē non potest quis cessione liberari,nisi prius in iudicio vel extra debitū agnoscat,id est,fateatur,vel sit cōdemnatus. nō enim potest dicere,nihil debeo:sed si deberē,cedo bonis ff.de cess.bo.l.penu. Vtrū autem per cessionē liberari possit debitor ratiōe maleficij, puta vsuræ vel furti,infrà partic.vlti. ¶ Secundū. Est autē effectus cessionis,nō vt cedens liberetur à debito:quia tenetur satisfacere si venerit ad pinguiorē fortunā.C. qui bon.ced.pos.& per totū titulū.intellige inquātū potest.l.is qui.ff.de ces. bon.& deducto ne egeat,vt ſtatim dicam:

sed est vt postea nec incarcerari nec conueniri posit nisi inquãtũ facere potest.ff.eo.l.is qui.& intelligitur facere posse deducto ne egeat: qa est regulare, vt quoties nõ potest quis cõueniri nisi inquantũ facere potest, ex legis beneficio intelligatur deducto ne egeat.ff.de re.iur.l.in condemnatione. quod in foro cõtentioso est indubitatum. In foro autẽ conscientiæ si post cessionem lucratur, seruari tutè potest: quod dictũ est s̃.Restitutio.v.§.iij.& iiij. quia nõ obligatur plus post cessionẽ quàm alius sine cessione, & fortè vlterius haberi potest ratio ne egeat, id est, ne viuat indecenter aliquaten⁹: quia obligatio semel extincta, eo modo quo est extincta, nõ renascitur, vt s̃. Obligatio. §.xij. Quantum ad vsurarium tamen est glo. singularis in c.cùm tu.de vsur. quę dicit ꝙ etiam si cessit bonis, tenetur ad restitutionẽ in integ. nec habebitur ratio ne egeat. qđ Pan. intelligit in foro pœnitentiali: secus in contentioso, & speciale videtur in vsurario, secundùm Ala. & Host. Sed ego teneo eam gl. indistinctè: quia iura indistinctè loquũtur, & ita tenet Gemi. in c. quanquã. de vsur. lib. vj. & hoc ĩ odium vsurariorũ. ¶ Tertium. Non debet autem cedens pati aliquã pœnã aut vituperiũ, vt s̃. Restitutio.vj.§.j. nec spoliari vestimẽto de dorso aut à lecto quo necessario ipse vel familia vtitur: ar. Exodi xxij. nec tenetur cauere de soluendo si venerit ad pinguiorẽ fortunã: quia hoc iure cautum nõ inuenitur. Non obstat ꝙ gl. in c. Odoardus. de so- 1
lu. teneat cõtrariũ, intelligens illum tex. de cedente: quia ille textus loquitur de impotente soluere ne excõmunicetur: vel si fuerit excõmunicatus, absoluatur cũ cautione de soluendo cũ poterit. quãuis dici posit ꝙ illa gl. non asserit tex. illum loqui de cedente: sed ꝙ ibi interueniunt aliqua similia cedenti. ¶ Quartũ. Si debitor malit quinquennales inducias, q̃ cedere bonis, & creditores inuicẽ discordant, standũ est maiori parti numero vel credito: vt s̃. Restitutio vj.§.iij. ¶ Quintũ. Obligatus ex maleficio, vel rapina, iure ciuili nõ videtur cessiõe liberari: sed loco pecuniæ quam soluere nõ põt, sustinere debet pœnã corporalem.l.fi.ff.de in ius vo. quæ licet loquatur in liberto, q sine venia, id est licentia iudicis patronũ vocauit in ius. tamen videtur hoc poni pro regula generali in omni casu quo aliquid debetur ex delicto.l.j.§.& generaliter.ff. de pœn. Et idem videt̃ sentire glo. etiam de iure canonico in c. nõ satis. lxxxvj. dist. & in c. si res. xiiij.q.vj. ar. illius verbi, peccati, in quo res malè ablata est, pœnas luat. & verũ est vbi agitur de publico cõmodo: puta, qa iudex ad instãtiã accusatoris vel ex officio procedit ad punitionẽ delicti, quia publicæ vtilitatis est vt delicta nõ remaneãt impunita. de sent. excõ. vt famę. ne facilitas venię incentiuũ tribuat delinquẽdi. xxiij.q.iiij. est iniusta. Sec⁹ vbi agit̃ de commodo priuato: vt cùm quis petit rẽ sibi restitui furto vel alio modo sublatã, vel etiã pœnã ex maleficio, & debitor cõuentus nõ est soluendo: quia liberatur cessione, ne frustra homo in hominẽ sæuiat, vt dicitur in d.c. si res. ¶ Septimò de prescriptiõe & vsucapiõe, de quibus quo modo à restitutione liberent, dictũ est s̃. Præscriptio. per totũ. & dicetur infrà Vsucapio. quæritur specialiter vtrũ hęredes, quibus relictũ est ꝙ soluãt mille libras pro incertis habitis ex vsuris, cùm tamẽ nõ appareat de dictis vsuris, nisi per cõfessionẽ testatoris, liberẽtur à restitutione præscriptione xxx. annorũ. Et dicit Lau. post Feder. ꝙ sic, si bona fide semper sic possederũt: quod præsumit̃, nisi contrariũ probetur: nec per episcopũ amplius poterunt molestari: qa cũ actio competẽs ex testamento, vel cõdicillo cõpetens episcopo per l. nulli. C. de epi. & cle. sit personalis, & claudat spatio annorũ xxx. C. de prescrip. xxx. vel xl. annorum, pẽr cõsequẽs hæredes bonæ fidei nõ poterunt molestari. Nec obstat, ꝙ actio competẽs episcopo duret xl. annis: quia intelligitur de competẽte episcopatui vel ecclesiæ collegiatæ: hæc autem nõ competit vt episcopo, sed vt œconomo & administratori pauperũ. Quantum verò ad eos, quibus bona sunt alienata vel relicta, si spatio decem annorũ possederunt, indubitanter sunt liberati: quia actio personalis non cõpetit cõtra successorem singularem.l.j.§.hæres.ff. ad Treb. Secus si talis hæres vniuersalis vel singularis fuisset malæ fidei possessor: vel si aliter appareat de vsura pa-ctum aliud quàm per testamentũ: quia sic non esset liberatus. Vide etiam quod dico suprà Præscriptio.j.§.vij.

RVRSVS de Restitutione.viij. specialiter quantum ad incerta.

1 *Restitutioni obnoxia bona incerta, quæ dicantur.*
2 *Restitutio incertorum facienda pauperibus, an sit de precepto, vel consilio.*
3 *Restitutio incertorum, quibus, quando, & vbi fiat, & cuius authoritate. nu.5. & seq.*
4 *Restitutione facta pauperibus, si appareat dominus, an ei debeat restitui.*

RESTITVTIO rursus octauò cõsiderari põt specialiter quantũ ad restitutionẽ bonorũ incertorũ. ¶ Primò verò* quærit̃, quę sint bona incerta restituenda? Et dico, vt ex ipsis vocabulis patet, ꝙ illa sunt, quę retineri nõ possunt licitè ab eo, qui de facto possidet, & tamẽ certus verus seu iuridicus dominus ignoratur. & hoc secundùm S. Tho. ij.ij.q.lxij.ar.v. facta diligẽti inquisitione, intelligens eã esse faciendã bonus vir ex inquisitionis vtilitate iudicauerit: quia nullus debet infructuose fatigari. Et ideo talia dicuntur primò omnia habita siue acquisita illicitè per maleficiũ aut cõtractũ, quorũ verus domin⁹ nũquã fuit cognitus: sicut miles in bello iniusto acquisiuit equum, cui⁹ dominũ nũquã visu vł auditu cognouit. Et secũdò illicitè acquisita per maleficiũ vel cõtractũ, quorũ verus domin⁹ aliquãdo fuit cognitus, sed nõ cognoscitur modò: vel qa est mutatus in persona, vt quia noto successit ignotus: vel qa est mutatus loco vel qualitate, vt qa iã nescitur vbi sit. ¶ Et tertiò omnia acquisita turpiter ex parte dãtis, & accipientis: quia licet cognoscatur is, q fuit eorũ verus dominus: tñ nõ cognoscitur verus dominus post acquisitionẽ qa cũ nõ sit dominus, non est aliquis alius in spũali, sed solùm in generali sunt pauperes, etiã si talia sunt acquisita per simoniã in sacramẽtis & alijs spũalibus, sed tñ fall. in fructibus beneficij accepti simoniacè: qa illi sunt illius ecclesiæ, vel camerę apostolicę: & in his, quę in alicuius iniuriã sunt data, qa illa sunt eius: vt s̃. Restitutio.ij. in princip. Et quartò oĩa acqsita illicitè, quorũ verus dñs sciri põt: sed cũ difficultate tãti, vel quasi tãti momẽti, quãti est capitale, vł maioris quãtũ ad singulos creditores, licet nõ sit quãtũ ad oẽs: sicut fęgs vẽdẽs frumẽta ad tẽpus pluribus mille solidos vsurpauit mille, aut qngẽtis viris, quorũ plures suos ĩuenire posset, sed cũ difficultate valde magna: in quo bonus iudex, aut cõfessor arbitrabitur. Sic etiã põt intelligi c. cũ sit. de Iudæ. de quo s̃. Restitutio.iiij.§.in prin. vbi bona, quæ infidelis accepit à Christiano prætextu officij publici, q̃ proculdubio restituẽda fuerãt dãti, cùm nõ dederit turpiter: & tñ mãdãtur dari pauperibus nulla alia premissa inqsitione: qđ nõ ideo pręcise fit, qa dãs erat incognitus: vt dicit gl. qa saltẽ debuisset fieri proclama, & inquisitio diligẽs: sed ideo fit, qa labor in restitutione ista exequenda fuisset magnus, & vtilitas spoliatorũ parua & mo-

& maximè hoc verũ est vbi ista incerta debẽtur ex contractu etiã vsurario: in quo sicut nõ tenet̃ debitor suis expẽsis satisfacere: vt s̃. Restitutio.iiij. in fi. ita nec suo labore. Et faciũt ad hoc ea quæ dicta sunt s̃. Restitutio.iiij. in fi. per Rodo. & Ber. s. ꝙ modica nõ sunt necessariò restituenda.
2 ¶ Secũdò quæritur,* vtrũ incerta, de qbus s̃. dictum est ex S. Tho. ꝙ præmissa diligẽti inquisitione essent dãda pauperib⁹, sint dãda de necessitate pręcepti, vel de cõsilio? Et dico ꝙ quidã imponũt regulã, vt Veruec. vt quoties restitutio nõ est faciẽda certæ psonæ, sit de cõsilio, & nõ de pcepto. sed hoc est verũ in illis quæ fuerũt turpiter data, q̃ verum dominũ nõ habẽt cognitũ vel incognitũ: sed neq; vnquàm habuerũt post instãs quo fuerũt acquisita. in alijs aũt quæ post tale instans aliquãdo habuerũt dominũ, licet fortè nõ habeãt modò, vt quia obijt, & nõ habet hæredẽ, dicta regula nõ est vera: quia S. Th. ij.ij. vbi s̃. dicit ꝙ si is, cui debet fieri restitutio, sit omnino ignotus, debet homo restituere secũdũ quod potest, scilicet dãdo in eleemosynis pro eius salute: & intẽdit ꝙ debet necessariò: aliter nõ
3 solueret argumẽ. ¶ Tertiò quæritur, * quibus, quando, & vbi talia sunt dãda? Et dico ꝙ pauperibus, siue, quod idem est, in pias causas. & hoc secũdũ S. Th. præmissa diligenti inquisitione de dño vel hærede, ar. c. cũ tu. de vsur. & c. diuinæ. lxxxvij. dis. c. episcopus. dist. lxxxviij. & c.j. de rap. & ĩter ęquè pauperes, iustiorib⁹: inter pauperes ęquè iustos, pauperioribus: sed sufficiat sine fraude dare pauperib⁹ occurrẽtibus. Et dãda sunt statim, vel petẽda dilatio: vt s̃. Restitutio.v.§.j. Et dãda sunt in loco vbi sunt acqsita vel damnum illatũ: & hoc necessariò secundũ Host. & aliquos doct. in d.c. cùm tu. qa citius poterũt venire ad dñm vel hęredes. Sed secũdũ Fede. cõsi. xxiij. & do. Anto. de bono cõsilio tãtũ, nõ de necessitate: & hoc est verius, quia iura simpliciter dicũt dãda esse pauperibus: vt in c. cũ tu. & in c. sicut dignũ. de hom. & possibiliter possunt occurrere alibi pauperiores & iustiores, q nõ essent postponẽdi post diligentẽ inquisitionẽ pręedictã, ppter incertã cogitationẽ, ꝙ fortè dãdo in tali loco veniẽt ad verum dñm. Nec obstat c. primũ. de rap. qa ibi erat psona cui restituẽdũ erat, & sciebat & instabat apud episcopũ: alias episcopus ex officio suo nõ fuisset motus ad excõmunicãdũ, nisi ad petitionẽ partis. de elec. innotuit. in fi. & l. iiij. §. hoc aũt. ff. de dã. in-
4 fec. ¶ Quartò quæritur,* quid si facta restitutione in pauperes appareat dñs rei vł hęres? Et dico ꝙ debitor ampli⁹ nõ tenet̃ si debitè inquisiuit: qa bona fides nõ patitur vt semel exactũ vlterius exigatur. de reg. iur. bona fides. li.vj. Si verò nõ adhibuit debitã diligẽtiã, iterũ tenetur. de homici. sicut dignũ. §. eos. s̃. Restitutio.iij.§.ij. parti. vij. circa fi.
5 ¶ Quintò quæritur,* qua authoritate sint prædicta erogãda pauperibus? Et dicit Host. in c. cùm tu. de vsur. & in c. cũ sit. de Iudæ. & in Sum. de pœ. §. fi. & Io. An. in c. si episcopus. de pœ. & re. lib. vj. & in reg. peccatũ. de reg. iur. lib. vj. ꝙ ista dispẽsatio pertinet ad episcopũ solũ: probãtes opinionẽ suã per dicta cap. & vlterius Io. And. per hanc rationem: qa talia sunt pro anima veri possessoris fideliter erogãda, & cõsequẽter sunt diuino cultui mãcipata: & cõsequẽter à solo prælato diuini cultus sunt dispensanda: item qa est cõsuetũ: & quartò quia episcop⁹ est pater pauperũ. ¶ Sed alij multi tenẽt ꝙ nõ est necessaria authoritas episcopi: nec se potest cõsequẽter ipse de his intromittere inuito debitore: vt arg. in c.j. de testa. & in c. non sane. xiiij. q.v. & Io. Mo. in c. quãquã. de vsur. li. vj. & Io. de Lig. Pau. Gemi. Io. Cal. Zenze. & Recup. super cle. j. de priuil. glos. in c. sicut dignũ. de homi. §. eos. & dñs Hug. iuris vtriusq; doctor, & frater Clarus, & Archid. & Sco. in iiij. di. vj. post S. Tho. ad ducissam Brabãtię. imò dico ꝙ potest ea raptor propria authoritate distribuere: & alia nõ requiritur, secundũ Archid. Mo. Io. de Li. Pau. Ge. Io. Cal. & Pan. & facit d.c. cùm tu. & d.c. sicut dignũ. §. eos. iuncta gl. & alia iura q̃ dicũt obligatũ debere restituere, nulla facta mẽtione de authoritate episcopi: vel si faciunt, dicũt solũ ꝙ episcopus debet pcurare vt sic faciat, nõ aũt ꝙ ei⁹ authoritas sit necessaria: vt patet in c. religiosus. de testa. li. vj. vbi hoc potest liberè executor testamẽtarius. i. nullius reqsita licẽtia, Ergo ẽt hoc põt principalis, à quo executor habet authoritatẽ. Patet etiã, qa qlibet obligat⁹ & honestus licitè põt seipsum exonerare. Instit. quib. mo. tol. obli. maximè vbi exoneratio nulla lege est phibita, vt hîc. in quatuor tamẽ casibus secũdũ Arch. episcopus se põt intromittere de restitutione incertorũ. Primò qñ mortuo debitore nullus relictus est hæres vel executor ad restituẽdũ: adde vel si is qui est relictus nõ implet quod debet: si autẽ esset relict⁹, requireret̃ authoritas episcopi solũ de cõsilio. ar. c. de laicis. xij.q.ij. & l. nulli. C. de epis. & cleri. & in hoc concord. Vin. & Ber. in d.c. cũ sit. in gl. episcopo aũt phibẽte pñt & debẽt restituere: vt in c. religiosus. in fi. de testa. lib. vj. vbi hoc pñt liberè. Secũdò qñ debitor restituere nõ vult, & in iudicio agitur cõtra eũ. Tertiò qñ restituẽs malè dispẽsaret, puta amicis qui nõ indigẽt, & hmõi: quia se põt episcopus intromittere vt iterũ dispẽset: qa nõ dicitur factũ, qđ aliter est factum q̃ dẽbuit. de reg. iur. q ex timore. & intellige si male dispẽset dolo vel lata culpa: qa secũdũ Inn. in c. sicut dignũ. de homi. alia culpa in foro pœnitẽtiali non arctat ad restitutionẽ. Quartò qñ talia ĩcerta sunt manifestorũ vsurariorũ: qa ad episcopũ ptinet dispẽsatio: vt in c. quãquã. de vsur. li. vj. Ad primũ autẽ motiuũ aliorum dico ꝙ c. cùm sit. loquit̃ de Iudæo, cuius dispẽsatio meritò suspecta habetur à Christianis, siue ab ecclesia quo ad pauperes Christianos. alia etiam iura nõ dicũt necessariã esse authoritatẽ episcopi: sed ꝙ ipse pcurare debet vt sic fiat. Ad secũdũ dico, ꝙ si valeret, nullus diues posset dispẽsare superflua. ideo negatur prima illatio. Ad tertiũ dico, ꝙ talis cõsuetudo si sit cũ obligatiõe, vt. s. obligat⁹ restituere hoc nõ posset, nisi cũ authoritate episcopi, est cõtra legẽ naturalẽ. & si esset solũ cõtra ius positiuũ, hodie tñ esset irrationabilis, qa episcopi rarò curãt de pauperib⁹. Ad quartũ dico ꝙ est pater pauperũ, dispẽsando bona sui patrimonij, & suę ecclesię, & Iudęorũ, & publicorũ vsurariorũ, & qñ nullus est à testatore deputatus executor testamẽti. ¶ Sextò
6 quæritur,* vtrũ episcopus posit sibi reseruare dispẽsationẽ incertorũ, & sacerdotes dispẽsantes talia excõicare? Et dico ꝙ reseruare sibi põt in genere hmõi dispẽsationẽ, & de facto reseruat plerũq;: sed ista reseruatio intelligenda est quãtũ ad ea quæ subijciũtur eius dispẽsationi solius, de quib⁹ §. priore. Et si specificẽt alijs à pdictis, hoc de iure facere possunt, vt patuit ibi: & si ppter hoc fulminent sententiã excõicationis, dicit Io. de Lig. super d.c. cũ sit. de Iudæ. ꝙ quicquid dicat Io. And. tamẽ dubiũ est vtrum episcopus hoc posit. & Io. Cal. dicit expsse ꝙ nõ põt. & idem do. Hug. & frater Clarus, & necesse est sic dicere oẽs qui tenẽt ꝙ hoc nõ põt. Sed tamẽ aduerte, ꝙ quãtũ ad nõ exẽptos excõicatio talis ligaret, qa licet esset iniusta, non tamẽ nulla. Et si dicatur ꝙ est nulla, qa episcopus nõ est iudex sacerdotis in hoc: dico ꝙ dupliciter intelligit̃ episcopũ nõ esse iudicẽ in hoc: vno modo in hoc negotio. s. incertorũ: alio modo in hoc. i. in hac sentẽtia iniusta. Cũ aũt dicitur sentẽtia esse nulla, q̃ est à iudice nõ pprio: vel quã

tum ad hoc,in quo non est proprius,nō intelligitur quan
tū ad hoc,id est,hanc sententiā:quia sic omnis excōmunica
tio iniusta esset nulla,cū nullus iudex habeat potestatē in
iustè iudicādi:sed intelligitur quātū ad hoc,id est,hoc ne
gotiū,puta restitutionē incertorū:& quantū ad hoc epi-
scop⁹ est iudex sacerdotis nō exēpti. ¶Septimò queritur,
7 *vtrū incerta restituenda pauperibus,iuxta superi⁹ dicta,
possint in reparationē vel fabricā ecclesiæ aut monasterij
episcopali authoritate cōuerti?Et dicit Io.And.in c.reli-
giosus.de testa.li.vj.ꝙ sic.& fuisse disputatū per excellen-
tissimos Doct.ꝙ si ecclesia indiget necessaria augmētatio
ne,puta qa populus in ea ad officiū stare non pōt,nec suffi
ciūt facultates ecclesiæ:pōt episcopus ꝓpria authoritate si
ne pauperū graui dāno,talia incerta cōuertere in ei⁹ repa
rationē.Secus si sufficiūt facultates ecclesiæ,vel reparatio
nō est necessaria,sed volūtaria,vel imminet nimia fames:
qa tenet̃ dare pauperib⁹.xcvj.dist.pastoralis.Pro qua opi
nione facit,qa bona ecclesiastica sic sunt pauperib⁹ obno
xia,sicut illicitè acquisita:vt in c.aurū.xij.q.ij.& c.fi.xvj.q.
j.& tamē episcopus pōt ꝓ reparatione ecclesiæ dare cēte
simā vel quinquagesimā.xij.q.ij.bonæ.& de donat.aposto
licæ.& cōsequēter idē poterit de illicitè acquisitis. Et ad
idē facit c.ecce.& c.statuimus.xv.q.j.& ita indistinctè te-
net Sū.Ros.cōtra Ang.qui hoc nō tenet in legatis.Sed Pe.
de Peru.in tract.de cano.por.episcopi.c.vij.dicit predictā
determinationē nō esse bonā,& videri cōtra casum cle.qa
cōtingit.de reli.do.vbi relicta ad vsus pauperū nō possūnt
sine authoritate papæ ad aliū vsum cōuerti.Ego aūt dico
ꝙ ista secūda opinio est vera proculdubio in legatis factis
pauperib⁹ regulariter,de qb⁹ loquit̃ d.cle.nec fallit,nisi
vbi per talē cōuersionē fieret æquale vel maius bonū pau
perū,puta qa ex tali fabrica redūdāt eleemosynę pauperū
vel qa inhabitātes sunt paupes,quos oportebat suū victū
exponere in fabricā:cùm hoc sit darepauperib⁹.in alijs au
tem est vera opinio Ioan.Andr.vide s̃.Legatū.iiij. §.xij.&
8 xiiij. ¶Octauò quæritur,*vtrū super restitutiōe incerto-
rum possit fieri cōpositio cū episcopo vel transactio?Et di
cit Pau.in cle.ij.de pœ.& re.ꝙ nō per illū tex.& per c.li-
cet.de offi.vicar.lib.vj.nisi de mandato apostolico: vel de
quātitate vera,& nō de minori.Lau.autē dicit ꝙ illi text.
nō clarè probāt,& quòd hoc possūnt:qa papa scit cōsuetu
dinē cōtrariā,& diu tolerauit.quod Arch.dicit verū,etiā
quo ad Deū,si faciūt ex causa rationabili,puta dimittēdo
partē debitori vt pauperi,cùm aliàs viuere nō posset nisi
cum indecētia status multū notabili:non autē sine causa
super quātitate minori:imò,secundū eum,nec papa,nisi
in dubio vtrū debitor possit restituere : qa in dubio factū
papæ interpretādū est in bonū:vt di.xl.nō nos.cū gl.Vide
9 Archie.ij.parte.tit.ij.c.vj.in fi. ¶Nonò quæritur,* vtrum
sit tutus vsurarius,quādo premisso generali edicto,ꝙ qui
soluit vsuras,veniat intra tot dies pro habenda restitutio
ne:quibus diebus elapsis episcopus fert sentētiā, ꝙ cū nul
lus appareat bona sunt incerta, & ipse tanquā incerta assi
gnat episcopo:si post terminū prædictū appareat aliquis
creditor?& tenet Fede.in suis cōsilijs ꝙ sic,etiā quo ad il-
los,qui tūc erāt extra diœcesim:licet talibus cōpetat reme
dium:quod verū puto si piè & fideliter dispēsauit,iuxta di
cta s̃.§.iiij.vel dispensatum est. Et si dispensationem com
misit episcopo,puto ꝙ sit tutus,si talis est,de quo presuma
tur ꝙ sit fidelis dispensator:puta quia reditus suos cōmu-
nicat pauperibus Christi:aliter non.

RESVSCITATVS,quasi iterū suscitatus,est qui secū-
dò accepit spiritū vitalē:de quo quæri solet vtrū re-
stituatur in integrū?Et dico vt elicitur per glo. & Archid.
in c.ij.xxxij.q.vij.& per Io.And. ac Pan. in c.fraternitatis.
de frigi.& male.post Vin.& Bar.Brix.ꝙ quo ad ea quę im
primūtur in anima,nō restituitur,cū illa nō pdat:vnde nō
reordinatur,nec rebaptizatur,vel hmōi,quod etiā Io.An.
extēdit ad professionē,licet in ea character non imprima
tur,qa obligatio acqritur Deo,q nō moritur.de cōd.app.
c.fi.Sed Pan.quo ad hoc tenet cōtrariū:qa talis obligatio
est restricta ad tps:ꝑpterea dicūt ꝓfitētes,toto tēpore vi-
tæ meæ ꝓmitto &c.& hoc est verius.opi.autē Io.An.pce
deret vbi qs simpliciter ꝓmitteret seruare talē regulā vel
hmōi.Quātum ad alia verò,in qbus character nō impri-
tur,sed adhæret corpori,dicit Io.An.ꝙ nō restituitur,nec
illa recuperat:qa actio semel extincta nō reuiuiscit.de re
nun.ex trāsmissa.gl.verò in l.ex his.ff.de legi.& in l.seru⁹
effect⁹.ff.de act.& obl.tenet,ꝙ recuperet īdistinctè: vnde
rūpet testm̄ qd antè fecerat, & recuperat bona.& idē Bar.
in l.j.C.de sac.san.eccl.nisi resurgeret gloriosus. Archid.
aūt vbi s̃.tenet hoc fieri quasi iure postliminij: & bene,qa
restitutio principalis in integrū refertur ad omnia.l.j.C.
de sent.pas.ij.q.iij.in fine.de quo s̃. Ecclesia. De his & de
matrimonio vide s̃.Diuortium. §.ij. De Samuele autem
resuscitato vide infrà Sacrilegium. §.j.De sacramentis au
tem iterandis ab eodem,vide infrà Sacramentum.

REVELATIO cui sit fiēda, qn̄ præcipitur sub pœna
excōmunicatiōis,vt reueletur res aliena,dicit Host.
ꝙ non læso, sed prælato ecclesiæ.xxxv.q.vj. episcopus in
synodo.De materia reuelationis vide suprà Cōfessio de-
licti. & Confessio, per totum.& Denuntiatio, & Inquisi-
tio,& Familia,& Furtum. §.xv.

RIGOR, est iuris excessus,vt s̃.Ius.quādoq; tamē su-
mitur ꝓ ordine iuris secūdū regulas ipsius scriptas:
vt in c.super literis.de rescrip.quandoq; pro subtilitate:vt
not.in c.vt cōstitueretur.50.di.& differt ab æquitate,quæ
est ordinata iūstitia,tēperata dulcedine misericordiæ:vt
not in c.fin.de transac.& facit c.disciplina.xlv.dist.Ius ve-
rò est mediū inter rigorē & æquitatē,& accipitur pro com
muni decisione quæ fit secundùm cōmunes regulas iuris.
Hęc Pan.in c.literis.de restit.spolia.Vide suprà Ius.

RIXA importat quandā inuasionē in factis,secundùm
S.Tho.ij.ij.q.xiiij.Vnde secundùm gloss.Gal.v.rixa
est quādo aliqui ex ira inuicē se percutiūt: vnde est quod
dam priuatū bellum,quod agitur inter priuatas personas,
non publica authoritate,sed inordinata voluntate,de qua
dicam quædā.¶Primum. Secundùm S. Tho.vbi suprà,&
alios,rixa semper importat peccatū:& in inuadēte est mor
tale:in defendēte autē se quādoq; non est peccatū: vt quia
animo repellēdi iniuriam cum debita moderatione se de
fendit.Quandoque est veniale:vt cùm aliquis leuis mot⁹
odij vel vindictę se immiscet,aut moderatio exceditur pa-
rum.Quandoq; verò mortale:vt cùm effrenato animo cō
tra aggredientē insurgit ad occidendū, aut grauiter lædē
dum.¶Secundum.Illa regula c.intelleximus. & ca.fin.de
adul.scilicet paria delicta mutua compēsatione tolluntur
vera est solùm quādo delictū est circa idē cōmissum:puta
circa idē matrimoniū, & agitur ciuiliter.de quo s̃.Diuor
tiū. §.xj.Si verò se inuicē percutiūt,aut cōtumeliā dicunt,
nō tollūtur compēsatione ista paria delicta, secundū Pan.
in c.j.de iniur.& in d.c.fi,etiā si agatur ciuiliter: quia non
sunt circa idē factū,eo ꝙ factum tuū nō est meū: vt proba
tur in l.apud Celsum. §.Marcell⁹.ff.de doli excep.& ideo
quilibet poterit agere de iniuria sua & damno: nec pote-
rit repelli agēdo propter iniuriā factā, secundùm Inno.&
multo

multo minus tollunt̃ si agatur criminaliter ad pœnā lega
lem:quia cuiuslibet delictū puniet̃ pœna cōdigna.l.ij. §.
ij.ff.de adul.quod quātū ad prouocantē verū puto,si ex in
teruallo offendit.Vide etiā parti.sequen.¶Tertium.Qui
prouocatus ab alio iniustè percutit,vel infert cōtumeliā,
secundū Pan.in c.si rixati.de iniur.tenetur,licet puniend⁹
sit miti⁹:quia difficillimū est iustū dolorem cōpescere:vt
in simili vult textus in l.si adulteriū. §.imperatores.ff.de
adult.Si tamē animal fuit prouocatū & occidit,nō tenet̃
domin⁹,de quo ī l.j. §.cū arietes.ff.si qua.pau.fe.di.Et ita
tenet Sū.Ang.contra Ro.quia iniuriā,inquit,propriā nō
licet vlcisci.C.quādo lic.sine iudi.per totū arg.per locū à
speciali in l.si ex plagis. §.tabernari⁹.ff.ad l.Aquil.& facit
c.j.de iniur.& l.fi.ff.de sica.Sed quia ista nō probāt nisi ꝙ
non licet corā Deo:aut ꝙ secundū iura humana hoc puni
tur si fiat animo quieto ex īteruallo:ideo dico ꝙ si fiat in
continenti,licet sit peccatū,tamen nō venit humano iure
puniendū.Vnde secundū Spe.prouocans nō potest agere
cōtra prouocatū,si offenditur dicto vł facto: qa dedit cau
sam: & calor iracūdiæ vitio caret.ij.q.iiij. si quis iratus. &
d. §.cū arietes.vbi etiā Bar. exp̄ssè tenet, ꝙ prouocat⁹ nō
tenetur,sed prouocās.Et idē Ang.de Are.in lib.de malefi.
allegans tex.in l.cū maior. §.si libertus.ff.de bo.lib.vbi di
citur,quòd licitè prouocatus se pōt vlcisci.& idē Ang.de
bona Frācisci.in addi.dicēs doctrinā Spec.esse verā ꝓ ea
quæ habent̃ in l.j.C.vnde vi.per gl.& per Bal.ibi in repeti
tione.quæ tamē intellige,quādo parib⁹ paria referunt̃: &
verba pro verbis:fustes pro fustibus:arma ꝓ armis.Vnde
ca.si rixati.intelligitur secundū istā opinionē,quādo vn⁹
rixabatur verbis,& alius ꝓcessit ad facta:vel quo ad pro-
uocantē,nō prouocatū.¶Quartum.Secundùm Pan.post
Host.in c.fi.de iniur. quādo teneat̃ qs de cōuitio, distin-
guendū est.Si enim quis illud dicit in iudicio ī accusatio
ne vel denuntiatione,& probat,nō tenet̃.& idē si dicit re-
pellēdo aliquē à testimonio:quia hoc facit autoritate le-
gis,& nō animo iniuriādi:de testi.testimoniū.Si verò di-
cit extra iudiciū:tūc si impingit cōuitiū falso,tenetur:vt
ff.& C.de iniur.ꝑ totū.Si verò impingit verè:qa dicit eū
spuriū,vel latronē,aut claudū,& ita est,similiter nō tenet̃
si expedit reipublicæ ista sciri:secus vbi non expedit sciri,
cùm nō operet̃ nisi infamationē:vt est text.in l.eū qui.ff.
de iniu.Sicut si quis dicat aliquē esse latronē,&vult proba
re,non debet puniri:quia expedit reipublicæ hoc scire.se
cus si dicit eū esse cucurbitā:quia nō expedit hoc sciri.&
idē si diceret eū bastardū:nisi diceret vt repelleret eum ab
ordine.Sed limita,nisi diceret iniustè ꝓuocat⁹.Quomo-
do autē cōuitium sit peccatū,suprà Contumelia. §.iij.

¶RVMOR,vide suprà Fama. §.vj.

SACERDOS,quasi sacrū dans,est nomē ex Græco La-
tinóq; cōpositū.xxj.dist.cleros cuius officia quæ sunt,
dictū est s̃.Ordo.ij. §.iij.nūc etiā de eo dico multa.¶Pri
mum.In materia fauorabili nomine sacerdotis venit pres
byter, diaconus,& subdiaconus.ar.c.j.xv.q.v.sed in odio
sa venit solùm p̄sbyter.arg.c.quisquam.de cohabi.cle.&
mu.vbi Panor.hoc not.¶Secūdum. Sacerdos parochialis
debet visitare infirmos sępe.de cele.mi.c.j.& stare ieiun⁹
vsq; ad horā congruā celebrādi:& si celebrat,nō debet su
mere purificationē ꝓpter necessitatē, scilicet possibiliter
occursurā:nisi aliū habeat per quē possit supplere:vt not.
Pan.in d.c.j.¶Tertiū.Potest autē ministrare sacramenta
peregrinis & hospitibus cōfluētibus ad ecclesiā suā,secū-
dùm Pan.in d.c.j.vnde moriētes ibi sine electiōe sepultu
ræ sepeliēt̃ur ibidē.si verò alibi elegerūt,debet̃ ei quarta
portio.¶Quartū.Et cùm vult suscipere eucharistiā,puta
quia infirmus,vel aliàs impeditus à celebratiōe,debet ha-
bere orariū siue stolā circa collū,& super vtrūq; humerū;
ita ꝙ signū crucis preparet ī suo pectore,sicut etiā quādo
vult celebrare.xxiij.dist.ecclesiastica.Et ita allegat Sū. An
ge.& cōsequēter multi essent excōicati vel excōmunicādi
hoc nō obseruātes,vt ibi patet:sed si quis hoc aduertat,ꝙ
sacerdos aliquādo celebrat sumpturus quidē eucharistiā,
sed nō oblatur⁹ sacrificiū pro se:aliquando verò gratia v-
triusq;,videbit ꝙ illud c.loquit̃ infra missarum solennia.
¶Quintum.Dum autē facit officiū diaconatus,nō vtetur
stola sicut cū celebrat.arg.c.precipimus.& quod ibi nota.
xciij.dist.sed vtetur sicut diaconus vti debet,scilicet solùm
sup humero sinistro sub brachio dextro.xxv.dist.vnū ora-
rium.in hoc tamē gl.in d.c.ecclesiastica.dicit sequēdā esse
cōsuetudinē,per c.sit facta.xij.dist.¶Sextū.Sacerdos non
pōt in peccato mortali exeq officiū suū sine peccato mor
tali.xv.q.vlt.c.vlt.& di.lxviij.c.j.¶Septimū.Sacerdos non
debet,vbi pœnitēs est dubi⁹ de aliquo,asserere illud esse
mortale si nō est certus,ne iniiciat laqueum:nec tenet̃ de
singulis auditis determinare vtrū sint venalia aut morta-
lia,qn̄ nō sunt clara,secundū Arc.vt de his,de quibus sunt
opiniōes,vel pœnitēs nescit exprimere mētē suā circa as-
sensum vł morā peccati:tenet̃ autē determinare de claris.

¶DE VESTIBVS sacerdotis,s̃.Diaconus. §.iij.

SACRAMENTALE,vt elicit̃ à Sā.Th.iij.q.lxv.ar.j.est
omnis cōsecratio vel benedictio vł significatio ordina
ta ad aliquod sacramētū per se ad illud idoneū reddendo:
vel per accidēs:sicut cōsecratio ecclesiæ,altaris aut vestiū
per se ordinatur ad eucharistiā:aqua verò benedicta p' ac
cidens repellendo dæmones,& venialia abolendo:& idē
de alijs sacramentalibus respectu alicuius sacramenti:vt
sunt ea,de quibus s̃.Baptismus.v. §.iiij. & multa alia.

DE SACRAMENTIS in genere.

SACRAMENTVM est in genere signi,quasi sacræ rei
signū,scdm magi.Sen.& S.T.in iiij.di.j. & iij.parte.q.
lx.vbi vide multiplicē diffinitionē sacramenti.Et cōstitūt
sacramenta in duobus secūdū Mag.scilicet in verbis,& in
re:ita ꝙ tria sunt de substantia eius.s.materia debita, puta
aqua,& debita forma verborū, & intētio ministri copulā
tis formā materiæ.Et in noua lege est septuplex.s.baptis-
m⁹,cōfirmatio,eucharistia,pœnitētia, extrema vnctio,or
do,& matrimoniū:q̄ cōferūt gratiā dispositiuè imprimē-
do dispositionē ad gratiā,id est characterē, vel ornatū: in
quorū quolibet sunt tria.s.sacramentū tātū.s. ipsum signū
exterius sumptū sub sua forma : & res tātū, id est, ipse effe
ctus interior vltim⁹:puta, ipsa gratia collata,seu aliqd gra
tiā circūloquēs,puta ablutio animæ,vnitas ecclesiæ,vł hu
iusmodi: & res simul ac sacramētū, quæ est interior causa
gratiæ,vt character,vł ornat⁹ impressus animæ,aut corp⁹
verū Christi, vt in eucharistia. ¶De sacramēto autē dico
multa in genere.¶Primū.Sacramēta suscipiēda sunt à so-
lo episcopo quo ad cōfirmationē & ordinē sacrū:vt pate-
it s̃.licet abbas aliqn̄ conferat nō sacrū.& quo ad pœnitē-
tiā solennē:nisi aliud necessitas inducat.dist.50.in c.xxvj.
q.vj.c.fi.vel à solo sacerdote quo ad alia,præter baptismū
in necessitate,& matrimoniū,eo modo quo dictū est:nec
refert à quo cōficiat̃ quantū ad essentiā sacramēti.s.bono
vel malo,licet peccēt qui indigne cōficiūt:& qui recipiūt
ea ab hereticis,degradatis,simoniacis,schismaticis, vł ex
cōmunicatis,aut notorijs fornicatoribus,pręter baptismū
ī articulo mortis quo ad precisos ab ecclesia.di.xxx. §.ve
rū.j.q.j.sacramēta.& c.sicut ficti.vł pręter baptismū & cō-

8 parochiali,vt in d.ca.licet.¶ Octauò quæritur,*vbi debet sepeliri,q nulla electa sepultura decedit? Et ex Pet.de Per. vbi s.dico multa.¶ Primũ.Parochiani sepeliri debẽt nõ in parochia,sed vbi sunt maiores eorũ.secũdũ gl. in c.j.e. ti. lib.vj.& facit c.j.de sepul.& est casus in c.is qui.eo.ti.li.vj. vbi hoc tenet Archi.& Io. An.in c.vt animarũ.eo.ti.lib.vj. Cõsuetudo tñ secũdũ Arc.post Ray.& Inn. seruãda esset. Dicũtur autẽ hîc maiores, secũdũ eundẽ Pet.pater & auus. xiij.q.ij.Ebron.iũcto c.j.de sepult. Nec obstat ꝙ strictè & ꝓpriè maiores dñr supiores tantũ vltra tritauũ,vt in l.Iurisconsultus. §.parẽtes.ff.de gradib.& l.qcũq;. §.parẽtes. ff.de in ius vo.qa illud verũ est simpliciter,sed non in hoc casu:vt videtur velle Ol.cõsi.xxv. tũ quia sicut domiciliũ inter viuos,ita ius sepulturæ est inter mortuos. Cõsequitur autẽ qs originẽ seu domiciliũ patris & aui,nõ superiorũ,vt no.in l.assumptio.ff.ad muni.& de paro.c. si.tũ quia vnio sepulturę ex charitate & mutua dilectione ꝓcedit, q̃ fuerat inter viuos:quæ maior fuit ad patrẽ & auũ q̃ ad superiores.Hęc ille valde bene.Nec ob. ꝙ Pan.in c. nos.de sepul.dicat cõtra hoc esse gl.in c.is qui.eo.ti.li.vj.dicẽs ꝙ si in vna ecclesia sepultus est pater,in alia reliqui maiores sepelietur fili⁹ in sepulcro maiorũ:quia dico hoc nõ esse cõtra Ol.q nõ loquitur de patre solo,sed de patre & auo, q sunt maiores in plurali,non autẽ pater. Vnde si proauus & atauus sepulti essent in vno loco,& pater ac auus ĩ alio: sepelietur qs cũ patre & auo:& si pater in vno loco,& au⁹ ac alij maiores in alio sit sepultus,sepelietur filius cũ auo & ceteris maioribus,secũdũ gl.& Io.An.per c.iiij. in prin. & c.fraternitatẽ.de sepul.& ꝑ c.cũ quis.eo.ti.lib.vj.ꝙ licet alij cõtrariũ teneãt per tex. cõtrarios.xiij.q.ij.videtur verius:qa in c.ij.& iij.eod.ti.lib.vj.dicit sepulcrũ maiorũ ab antiquo.Si autẽ in nullo sepulcro sint plures maiores,sed hîc est pater,ibi auus,& sic de alijs:sepelietur secundũ aliquos ĩ parochia:qa nullũ est sepulcrũ maiorũ.Sed secũdũ Io.And.in nouel.de cõsuetudine sepelietur cũ patre.tamẽ de iure primũ est verius.Vnde secũdũ Pet.de Palu.vbi s.si nõ apparet vbi sint sepulcra maiorũ,sepelietur in ecclesia, vbi audit diuina,& ꝑcipit ecclesiastica sacramẽta: vt in c.j. de sepul.& ibi per Inn.& est casus in d.c.is qui. & in c. in nostra.e.ti. Si autẽ ĩ vna ecclesia audit diuina,& in alia ꝑcipit sacramẽta,vel est parochianus duarũ ecclesiarũ:si vtraq; ecclesia habet ius funerãdi,locus est præuẽtioni.de rescrip.duobus.li.vj.sed obuẽtiones quartę diuidẽtur.c.cũ quis.eo.ti.li.vj.& si nõ est preuẽtio,sed cõtẽdũt,diœcesanus cõcordabit partes.Si autẽ ecclesia, vbi de iure debet sepeliri,sit interdicta:si quidẽ est ecclesia sepulcri maiorũ, sepelietur in parochia. si verò est parochia, sepelietur in ecclesia cathedrali:& si omnes istæ essent interdictæ, sepelietur in monasterio proximiori,secundũ Archid.& Ioã. Andr.vel vbi debebat soluere decimas,secũdũ prædictos. Et prædicta intellige etiã de filio impubere.¶ Pan.autem vbi s.tenet cõtra Pe.& Old.ꝙ filius potius cũ patre quàm cum reliquis maioribus sit tumulandus, si pater seriose & ex electione, & non præter propositum aliquo casu sit ibi

ſepultus:quia ita diſpoſuerũt patriarchæ, quorũ actio eſt
noſtra iſtructio.Sed dico fuiſſe particulare ĩ patriarchis,
qa Abrahã fuit quo ad fidẽ quaſi alter Adã,id eſt principiũ
generis,cùm maiores ei⁹ fuerint infideles:& rurſus eorũ
ſepulcra diſtabãt:ideoq; meritò Iſaac debuit ſepeliri cum
ſuo patre,nõ cũ reliquis maioribus. ¶Secũdũ.Peregrini
& aduenæ ſepeliũtur in parochia,ĩ qua moriũtur, ſi ſepul
cra maiorũ ignorãtur,vel ad ea cõmode ferri nõ poſſunt,
ſecũdũ Pet.de Peru.vbi ſ.& Archi.c.j.eod.tit.lib.vj. quod
etiã Arch.ſequitur,niſi eſſet cõſuetudo, ꝙ ſepelirẽtur in
eccleſia cathedrali.Secundũ gl.verò in c.in noſtra.eo.ti.&
refert Pan.in c.j.extrà eo.ſepeliẽtur apud eccleſiã maiorẽ
ſiue cathedralẽ.qđ ſequit̃ Inno.d.Hoſt.& Car.facit c.vbi-
cunq;.xiij.q.ij.& c.officiũ.de offi.Arch.qa eccleſia cathe-
dralis adminiſtrat talibus ſacramẽta:licet ad hoc dicat Ar
chi.ꝙ illud c.officiũ.loquit̃ in adminiſtratione ſacramẽ-
torũ,nõ ĩ ſepultura:alij verò dicũt,ꝙ vtraq; eccleſia habet
ius,& locus eſt præuẽtioni.quod ſequitur Sũ.Ang.contra
Suppl.& Ro.Do.autẽ Ant.diſtinguit & bene.Si enim iſte
eſt religioſus, debet ſepeliri in monaſterio ſui ordinis.
xvj.q.j.c.j.intellige ſi põt.aliàs dic vt de laico.Si verò ſit
laicus,ſi quidẽ morã traxit in parochia,in qua decedit, aut
venit aĩo trahẽdi,vt ſcholaris, in ea ſepelietur:quia illa di
citur eius eccleſia parochialis.qđ placet Pan.per no.in ca.
omnis.de pœ.& re.& per gl.in cle.j.de priui.Si verò mo-
ram nõ traxit,nec venit animo cõtrahẽdi,ſepelietur in ec
cleſia cathedrali.qđ limitat,niſi recepiſſet ſacramẽta à ſa-
cerdote parochiali:qa tacitè videret̃ ibi elegiſſe ſepultu-
rã.Sed Pan.dicit hoc dictũ nõ fuiſſe bene ponderatũ:qa ſi
potuit à presbytero parochiali recipere ſacramẽta,cẽſen
da eſſet illa eccleſia parochialis trãſeũtiũ:& ſic idẽ dicẽdũ
erit de iure funerãdi:cũ omnia iſta ſint de iure parochiali.
Hęc ex illo bene,licet deinde ſiſtat in hoc ꝙ ſepeliẽd⁹ ſit
in eccleſia parochiali,de quo ſ.Cõfeſſor.j. §.xj.Ideo dico
ſtãdũ cõſuetudini:quæ ſi non apparet,ſtabit̃ diſtinctioni
do.Anto.qa optimè iuribus iura cõcordat, & opinioni di
ſtinguẽti regulariter ſtat̃.¶Tertiũ.De dãnatis ad mortem
qñ ſepeliri permittũtur,idẽ dicitur ſecundùm Petr.de Pe-
ru.quod de Peregrinis.¶Quartum.Filij ſi ſunt naturales
tãtũ,ſepeliẽtur ſecundũ Pet.de Peru.cum patre,niſi pater
fuiſſet in dignitate.l.ex facto.§.ſi quis rogat⁹.ff.ad Treb.
Si verò ſunt ſpurij,nõ ſepeliẽtur cũ patre:qa nec filij no-
minãdi ſunt.C.de inceſt.& inut.nup.authẽ.ex complexu.
nec etiã ſi legitimẽtur à principe,niſi ad petitionẽ patris,
& eo viuẽte feciſſet.Et facit qđ no.in authẽ.qui.mod.nat.
effi.ſui.Vnde tales ſepeliẽtur in ſepulchro matris.ar.ff.ad
municip.l.j.niſi ſit illuſtris fœmina.Si verò ſint filij adopti
ui vel arrogati:ſi viuẽte patre adoptãte moriũtur, in eius
ſepulcro ſepeliẽtur.ſec⁹ ſi eo mortuo:qa ſepeliẽtur cũ pa-
tre naturali,ſecundũ quod no.plenè in c.vnico.de cogna.
lega.¶Quintũ.Vxor ſi eſt carnaliter cognita vel ducta ad
domũ viri,ſepelietur in ſepulcro viri:qa iã aſſequuta eſt
eius domiciliũ per cõductionẽ.l.cùm quædã puella.ff. de
iuriſd.omniũ iud.vel quia eſt effecta vna caro cũ eo.d.c.
Ebron.aliàs nõ.Si tamẽ ſit ꝑpter adulteriũ ſeparata,ſecus
eſt:quia iam nõ eſt de domo viri,niſi ſit recõciliata.Si aũt
plures habuit viros,erit cũ vltimo,cui⁹ domiciliũ & hono
rem retinet,tumulãda.eo.titu.c.is qui.lib.vj.vbi Io.Andr.
dicit notabile verbũ,hoc ſcilicet procedere, ẽt ſi poſtquã
fuit vidua,reuerſa eſt ad domũ patris:quia hęc priuilegia
non conferũtur loco,ſed perſonæ:& idẽ ſi transferat ſe ad
aliũ locũ:quia retinet domiciliũ mariti,ſecundũ Archi.&
Ioã.ibi:vt l.filij.§.vidua.ff.ad muni.& ita tenet Sum.Roſ.
& bene:licet Summa Ang.dicat locum eſſe præuẽtioni.&
idem Gemi.ibi,addẽs ꝙ honor acquiſitus vxori ex quali
tatibus mariti,nõ extinguitur morte mariti:ipſa tamen in
viduitate manẽte:& ſic regina nõ ꝑdit hoc nomẽ per mor
tem mariti.Si aũt vir habebat in vna eccleſia ſepulcra ma
iorum,& in alia eligit ſepulturã,& ibi iacet:vxor ſepelie-
tur vbi iacet maritus.d.c.Ebron.quod limita primò ſi fuit
legitimè ſepultus,nõ excõicatus,nec interdict⁹:& ſecun-
dò ſi cõmodè põt illuc deferri,ar.c.religioſi.eo.ti.lib.vj.
Si aũt ipſa ꝑdecedat marito,an debebat ſepeliri in ſepul-
cro maiorũ ſuorũ, vel maiorum mariti:Pan in c.de vxore.
eo d.ti.dicit deciſionẽ eſſe dubiam,& egere declaratione.
quia ſi diceretur ꝙ in ſepulcro mariti,ſi ille alibi eligeret
ſepeliri,illa iaceret inter alienos: ſed tamen dicit ſtandũ
cõſuetudini,qua ceſſante poſſet dici ꝙ ſepeliet̃ in ſepul-
cro mariti,ſi ipſe ſibi ꝑparauit ſepulcrum.ad quod §.ſoror.
xiij.q.ij. quia cũ deſtinatione videtur maritus ſepultus
ibi.& idem vbi maritus non habet propriũ ſepulcrum,ſed
dicit velle ſepeliri in ſepulcro maiorũ ſuorũ:& ſi eius vo-
luntas nõ poſſet declarari,videtur ſepelienda in ſepulcro
maiorũ vxoris.¶Si aũt ipſa vxor pręde cedẽs elegiſſet ſi-
bi ſepulturã,& deinde maritus ſubſequatur,ſepultura nõ
electa,dubitatur vt prius.Et ratio dubij põt elici ex d.ca.
is qui.§.mulier.& rationes ibi expreſſæ ceſſant in mari-
to.& tamẽ Pan.vbi ſ.contrariũ putat: quia ꝑpter vnionẽ
eorũ in vita ius diſpoſuit vt vxor debeat ſepeliri cũ mari
to:& cõſequẽter ecõtrario:tamẽ qa in d.§.mulier.dicit̃
ꝙ mulier debet ſequi maritũ ſuũ,& non dicit econtrario:
& quia indecẽs eſt vt vir ſequatur diſpoſitionẽ mulieris,ve
rius eſt primũ.¶Sextũ.Prælati eccleſiarũ regulariter ſepe
liri debẽt in eccleſia vbi habẽt prælaturã:& ſi in duab⁹,lo
cus eſt præuẽtioni.vel melius ſepeliẽtur in ea,in qua mo-
riũtur,ſecũdũ Arch.in d.c.cũ quis.alij verò clerici ſepeliri
debẽt in eccleſia vbi ſunt clerici ſeu bñficiati.¶Septimũ.
Religioſi verò ſepeliri debẽt apud locũ ſuę religionis vbi
moriũtur.xvj.q.j.c.j.ſi tñ ſint nouitij non obligati religio
ni in genere, ſecundũ Archi.in d.c. cùm quis.& ſequitur
Sum.Ang.debent ſepeliri in eccleſia,vbi de iure cõuenit.
Sed cõtrariũ eſt in vſu,& meritò,niſi eſſent in ꝓpoſito re
deũdi ad ſeculũ: quia ſi eligũt ibi mori, eligũt & ſepeliri.
¶Octauũ.Qui habet domiciliũ in ciuitate vel caſtro,ſed
ad villã ruralẽ ſe transfert cauſa recreationis,vel exercẽdi
ruralia,& ibi moritur:nõ ſepelitur in eccleſia rurali,ſed in
ſepulcro maiorũ ſuorũ,iuxta dicta ſ.par.j.ſi ad illud cõmo
dè portari poteſt.d.c.is qui.eo.ti.lib.vj.vt ibi no.Archid.
& Io.And.Quid aũt agẽdũ ſit,ſi eccleſia,apud quã quis de
iure debeat ſepeliri,ſit interdicta,vel apud eã propter cau
ſam contingentẽ ſepeliri nõ poſsit:vide ſ.Excõicatio.vij.
9 excõicatione xvj.dub.iiij.¶Nonò quæritur,* q ſunt de
quibus certum eſt ꝙ eccleſiaſtica priuantur ſepultura:Et
dico ꝙ multa ſunt genera ꝑſonarũ,quę in eccleſia,vel cœ-
meterio,ſeu in loco ſacro ſepeliri nõ debẽt.¶Primò ſci-
licet omnis infidelis,paganus,Iudęus,vel hereticus:etiam
ſi poſt mortẽ appareat de hereſi.de cõſe.diſt.j.eccleſiã.&
xxiiij.q.ij.ſanè.¶Secũdò moriẽs ĩ torneamẽto. extra eo.
c.j.qđ tamẽ de aſtãte nõ intelligitur,ſecũdũ Verue.ſed
de eo q venit cauſa ſe exercẽdi,& armigeris ei ſeruiẽtib⁹
ĩ armis.Et Hoſt.exponit etiã ſi qs ibi vuln⁹ lethale accepe
rit,licet poſtea ſuperuixerit,qui quãuis pœniteat,& ei eu
chariſtia non negetur,tñ eccleſiaſtica ſepultura carebit,vt
ibi.Sed hîc aduerte ſecũdũ Sum.Roſ.poſt Rich.in iij.diſt.
xxxvij. ꝙ q haſtiludia faciũt,peccãt mortaliter,cũ ſimili ra
tiõe videant̃ eſſe ꝓhibita vt torneamẽta.Ex quo innuitur
quòd

ꝙ morientes in illis nõ ſepeliẽtur in ſacrato.Ego aũt di-
co ex hoc haberi,ꝙ haſtiludiũ,& torneamẽtũ nõ ſunt idẽ,
& cõſequẽter ꝙ nec ſemper iſta pœna habẽt locũ in haſti
ludio:vt etiã tenet Sũ.Ang.in verbo,torneamẽtũ.ſed ſo-
lùm quãdo inde imminet probabiliter periculũ mortis.
quod etiã tenet Arch.vt ſ.Lud⁹.§.ij.part.vij.dictũ eſt. Vi
de etiã j.Torneamentũ.¶Tertiò,is qui ſe occidit.xiij.q.
ij.in quibus.& xxiij.q.v.placuit.intellige ſecũdùm Verue.
ex deſperatione vel iracũdia:ſecus ex fatuitate, vel cõtra
ſuã intentionem: vt ſi quis,vt euaderet, præcipitauit ſe in
fluuiũ,& perijt,ſecũdũ Bern.extrà eo.ex parte.ar.diſ.xiij.
nerui.& xxix.q.v.de occidẽdis.imò,ſecũdũ aliquos,ſi oc-
cidens ſe ex malo animo aliquãdiu poſt vulnus viueret,&
oſtẽderet ſigna cõtritionis, nõ denegaret̃ ei eccleſiaſtica
ſepultura.¶Quartò,is,quẽ certũ eſt & manifeſtũ nõ fuiſ-
ſe cõfeſsũ,vł nõ cõmunicaſſe ſemel in anno. de pœ.& re.
omnis.qđ ſecũdũ Archi.poſt Io.de Imo. intellige niſi in
morte oſtenderit ſigna cõtritionis, & emẽdationis ſuper
huiuſmodi.ad quod probandũ ſufficit vnus teſtis.xxvj.q.
vj.qui receſſerũt.ſed hæredes tenẽtur ſatisfacere pro eo.
extrà eo.parochiano.Hęc tamẽ ſecũdũ Pan.in d.c.ex par-
te.& alios Doct.nõ habent locũ in eo, qui tẽpore ſuo fuit
cõfeſſus,& deinde morte,etiã caſuali pręuẽtus ſine cõfeſ
ſione deceſsit,quã tamẽ ꝑ annũ nõ contẽpſit: nec in eo,q
nõ eſt quidẽ cõfeſſus intra annũ, tamẽ hoc eſt occultũ,vł
dubiũ:vt §.ſeq.¶Quintò,monachus inuẽtus proprieta-
rius.in ſi.de ſta.mo.ſup quodã.¶Sextò, blaſphemus Dei.
extrà,de maleſi.in ſi.¶Septimò,generaliter qlibet noto-
rius peccator decedẽs in ipſo notorio mortali. xiij. q.ij.
qbus.& c.nõ exiſtimemus. quod intellige niſi ſint eccle-
ſiæ recõciliati:vel ſaltẽ ſigna cõtritionis appareant:ad qđ
probãdũ ſufficit vnus teſtis,ſecũdũ Archi.vt d.c.qui rece
dunt.& c.ſeq.iũcta gl. ſed hęredes tenẽtur ſatisfacere pro
eis.d.c.parochiano.Excipitur is, q moritur in torneamẽ-
to,vt dictũ eſt.¶Octauò,manifeſtus vſurarius.de vſur.qa.
& eo.tit.quãquã.lib.vj.& hoc niſi pœniteãt, & faciãt cau-
tionẽ.¶Nonò, interdictus nominatim, & hoc ſub pœna
excõicationis:vt in cle.j.eo.ti.& tẽpore interdicti illi,qui
ſunt de loco ĩterdicto eo durãte:vt habes ſ.Interdictũ.vj.
§.ij.¶Decimò,excõicatus maiore,etiã iniuſtè.xxiiij.q.ij.
ſanè,vt no.glo.de reſt.ſpo.literas.& ſecũdũ Verue.idẽ eſt
de excõicato minore notoriè.¶Vndecimò,ille,cui eſt in
terdict⁹ ingreſſus eccleſię.c.is q.de ſen.exc.li.vj.¶Duode
cimò,ille,q ſacerdotẽ filijs ſuis tutorẽ ĩſtituit.lxxxviij.diſ.
neq; apud glo.ibi cõtrariũ tene.Si qs prædictorũ de facto
in loco ſacro fuerit ſepultus, ſi diſcerni poſsit,exhumãd⁹
eſt,aliàs nõ:extrà eo.ſacris.& eccleſia vel cœmeteriũ recõ
ciliandũ.de cõſe.eccle.vel alt.cõſuluiſti. & ſi ſepultus fuit
infidelis,debẽt etiã tigna & parietes radi. de conſe.diſt.j.
eccleſiã.ſi tñ de cadauere dubitetur,vtrũ ſit fidelis,vel infi
delis,in meliorẽ partẽ interpretandũ erit:niſi aliqua pro-
10 babilitas appareat de oppoſito.d.c.ſacris.¶Decimò* q̃ri
tur,de quibus ſit dubiũ,an ſepeliri debeãt in ſacro?Et di-
co multa.¶Primũ.Puer de vẽtre matris extractus,ſcilicet
mortuus ſine baptiſmo,cũ ea ſepeliri nõ debet.ſed ſec⁹ ſi
nõ eſſet extractus,ſecũdùm Hoſt.qa fœtus eſt pars vẽtris.
de cõſe.diſt.iiij.ſi qua. quod intellige ſi certũ eſt,ꝙ mor-
tuus ſit.Si verò certũ eſt,vel dubitat̃,ꝙ viuat,debet ſcindi
mater, & puer baptizari,ſi viuit:ſi verò eſt mortuus,extra
cœmeterium ſepeliri: mater tñ viua ſine mortali peccato
ſcindi nõ poſſet ſciſſura,qua immineret periculũ mortis.
¶Secũdum. Parochiano qui intra annũ non eſt cõfeſſus,
nec cõmunionẽ accepit,ſecũdùm Archi. poſt Io. de Imo,
ſacerdos ſepulturã interdicere nõ poteſt,licet cõtrarium
videatur ꝑ d.c.omnis.tũ quia in dubio pręſumi debet ſa-
lutis æternæ nõ immemor.j.q.vij.ſancimus. potuit enim
alicui mẽdicãti legitimè cõfiteri, & de ei⁹ mãdato ab eu-
chariſtia abſtinere:tũ qa tale quid eſſet occultum:occulti
autẽ peccatores ſunt ſepeliẽdi, quia propter hoc peccatũ
manifeſtari non debet.Et iſta intellige,qñ hoc eſt occul-
tum vel dubiũ: aliàs ſi eſſet certũ & manifeſtũ,ſecus, per
d.c.omnis.¶Tertium.De raptore dic vt ſ.Rapina.§.j.
¶Quartũ. Suſpẽſus vel aliter propter ſcelera iuſtitiat⁹ ſi
moriatur impœnitẽs, pœnitentia, & ſepultura carebit.Si
verò cõtritus,ſicut pœnitẽtia & viaticũ,ita & ſepultura,ſe
cundùm Archi.nõ negabitur,etiã cũ ſolennitate miſſæ,&
aliorũ officiorũ, ſecũdùm Pan. in d.c. ex parte.xiij.q.ij.c.
ſi.tñ ad eũ deponendũ de patibulo requiritur licentia iu-
dicis ſecularis:qui tamẽ debet eã faciliter dare: vt in l.j.&
11 ij.ff.de cada.pu. ¶Vndecimò*quæritur, quid de recipiẽti
bus aliquẽ ad ſepulturã in caſu nõ conceſſo? Et dico duo.
¶Primũ.Sepeliẽtes prædictos in §.priore.ſciẽter, peccãt
mortaliter,ſecũdũ Arch.ar.xxv.q.j.violatores. & vlterius
ſepeliẽtes publicè excõicatos, vł nominatim interdictos,
vel manifeſtos vſurarios,ſunt excõmunicati maiore:vt ſ.
Excõmunicatio.ix.§.v.& generaliter recipiens aliquem
ad ſepulturã in caſu nõ cõceſſo,tenetur reſtituere corp⁹ ſi
petatur,nõ ſolùm recenter ſepultũ,ſed etiã poſt: ita vt ſo
la oſſa ſupereſſe videãtur,ſecũdùm Pan.in c.liberũ.extrà
eo. & quicquid ratione illius corporis perceperit: & hoc
ratione malæ fidei,ſecũdùm gl.in d.c.cũ liberũ.¶Secun-
dum.Si ſacerdos parochialis corpus eius, q alibi elegit ſe
pulturã,violẽter rapuerit, vel funus ſpoliauit antequã ve
niret ad manus eorũ,quib⁹ debebat̃.ſecũdũ Hoſt.in d.c.
cũ liberũ.amittit ius quod habebat:& idẽ ſi aliquis cõuẽ-
tus tot⁹,vel maior pars eius hoc fecerit:ſec⁹ ſi pars minor
vel ſolus pręlatus. Vnde ſecũdũ Old.cõſ.ccxxiiij.tenetur
reſtituere qcqd accepit,& ipſum corpus,& vltra hoc per-
dit quartã canonicã:ad ſimilitudinẽ hæredis res hæredita
rias ſubtrahẽtis,qui in eis quartã Trebellianicã perdit,&
ius inſtitutionis debitum,qđ aliàs erat detracturus.l.Pau-
lus reſpõdit.ff.ad leg. Fal.& l.reſcriptũ.ff.de his quib.vt
in dig.Pet.aũt de Peru.vbi ſ.quãtum ad hoc,id eſt,quartã
canonicam,tenet contrarium: quia delictũ presbyteri ec
cleſiæ nocere nõ debet.de or.cog.c.ij.xvj.q.vj.ſi epiſco-
pum.& quod no.in regula,delictũ.lib.vj.& in l.ſi quis in
tantã.C.vnde vi.Sed tñ primũ eſt verius, ſi quid tale fiat à
pręlato:quia prælatus ſolus pręiudicare poteſt eccleſię in
acquirendis.xvj.q.vj.§.ſi.ſicut ſeruus domino in acquirẽ
12 dis.C.de acqui.poſ.l.ſi.ſecus in iam quæſitis.¶*Duodeci
mò quęritur, vtrum pretextu debiti poſsit impediri ſepul
tura,aut moleſtari moriturus? Et dico,ꝙ accedens ad do-
mum moribundi, & ipſum vel alios moleſtans, aut rebus
eius inſignia ponẽs,ipſo iure cadit ab actiõe;& in tãtũdẽ
condẽnatur hæredibus defuncti,& publicatur tertia pars
ſuorũ bonorũ,& eſt infamis:& idẽ in eo, qui circa funus
peccat.C.de ſepu.vio.auth.itẽ qui domũ.nec debet impe
diri ſepultura pretextu debiti,vel cuiuſcũq; obligationis.
C.de ſepul.vio.l.cũ ſit.nec debet fieri moleſtia intra decẽ
dies ab obitu:aliàs pro tũc eſt inutile:vt ibi in authen.ſed
nec ante.Bene tamẽ impediretur ſepultura in caſibus ani
13 mæ,de quibus ſ.§.ix.¶Decimotertiò*quæritur,vtrũ li-
ceat mortuos ſpoliare?Et dico ꝙ nõ:ſed imponitur pœna
grauiſsima.ff.de ſepul.vio.l.iij. quod intellige quantũ ad
14 ea,quę ex intẽtione tumulantiũ remãſerunt.¶*Decimo-
quartò quæritur,quis teneat̃ ad expẽſas ſepulturæ? Et di-

co ꝙ hæres: & ab eo peti poſſunt: quia videtur quaſi contractum cũ defuncto.ff.de reli.& ſump.fu.l.j. & pater reſpectu filij, ac dominus reſpectu ſerui.l. ſi quis.ff.eo. Item ſi mulier habet dotẽ, de ipa dote fiẽt: & ſi habet alia bona fiẽt de dote & de eis pro rata.ff.eo.l.Neratius. Si verò nõ habet dotẽ nec alia bona: tenet Sũ.Ang.indiſtinctè, ꝙ tenetur vir.d.l.j.& d.l.ſi quis.ſed Supple.& Sum.Roſel.poſt Piſa.& Hoſt.& Sum.Cõf.diſtinguit: quia pater omnẽ impenſam preſtare debet, aut heredes mulieris, ſi eſt emãcipata: & ſi heredes nõ habet, neq; pater eſt ſoluẽdo, marit⁹ conuenitur in quantũ facere põt, ne iniuria eius videatur quondã vxor eius inſepulta relinqui.l.quod ſi nulla.ff.de

15 reli.& ſump.fu. & hoc eſt verũ. ¶ Decimoquintò* quæritur, vtrũ valeat ſtatutũ factũ à laicis, ꝙ in ſepultura nõ poſſit niſi tantũ expendi? Et dicit Ludo.de Ro. ꝙ nõ: quia licet non ſit factum ſuper ſpiritualibus, eſt tamen ſuper connexis eiſdem.arg.l. quod ſi nolit.in fi.ff.de ædi. & in c.cũ laicis.de reb.eccle.non alie.qđ limita, vt ſ̃. Immunitas.ij.

16 §.ix. ¶ Decimoſextò* quæritur, vtrũ ſi mendicãtes, & alij exẽpti ſepeliãt de facto cõtra cle. eos. de ſepul. vſurarios manifeſtos, excõicatos publicè, & interdictos nominatim, poſſit epiſcopus loci facere de facto corpora iſtorũ exhumari, & proijci procul? Et dico, ꝙ Pan.in c.ſacris.extrà, eo.credit ꝙ nõ: quia perinde eſt, ac ſi nõ eſſent in ſua diœceſi: poſſet tamẽ dari remediũ, vt impediat ſepulturã antequã corpus ducatur ad locũ exẽptum: quia cũ delinquatur in territorio ſuo, põt obuiare, & illos in loco pri-

17 uato facere ſepeliri. vide ibi. ¶ Decimoſeptimò* quæritur, vtrũ leproſus debeat ſepeliri cũ alijs? Et dicit Abbas in d.c.ſacris. ꝙ nõ, quia cui nõ cõmunicamus in vita, nec in morte cõmunicam⁹. & ſequitur Pan.ibi, & Sũ.Roſ. Sed quia illud dictũ intelligitur de cõmunione ſpirituali, quę ſola remanet poſt vitã: quę etiã adducit Pan. nõ probant, niſi ꝙ poteſt alibi ſepeliri: ideo melius Pet. de Ancha.tenet contrarium: cùm hoc caſu eſſet cõtagionis periculũ. De tranſlatione corporis iam ſepulti, vide ſ̃.Corpora.

DE SERVITVTE, ET SERVO.

1 *Seruitus humana quid, & quotuplex ſit.*
2 *Seruus quis, & quotuplex ſit.*
3 *Seruus quot modis quis efficiatur.*
4 *Partus an ſequatur uentrem in ſeruitute & libertate.*
5 *Seruus quomodo efficiatur liber.*
6 *Serui an & quomodo poßint ordinari.*
7 *Seruus contrahens, an magis teneatur domino, quàm coniugi.*
8 *Chriſtianus an poßit infideli dari in ſeruum.*

SERVITVS, cũ multiplex ſit, omiſſa ea, qua qs eſt ſeruus Dei, & qua eſt ſeruus peccati, de humana intendo loqui, qua homo homini, vel res rei in ordine ad hominẽ

1 ſubijcitur. ¶ Primò* ergo quæritur, quid, & quotuplex ſit ſeruitus humana? Et dico, ꝙ in genere ſeruit⁹ humana eſt inſtitutio iuris gentiũ, adde vel generaliter humani, vt j. §.ij. qua aliquis alicui cõtra naturã ſubijcitur: arg. Inſtit. de iur.perſo. §.ſeruitus. diſt.j. iuris gentiũ.xij.q.ij.cũ redemptor. ¶ Eſt autẽ triplex. prima ſcilicet pſonalis, quæ eſt inſtitutio iuris gentiũ, qua quis dominio alieno cõtra naturã ſubijcitur, vt patet in prædictis iuribus: & ſecunda realis vel prædialis, ſcilicet qua res ſubijcitur contra naturam, ſiue quæ debetur rei à re: puta prædio, & nõ perſonæ.l.ſi vn⁹ ex ſocijs.ff.de ſer.ruſt.præ. ſicut hic fundus eſt obligatus pati viã & acceſſum ad illũ vel illum, quod tñ eſt gratia hominũ, ſiue dominorũ. & tertia eſt largè dicta, ſcilicet aſſcriptitia, quę debetur rei à perſona. Realis autẽ eſt triplex, vrbana ſcilicet, ruſticana, ac miſta. Eſt aũt ſeruitus vrbana, quæ debetur prædijs vrbanis, ſiue quę debet intuitu alicuius ædificij habitabilis, ſicut altius tollẽdi, vł nõ tollendi, ne officiat luminibus, vel proſpectui domus vicini: item ſtillicidij diuertẽdi in tectum vel areã vicini. Seruitus autẽ ruſtica eſt, quę debetur prędijs ruſticis, ſiue quæ debetur prædio nõ gratia alicuius ædificij habitabilis, veluti iter, actus, via, aquæ ductus, aquę hauſt⁹, pecoris appulſus ad aquã, & huiuſmodi. Et ſic patet, ꝙ talis eſt ſeruitus, quale prædiũ cui debetur. Vnde ſi ſtillicidia domus meæ, quę eſt prædiũ vrbanũ, conuerto in aream tuã, quæ eſt prædiũ ruſticum, ſeruitus eſt vrbana: & ecõtrario ſi ſignũ ædificij nõ habitabilis, id eſt, nõ ad habitandũ factũ: ſed, verbi gratia, colligendarũ frugũ, quod eſt prædiũ ruſticũ appono in pariete domus tuæ, quę eſt prædiũ vrbanum, ſeruitus eſt ruſtica. Eſt autẽ ſciendũ, ꝙ prędia vrbana dicũtur omnia ædificia cauſa habitãdi facta, & ſtabuli cõtinui, ſiue in ciuitate ſint, ſiue in rure, vel vbicũq;.ff.de ſer.tam vrb.quàm ruſti.pręd.l.j. Ruſtica verò prędia dicũtur omnia prædia ſine domo ad habitandum, licet habeant tectũ pro fructibus colligendis, vel ſtabulũ pro equis & iumẽtis, ſeparatũ ab ædificio habitatiõis: vt l.hoc iure. ff.quib.mo.pig.vel hyp.tac.cõ.de qb⁹ habes in c.eccleſia. de cõſti. Seruitus aũt miſta eſt, quę debetur à re perſonæ: quę ideo ſic dicitur, qa nõ eſt merè realis, nec merè pſonalis: quãuis etiã dicatur pſonalis: vt l.j.ff. de ſeruit. quia cũ perſona ſemp finitur: vt l.iiij. §. fin.ff.qui. mo.vſusfru. amit. Dicitur & realis, quia tanquã ius reale vẽdicatur, ſed nõ rei vẽdicatione, quia corporale eſt ſed quaſi vẽdicatur cùm agitur iniuriarũ, ſi prohibeť ire, & huiuſmodi: vt l. vti frui. §.vtrũ aũt.ff.ſi vſufru.pet.vt no.Cyn. in rub.C.de vſufr. ſpecies huius ſeruitutis ſunt tres: ſcilicet vſus, habitatio, & vſusfructus. Hic aũt ſolùm de perſonali ſeruitute

2 intendo. ¶ Secũdò* quæritur, qs, & quotuplex ſit ſeruus? Et dico ꝙ ſeruus eſt, qui humano iure alterius dominio ſubiectus eſt: arg. iuriũ & doctorũ, de quibus in §.priore. & eſt mens S.Tho.in iiij.diſt.xxxvj.dicẽtis, ꝙ ſeruitus eſt de iure poſitiuo, ſed à naturali proficiſcitur, ſicut determinatũ ab indeterminato. Cùm aũt ſeruus dicatur relatiuè ad dominũ, tot modis dicitur, quot & dominus. Vnde duplex eſt ſeruus, ſcilicet ĩpropriè dictus, vt ſubiect⁹ ſimpliciter iuriſdictiõi alicuius, maximè tẽporali, puta principis vel epiſcopi: q etiã dicitur dominus, licet melius dicatur pater: & q in aliquo ſeruitio alicui obligatur, quod ſi ſit tẽporale, dicitur mercenarius cõiter. ſi verò ſit perpetuũ, dicitur aliquãdo vaſallus, de quo ſ̃.Feudum. & infrà, Vaſallus. Aliquãdo dicitur aſſcriptitius vel originarius, quod idẽ eſt: qui aſſcriptitius ideo dicitur, quia ita aſſcriptus eſt terris colẽdis, ꝙ à cultura ſine voluntate domini recedere nõ poteſt: nec vẽdi ſine gleba, nec gleba ſine eo: & originarius: q ab origine talis ſit: dicitur etiã colonus à terra colẽda. Iſte nõ eſt propriè ſeruus, ſecũdũ gl.Ra. nec repelli debet ab actibus legitimis: niſi ꝙ ad ordines non debet admitti, vt not.in c.multorũ. de Iudæ.in gloſ. & diſt.liiij.quis autem leges. de voluntate tamen domini bene poteſt ordinari, vt no.glo.in d.c.multorum. per ꝙ qs obligatus.diſt.liiij.imò & quãdoq; cõtra ipſius domini voluntatem, ſcilicet in ipſis poſſeſsionibus: ita tamẽ vt clericus factus impoſitã ſibi agriculturã adimpleat: vt in c.ſi ſeruus.ea.diſt. Eſt & alius ſeruus dictus propriè, q nõ eſt ſui iuris, ſed ſeruilis cõditiõis: & de iſto principaliter

3 hìc intẽdimus. ¶ Tertiò* quęritur, quibus modis quis ſeruus efficiatur, vel cõtrahat ſeruitutem? Et dico ꝙ multis. ¶ Primò ex natiuitate: vt cũ qs naſcit de matre ancilla, q & vernaculus dicitur, & ſimiliter taliũ filij: quia ſecũdũ S. Tho.in iiij.diſt.xxxvj.& iura ciuilia, partus ſequitur ventrem, id eſt, matrẽ quantũ ad cõditionẽ ſeruitutis vel libertatis. de quo j̃. §.iiij. ¶ Secũdò ex iure, ſicut ſeruus eſt iure gentiũ, qui capitur in bello iuſto, ſecundũ gl.in c.ius gentium.diſt.j.per c.dicat.xxiij.q.v.& fugiẽdo peccaret. quod tamen fallit ſi capiatur Chriſtianus: & iure ciuili ſimiliter efficitur ſeruus, qui maior xx. annis patitur ſe vẽdi ad participandum pretiũ. Inſt.de iure perſo. § ſerui aũt. & liber

5 tus ingratus patrono: qui licet nõ efficiatur ſeruus ipſo facto, tamẽ reducitur in ſeruitutẽ.l.ſi manumiſſus.C.de lib. & eo.lib.fingẽs ſe inualidũ vt mendicet.C.de mendi.vali. l.vnica. Et ſimiliter iure canonico efficitur ſeruus raptor mulieris, vt ſ̃.Raptor. §.j.& ferens auxiliũ Saracenis, vt ſ̃. Excõicatio.vij.§.xxj.& mulier libera ſciẽter cõtrahẽs cũ exiſtẽte in ſacris, redigẽda eſt in ſeruitutẽ.diſt.xxxij.eos. qui & filij inde nati debẽt effici ſerui eccleſiæ.xiij.q.ſi. cũ multæ. ¶ Tertiò emptione, vt quia eo inuito venditur ab alio: de quo tamẽ vide ſ̃. Iudæus. §.iij. vł quia patitur ſe vẽdi. Ad quod tamen ſecundũ Hoſt.Gof.& Azo. ſex requirũtur. Primò, ꝙ ſit maior xx. annis. C.de li.cau.ſi miniſteriũ. Secundò ꝙ intendat pretium participare. C.eo.l.nõ ideo. Tertiò quòd in veritate participet.ff.qui.ad lib. pcla.l.j. Quartò ꝙ emptor credat ipſum eſſe ſeruũ.ff.de lib.cau.l. liberis. §.ſi quis ſciẽs. Quintò ꝙ is qui vẽditur, ſciat conditionẽ ſuam, id eſt, ſe eſſe liberũ.ff.qui.ad libe.procla.nõ li.l.iiij. Sextò, ꝙ venditor ſimiliter ſciat eũ eſſe liberũ.d.l. iiij. Quorũ ſex ſi aliqđ deficiat, nõ valet, ſed iure cõmuni reuocatur in ingenuitatẽ. Si verò nihil deficiat, ẽt ſi poſtea manumittatur, non fit ingenuus, ſed libertus.ff.de ſtat. ho.l.homo liber.niſi reddat domino pretiũ.ff.ſi inge. manu.l.ij. quod tamẽ pretiũ dominus recipere nõ cogitur inuitus, ſecundùm quoſdã. & videtur hoc tenere gl.in d.l.ij.

4 ¶* Quartò quæritur, vtrũ partus vẽtrẽ, id eſt, matrẽ ſequatur, ſcilicet in cõditione ſeruili? Et dicit S.Th. in iiij.diſt. xxxvj. ꝙ partus ſequitur matrem in libertate & ſeruitute: quia iſta pertinẽt ad corpus quod eſt à matre: ſed in pertinentibus ad dignitatẽ, quæ eſt ex forma rei, vt in honoribus, muneribus, municipijs, nobilitate, & huiuſmodi, ſequitur patrẽ, ſecũdũ iura diuina, canonica & ciuilia: licet in qbuſdã terris nõ ſubiectis Imperio ſequatur deteriorẽ cõditionẽ: vt ſi pater ſit ſeruus, & mater libera, filij ſint ſerui. Hæc ex illo. Vnde dic, ꝙ filius denominatur à patre de iure: vt in c.ij.de cõuer.infid.& Inſti.de legi.ag.tu. § j. ex hoc, quia ſequiť familiã & agnationẽ patris. Nõ obſtat c. Raynutius.de teſta. quia ſecũdũ Io.And. illud erat per ſuperbiam: quia mater erat nobilior, & ſequitur priuilegiũ patris in tribus: primò quo ad honores: ſecũdò quo ad cõditionẽ curialem.C.de decu.l.eos.l.exẽplo.& l.nullus. tertiò quo ad originem.ff.ad municip.l.j. vide gl.in c. dicat. xxxij.q.iiij.& in l.cùm legitimè.ff.de ſta.ho. Quantũ verò ad cõditionẽ ſeruilẽ de iure nõ ſequitur cõditionẽ patris, ſed matris, ſecundũ gl. quã cõiter ſequũtur doct. in c.j. de coniug.ſer. quæ vult, ꝙ partus ancillæ erit penes dominũ ancillę. & l.ſeruorũ.ff.de ſta.ho. Pro quo facit tex.in l.partum.C.de rei vendi.& not.in c.vnico.de na.ex libe.ven.& in c.ſi.de ſer.nõ ord.& Inſt.de iure perſo. §. fi. Nec obſtat c.liberi.xxxij.qõ.iiij. vbi natus ſequitur deteriorẽ partem: quia ſecũdũ gl. exponitur, deteriorẽ, id eſt, matrẽ, quæ eſt fragilior. Vel ſecundũ gl.ibi intelligitur ſecundùm legem Lombardorũ & Teutonicorũ, non autem Romanorum. Sed tamẽ Pan.in c.licet.de cõiu.ſer. hoc limitat verũ, niſi conſuetudo vel ſtatutũ habeat aliud: ſicut hodie natus ex

ancilla nõ eſt ſeruus, ſi pater eſt liber. & idem Pe.de Pal. & eſt de mẽte Io.And. limitat etiã Arch. hoc verũ in natis ex matrimonio: quia nati ex illicita copula, vndecũq; naſcantur, ſunt ignobiles: nõ tamẽ ſerui eorũ q ſunt domini ſeruorũ vel ancillarũ ex quibus nati ſunt, vt vſus oſtẽdit: imò in natis ex matrimonio: ſecũdũ Pe. de Pal. nõ videť verũ ſi domin⁹ cõtrahat cũ ſua ancilla, vel domina cũ ſeruo: qđ iure diuino nõ prohibetur, etſi ciuili: quia tũc ancilla illa vel ſeruus in libertatẽ eripitur, cũ nec ancilla, nec ſeru⁹ ſit

5 ſocius, vt eſt coniunx. ¶* Quintò q̃ritur, quomodo ſeruus efficiatur liber? Et dico ꝙ multis modis, ſecũdũ Ho. ¶ Primò, ſi eũ languidũ dominus expoſuit, aut ei alimẽta negauit: quibus caſibus ẽt libertus efficitur ingenuus. extrà eo. c.vnico. nec qui eos ſuſcipit, põt ſibi per hoc in eis ius aliquod vẽdicare. ¶ Secũdò, ſi qs ancillã vẽdit ne proſtituatur, & emptor facit cõtra. ¶ Tertiò, ſi pileatus incedat ante domini ſui cadauer. ¶ Quartò, ſi poſtea quàm data eſt ſentẽtia cõtra eũ qui dicebatur ſeruus, dominus poſtea ptiũ recipiat. ¶ Quintò, ſi domin⁹ ancillã in matrimonio collocauit, ſcribẽs p ea dotẽ. ¶ Sextò, ſi ſeruũ appellauit filiũ actibus interueniẽtib⁹ quaſi in figura iudicij. ¶ Septimò, ſi dominus dedit ſeruo inſtrumẽtũ, p quod ſeruitus eius probabatur, & alijs caſibus, qui habẽtur C.ex q.cau.ſer. p pre.li.acci.in l.j.& per totũ. vt ſi cõuincit in iudicio reum necis domini ſui, vel accuſat falſariũ monetæ, vel raptorẽ virginis diſsimulatione preteritũ, & huiuſmodi. Efficitur etiã per emptionẽ factã à Iudæo: vt ſ̃.Iudæus. & per manumiſsionẽ. Adde ꝙ ſi ancilla impetatur à domino de turpitudine, fugere põt in cõſciẽtia, & ſtare vt libera: qa dominus abutitur ſua poteſtate, & põt officiũ epiſcopi implorare vt manumittatur: & põt ipſe ad iſtud cõpellere.l.ſi lenones.C.de epi.audi. ¶* Sextò quæritur, quid iuris de ordinatione ſeruorũ? Et dico multa. ¶ Primũ. Nullus ſeruus eccleſiæ vel priuati debet, niſi prius manumittatur. diſt.liiij. per totũ. & ſi ordinat⁹ fuerit libertate nõ accepta, ſecũdũ Ray. ſi dominus ſcit, & nõ cõtradixit, efficitur ingenuus. di.liiij.ſi domino ſciẽte. & hoc verũ quo ad quoſcũq; ordines. & idẽ Gof.& Inn. ſi verò dñs ignorauit aut cõtradixit, diſtinguit: qa ſi ordinator vel pſentator ſciuit, ordinatus remanebit in ordine: ſed alter illorũ cõdẽnabitur dño in duplũ.diſt.liiij.ſi ſeruus abſente dño. & hoc ſi alter tantũ ſciuit: ſi aũt ambo ſciuerũt, dabit vnũ pſentator, & aliũ ordinator: & ſi neuter eſt ſoluẽdo, poterit dñs poſtulare eũ ſibi reſtitui.diſt.ea.ex antiqs. Si aũt neuter eorũ ſciuit, ſi ordinatus eſt in ſacerdotẽ, remanebit in eodẽ ordine, peculio, ſi qđ habet, dño reſtituto: & ſi peculiũ nõ habet, nec eſt q redimat ipſum, debet dño ſuo reddi ad ſeruiẽdũ illi in decẽtibus ordinẽ ſuũ: puta horis canonicis, miſſa, & huiuſmodi.di.liiij.frequẽs. Et ſi cõtumax hoc renuat, debet deponi. extrà eo.nullus.in fi. Si verò ordinatus eſt in diaconũ, dabit p ſe vicariũ, & ipſe remanebit in ordine: aliàs reuocabitur ĩ ſeruitutẽ, niſi qs eũ redimat. Idẽ de ſubdiacono intellige extrà eo.miramur. In alijs aũt ordinibus abſolutè in ſeruitutẽ reuocatur. di.liiij.nulli.& c. ex antiqs. & cõcor. ſatis Gof.& Inn. ¶ Secũdũ. Prædicta intellige ſi dominus repetat intra annũ ab ordinatione, ſecũdũ Hug. aut verius à ſciẽtia dñi ſecũdũ Ray.Gof.Hoſt.& Pe. ¶ Tertiũ. Talis ſeruus depoſitus tenetur cõtinere, vt no.di.liiij nulli. & nõ gaudet aliquo priuilegio clericali, niſi ꝙ verberari nõ põt: vt no.gl.in c.ij.di.ea.de quo extrà.de cle.cõiu.Ioannes.& c.ſeq. aliàs verberãs eſt excõicatus, ſecũdũ Inno. ¶ Quartũ. Secũdũ Inn. idẽ eſt in originarijs, & aſcriptitijs, & oibus obligatis cõditione ſeruili, vel tocinio, vel tyroci

nio:& idē in libertis,si aliquod obsequiū patronus sibi re
tinuit.dist.liiij.quicūq;.& idē in obligatis functionibus,
id est,publicis officijs.dist.lj.preterea.¶ Quintum.Ratio,
quare seruus reddat domino,cū alia res cōsecrata nō red
datur:vt xiiij.q.vlt.cōperimus.secundū Gof.Host.Vide.&
Pet.est:quia in alijs rebus nō est dolus vt in homine : tum
qa in alijs cōsecratio est in superficie,nō in anima : ideó-
que nō debēt manu profana tractari.xxx.q.vij.licite.Vtrū
aūt seru⁹ possit ordinari domino retinēte sibi aliqua iure
patroni, vide s.Manumissio. §.v.De cōiugio aūt seruorū,
vide s.Matrimoniū.vj. §.j.ad fi.& Matrimoniū. viij. §.ij.
7 ¶Septimò quæritur,*vtrū seruus vel ancilla contrahens
teneatur magis domino quàm cōiugi,vel ecōtrario?Et di
co q tenetur magis reddere debitū cōiugi quàm seruitiū
domino,si volūtate eius contraxit:quia ex quo cōsensit in
matrimoniū,cōsensit in accessoria.de offi.dele. prudētiā.
& l.ad legatū.ff.de procura.Nec potest dominus sine pec
cato mortali aliter eū distrahere,q loco & tēpore debito
impediretur reddere debitū.& idē dic si sunt diuersorū do
minorum,& ambo cōsenserūt.Et ita limita Tanc.& alios
tenentes q vendi nequeunt,scilicet sic q impediatur dicta
redditio.Si verò cōtraxit domino ignorāte vel cōtradicē
te,licet teneat matrimoniū:magis tamē tenetur domino
de obsequio,quàm cōiugi de redditione debiti:vt no.do.
Ant.Car.& Pau.& cōiter doct.in c.j.de cōiu.ser.& poterit
vendi ad libitū:licet secundū Sco.in venditione de bono
& æquo deberet attendere dominus,ne dicta redditio im
pediretur:imò videtur ad hoc teneri,si sine suo præiudi-
cio hoc pōt:alioquin iniustè læderet proximū.¶Octauò
8 quæritur,*vtrum liceat Christiano dare se infideli in ser-
uum tempore persecutionis cū pacto nō dimittendi ritus
Christianos?Et dicit Inn.in c.nisi cū pridē.de renū.q sic.

¶S i,quando faciat conditionem,& quando non,vide s.Conditio.& s.Legatum.j.§.j.

¶Sigillvm quis possit habere:dic secūdū distīctionē datā s.de Insignijs.& no.in c.dilecta.de exce.præla.

DE SIMONIA.

1 *Simonia quid.*
2 *Vendi quæ possint uel non possint sine uitio simoniæ.*
3 *Simoniam esse necne quibus modis cognoscatur.*
4 *Simonia an cadat in quemlibet, etiam in papam & contrahētē cum papa.*
5 *Simonia an sola uoluntate contrahatur.*
6 *Simonia quot modis committatur.*
7 *Simonia an sit dare aliquid pro remissione peccatorū, & pro sacramento. nu. 8. & pro alijs actibus. nu. 9.*
10 *Simonia an sit uendere scientiam.*
11 *Simonia an committatur accipiendo aliquid pro funere.*
12 *Simonia an sit aliquid dare pro annexis spiritualibus.*
13 *Simonia an sit aliquid dare pro beneficijs ecclesiasticis seu dignitatibus.*
14 *Simonia an committatur in locando fructus beneficiorum uel aliter distrahendo.*
15 *Simonia qualiter committatur in religionis ingressu.*
16 *Simonia qualiter committatur sine pecunia, sed munere uel obsequio.*
17 *Pacisci an aliquo modo liceat de temporalibus ad spiritualia.*
18 *Simoniacorū quotuplex sit pœna. & quid de mediatorib⁹. n.19.*
20 *Simoniæ quæ sit debita restitutio.*

SIMONIA à Simone mago dicta est,qui potestatē dan
di Spiritū Sanctū comparare voluit pecunia,vt postea
vendēdo signa lucraretur:vt patet Acto.viij.& j.q.j.salua-
tor.nō aūt dicta est Giezia à Giezi,qui donū Dei vēdidit
solū.De hac S.Th.pertractat ij.ij.q.100.& in iiij.dist.xxv.
& in quolib.ij.& similiter in viij.¶Primò aūt quæritur,
1 *quid sit simonia,& quomodo intelligitur eius diffinitio?
Et dico multa.¶Primū.Simonia secundū S.Tho.ij.ij.q.
100.& penè omnes Theologos ac Iuristas cōiter est stu-
diosa volūtas emendi aut vendēdi aliquid spirituale,aut
spirituali annexū.Addit Pan.in c.nemo.eo.ti.opere subse
quuto.quod nō fuit necesse quo ad Deū,quia in voluntate
studiosa,id est,deliberata peccatū cōsummatur:sed solū
quo ad iudiciū ecclesiæ,quæ nō iudicat de occultis,nisi p
cedāt ad extra.¶Secūdū.Nomine aūt emptionis & ven-
ditionis secūdū S.Tho.ij.ij.intelligitur omnis cōtractus
nō gratuitus:vt scilicet trāsactio,renuntiatio,& permuta
tio:licet prælatus ex officio suo possit permutare bñficia
vel pbēdas:vt s.Permutatio.ij.§.iiij.hmōi etiā est remis-
sio:qa secūdū Dir.remittere idē est quod dare.j.q.j.si qui
sunt.Limitat tamē gl.in c.j.de testib.qñ ex remissione cō
modum applicatur parti.limitat etiā ibi Pan.qñ debitū est
liquidū.vide ibi.Adde q nomine emptionis venit etiā re
dēptio. vnde secūdū Ray.spūalia sicut nō debēt vēdi vel
emi:ita nec redimi. quod Veruec.limitat ab eo qui iustè
possidebat:extrà eo.q̄relā.secus à possidēte iniustè,sicut
redimunt decimæ.Sed ista limitatio nō est necessaria,nec
redēptio decimarū est redēptio spūalis alicui⁹,sed tēpora
lis:vt s.Decimæ.in fi.& j.§.iij.reg.iiij.¶Tertiū.Spūale
aūt secūdū S.Tho.ij.ij.& in iiij.vbi s.& secūdū Richar.&
Pan.in c.cōsulere.de simo.& Asten.dicitur tripliciter.Pri
mō scilicet essentialiter,vt gratia & virtutes:per quas intel
lige omnia alia spūalia vel supernaturalia dona:& causali
ter vt sacramēta quę sunt causa gratiæ,& cōsequēter virtu
tū:& effectualiter seu effectiuè,vt actus ex spūali gratia,&
sacro officio,vel quocūq; spūali dono procedētes:vt bapti
zare,officium diuinū celebrare,miracula facere,& hmōi:
quæ etiā dici possunt spūalia per causam,inquantum à spi
rituali causantur,& ad spūale disponūt.¶Quartū.Spūali
verò annexū,secūdū S.Tho.in iiij.& alios,dicitur dupli
ter.Primò sicut ad spirituale ordinatū,sicut ius patronatus
quod ordinatur ad præsentādū clericos ad bñficia,& vasa
sacra ordinata ad sacramentorū vsum:adde & generaliter
omne,ī quo spūale ministratur,vt sacra vestis,ecclesia,cœ
meteriū,reliquiæ sanctorū,& omnis sacra res.Licet autem
ius sepulturę nō sit annexū isto mō,sed sequēti,tñ cœme
teriū est annexū isto modo.Secūdò sicut ex spūalib⁹ depē
dēs:vt habere ecclesiastica beneficia,quod nō cōpetit nisi
habēti officiū clericale:vt ius pcipiēdi decimas,primitias,
oblatiōes,& ius sepulturę,& qcquid cōpetit clericis rōne
ordinis:vt pulsare cāpanas,claudere ostia ecclesiæ,& simi
lia,& ius etiā primogenituræ.¶Quintū.Nomine aūt pe
cuniæ,qua emptio & vēditio cōtrahitur,intelligitur secū
dū S.Th.ij.ij.omne illud,cuius pretiū pōt pecunia æstima
ri:vt patet in iij.Eth.¶Sextū.Prædicta aūt intellige de
de spūali supernaturali,siue,vt alij dicūt,in ordine ad spi
ritū sanctū:loquēdo verò de spūali naturali,siue in ordine
ad spiritū humanū,dico q hoc spūale dupliciter dicitur.
Primò scilicet p essentiā,vt oēs sciētię & virtutes naturali
ter acquisitę:& secūdò per cām,vt doctrinā taliū scientiarū
& idē videtur de actibus taliū virtutū:& iudicare est actus
iustitiæ:annexū aūt huic spūali sunt libri,scholę,& hmōi.
2 & de his dicetur j.eo.titu.¶Secūdò quæritur,* quæ inter
pdicta vēdi possunt aut nō possunt sine vitio simoniæ?Et
dico quātū ad spūale supernaturale,q vēdi nō pōt de iure
spūali per essentiā:imò nec super eo cadere pōt,delibera
ta volūtas emptionis,secūdū S.Th.in iiij. quod intellige
rectè sentiendo.& de hoc j.q.j.c.j.& ibi glo.Nec spiritua-
le per causam:vt in c.nō satis.& in c.cū in ecclesię.eo.tit.li
cet inquantū est corporale habeat quandā speciē,q̄ vendi
pōt,nō ex hoc,q est spirituale.Vnde secundū S.Tho.ij.ij.
simonia est accipere pecuniā quasi pretiū cōsecratiōis eu
charistiæ vel missæ cantatæ:nō aūt quasi stipendiū sustēta
tionis.Nec spirituale effectiuè:nec redimi pecunia aut re
signari:extrà eodē.q̄relā.& j.q.j.nullus episcop⁹.el ij. nisi
secundū quod j.dicetur.Nec annexū tali spirituali aut an
tecedēter ea rōne qua est annexū,siue qua ordinat ad spi-
rituale.circa qd mēs S.Th.vt patet ij.ij.q.100.art.iiij.p to
tū,est,q ipsa corporalia seu tēporalia vēdere licet,sed nō
ordinē eorū ad spiritualia:vt si vēdātur alteri ecclesiæ, qd
licitū est in necessitate,vēdi possunt sub ppria forma . Si
verò vendant laicis,destruenda sunt, & eorū materia solū
vendenda est.& de hoc j.§.xij.De iure aūt patronat⁹, qd
nō est corporale,dictū est s.Ius patronatus. §.v. qūo ven-
di nō possit secūdū se,nec dari ī feudū, sed trāseat cū alijs
vēditis.Nec annexū eidē cōsequenter:quia cùm nō cōpe-
tat nisi habēti officiū clericale, secundùm S.Th.sine spiri
tuali esse non pōt:& cōsequenter eo vendito intelligitur
spirituale subijci venditiōi.Nec spirituale naturale dictū
per essentiā:imò hoc etiā de facto vēdi nō pōt,dicēte scri
ptura Prouer.xvij. Quid pdest stulto habere diuitias, cū
sapientiā emere nō possit? Nec etiā dictū per causam pōt
vendi semper,sed solū aliquādo.vt j.§.x.annexū autē ta-
li spirituali vendi pōt de iure,nisi ecclesia locū scholarum
3 doctori assignasset.¶*Tertiò quæritur,quibus clauib⁹ &
regulis vtēdū sit ad sciēdū an ī aliquo casu sit simonia nēc
ne?Et dico,q multis.¶Prima est diffinitio supradicto mo
do exposita,quæ intelligit de simonia in se siue ex sua na-
tura:de qua statim.¶Secunda est,q quædā sunt simonia-
ca ex sua natura,vt omnia prædicta:limitando tamen quo
ad beneficia,si habent administrationem ordinis, vel cla-
uium exequutionem,in quibus Papa dispensare nō potest
vt licitè fiant:licet dispēsare possit quo ad pœnas iure po
sitiuo inde contractas vel contrahendas, ne scilicet cōtra
hatur,puta excōmunicationē,suspensionem,resignationē
beneficij,& huiusmodi:quædā verò sunt simoniaca,qa p
hibita,siue ex solo iure positiuo:vt vēdere vicariam,castal
dionatum,aduocatiam,& hmōi.j.q.iij.saluator.extrà eod.
ad nostram.¶Pro quo aduerte,q quātum ex Panor.in c.j.
eo.tit.colligitur,circa beneficia habētia administrationē
ordinis,vel clauium exequutionem,committitur simonia
primo modo:secus in alijs,vt sunt ista hospitalia & alię ad
ministrationes temporales.Sed ista regula non habetur à
S.Tho.nec videtur de mente Ray.¶Tertia regula est,q
ad euitandum simoniam coram Deo & in conscientia suf
ficit,q quis non intēdat pro spiritualibus vel eis annexis
aliquid temporale recipere quasi pretiū, etiā si intēdat re
cipere quasi sustentamentū cōcessione iuris vel piæ con-
suetudinis:vt patet ij.ij.vbi s.ar.ij.quo ad sacramēta.& ar.
iij.quo ad spirituales actus:& hoc etiā si talis intētio sit si-
ne qua non:puta sine qua pdicator p tūc nō pdicaret ibi.
quod patet per S.Th.viij.quolib.q.vj.& ij. quolib.simili-
ter q.vj.quo ad actus spirituales.Tertio modo,id est, effe
ctiue,puta quo ad celebrationē officij propter distributio
nes,& quo ad pdicationē quo ad tēporalia: vt habes etiā
j.§.v.ix.& xvj.clare.Et ex his patet,q aliquando est simo-
nia quo ad Deum tātùm:aliquādo quo ad ecclesiā tātùm:
vt quando aliquis præsumitur vendere aut emere spiritua
le:qui tamen hoc nō intēdit:vt in sequentibus patebit:ali
quando quātum ad vtrunq;,aliquando quantū ad neutrū.

Et idem dicere oportet quo ad sacramēta seu eorū admi-
nistrationē: puta confessor aliter nō audiret mō istū, nisi
qa eleemosynā sperat:secluso tamē casu necessitatis sacra
mentorū,& obligationis ad ea ministrāda: quia cū à pdi-
ctis in spiritualitate nō differāt nisi secūdū magis & min⁹,
in vtrisq; eodē modo est,vel nō est simonia,nulla interue
niēte differētia,nisi secūdū magis & minus.Quantū ad ec
clesiā verò q̄ de intētiōe nō iudicat,hoc nō sufficit,sed ad
euitandā simoniā & pœnā simoniæ oportet omne pactū
abesse,& omnes species exactionis:vt patet ij.ij. vbi s.art.
iij.ad secūdū.Vnde S.Tho.dicit in quolib.q in dispensa-
tione spiritualiū ad euitandā simoniā tria sunt necessaria
si quid recipiatur,scilicet cōcessio iuris vel piæ cōsuetudi
nis,intētio pia,scilicet nō corrupta,& forma honesta,scili
cet vt nō requiratur ante pij officij exhibitionē, ne pactū
interuenire videat,sed expleto officio poterit exigi. Hæc
ex illo.Prædictam tñ regulā S.Th.vt ex locis allegatis pa-
tet, intelligit quo ad indigētes sustētatiōe, id est,eos q ali
ter viuere cōmodè nō possunt:imò,vt videtur,quo ad eos
q Deū habēt pro fine suo:intelligit secundò quantū ad nō
obligatos ad talia:secus in parochiano quātū ad subditos,
à quibus etiā pro victu non pōt accipere.j.q.iij. vendētes.
nec pōt habere talē intētionē nō faciēdi: sed tenetur pri⁹
gratis exhibere spiritualia . Sed prima limitatio , scilicet
quo ad indigētes est necessaria ad hoc,q sine peccato aua
ritiæ:non aūt ad hoc,q sine peccato simoniæ fiat.Vñ dicit
Rayn.& Host.q si sacerdos nō obligatus ex officio habet
sumptus necessarios aliūde,debet gratis cantare:& si facit
p pecunia,aut erit simonia,aut certe auaritia . vñ cùm nō
possit esse simonia,quia nō intendit vēdere spirituale, &
nemo tenetur suis stipēdijs militare,extrà eo.cū sit.vide-
tur turpe lucrū:vt in c.iudices.j.q.j.vel ad min⁹ habet spe
ciem mali.¶Quarta regula est,q nō est simonia dare pe-
cuniā p redimēda vexatiōe in re spirituali.extrà eo.dile-
ctus.el j.quod limita qñ certū est,q fiat iniustitia:non aūt
quando est dubiū,secūdū S.Tho.ij.ij.vbi s.art.vlt. & Pet.
& glo.Ray.Vnde pōt dari pecunia, vt præbenda mea per
iniuriā data alteri recuperetur: & similiter vt qs reuocet
iniustam sentētiam excōmunicatiōis, vel ab ea absoluat,
secundū gl.in c.ad aures.eo.tit.Inno.tamen ibi tenet con
trariū.sed Pan.post Io.And.dicit,q pōt,si ex dilatione so
lutionis imminet præiudiciū graue: quia tunc redimitur
vexatio:aliàs nō.sed debet adiri superior.& idē de suspē-
sione & interdicto.Pan.tamen in c. dilectus filius.el j. eo.
tit.comprehēdendo totam materiam huius quæstionis di
cit,q in tēporalibus licitè redimitur vexatio tā pro quæsi
to,quàm pro querēdo iure.Sed intellige data pecunia:nō
aūt dato spirituali: sed recipiēs,inquit, pecuniā indebitè,
tenetur restituere.l.j.& l.generaliter.ff.de cal.In spiritua-
libus verò pro iure quærēdo nō est licitū aliqd dare, etiā
vt cesset impedimentū facti.extrà eo.Matthæus.nec tunc
redimit vexatio:sed datur,vt facilius acqratur ius spiritua
le.Pro quæsito aūt ei qui est in possessione, scilicet illius
iuris,& de facto molestat,scilicet iniustè,licet aliqd dare,
vt in d.c.dilectus.sed recipiēs tenetur restituere. Sed pro
quæsito si qs iustè vexatur: vt quia episcop⁹ vult eū iustè
deponere,vel ali⁹ iustè accusare,aut prætēdit ius in bene
ficio,nihil dare licet,quia nō redimit vexatio facti.extrà,
eo.nemo.imo nec si vexatur iniuste, & nō est ī possessio
ne iuris illius,sed dat vt habeat possessionē illicitè deten
tā, vt not.Inn.in c.ad aures.extrà eo.& tenet glo.xv.q.vij.
decimas.quia possessio est quid spirituale: vnde nō cadit
in laicum,de præscri.causam. vel saltem est connexa spiri

tualibus propter administrationem, quæ inde sequit. j. q. iij. si qs obiecerit. Putat aũt Pan. ꝙ dare possit, qñ non posset de facili eã consequi apud superiorem ad euitãdũ magnum præiudicium. arg. eius quod de absolutione ab excõmunicatione dictum est. Sed tñ aduerte secundũ Host. ꝙ licet dans possit sine simonia redimere: tamen is, q pro pecunia reddit spirituale quod vsurpabat, est simoniacus. quod dictum est in se verũ, licet non in proposito. de quo s. Decimæ. in fi. Putat etiam Sum. Ang. hoc dictum, ꝙ pro recuperanda iuris alicuius possessiõe nihil possit dari, esse limitandum, quando detinebatur à superiore: secus si à tyranno. Sed ego credo, ꝙ semper sit simonia, quia semp datur pro re spirituali vel annexa consequenda: quod nõ est redimere, id est, repellere vexationẽ, sed consequi aliquod bonũ. Licitũ est tñ propriũ ius tueri. Nec est simile de absolutione ab excõicatione iniusta: quia ibi nihil acquiritur, sed abijcitur ligamẽ, & repellit ligans iniustè: qđ est redimere, id est, repellere vexationem, scilicet iniquã. ¶ Quinta regula est quam ponit S. Tho. viij. quolib. vbi s. scilicet, ꝙ si actus sit spiritualis ex pte principij, id est, competens alicui ꝑpter aliquod spirituale, quod est in eo, vt diacono legere Euãgelium, simonia est, si quis intẽdat actum suũ vendere: non aũt si sit spiritualis ex parte finis tãtùm, vt docere liberales artes, quarũ veritas est spiritualis: sed est simonia si vẽdatur finis, q est spũalis, id est, veritas.
4 Vbi etiã patet, ꝙ locans operas vẽdit actũ. ¶* Quartò q̃ritur, vtrũ simonia cadere possit in quẽlibet, etiã in Papã, & in cõtrahentẽ cũ Papa? Et dico, ꝙ quo ad Papam dicit q̃dã opinio, ꝙ non: sed secundũ S. Th. & alios Theologos & Canonistas cõiter si Papa pecuniam ꝑ aliquo spirituali vel ei annexo recipiat, simoniam cõmittit, etiã si illa pecunia sit de reditibus alicuius ecclesiæ: quia licet res ecclesię sint eius, vt principalis dispẽsatoris, nõ tamen vt domini. Sed S. Tho. loquitur in his quę sunt simoniaca per diffinitionẽ simoniæ, siue ex sua natura. Vñ istã opinionem, scilicet, ꝙ in Papã cadat simonia, quæ cõmunis est, bene limitat Ant. de But. post Host. esse verant quãtũ ad ꝓhibita, qa simoniaca, scilicet ex sua natura: non aũt quantũ ad simoniaca quia prohibita, scilicet iure positiuo: quia talis cõstitutio nõ ligat promulgãtes. Limitat etiã Pe. de Pal. eã esse verã quo ad peccatũ, nõ quo ad pœnas simoniacis iure illatas: quia eas semper euadit. ¶ Quantũ autem ad cõtrahẽtes cum Papa, dico, quòd secũdũ aliquos excusantur à pœna simoniæ. Vnde dicit Pe. ꝙ emens simoniacè beneficiũ, vel ordinem à Papa, pœnas iuris nõ incurrit: quia sicut in pœnis iam incursis, ita etiã ne incurrãtur dispensare põt: sicut posset alicui priuilegiũ cõcedere, ꝙ percutiẽdo clericum nõ esset excõmunicatus: quando aut dat beneficium pro pecunia, videtur dispensare, ꝙ liceat retinere. Vnde q habuit beneficium in curia per simoniam: si habet cõsciẽtiam, quòd emanauerit de sciẽtia Papę cõferentis, pœnitẽdo de peccato nõ tenetur resignare, sed retinere põt. Hęc ex illo. Imò secũdũ aliquos excusantur à peccato simonię in simoniacis quia ꝓhibitis: quia dicit Io. de Lig. extrà eo. c. j. ꝙ nec Papa, nec alij existẽtes in curia cõmittunt simoniã, si Papa scit, & ex certa sciẽtia tolerat. quod itelligitur in simoniacis quia prohibitis. & hoc sequitur Archi. & tenendũ est: licet Pan. in d. c. j. aliter sentiat. & Sum. Rof. det
5 concordiã, quæ nõ vadit ad mentẽ discordantiũ. ¶* Quintò quęritur, vtrũ sola volũtate cõtrahatur simonia? Et dico ꝙ si loquamur quantũ ad cõscientiã, & de volũtate deliberata emendi aut vendendi spiritualia, Sum. Ang. asscribit Tancr. & Ber. sentire, ꝙ nõ: extrà eo. c. vlt. sed illi loquunt quantũ ad forũ iudiciale: nec loquũtur de voluntate emẽdi, sed de illa, de qua j. Quãtum verò ad Deũ & cõsciẽtiã, peccatũ simoniæ sola volũtate cõtrahit: licet hoc ecclesia nõ puniat: vt in c. tua nos. eod. ti. vtrũ aũt sit necessariò restitutio faciẽda, vide j. §. vlt. Si verò loquamur de volũtate, id est, intẽtione accipiẽdi aliquid aut dãdi pro actu spirituali, distinguit: qa si sit intẽtio secũdaria, id est, sine qua actio fieret, secundũ oẽs nõ est simonia, etiã corã Deo. Et rõ est: qa eo casu nõ dat tpale ꝑ spirituali, vel econtrariò: quia remoto tẽporali nihilominus daretur spirituale, vel ecõtrario: si verò sit intẽtio principalis, id est, sine qua nõ fieret actio, tenet indistinctè Sum. Ro. post aliquos Sũmistas, cõtra tñ Sum. Ang. ꝙ sit simonia. sed tñ hoc est verum solũ vbi quis tẽporale intẽderet dare vel accipe directè ꝑ ipso spirituali, quasi eius pretiũ vł mercedẽ, sicut fecit Giezi: vel etiã ꝑ suo labore, qñ actus non põt locari. de quo j. §. ix. part. ij. & iij. Secus si ꝑ sua sustẽtatiõe: quod patet primò ex tertia regula. s. §. iij. secũdò ex diffinitiõe simonię: tertiò, quia Ray. in tit. de simo. §. q̃rit. idẽ tenet, & similiter sua gl. vt ẽt patebit ex dicẽdis j. §. viij. & §. ix. Vnde Archi. dicit, quòd cũ dat tẽporale pro spirituali, si ly ꝓ, dicat appretiationem, vel cõmutationẽ, vel causam principaliter mouentẽ, ita, inquit, ꝙ illud tẽporale sit vt ptiũ rei spiritualis, vel propter hoc prĩcipaliter detur ipsum spirituale, est simonia: secus si dicat cãm finalẽ seu adminiculatiuã, vt scilicet, inqt, si hoc fiat ob reuerẽtiã sacramentorũ, vel seruandam piã consuetudinem, vel ad sustentationem ministrorum, & nõ vt pretiũ, ita tamẽ, ꝙ cesset omnis pactio & cõuẽtio. j. q. ij. quàm pio. & exactio à nõ valẽte vel nõ volẽte dare pcipuè ante collationẽ spiritualiũ. Hec ex illo. qui licet subdat, ꝙ dãs spirituale pro pecunia aľs non daturus, est simoniacus: tñ loquit de eo q spiritualia exhibere tenetur, qui ante dationẽ exigere nõ potest, sed post ea. qui aũt nõ tenetur, nec aliàs habet vnde sustẽtetur, scilicet decẽter, secũdùm Ray. locare põt operas suas in actibus spiritualib9 ad sensum qui dicetur j. part. ij. & iij. §. ix. Et hoc etiam seruatur in vsu: quia cõtinuè religiosi procedunt ad funera & ꝑdicationes cum spe sustentationis, sine qua non irent. Vnde & Sum. Rof. virtualiter hoc tenet in verbo, Simonia iiij. q. iiij. cõtra primũ dictum suũ, vt j. §. xj. part. iiij. Et hoc sequitur Sum. Angel. contra Rof. & est ĩdubitãter verũ in his, q ex officio ad talia nõ tenent, nec habẽt vnde sustẽtentur, & se Deo dedicarũt ex suis laboribus, non quærentes diuitias, sed sustentationẽ: in alijs aũt quomodo se habeat veritas, patebit ex dicẽdis. Quantum ad ecclesiam verò & humanum iudicium, nullus cõtrahit simoniam quacunque voluntate, nisi aliquid superaddat. extrà eo. tua nos. & c. fi. quod quidẽ superadditum est pactum, vt patet in d. c. fi. sed itellige expressum vel tacitum: quia quocũq; modo innotescat, quòd quis dederit vel receperit tẽporale pro spirituali, est simoniacus. Vñ vt pat. extrà eo. & si questiones. si dubitetur vtrũ gratis vł corrupta intentione datum sit, tria sunt præcipuè attẽdenda: dãtis scilicet & accipiẽtis qualitas, scilicet an diuiti à paupere, vel ecõtrariò: muneris quãtitas, vt si res magni vel parui sit ptij: & donationis tẽpus, an scilicet instãte necessitate, vel aľs cõferatur: & hoc ideo, qa ex his fundatur psum-
6 ptio, quæ tamẽ locum non habet in conscientia. ¶* Sexto quæritur, quot modis committatur simonia? ¶ Et dico, ꝙ ex pte rei datæ cõmittitur tripliciter secundũ triplex munꝰ, scilicet à manu, ab obseqo, & à lingua. de quo s. Gabella. v. §. j. & j. §. xvj. ¶ Ex pte verò cõmittentiũ similiter cõmittitur quadrupliciter, aliquãdo scilicet solùm ex parte conferentis spirituale; vt quãdo ipse recipit tẽporale, ignorante eo cui confert spirituale. aliquãdo ecõuerso solùm ex parte recipiẽtis spirituale: vt quãdo ipse cõfert aliquid nõ danti, sed amico vel cõsiliario eius. aliquãdo ex parte vtriusq;, scilicet quãdo recipiẽs dat aliquid danti. aliquando ex parte neutrius, vt si amicus recipiẽtis det aliqd amico dantis eis ignorãtibus. j. q. j. statuimꝰ. & c. si quis à simoniacis. ¶ Ex parte verò modi cõmittendi etiam cõmittitur quadrupliciter: cogitatione, loquutiõe, opere, & omissione: de qua infrà §. viij. part. v. & ix. ¶ Septimò quęritur,
7 * vtrum sit simonia dare tẽporale vel accipere pro spirituali per essentiã, puta æterna vita vel remissione peccatorũ? Et dico ꝙ non, secundũ Dir. & omnes secundùm illud Danielis quarto, Peccata tua eleemosynis redime. Cuius rationẽ assignat S. Th. quia hic est emptio largè sumpta pro merito, non autẽ perfecta: tum quia nõ sunt cõdignę, & c. Rom. viij. tum quia meritũ non cõsistit principaliter in exteriori dono, vel actu, aut passiõe, sed in interiori effectu.
8 ¶ Octauò quæritur, * vtrũ sit simonia dare aliquid pro spirituali per causam, id est, pro aliquo sacramento vel sacramẽtali? Et dico multa. ¶ Primum. Vt probat S. Tho. in iiij. dist. xxv. q. iij. ar. ij. q. j. cùm sacramẽta gratiã contineant, licitè vendi nõ possunt aut emi, scilicet de iure sine vitio simonię: vel vt dicit ij. ij. q. 100. ar. ij. pro eorũ gratia pecuniã accipere est crimen simoniæ, quod nulla cõsuetudine potest excusari: tamen, vt ibi subditur, accipere aliquid ad sustentationẽ eorũ qui Christi sacramẽta ministrãt, secundùm ordinationẽ ecclesiæ & consuetudinẽ approbatã, nõ est simonia neq; peccatum: non autẽ sumitur, tanquã pretium mercedis, sed tanquã stipendiũ necessitatis. Hęc ille, qui etiã ad quartũ ibi subiungit, ꝙ si ex cõsuetudine exigantur aliqua, quasi pretium rei spiritualis, cum intẽtione emẽdi aut vẽdẽdi, est manifestè simonia: quia cõsuetudo nõ preiudicat iuri naturali aut diuino, quo simonia prohibet: & pręcipuè si ab inuito exigãtur: si tamẽ exigãt quasi stipẽdia, & desit intẽtio emẽdi & vẽdendi, sed intẽtio referatur ad solam cõsuetudinis obseruãtiã, non est simonia, præcipuè quãdo quis voluntariè soluit. In his tamen sollicitè cauẽdum est quod habet speciẽ simoniæ vel cupiditatis, secundũ illud j. ad Thes. vlt. Ab omni specie mala, & c. Hęc ille. Sed pro huiusmodi cõsuetudinis intellectu nota ꝙ secundùm Pan. in c. suam. eod. tit. cõsuetudine introduci potest, vt aliquid detur ꝑ spirituali sine simonia, qñ nõ præcessit exactio, sed ex mera liberalitate & deuotione populi talis cõsuetudo est introducta: facit c. ad apostolicam. eo. tit. vbi dicitur, cõpellẽdos ad laudabilẽ cõsuetudinẽ obseruãdã. si verò exactio præcedẽs dedit causam cõsuetudini, nõ valet, cùm habeat initiũ vitiosum, & sic intelligitur c. cùm in ecclesia. si bene põderetur. Sed hęc intellige, vbi ex cõsuetudine debet aliquid clericis à laicis. vbi verò est cõsuetudo, ꝙ à clericis aliquid exigatur, dic secũdùm Pan. in c. Iacobus. eod. tit. ꝙ ad priuatũ cõmodum clericorum non valet: sed bene in fauorẽ diuini cultus, intellige si non pręcessit exactio ante sacramentorũ exhibitionem. vnde dicit Inn. & Io. de Ligna. in d. c. ad apostolicã. ꝙ cõsuetudo, qua datur aliquid ante sacramentorũ receptionem, est corruptela: nec valet quantuncunque longa. Quãdo autẽ nõ pręcessit exactio quare valeat in laicis, & nõ in clericis: ratio diuersitatis est, quia laici videtur se obligasse sub nomine cuiuscũã obligationis. ar. no. in c. nouũ genus. de deci. Aduertendũ est tamen: ꝙ, vt innuit S. Tho. ij. ij. vbi s. ar. iij. prætextu cõsuetudinis non potest aliquid exigi per subtractionẽ sacramẽtorũ, nec ꝓpria authoritate: sed spiritualibus prius, inquit, exhibitis licitè possunt statutæ & cõsuetę oblationes, & quicũq; alij prouẽtus exigi à nolẽtibus & valẽtibus soluere, authoritate superioris interueniẽte. ¶ Secũdũ. Pro matrimonio, licet sit sacramẽtum, licitè datur & accipitur pecunia, secundũ Archi. post S. Th. absq; simonia: nõ qa ibi gratia non cõferatur, vt no. gl. & male. j. q. j. quicquid. sed quia nõ est sacramentum solum, sed officiũ naturæ: & secũdũ hoc datur ad subleuandum onera eius, & nõ inquãtũ est sacramentũ in dispensatione ministrorũ ecclesiæ cõsistẽs. Vnde secũdũ iura est simonia pro benedictione nuptiarũ aliqd exigere: licet spõte oblatũ possit recipi. extrà eo. cũ ĩ ecclesia. Nec est verũ quod dicit gl. in c. sua. e. ti. quòd posset pro ea aliqd peti si nõ esset sacramentũ: quia, vt dicit Pan. ibi, non solùm pro sacramẽtis, sed generaliter pro omni officio ecclesiastico exercẽdo nõ debet aliquid peti, vt in cap. nostrã. e. tit. Dicit tamẽ Verue. ꝙ si sacerdos, ad quẽ spectat, nõ vult alteri dare licẽtiã benedicẽdi nuptias, nisi pro pecunia, si quidẽ nõ intẽdit licẽtiã vẽdere, sed ꝓuidere sibi de portiõe oblationũ eum cõtingẽte, nõ est simonia. & idẽ, secundũ eundẽ, est de licẽtia cõfitẽdi & cõmunicãdi, licet possit pręsumi ꝙ licẽtiã vẽdere voluerit, si exigit maiorẽ summam, q̃ dicta portio valere præsumatur. Si aũt sacerdos nolit benedicere, nisi data pecunia: secũdũ Alex. recurrẽdũ est ad superiorẽ, qui si cogere eum noluerit, tutius est abstinere quàm dare occasionẽ peccati. Sed Pan. ĩ c. dilectus. el ij. e. ti. tenet ꝙ pro habẽdis sacramẽtis necessarijs licet aliquid dare, nõ ꝑ volũtarijs: & sic tenẽdo opinionẽ, ꝙ sine benedictiõe matrimoniũ cõsummare nõ licet, vbi est cõsuetũ; licitè dabitur pecunia ꝑ ea cũ intẽtione dãdi pro redimẽda vexatione. ¶ Tertiũ. Pro baptismo. s. dãdo nõ est danda vel exigẽda pecunia: vt patet expressè j. q. j. baptizãdis qđ Sum. Ang. & Ro. contra Supple. post Pan. in c. cùm in ecclesię. e. tit. limitãt quãtũ ad adultũ: qa ex quo habet baptismum in voto, habetur pro baptizato, & saluatur. ar. c. debitum. de baptismo. & c. ij. de presby. non bap. Quantũ verò ad ĩfantẽ secꝰ, qñ presbyter aliter nõ vult baptizare, & nõ est alius q sciat & possit: quia nõ emit spirituale: nec hoc debet intẽdere, sed redemit vexationẽ. Sed quia secundũ eosdem redẽptio vexationis habet locũ solùm vbi quis repellitur de iusta possessiõe alicuius iuris, quod nõ est hîc; vbi, vt bene dicit Supple. nõ est aliqua vexatio, sed sacramẽti negotia: quia etiã licet aqua emi possit in se, non tamen vt ea vtitur qui baptizat: quia sic est spiritualis, cũ sit pars, id est, materia sacramẽti in actu. Et dato ꝙ emi possit, nõ tamẽ intẽdit sacerdos eam vẽdere, sed baptismum: nec cõsequẽter qui soluit, intendit eam emere, quia inde nihil faceret: ideo melius dicit Archi. post S. Tho. Pet. de Taran. Pet. de Per. & glo. j. q. j. baptizandis. & Rich. vt refert Archid. licet eum Sum. Ange. pro se male adducat, ꝙ eo casu alius debet baptizare si potest: alioquin potius debet permittere puerũ mori sine baptismo: quia nõ sunt facienda mala vt eueniant bona. Posset tamen hoc casu secundùm S. Tho. & alios emere quis à sacerdote aquã, quæ est purum elemẽtum corporale: imò secũdùm Supple. in verbo, Baptismus. etiam si esset consecrata: quod tamen esset falsum, secundũ Arch. post Vide. & j. q. j. dictũ. quia esset simonia. In fidelibus autẽ vtrum sit dãda vel promittẽda pecunia vt baptizẽtur; quidã dicunt, vt dicit glos. in c. quàm pio. j. q. ij. ꝙ sic exemplo beati Syluestri, qui bona temporalia paganis pollicebatur, vt fierent Christiani, alliciẽdo scilicet ad fidem. Et hoc tenet Ray. quod quidẽ verũ est si fiat gratis ad beneuolentiã captãdam, vel etiam ad diffundendum

dendum bonũ odorẽ Chriſtianitatis, vt facilius quis eos cõuertat: quia hoc non eſt emere, ſed cauſare diſpoſitiue eorum cõuerſationẽ. art. xxiij. q. iiij. debet homo. & q. vj. quod autẽ di. xlv. qui ſyncera. cum pacto verò nõ licet, ſecundũ Veruec. Licitè etiã ſecũdũ Ray. inducũtur per grauiorẽ exactionem pẽſionũ à principio locationis: poſtea autem non liceret. xxiij. q. vj. iam verò. Hoc tamen licitũ eſt cũ pacto quãdo auertũtur à ſide ſolùm timore paupertatis: quia hoc nõ eſt emere cõuerſionẽ vel baptiſmũ, ſed impedimẽta eius remouere: non autẽ quãdo auertuntur, quia fides ſibi nõ placet: qa hoc eſſet emere ſpirituale. Et iuxta hæc intellige Pan. in c. cùm in eccleſia. eo. tit. Et eodem modo ſecundũ Panor. in c. dilectus. el ij. eod. tit. poteſt ſine pacto ad alliciendũ dari pecunia pro ingreſſu religionis, & receptione ſacramentorũ. ¶ Quartum. Eodem modo & eadẽ ratione nec pro confirmatione, imò nec, p chriſmate, nec pro extrema vnctione, nec pro euchariſtię collatiõe licet aliquid exigere vel ex pacto, ſeu quaſi pretium dare. j. q. j. dictũ. ſponte tamen oblata licet recipere. j. q. ij. ſicut epiſcopũ. nec ſimiliter pro pœnitẽtia ſeu abſolutione licet exigere pecuniam, ſecũdũ S. Tho. quaſi pretiũ abſolutiõis: quia eſſet ſimoniacum: ſed bene poteſt exigi quaſi pœna peccati vel culpę præcedẽtis impoſita pecuniaria pœna: in quo tamẽ, inquit in quarto, cauendũ eſt ne talis exactio magis cupiditati, quàm correctioni adſcribatur. Hæc ex illo. qui loquitur de abſolutiõe tam à peccato quàm à cenſuris ex peccato inductis. & idem Pet. & Hoſt. Qui autẽ exigit aliquid, aliter non auditurus confeſſionẽ, ſimoniã cõmittit, etiã per eccleſiam puniendã. j. q. ij. quàm pio. imò ſecũdũ Ray. etiam ſacerdos, qui ſuę parochiano nõ vult dare licẽtiã alteri cõfitẽdi niſi pro pecunia. quod intellige, vt ſ. parti. ij. imò ſecundũ Archi. is, qui nihil exigit, ſed tamẽ audit cõfeſſiones, principaliter intẽdens lucrum, cõmittit ſimoniam mentalẽ. Quod intellige quãdo audire ex officio tenetur: vel quãdo hoc intẽdit quaſi pretium, nõ quaſi eleemoſynale ſuſtẽtamentũ. vel, quod idẽ eſt, intellige quãdo pecunia eſt cauſa audiẽdi ſimpliciter: nõ tamen quãdo eſt cauſa audiẽdi potius hũc, à quo aliqd ſperatur, quàm aliũ: cùm tamen ſi nihil ſperaretur, aliquis audiretur, ar. dicẽdorum j. ſ. ix. partic. tertia. ¶ Quintum. Pro ſacramento verò ordinis etiã nihil exigi poteſt: extrà eo. c. j. vbi dicit do. Anto. q̃ cùm in ordinatione tres perſonæ requirãtur, ſcilicet epiſcopus, miniſter, & notarius: ſicut principalis ordinatio debet eſſe gratuita, ita & omne accedẽs ad illã. Et de epiſcopo quidẽ clarum eſt, q̃ ſi quid pro ordinatione recipiatur pacto, cõuentione, vel exactione, ſimonia eſt. j. q. ij. quàm pio. & c. ſicut epiſcopũ. imò ſi detur ei aliquid ne ordinet p ſimoniã, eſt ſimonia, ex parte eius, etſi nõ dãtis, ſecundùm Tane. & Bar, Brix. j. q. j. nullus. & ſimiliter ſi detur ne ſpiritualia, det ſimoniaco, ſecundùm Pan. in d. c. cùm in eccleſiæ. Et ſimiliter eſt ſimonia ſi ordinandus promittat ordinatori, q̃ vſque ad tot annos nihil peter, ſecundũ Panor. in c. per tuas. el iij. eod. tit. quia ex quo ordinator poſt ordinationẽ tenetur ei aſſignare portionem, quæ cõſideratis fructibus eſt quid tẽporale, talis remittit temporale pro ſpirituali cõſequendo: & ſimiliter ſi detur pecunia ne quis ordinetur, eligatur, aut confirmetur, aut ne eccleſia conſecretur, & huiuſmodi, extrà eo. nemo. Miniſter autẽ, de quo loquitur illa. decretalis, vel eſt archidiaconus examinans promouẽdos, vel is qui promouẽdos vocat, ſecundũ Docto. vel qui reſpõdet in ſcrutinio ordinãdi, ſecundũ formã c. ij. de ſcru. vel qui legit Euãgelium, cùm ſit ordinatio, ſecundùm Goff. quorũ quilibet ſi pro miniſterio illo pecuniã reciperet, ſimonia eſt. De notario autẽ qui promouẽdos ſcribit, & facit literas ordinis iam collati, ſunt opiniones, vt ibi recitat do. Ant. & Arch. ij. parte. tit. j. ſed Pan. eo. tit. c. j. poſt gloſſ. & Doct. communiter dicit, q̃ ſi eſt ſalariatus de publico, puta ab epiſcopo, nihil debet exigere: ſimiliter & ſi non habet ſalariũ, ſed tamen ſuum officiũ eſt adeò neceſſarium in ordinatione, vt niſi ipſe ſcriberet, ordo nõ diceretur rite collatus: quia tũc ſuum officiũ eſt de cõferentibus ad ordinem: quia tamen non video, inquit, q̃ ita ſit neceſſarium, ſimpliciter dicipoteſt q̃ ex quo non habet ſalarium de publico, licitè poteſt pecuniam pro ſuo labore exigere: cõſiderata ſcilicet laboris ſeu negotij qualitate, & nõ ordinis: quia eſſet ſimonia, ſicut cùm plus exigitur pro ordine digniori. ar. x. q. ij. preſbiteri. & d. c. j. voluit, ſecundùm Inno. tollere conſuetudinem quorundã locorum, in quibus omnes officiales & miniſtri pecuniã expetebant. Addeprimò ſecundùm Ray. q̃ ſi quis habens titulum, rogat presbyterũ vt præſentet eum ad ordines ad titulum eccleſiæ ſuæ, promittẽs, q̃ nunquã in ea aliquid petet, ſimoniã cõmittit: extrà eod. per tuas. & ordinator triennio à collatione ordinum, & præſentator ab eorum exequutione eſt ſuſpẽſus. extrà eo. ſi quis ordinauerit. Adde ſecundò, q̃ ſi pro mea ordinatione data eſt pecunia ordinatori, nõ habeo exequutionẽ, etiã ſi ignorauit aut cõtradixit: quia eã nõ haberẽ, etiã ſi pro mea ordinatione nõ eſſet data, ſed pro alia priore: quia ille eſſet ſimoniacus in ordinis collatiõe, nec poſſet dare exequutionem, ſecundùm Hoſt. j. q. j. ſi quis à ſimoniacis. Si verò me ignoraõte alius dedit pecuniã nõ ordinatori, ſed alteri: ſecundùm Innoc. in c. tanta. extrà eod. non ſum ſimoniacus, etiam ſi ſine pecunia non eram obtẽturus. Si verò ego dedi, eſt ſimonia, etiã ſi ſine pecunia ordinẽ habiturus eram. Adde tertiò, ſecũdũ Veruec. qa ſi detur pecunia alicui pro ingreſſu ad prælatum intẽtione habẽdi aliquid ſpirituale ab eo, non eſt ſimonia: ſecus ſi detur vt ſuadeatur ei. j. q. j. ſi quis. Adde quartò, ſecundũ Veruec. q̃ ſi me neſciente pro miſſa eſt pecunia pro mea promotiõe, quam poſtea ſolui, vel ſolutã reſtitui, licet grauiter peccem, & in maleficijs retinabitio retrotrahatur, diſpẽſare tamen poteſt epiſcopus, quia re vera nõ fuit ſimoniacus in receptione beneficij vt ordinis: ſicut no. Tanc. Adde quintò, q̃ ſecundũ Ray. ſimonia eſt, ſi ab ordinãdo ante ordinationẽ præſtetur cautio vel promiſsio. viij. q. iij. talia. nõ autẽ ſi poſtea, niſi ex præcedẽti fiat pactione. ea. q. Artaldus. ¶ Sextũ. Pro ſacramentalibus quoq;, vt pro benedictiõe abbatũ, abbatiſſarũ, velationе virginũ, aqua benedicta, adde vel omni benedictione, & huiuſmodi, nihil recipere licet, ſecundũ Pet. de Pal. & idem de alijs, de quib⁹ ſuprà Sacramẽtale. ſicut nec etiã ratione materię poteſt vẽdi ſacramẽtũ. j. q. j. placuit. & iij. Vnde etiam ſecundùm Panor. extrà eo. in c. ea quæ. monia eſt pro chriſmate aliquid exigere habito reſpectu ad liquorẽ: quia non ſolùm eſt ſpirituale in quantũ ſacramentum, ſed etiam inquantum liquor. d. cap. placuit. el ij. ſimiliter nec pro pane benedicto, vel candelis, ſimiliter ſecundùm Gof. & Hoſt. nec pro benedictione calicum & veſtium. Vẽdere tamen officium portãdi aquam benedictã, ſecundũ Veruec. non eſt ſimonia, ſi ex cõſuetudine habet ſacerdos q̃ etiam per alium exerceat & percipiat prouentus: aliàs ſecus. Vel melius dic abſolutè, ſecundũ Rod. q̃ licitum eſt vẽdere prouẽtum, vẽdere autẽ illud officiũ, eſt turpe lucrum. ¶ Nonò quæritur, * vtrum liceat aliquid dare vel accipere pro ſpirituali effectiuè, ſiue pro ſpiritualibus actibus: Et dico multa. ¶ Primũ. Sanctus Tho. in iij. vbi

vbi ſuprà. art. ij. q. ij. & viij. quolib. q. vj. diſtinguit dicẽs, q̃ actus ſpiritualis dicitur dupliciter. Primò ſcilicet ex parte principij, qñ ſcilicet actus cõpetit perſonę, ꝓpter aliquod ſpirituale donũ vl̃ officiũ quod in ipſo eſt, ſicut epiſcopo cõſecrare baſilicas, & diacono Euangeliũ legere. & ſecũdò ex pte finis tãtùm, & nõ principij: vt docere artes liberales, quarũ veritas ſpiritualis eſt: ſed huiuſmodi doctrina nõ cõpetit alicui, propter aliquod ſpirituale officiũ, cùm etiã Gẽtilibus liceat. Et in primis quidẽ ſi quis intẽdat vẽdere actũ, vt dicit in quolib. aut vendere quod in eis ſpirituale eſt, vt dicit ij. ij. vel locare actus ſuos, ſimonia eſt, vt dicit in iiij. ſed accipere aut dare aliquid pro ſuſtẽtatione miniſtrãtiũ ſpiritualia ſecũdũ ordinationẽ eccleſiæ, & cõſuetudinẽ approbatã, vt dicit ij. ij. licitũ eſt: ita tamẽ, q̃ de ſit intẽtio exemptionis, & vẽditionis: & quòd ab inuitis nõ exigãtur per ſpiritualiũ ſubtractionẽ: quia haberet ſpeciẽ vẽditionis: gratis verò ſpiritualibus prius exhibitis licitè poſſent ſtatutæ & cõſuetæ oblationes, & quicũq; alij ꝓuẽtus exigi à nolẽtibus & valẽtibus ſoluere, authoritate ſuperioris interueniẽte. Hæc ille. In ſecũdis verò actibus, vt dicit in iiij. qa ſpiritualitas nõ eſt ex parte agẽtis, põt quis vẽdere & locare opas: ſed nõ illud ſpeciale quod ex opere acqritur, ſed eſt ſimonia, vt dicit in quol. Et intellige, q̃ in primis põt aliqd accipi in ſuſtẽtatione etiã ex intẽtiõe principali ſine qua nõ, ſi qs ſit indigẽs, & ex officio nõ obligeẽ, vt patuit ſ. ij. regula iij. & ſimiliter vt patebit par. ſeq. ¶ Secũdũ. Idẽ S. Th. in d. quolib. viij. ea. q. quærit formaliter vtrũ ille q vadit ad eccleſiã ꝓpter diſtributiones, aliàs nõ iturus, peccet? Et dicit ſic: Celebrare diuinũ officiũ in eccleſia eſt actus ſpiritualis ex parte principij: qa cõpetit alicui ex hoc, q̃ eſt clericus, & ideo ſimoniã cõmittit q hmõi actũ vẽdere intẽdit: in qualibet enim vẽditiõe pretiũ accipitur quaſi finis. Et ideò in prædicto caſu diſtinguendũ eſt. Si enim huiuſmodi diſtributiões recipit quaſi finẽ ſui operis principaliter intẽtũ, ſimoniã cõmittit, & ita mortaliter peccat: ſi autẽ habet principalẽ finẽ Deũ in tali actu, ad huiuſmodi autẽ diſtributiões ſecundariò, non quaſi in finẽ, ſed ſicut in id, quod eſt neceſſariũ ad ſuã ſuſtẽtationẽ, conſtat, q̃ nõ vendit actũ ſpiritualẽ, & ita ſimoniã nõ cõmittit, nec peccat: ſic enim acceptio diſtributionũ nõ erit cã quare ad eccleſiã vadat, ſed propriè huiꝰ determinatio quare nũc vadat, & nõ alia vice. Hæc ille ī forma. Ex quibꝰ, ſimul cũ dictis particula ſupiori, & etiam ſ. priore, & part. ſeq. elicio, q̃ nõ obligatus ad actũ ſpirituałem ex parte principij ratione ſalarij vel officij aliquo indigẽs ad ſuſtentationẽ neceſſario, vel de bene eſſe honeſto, licite intedit illud in tali actu, nõ vt pretiũ, ſed vt elemoſynale ſuſtentamẽtũ intẽtione ſine qua nõ ſit ſimonia: ſi tñ talis intẽtio deduceretur in pactũ tacitè vel expreſsè, ſimonia eſſet quo ad eccleſiam, quæ de intẽtione nõ cõſiderat. ¶ Tertiũ. Pro celebratione autẽ miſſæ, vel alijs diuinis officijs, vel proceſsionibꝰ, & hmõi, nũquã licitũ eſt aliquid accipere vel dare tanquã pretiũ: ſi autẽ ſacerdos tenetur celebrare, vel exequias aut alia officia facere, ſecundũ Ray. aliquid exigere ſimonia eſt. j. q. j. vẽdẽtes. Si verò nõ tenetur, & deficiũt ei ſumptꝰ, põt accipere. j. q. j. duces. nã & operas ſuas locare põt ſiue ad diẽ ſiue ad annũ: extrà, ne prælati. vi. ſu. c. ſi. q̃ ſi ſumptus habet, & ad hæc non tenetꝰ: aut debet facere gratis, aut ceſſare: aliàs videtꝰ facere ex auaritia: & licet qñ ad hæc non tenetur, fortè non ſit ſimoniа, eo, q̃ non debeat ſuis ſtipendijs militare. xij. q. ij. charitatem. extrà eo. cùm ſit. tamẽ eſt turpe lucrũ quando fit ex auaritia: vel ſi in ſumptus recipit, etiã ſi diues ſit, & nõ ſit ex auaritia, ſaltẽ habet ſpeciẽ mali, vt dictũ eſt ſuprà. Sed tamen not. q̃ in huiuſmodi nullus poteſt licitè locare operas ſuas propriè, ſecundũ S. Th. & gl. in d. c. vlt. & patet, quia in ſpiritualibus, in quibꝰ debet ceſſare omnis pactio & cõuentio, extrà, de pac. c. fi. locũ nõ habet locatio vl̃ conductio. Vnde ſecundũ glo. eius, ſicut nec officiũ ſpirituale, ita nec labor ī officio vẽdi debet aut locari ꝓpriè, nec iura allegata hoc probãt, nec ipſe Ray. hoc intẽdit: ſed ſolùm, q̃ talibus oblatis pro ſpiritualibus põt acceptare etiã cũ intẽtione nõ proſequẽdi, niſi talia ſibi darẽtur quibus ſuſtentatur: dũmodo nihil paciſcatur aut exigat ante ſpiritualiũ exhibitionem. Quod autẽ dicit S. Thom. in iiij. q̃ ſi ſacerdos nõ habet alios ſumptus, & nõ tenetur ex officio miſſam cãtare, poteſt accipere denarios, ſicut cõductitij ſacerdotes faciunt, nõ quaſi pretiũ miſſæ, ſed quaſi ſuſtentamentũ vitæ: nõ eſt ſic intelligẽdum quaſi illa cõductio ſit emẽdo, vẽdẽdo, aut paciſcẽdo, vt patet ex dictis: ſed eſt ꝓ modũ eleemoſynæ, dũ aliquis tantũ offert ſi vult in tali loco celebrare, & ille acceptat: etiã aliàs nõ celebratur⁹ ibi, niſi ſub tali ſpe: quã tamen ſpem ſi deduceret in pactũ expreſſum vel tacitũ, eſſet ſimoniacus præſumptꝰ quo ad eccleſiam. ¶ Quartũ. De actu præſentandi & prædicandi idẽ eſt iudiciũ, ſicut de actu celebrãdi diuina, cùm ſint actꝰ ſpirituales ex parte principij. ¶ Quintũ. Correctio etiã & viſitatio ſecundũ S. Th. eſt actus ſpiritualis ex parte principij: quia ex ſpirituali officio cõpetit: vnde ſimoniã cõmittit qui pecuniã accipit, vt peccatũ quod tenetur reuelare aut punire, nõ reuelet nec puniat. pro viſitatione etiã nõ eſt accipiẽda pecunia quaſi pretiũ, ſed quaſi debita ex ordinatione eccleſiæ ad ſuſtentationẽ. & idẽ de procuratione moderata, quã accipere poſſent epi in cõſecratione eccleſiarũ ſecundũ determinationẽ eccleſiæ. ¶ Sextò. Oratio, ſecundùm S. Tho. in iiij. & ij. ij. eſt ſpiritualis ex parte principij & ex parte finis, quia ex ſpirituali deuotione efficaciam habet, & aliquid ſpirituale debet in ea peti: vñ nullo modo debet ſub pretio poni, nec qui ob hoc dãt pecuniã pauperibꝰ orationẽ emũt, ſed animos pauperũ alliciunt ad gratis orãdũ ꝓ ſe, & eos ſibi faciũt debitores. Hęc ex illo. Vñ ſecũdũ Pe. de Pal. ſimonia eſt dare ex pacto pecuniã pro Pſalterio dicẽdo: nõ autẽ ſi daretur pro vigilãdo ſupra defunctũ, ſcilicet ratione laboris: eſto, q̃ ad vigilias ſequatur dicere Pſalteriũ, & orationes, ſecundũ Hoſt. ¶ Septimũ. Anniuerſariũ celebrare ſecũdũ S. Tho. in iiij. eſt actus ſpiritualis ex parte principij: ideóq; pro eo celebrando vllo modo paciſci nõ licet: ſi tamẽ cũ deuotiõe aliquid detur eccleſię, ipſa tenetur celebrare pro illis pro quibus rogatur. Hæc ille. Sed intellige vt ſ. parti. iij. dictũ eſt: & adde q̃ licitè acceptatur legatũ & eleemoſyna ꝓ anniuerſario faciẽdo: ſed ſi interueniat pactio, eſt ſimonia. Sed ſi contra hoc arguatur: primò per c. ſignificatum. de præb. vbi quidã canonici cuidam ſacerdoti præbẽdã dederũt in eccleſia, vt miſſã de beata Virgine quotidie celebraret, & Papa illam pactionẽ confirmauit: dicit S. Th. in iiij. ibi nõ fuiſſe aliquã pactionem, ſed illi præbẽdæ annexum fuiſſe illud officium cantãdi miſſam talẽ. & idem ſentit Ant. de But. & gl. Si etiã arguatur ſecundò, q̃ ſecundũ Inno. laicus nõ poteſt inſtituere reditum cũ onere celebrãdi anniuerſarium: dico q̃ hoc non eſt verum. Si arguatur tertiò, quia pollicitatio, quæ fit ſtatuendo reditũ cum onere, tranſit in pactũ, quãdo acceptat is q̃ habet exequi. l. pactũ. ff. de polli. dico q̃ ibi nõ eſt pollicitatio, ſed donatio ſub modo vl̃ cauſa. Vide de his omnibus diffuſe in Aur. ro. caſu lviij. ¶ Octauũ. Cùm religioſi pretẽdẽtes ſanctitatẽ petũt, q̃ ſacerdos

cerdos ꝓcuret eis eleemoſynas in parochia,cū hoc quòd
ipſe habeat partē,ſecundùm S.Th. in quolib.ſimonia eſt
ex parte ſacerdotis,ſi interueniat pactū: quia eius pſuaſio
eſt res ſpiritualis, & creditur ei qa ſacerdos ē:& ſacrilegiū
reſpectu taliū religioſorū,quia eſt defraudatio eleemoſy
narū reſpectu dātiū:& tā illi quàm iſti tenent̄ de ſimonia,
& ad reſtitutionē.quod intellige ſi ſingūt. ¶ Nonum. Ge
neraliter aliquid accipere ꝓ vſu ſpiritualis poteſtatis ſeu
prælaturæ eſt ſimonia:ſecus pro tēporali iuriſdictione: vt
in fi.huius particulæ.vnde S.Th.ij.ij.ſic dicit:Ille,cui cō-
mittitur ſpiritualis poteſtas,ex officio obligatur ad vſum
eius in ſpiritualiū diſpenſatione: & etiā pro ſua ſuſtētatio
ne habet ſtatuta ſtipēdia ex reditib⁹ eccleſiæ: & ideo ſi ali
quid acciperet pro vſu eius, nō intelligeret̄ locare operas
ſuas,quas ex debito ſuſcepti officij debet īpendere: ſed in
telligeretur vēdere ipſum ſpiritualis gratiæ vſum.Et pro-
pter hoc nō licet pro quacūq; diſpēſatione aliquid accipe
re:nec ꝓ hoc,ꝙ vices ſuas cōmittat,aut ſubditos corrigat,
vel à corrigēdo deſiſtat: licet tū accipere procurationem
qn̄ viſitat,nō quaſi pretiū correctiōis,ſed quaſi debitū ſti
pendiū.Hæc ille.& idē qn̄ cōſecrat:ſi tamē eccleſia ꝓpter
paupertatē procurare non pōt,ſuis ſumptibus cōſecrabit.
x.q.iij.cauēdum.ſecundū Ber.& Hoſt.¶ Adde verò ex Ar
chi.ꝙ nō licet accipere pecuniā ſimiliter pro crimine mi
nus puniēdo,nec ꝓ crimine celādo iudici eccleſiaſtico,
nec pro reo purgādo,nec vt minus dignè pœnitētē recō
ciliet, vel vt dignè pœnitentē repellat:ſed in omnibus his
eſt ſimonia ſecundū Pet.de Pal.& extrà eo.nemo. Et ſimi
liter ſecundū Pet.de Pal.& Ray.ſimonia eſt dare aliqd ſu-
periori,vt ſeruet iuſtitiā in cauſa ſpirituali, & iuriſdictiōe
eccleſiaſtica:qa ſunt acceſſoria ſpiritualib⁹. Et idē ſecūdū
Vld.ſi agatur ſuper tēporalibus, & pſona iudicās ſit eccle
ſiaſtica,quę ratione eccleſiaſticæ iuriſdictionis tenetur ad
tale ius reddendum.ſi aūt iudex ſit laicus, & iudicet ſup re
tēporali,nō eſt ſimonia,licet ſit peccatū, & ſimiliter ſimo
nia eſt ꝓ pecunia teſtificari in cauſa ſpirituali,vt eſt matri
monialis,de decimis,& huiuſmodi:ī alijs aūt nō, licet ſit
iniuſtum.Ex quo ſequitur, ꝙ cùm ſigillum iudicis nō ſit
niſi teſtimoniū iudicij, nō apparet quomodo ꝓ eo iudex
poſsit aliqd petere:niſi fortè expēſas cerę & ſigillatoris,&
clericorū ad hoc deputatorū,ſecūdū Dire.in quarto, imò
in cauſa ſpirituali ex iuriſdictiōe eccleſiaſtica eſt ſimonia
cū.Præſtare aūt cōſiliū,vt iuris peritus,vel patrociniū, vt
procurator & aduocatus facit,nō ſolùm in cauſa tēporali,
ſed etiā in ſpirituali ꝓ pecunia,nō eſt ſimoniacū, nec pec
catū, ſcd̄m Pet.de Pal.& Dur.Et eſt ratio, qa cū nō tenean-
tur ex officio operas exhibere, non cogunt̄ de ſuo facere
bñficiū.x.q.iij.precario.Hæc ille. Sed ꝓ celatiōe peccati,
adde,ꝙ eſt ſimonia ſi fiat ꝓpter pecuniā, vl̄ ſcd̄m aliquos
ꝓpter gratiā aut cōſanguinitatē.d.c.nemo.Et ratio eſt ſe-
cundū Inn.& gl. qa tenetur qlibet alterius peccatū indica
re ad pœnitētiā.xxiiij.q.iij.tā ſacerdotes.tū qn̄ facit ex gra
tia, nō dicit Inn.ꝙ ſit ꝓpriè ſimoniacus,ſed ꝙ debet puni
ri ſicut ſimoniacus. Adde etiā,ꝙ ꝓ indicatiōe furis aut ſer
ui fugitiui licitè merces accipitur.ff.de offi.præſe.vr.l. ſo
lēt.& ff.de cōdi.ob tur.cau.l.iiij. §.vl. qd̄ limita ſcd̄m glo.
qn̄ qs reuelare nō tenet̄ ꝓpter officiū,vel actionē,vel iudi
cē.limita etiā de reuelatiōe ordinata ad pœnā,ſecus de or
dinata ad emēdationē,qa tenet̄ indicare,& ſic nihil pōt ac
cipere:arg.ff.de cōd.ob tur.cau.l.j.in fi.& l.ij.j.rñſo.q au-
tē accipit vt nō indicet,turpiter accipit, qa cōtra publicā
vtilitatē,q̄ eſt maleficia puniri.ff.de fideiu.l.ſi qs à reo. §.
pe.Adde tertiò, ꝙ dare pecuniā pro tēporali iuriſdictiōe
habenda,nō eſt ſimonia,ſecundū Pan.in c.j.ne præla.vic.
ſu.& gl.j.in c.qm̄.ne præl.vi.ſu.dicēs,ꝙ eſt ſimonia,intel-
ligitur ſcd̄m Pan.ibi, qn̄ tēporalis iuriſdictio habet depen
dētiā ab officio eccleſiaſtico, qa per talē cōnexionē ſimo
nia cōmittitur.c.cōſulere.eod.ti.Qn̄ verò non habet illā
dependētiā,ſecūdū aliquos eſt turpe lucrū, & cōtra legē,
ſecundū Pan.in d.c.j.vt in auf.vt iud.ſine quoquo ſuffr.&
in auf.de mā.prin. §.illud.imò ſecundū Hoſt. eſt ſimonia
dare pecuniā vt qs promoueat̄ in Imperatorē,regē,pote-
ſtatē,vel rectorē alicuius ciuitatis,qa iuriſdictio eſt ſpiri-
tualis.j.q.iij.ex multis. Vn̄ vēdere caſtaldionatū vel œco-
nomatū,eſt ſimonia.j.q.j.ſi quis epiſcopus.& j.q.iij.ſalua-
tor.omnis enim poteſtas à Deo eſt. Sed verior eſt opinio
Pan.ꝙ nō eſt ſimonia,ſed turpe lucrū:nec quæ adducūtur
in cōtrariū,aliqd probāt,niſi de eccleſiaſtica iuriſdictiōe:
imò verior eſt opi.Gemi.ꝙ etiā non ſit ſimonia,ſed liceat
dare aliqd ꝓ habēdo officio tēporali,de quo s̄.Dignitas.
§.ij.& iiij.quod verū eſt,ſi officiū ſit tēporale omnino,id
eſt,datū à dño tēporali,& exercitiū circa tēporalia, vt ta-
bellionatus dati ab Imperatore, & exercēdi in palatio.Si
v̄ò ſit eccleſiaſticū omnino, vt qa datur à p̄lato circa ſpiri
tualia cōſcribēda,eſt ſimonia:qa iuriſdictio ex qua p̄latus
dat,eſt ſpiritualis,niſi eſſet dñs tēporalis aliter quàm p ec
cleſiā.& idē eſt eadē ratione ſi ſit eccleſiaſticū ex pte dan
tis,q̄ dat ſpirituali iuriſdictiōe,licet det̄ ad tēporalia. ſed
ſi ecōuerſo ſit tēporale ex parte dātis,ſed ſpirituale ex pte
finis,vt qa notari⁹ Imperatoris aſſumitur ab epiſcopo ad
ſpiritualia cōſcribēda,ſi det̄ aliqd vt ab epiſcopo aſſuma-
tur,vel vt ab Imperatore fiat aſſumēdus ab epiſcopo,puto
ꝙ nō ſit ſimonia,ſicut nec aliqua iuriſdictio dat̄,& tali li-
cet locare operas,& conſequenter emere locū ſiue gradū
vbi locet.vide j.§.xiij.part.vij. Vtrū aūt liceat aliqd dare
10 pro ſnīa iudicis,vide §.ſeq.¶*Decimò qritur,vtrū ſit ſi-
monia vēdere ſpirituale naturale, puta ſcientiā,ſententiā,
vel huiuſmodi?Et dico multa,recapitulādo qdam dicta s̄.
Doc.plenè p totū,ſed maximè §.ix.¶ Primū.Quomodo
magiſtris vl̄ doctorib⁹ liceat vel nō liceat pecunias exige
re,dictū eſt vbi s̄.Quomodo etiā ſit ſimonia circa hoc,pa
tet ex dictis ibi,& dicēdis particula ſequēti,hoc addito ꝙ
ſcd̄m Pet.de Pal.ꝓ doctrina Theologiæ aliqd accipe,vi-
detur ſimonia, etiā ſi nō de alijs ſciētijs:quod verum puto
cōcurrentibus duob⁹. Primò,ꝙ legat̄ ex officio magiſte-
rij,quo caſu act⁹ eſt ſpiritualis ex pte principij:ſecūdò,ꝙ i
cidat pactū vel exactio,qbus cōcurrētibus intelligit̄ ven-
dere ipſam veritatē ſcd̄m præſumptionē eccleſiæ,licet for
tè ita nō intēdat:ſicut & de ſpirituali iudice dicit S.Th.in
iiij.ſi v̄ò deficit primū tātū,vt ſi laicus doctus legat,etſi ſit
ſit illicitū,nō tū eſt ſimoniacū,niſi eo modo, quo in alijs
ſciētijs.i.ſi intēdat vendere veritatē,& à fortiori ſi deficit
vtrunq;,qa act⁹ nō eſt ſpiritualis ex pte principij, vn̄ qa
ad eccleſiā nō p̄ſumitur vēdere veritatē.ſi verò deficit ſe-
cūdū tātùm.ſ.pactū vel exactio,dico idē qd̄ de p̄dicatore.
¶ Secūdū.Secundū S.Th.in iiij.iudex ex officio ſuo tene-
tur iudiciū reddere,& ſimiliter qlibet tenet̄ ex hoc,ꝙ eſt
iudicio ſubdit⁹ ad verū teſtimoniū reddēdū:ſed aduoca-
tus nō tenet̄ patrociniū cauſæ pręſtare,nec iuris perit⁹ da
re cōſiliū:ideoq;,ſicut dicit Aug.ad Macedoniū,nō debet
iudex vēdere verū iudiciū,aut teſtis verū teſtimoniū:qa
aduocat⁹ vēdit iuſtū patrociniū, & iuris pit⁹ verū cōſiliū:
qa aduocat⁹ nō vēdit iuſtitiā q̄ eſt ſpiritualis,ſed actū ſuū.
& ſimiliter dicit̄ de cōſilio iuris piti.Sed iudex vēdēdo iu
diciū,ſimoniā cōmittit,ſi ſit ſpūalis iudex:al's nō,ſed gra-
uiter peccat.& idē de teſte,hęc ille.Et ītellige quo ad talē
ſiue

ſiue ipſe ſiue cauſa ſit ſpiritualis,ſecūdū Alex.de Ales,qui
etiā dicit ꝙ patrocinium & conſilium adminiculātur cau
ſæ exterius:ſed teſtimonium eſt de eius ſubſtātia: vnde te
ſtes coguntur,nō aduocati.Et ſic cū iudicare ſit in ſecula-
ri iudice actus ſpiritualis ex parte finis tantū, ſicut & doce
re artes liberales:videtur ꝙ Doctor artiū obligatus doce
re nō ſit ſimoniac⁹ ſi aliquid accipiat ꝓ doctrina:quod ve
rū eſt quātum ad præſumptionē iudicialē: quātū verò ad
Deū eſt ſimoniacus,ſi intendat vēdere ipſam veritatē:vt ſi
nolit cōmunicare aliquod pulchrū & ſubtile, niſi data pe-
cunia.¶ Tertiū. Dans pecuniā pro ſententia ſimoniā non
cōmittit,ſecundū gl.j.q.iij.vendētes.quia in profanis non
cōmittitur ſimonia.quod limita ſecundū mentē Pan.in c.
cū ab omni.de vi.& ho.cler.niſi velit per ſententiā cōſequi
ſpirituale vel annexū:adde vel niſi ſententia ſit à perſona
ſpirituali.Et eodē modo ſimonia eſt corrūpere iudicē vel
teſtē in cauſa ſpirituali,ſecūdū Pan.in c.tua nos. poſt Hoſ.
propter connexionē quā habēt cum ſpiritualibus:ſecus in
cauſa mere temporali.Vnde ſecūdū Ray.ſimonia eſt dare
aliquid ſuperiori vt ſeruet iuſtitiā in ſpiritualibus: & Ver
nec.dicit idē eſſe etiam ſi agatur in tēporalib⁹,ex quo per
ſona eſt eccleſiaſtica,quæ ratiōe eccleſię iuriſdictionis te
netur ad tale ius reddendū:ſed ſi ſit iudex laicus,& ſuper
re tēporali,nō erit ſimonia,ſed graue peccatū.quod limi-
ta niſi iuſtè redimatur vexatio reſpectu iuris iam in tali re
q̄ſiti:qa nec ſimonia nec peccatū erit:vt qa aliter iudex nō
11 vult iudicare.¶*Vndecimò qritur ſpecialiter, qd iuris de
ſpiritualibus quantū ad funera?Et dico multa. ¶ Primum.
De ſepultura quantū ad ipſam terrā, vide §.ſeq. partic.iij.
quātū ad reliqua verò dicit Ray.Goſ.& Hoſt.ꝙ ꝓ huiuſ-
modi nihil debet exigi: ſed piè debēt cōſuetudines obſer
uari,extrà eo.ad noſtram. & c.cū in eccleſię. ſcilicet facta
prius grata collatiōe ſpiritualiū:aliàs eſſet ſimonia.d.c.cū
in eccleſiæ.¶ Secundū.Si apud eccleſiā ſint diuerſa cœme
teria,& taxetur pro quāta pecunia quis ponatur in tali cœ
meterio,ſecundū Hoſt.ſimonia eſt.extrà eo.audiuimus.&
idē ſi ꝓ pecunia crux ſpecialis portetur ad funus.d.c. audi
uimus.& idē Dir.¶ Tertiū.Si clerici cōſueuerūt habere le
ctū,pānos,equū,& ſimilia de moriēte,& ante portationē
pactū faciūt de redimēdo,ſecundū Hoſt. quia hæc tēpora
lia ſunt,licitū eſt:ſed ſi nollēt ſepelire corpus,niſi fieret eis
cautio de redimēdo talia,ſimonia eſt:vnde in talib⁹ prius
ſepeliatur corpus,deinde agatur cōtra heredē.extrà eo.ad
apoſtolicā.¶ Quartū.De ꝓceſsionibus quas faciūt aliquæ
eccleſiæ collegiatæ in exequijs mortuorū,data vel ꝓmiſſa
aliqua pecunia,ſiue quacunq; re tēporali,aliàs nō facture:
dicit Archi.poſt Piſ.& Ray.ꝙ ſi ad huiuſmodi tenētur ex
officio,ſic aliquid exigere,ſimonia eſt.j.q.iij.vēdētes.ſi ve
rò nō tenētur,& deficit ſumptus,tūc nō eſt ſimonia,dūmo
do nō intēdāt hoc recipere tanquā pretiū officij,ſed vt ſti
pendiū ſumptus.Et cōſentit Sum.Roſ.& Supple.¶ Quin-
tum.Si ſtatuatur vt ꝓceſsio fiat pro pecunia:ſi quidē ſtatu
tum ſit per verba affirmatiua:puta quicunq; reliquerit col
legio decē,habeat proceſsionē,& aliàs ad eā nō teneatur:
nō eſt ſimonia.Si verò ſit per verba negatiua:vt,nulli fiat
proceſsio niſi reliquerit tantum,ſimonia eſt:quia tollit of
ficiū pietatis, ſcilicet ꝙ proceſsio gratis vel minori pretio
nō fiat.de iureiuran.ſicut.el j.& ij.cōc.S.Tho.& Vlde. Ra
tio diuerſitatis eſt,qa in primo caſu nō eſt exactio:qa non
negatur quin fiat pro non ligantibus.argu.de iureiu.ſicut.
el j.& ij.:in ſecundo autem eſt ſpecies exactionis,quia præ
ſupponitur ꝙ pro minori nō fiat.¶ Quantū ad Deū tamē
pōt eſſe ſimonia in primo caſu quo ad ſtatuētes,non in ſe
cundo:& in ſecundo, non in primo,ſecūdùm intentionē.
¶ Sextum.Si ſtatuat capitulum eccleſiæ matricis ꝙ nullus
de ſua parochia vocet ad funus aliquos religioſos,niſi vo
cet totū capitulū habiturū aliquid tēporale,quod tamē vo
care nō tenetur,conſtitutio eſt ſimoniaca, quia negatiua,
& cōtra eccleſiaſticam libertatē,vt habes ex dictis s̄.Immu
12 nitas.ij.§.ix.& in Au.ro.caſu lviij.diffusè.¶ *Duodecimò
quæritur, vtrum licitum ſit aliquid dare pro annexis ſpiri
tualibus antecedēter aut cōſequēter?Et dico multa.¶ Pri-
mum.Vaſa ſacra ſecundùm S.Thò.in iiij.ratione cōſecra-
tionis vendenda non ſunt: vt ſcilicet pro conſecratiōe eo
rum aliquid plus exigatur: tamē in neceſsitate eccleſiæ vē
di poſſent ex parte eius quod eſt in eis nō ſpirituale, ſcili
cet materia auri & argēti:& tūc ſi vendantur eccleſiaſticæ
perſonæ,poſſent integra vēdi:ſi autē vendātur alijs,nō ad
vſum eccleſiæ, debēt prius frāgi oratiōe præmiſſa, ne ſan
cta ab alijs tractētur quàm à miniſtris eccleſiæ.hęc ille.Et
idē x.q.ij.§.hoc ius. Si tamē aliquis laicus emeret calicē
nō ad vſum profanū, ſed vt interdū faceret ī eo ſacramētū
cōfici reuerēter:non video ꝙ ſit neceſſe eū confringi aut
conflagrari:poſſent tamē ſecundū Petrum de Palude,vaſa
ſacra laicis obligari.& idem dicit eſſe de reliquijs quę gra
tia metalli, vendi & obligari poſſunt:nō aliter: quia nemo
martyres diſtrahat,nemo mercetur.C.de ſac.ſan.eccl.l.ne
mo.¶ Secundū.De veſtibus ſacris cū eadē ſit ratio,ſicut &
de vaſis,eſt etiā idem ius.¶ Tertiū.Secundùm S.Tho.in
titu.de terra conſecrata in ſepulturā,eſt ſimilis ratio,ſicut
& de vēditione ſacrorum vaſorum: quia cœmeteriū cōſe
cratum vēdi poteſt ratione terræ in neceſsitate eccleſię,ſi
cut & calix,non autem ratione conſecrationis, vt ſcilicet
aliquis pro pecunia ibi ſepeliatur. Abraham etiam nō pec
cauit emēs ſpeluncam duplicem:quia nō erat cōſecrata in
ſepulturā:vl̄ ſi erat cōſecrata,trāſiuit poſſeſsio eius in iuriſ
dictionē cū vniuerſitate agri.hæc ille,cū multis alijs ad ex
cuſandū Abrahā,& cōdemnandū Emor.Vide s̄.Sepultura.
§.ij.¶ Quartū.Ius autē primogenituræ Iacob emendo nō
peccauit,ſecundū S.Tho.in iiij.qa debebatur ſibi ex diui
na inſtitutione,ideoq; ſuā vexationē intelligitur redemiſ
ſe.¶ Quintū.Ius patronatus ſecūdū S.Tho.in iiij.p ſe vē-
di nō pōt,nec dari in feudū,licet trāſeat cū villa,ſi vēdatur
vel detur in feudū:vt s̄. Ius patronat⁹. §.v. Et adde ſecūdū
Pan.ī c.qrelā.de ſimo.ꝙ vēdēs villā,& ius patronat⁹,qd̄ ha
bet in ea,eſt ſimoniac⁹:quia copulatiua facit venire copu
latū principaliter & nō acceſſoriè.ſecus ſi dicat̄,vendo vil
lā cū iurepatronatus:ſed in cōſciētia tu ad intentionē attē
de.Adde etiā ꝙ ſi patronus aliquid accepit ꝓ pręſentatio
ne,eſt ſimoniac⁹,ſecūdū Pan.ī c.veniēs.el j.de teſt. tex.eſt
bonus in c.præterea qn̄ iter.de trāſlatio.¶ Sextū. Ius per
cipiēdi decimas ſecūdū S.Tho.in iiij. cōſeqtur ſpirituale
officiū,qa debet̄ miniſtris eccleſiæ,nec laici poſſunt habe
re huiuſmodi ius,quāuis aliqn̄ ad tēpus ſit eis cōceſſus fru
ctus decimarū ꝓpter aliquā eccleſię neceſsitatē:& tūc hoc
modo quo laicis dari pōt,ab eis pōt redimi ex authoritate
epiſcopi:ſi vna eccleſia emere nō pōt ab alia ius pcipiēdi
decimas.Hæc ex illo. de quo vide ſuprà Decima. §.x.Et
idē dic de oblationibus,& obuētionib⁹,& iure percipien
di talia.Dicit tamen Hoſtien.quòd ſi laicus decimam reſti
tuere nō vult,niſi pro pecunia,ſimoniā cōmitteret ex par-
te ſua:ſed eccleſia bene poteſt redimere.Sed Veruec.dicit
cōtrariū.Sed vide s̄.Decima.§.x.¶ Septimū.Dās pecuni
am ꝓ adminiſtratiōe rerū eccleſiaſticarū, ſimoniā cōmit-
tit,ſecundū Pan.in c.cōſulere.eo.ti.& ibi tex.quod limita
ſecundū gl.in c.ſaluator.j.q.iij.quādo talis adminiſtratio
habet

habet aliquod spirituale annexum, aliàs nõ: quia tempora lis iurisdictio dari posset sub annua pẽsione: de quo ẽt §. seq.par.vij. §.xiiij.particu.iiij.
13 ¶*Decimotertiò queritur specialiter, vtrum sit licitum dare vel accipere pecuniã ali quo modo pro beneficijs seu dignitatib⁹ ecclesiasticis? Et dico multa. ¶Primum. Si electione iã facta à maiori par te detur aliqd alicui cõtradicẽti electioni vt qescat, de vo lũtate electi etiã turbata simonia est, & resignare tenetur. extrà eo. Matthæus. etiã si cõtradictio erat iniusta, secun dũ Inno. de elect. significasti. & multofortius si nõ erat fa cta. extrà eo. nobis. Et similiter si ante electionem Petri de tur pro eo pecunia ab alio eo ignorãte: imò secundũ Vin. & Host. & gl. Ray. etiã eo cõtradicẽte est simoniaca, etiam si aliàs erat eligẽdus. secũdũ Dir.j.q.j.placuit. & extrà eo. simoniacè. & c. de regularibus. & ca. nobis. nisi hoc fuisset dolose factũ in dispendiũ electi, ne ex dolo reportetur cõ modũ. d.c.nobis. ipse tñ Petrus nõ est ꝓpriè simoniacus, licet teneatur secundũ iura prædicta renũtiare: sec⁹ si data esset post electionẽ ipsi cõfirmatori pro cõfirmatione, vel benedictione, aut cõsecratione cõtradicente electo, extrà eod. sicut tuis. vel etiam ignorante, secundùm Archi. post Dir. quia nihil ei nocet nisi recesserit à sua prohibitione, vel nisi postea cõsenserit soluẽdo pecuniã, vel reddẽdo so lutã. d.c. sicut. vel nisi esset consanguineus. arg. ibidẽ. Et si militer simonia est, si pro confirmatione electionis electo cõsentiẽte, secũdũ Petrum de Palude, nisi vexatio redima tur, locũ habet in iure qsito. Si ergo aliquid alicui detr ne molestetur electio, distinguẽdũ est: quia si detur ne impe diat quin fiat electio iuridica, in qua nullũ ius habet, non est simonia, sed redẽptio vexatiõis: si verò detur, ne impe diat electionẽ de isto vel illo faciẽdã, sic est simonia: quia datur ꝑ spirituali. Si verò erat iam electus, nõ est simonia, sed redemptio: quia iam erat ei ius acquisitũ. extrà eo. dile ctus. Princeps aũt & alij recipiẽtes pecuniã vt cõsentiant electioni vel promotioni ad dignitatem ecclesiasticã, sunt simoniaci. secundùm Pan. de hoc. eod. tit. & tenentur resti tuere illi ecclesiæ, de cuius dignitate agebat: licet nõ esset de bonis ecclesiæ, vt patet in d.c. de hoc. ¶Secundũ. Pro inuestitura ecclesiarũ aliquid accipere, simonia est. tex. est in c. in tantum. eod. tit. vbi dicit Panor. non tantùm pro in uestitura iuris, sed etiã facti, scilicet pro inductione in cor poralem possessionem: etiam si ibi sit consuetudo. Sed se cundũ Arch. post S. Tho. in Sum. & in iiij. non est simo nia, si ante collationem beneficij vel præbẽdæ ex causa iu sta sine connẽtione ordinauit episcopus aliquid subtrahi de prouentibus: sed secus si interueniat pactio, vt antè vel post recipiat aliquid de dictis fructibus ab eo cui bñficiũ confert. & idem Pan. in c.j. vt eccl. benef. & iusta causa est vt deputentur ad vsum laudabilẽ. ar. c. vlti. de ver. sig. & so lutio debitorum contractorum nomine ecclesiæ, & nõ pri uato. vt no. gl. in c.j. de solu. Et additur secundũ Pan. in ca. cum cleri. de pact. ꝙ simonia est, si promouẽdus in recto rem ecclesiæ paciscatur de maiori pensione. Additur etiã secundùm Anto. de But. quòd sicut non licet pecuniã da re immediatè pro beneficio: ita nec pro eius vacatione, vt postea conferatur: quia præambulum est & via ad collatio nem. additur etiam secundũ Vld. quòd si ab eo qui fit ca nonicus, monachus, episcopus, vel huiusmodi, ratione cõ suetudinis obtineatur aliquid per exactionẽ iudicij, vel pa ctũ, aut violentiã, siue ante siue post, simonia est, nulla cõ suetudine obstãte. extrà eo. c.j. & c. si ꝑ certo. qđ intellige qñ ipse collator spiritualiũ exigit ex cõsuetudine sine au thoritate superioris subtrahẽdo spiritualia, vt suprà. §. ix.

1 *Superbia quid, & an sit peccatum.*
2 *Superbia an sit peccatum ſpeciale, an mortale. num. 3.*
4 *Superbia an sit grauissimum peccatorum.*
5 *Superbiæ quot sint ſpecies, & quot gradus. num. 6.*
7 *Superbia, ambitio & inanis gloria quomodo differant.*

SVPERBIA à supereũdo seu supergrediẽdo dicta est.

Vnde secundũ Isid. in li. Ety. superbus dictus est, qa supervult videri quàm est. quicũq; enim vult supergredi, superbus est. Est autẽ superbia vitiũ bene practicatu, & male cognitũ. ¶ *Ad cuius notitiã adduco primò distinctionem ꝛ. Th. ij. ij. q. clxij. art. j. ꝙ superbia dicitur dupliciter. primò à superexcessu ſimpliciter: & sic omne superexcedẽs pòt nominari ſuperbia: & sic dicitur Isa. lx. Ponãte in superbiam seculorũ. vbi dicit gl. ꝙ est qđã superbia bona. Adde sicut dicimus, superbũ esse edificiũ, qũ est supereminens situ vł pulchritudine. Secũdò à supexcessu regulę rõnis: & sic dicimus eã esse peccatũ, adde vel inclinationẽ ad peccãdũ.*
¶ Secũdò adduco diſtinctionẽ eiusdẽ de superbia: secũdo modo dicta, quã tradit in ij. dist. v. q. j. art. iij. ꝙ superbia. ſ. quæ est peccatũ vel habet ordinẽ ad peccatũ, tripliciter sumitur. Primò pro inclinatione ad superbiẽdũ. Secũdò pro actuali elatiõe cõtra pręceptũ, siue pro inordinato appetitu excellẽtiæ in quacũq; re. Tertiò ꝓ inordinate appetitu excellẽtiæ cui debetur honor & reuerẽtia: intellige vt in prelatione vel dominio, aut vestib⁹, aut sciẽtia, vel hmõi: quarũ prima nõ est peccatũ, sed initiũ vł radix oĩs peccatis: secũda verò est peccatũ generale. i. oẽ peccatũ: tertia verò est peccatũ ſpeciale. ¶ *Igitur ſupbia est inordinatus appetitus excellẽtiæ, qui dicitur inordinatus, qñ transgreditur regulã sibi præfixã à Deo ꝑ legẽ diuinã aut naturalẽ inditam rõni, aut positiuã traditã à supioribus. supbia verò generalis est inordinatus appetitus excellẽtię in quacũq; re: puta delectatiõe fornicationis, aut honoris, vel hmõi: siue est actualis eleuatio cõtra pręceptũ supioris. i. trãsgressio siue cõtẽptus pręcepti, vt dictũ est, qđ est oẽ peccatũ: ſupbia verò ſpecialis est inordinat⁹ appetit⁹ excellẽtię ĩ reb⁹ qbus debet honor aut reuerẽtia: quo modo loqtur Aug. xiij. de ci. Dei. dicẽs ꝙ ſupbia est puerſę celsitudinis appetitus. Cũ aũt S. Th. ij. ij. vbi ꝛ. ar. v. videtur diffinire ſupbiã ꝙ est extollẽtia, q̃ qs se extollit ꝛ. id qđ est ei prefixũ à diuina regula: illa descriptio sic iacẽs est ſupbię in generẽ. ſ. vt se extẽd. t ad generalẽ & ſpecialẽ cõiter: sicut aũt ad hominẽ & asinũ. sed si addat hoc verbũ, in quacũq; re: sic est ſupbia gñalis. Si verò addat, in quacũq; re cui debetur honor & reuerẽtia, erit ſupbia ſpecialis, de qua intẽdimus. Et sic patet, ꝙ ſupbia secũdũ suã formalẽ & cõem rõnẽ ĩportat qđã excelsũ termini à regula diuina prefixi, siue diuinę legis cõtẽptũ, qđ etiã saluatur & inuenitur in ſupbia generali & in ſpeciali, licet maximè appareat in gñali. & ꝑ diuinã legẽ intellige de mente S. Th. vbi ꝛ. ar. v. ad secũdũ. oẽm legẽ iustã, & oẽ iustũ pręceptũ. Sed tñ cõsiderãdũ est ꝙ sicut secũdũ S. Th. aliqñ quis aliqđ peccatũ cõmittit secũdũ effectũ, nõ secũdũ affectũ: sicut parricidiũ, q patrẽ occidit ignoranter. sic dupliciter qs diuinã legẽ cõtenit: vno modo secundũ effectũ: vt cùm qs ex fragilitate fornicatur, optãs sine diuinæ legis offensa cõsęq voluptatẽ si posset: qui cõtẽpt⁹ est quidẽ materialiter peccatũ ſupbiæ, sed nõ peccatũ ex ſupbia vel ꝑ ſupbiã, sed ex infirmitate vł ignorantia & huiusmodi, & in omni peccato inuenitur, qa in omni peccato quis ꝓsequitur aliquã excellẽtiã vltra regulam diuinæ legis, puta excellẽtiã voluptatis aut diuitiarũ. Alio modo quis diuinã legẽ cõtẽnit secũdũ effectũ, qa scilicet nõ peccat ex infirmitate vel ignorantia, & hmõi, sed ipsam Dei legẽ despicit, & in despecta ei⁹ operatur: quod est ꝓpriè formaliter ſupbire, & ex ſuperbia peccare. Sed de ſuperbia ſpeciali principaliter intẽdimus.* ¶ *Primò ergo quæritur, *vtrũ ſupbia sit peccatũ? Et dicit S. Th. ij. ij. vbi ꝛ. ar. j. ꝙ sic: quia ſuperbia quæ nominatur ex hoc ꝙ quis per voluntatẽ tẽdit ſupra id quod est, importat aliquid ad*

uersum rectæ rationi, quæ habet vt voluntas vniuscuiusq; feratur in id, quod est proportionatū sibi: vnde appetit excellentiā in excessu ad rationē rectam, & secundùm Aug. xxvij. de ciuit. Dei, peruersè imitatur Deū, odiens cum socijs equalitatē sub illo: sed imponere volēs socijs dominationē suā pro illo. Et opponitur humilitati, secundū quod subiectionē aspernatur: magnanimitati autē, secūdū quod
2 inordinate ad magna tēdit. ¶ Secundò quæritur, *vtrū sit peccatū speciale? Et dico q nō, si loquamur de ea secundū suam formalē rationē in genere: quia habet locū in omni peccato: nec si loquamur de superbia generali: quia est omne peccatum. Sed si loquamur de speciali, quę. s. est circa excellētiā honorabilē & reueribilē, sic itelligo loq S. Th. ij. ij. vbi s. art. ij. & v. dicentem q si cōsideretur superbia secundùm propriā essentiā vel speciem quam habet ratiōe obiecti, est speciale peccatū, quia habet speciale obiectū, siue specialem rationē obiecti, id est, propriā excellētiam: quæ tamē inuenitur in diuersis rebus. Si verò cōsideretur secundū redundātiā quā habet ad alia peccata, habet quādam generalitatē, inquantū ex ea oriri possent omnia duplici ratione. primò. s. per se, inquantū ordinātur ad finem eius qui est excellētia propria, ad quā ordinari potest omnē inordinatè appetitū: & secūdò indirectè, & quasi per accidens. s. remouēdo prohibens inquantū per eam cōtemnitur lex diuina cohibēs à peccato. Ad hanc tamen generalitatē pertinet, q ex ea interdū oriri possint: non autē q semper oriātur: quia quanuis omnia precepta legis possit quis trāsgredi ex contēptu qui pertinet ad superbiā, & est interior actus eius, sicut exterior effectus eius est trāsgressio pręcepti: nō tamen semper ex cōtemptu trāsgreditur, sed quādoq; ex ignorātia, quādoq; ex infirmitate. ¶ Ter
3 tiò quæritur, *vtrum sit peccatū mortale? Et dicit S. Tho. vbi s. art. iiij q sic: quia opponitur humilitati, quę propriè respicit subiectionē hominis ad Deum: & cōsequenter superbia respicit defectū huius subiectionis, secundùm scilicet quod quis se extollit supra id quod est sibi præfixū secundū regulam diuinā: non subijci autē Deo habet rationem peccati mortalis. Accidit tamē aliquē motū eius esse veniale, dū ei ratio nō cōsentit, sicut & in alijs peccatis ex
4 suo genere mortalib⁹. ¶* Quartò quæritur, vtrum sit grauissimum peccatorū? Et dicit S. Tho. vbi s. art. vj. q sic, ex parte auersionis, quę est formalis & cōpleta ratio peccati: quia in alijs peccatis homo auertitur à Deo propter ignorantiam vel infirmitatē, siue propter desideriū cuiuscunq; alterius boni: in superbia verò ex hoc ipso, q subijci non vult regulę diuinę. Vnde secundū Boe. sola superbia Deo se opponit. & Ia. iij. Deus superbis resistit. Vnde auerti à Deo, quod est quasi cōsequēs in alijs peccatis, per se ad superbiam pertinet, cuius actus est Dei contēptus. quod aūt est per se, potius est eo quod est per accidēs. Non autē est grauissimū peccatorū ex parte cōuersionis, quæ materialiter se habet in peccato: quia celsitudo inordinatè appetita nō habet maximā repugnātiā ad bonū virtutis. Et ideo est grauissimū peccatorū secundū suum genus: quia excedit in auersione quę formaliter cōplet peccatū. ¶ Quintò quę
5 ritur, *quot & quæ sint species superbiæ? Et dico q secundùm Beatū Grego. xxiij. Mora. vt refert S. Thom. ij. ij. vbi suprà, art. iiij. sunt quatuor, quibus omnis tumor arrogantiū demōstratur. Prima, cùm bonū quod quis habet, se à se habere existimat. Secūda, cū existimat quod à Deo habet, se p suis meritis habere. Tertia, cū se iactat habere quod nō habet. Quarta, cū despectis cæteris singulariter videri appetit habere quod habet: quarū rationē & sufficientiā S. Tho. vbi s. arti. iiij. & malo. q. viij. similiter art. iiij. assignat, vbi & videatur. ¶ Et adde primò de mēte eiusdē ij. ij. vbi s. q vera existimatio siue iudiciū de aliquo bono dupliciter corrūpitur. Primò scilicet in vniuersali: & hoc in pertinētibus ad fidē, est infidelitas: sicut si quis dicat fornicationem esse bonā non fugiendā. Secundò in particulari eligibili: sicut is, qui fornicatur, iudicat fornicationē esse bonā sibi pro tunc: & hoc non facit infidelitatem. Et ita in proposito. Nā dicere in vniuersali aliquod bonū esse, & nō à Deo, pertinet ad infidelitatē: sed q aliquis ex inordinato appetitu propriç excellētiæ ita de bonis suis glorietur, ac si ea à se haberet, vel ex meritis pprijs, pertinet ad superbiā, & nō ad infidelitatē propriè. ¶ Adde secundò, q iactantia, secundū eundē, ponitur species mēdacij quantū ad exteriorē actum, quo quis falsò sibi attribuit quod nō habet: sed quantū ad interiorē cordis arrogantiā ponitur à Greg. species superbię. ¶ Aduerte similiter tertiò, q istæ species, secundùm S. Tho. & alios, non cōsistunt in existimatione essentialiter: quia existimatio pertinet ad rationem, superbia verò ad voluntatē: sed cōsistūt in interiori arrogātia & inordinato appetitu excellētię: ex quo in intellectu prouenit falsa existimatio. Vnde sumūtur potius à signis superbiæ, quàm ab eius essentialibus differentijs, quod etiā Greg. innuit, in illo verbo, demōstrat. ¶ Sextò
6 quæritur, *qui sint gradus superbiæ? Et dico q secundū S. Tho. ij. ij. vbi s. art. iiij. & secundū Ber. sunt duodecim, oppositi duodecim gradibus humilitatis. ¶ Primus est curiositas, siue inordinatus appetitus cognitionis, quo quis curiosè vbiq; & inordinatè circūspicit, de qua s. *Curiositas.* ¶ Secundus, leuitas mentis, qua. s. homo superbe se habet in verbo: quæ quādo sit peccatū mortale, *iudicandū* est ex qualitate verborū, puta si sint cōtumeliosa ex *radice* superbiæ, si est ex superbia quæ sit mortale aut veniale. ex fine: puta si intēdit confusionē, vel notabilē iacturā proximi iniustam. ¶ Tertius, inepta lætitia, qua scilicet homo est facilis & promptus in risu: quæ de se est veniale. ¶ Quartus, iactantia: de qua s. in verbo, Iactātia. ¶ Quintus, singularitas, p quā scilicet quis sanctior alijs vult apparere: de qua secundū finē iudicabitur. ¶ Sextus, arrogātia, p quā scilicet homo se alijs pręfert: &, vt dicitur dist. iiij. c. j. cęteros, quos infra se videt, despicit, & quibus nō cōsulēdo loqui, sed vix dominādo dignatur: de qua iudicatur secūdū radicem & finē. ¶ Septimus, præsumptio, non qua de alijs, sed qua de se quis iudicat, se reputās sufficientē ad maiora: de qua iudicabitur secūdū radicē. ¶ Octauus, defensio peccatorum, de qua secundū radicē & circūstātias iudicabitur. ¶ Nonus, simulata cōfessio, qua quis nō vult subire pœnā pro peccatis, quę simulatè cōfitetur: quę est mortale, si fit in sacramēto pœnitētiæ quo ad mortalia: & similiter in iudicio quo ad iuridice interrogata, vt s. Accusatio. §. vj. ¶ Decimus, rebellio despiciēs obedire: quæ est mortalis ratione cōtēptus vel pręcepti, aut actualis resistētiæ cū pertinacia in re notabili quo ad laicos, vel etiā in minima quo ad religiosos. ¶ Vndecim⁹, libertas qua homo delectatur liberè facere qđ vult: de qua dicat secūdū dicta de inobediētia. ¶ Duodecim⁹, est cōsuetudo peccādi, quę implicat Dei contemptū, intellige negatiuū. ¶ Septimò quæritur,
7 *qūo differāt supbia, ambitio & inanis gloria? Et dico q supbia appetit inordinate excellētiā honorabilē, vt dictū est: inanis aūt gloria manifestationē excellētiæ, de qua j. Vana gloria. ambitio verò est inordinatus appetitus honoris, secūdū S. Tho. ij. ij. q. cxxxj. art. ij. vnde inordinatus appetitus dignitatū ratione honoris pertinet ad ambitionē.

ratione

ratione verò vsus dignitatis excedētis facultatē appetētis pertinet ad præsumptionē. ibidem. Est aūt ambitio peccatum mortale dupliciter: primò ratione finis, si in ea cōstituatur, vt cū qs est paratus ad mortale gratia eius. Secūdò ratione rei appetitæ: puta si appetātur plura beneficia ecclesiastica in casu nō licito, arg. c. quia intantū. de præb. vel beneficium ecclesiasticum cum cura: vt s. Episcop⁹. §. iij. & Simonia. §. xvj. vel generaliter beneficiū ecclesiasticū vel seculare, cùm appetēs scit se indignū ratione criminis vel ignorantiæ, & huiusmodi: quia contra iustitiā appetit.

DE Superstitionibus & Sortilegijs.

1 *Superstitio quid, & quot sunt eius species.*
2 *Superstitio indebiti cultus quæ sit.*
3 *Idololatria an sit superstitio.*
4 *Superstitio diuinatiua quotuplex sit.*
5 *Diuinatio per inuocationem dæmonum est omnis illicita.*
6 *Diuinatio per astra an sit illicita.*
7 *Diuinatio per somnia an sit licita.*
8 *Diuinatio per auguria, & omnia an sit illicita.*
9 *Sortibus uti an sit licitum.*
10 *Obseruationes superstitiosæ variæ, & illicitæ.*
11 *Superstitiosorum quæ sit pœna.*

SVPERSTITIO & supstitiosus nomē à superstite traxerunt, dicēte Isid. in lib. Ety. q superstitiosos ait Cicero appellatos, qui totos dies deprecabātur & īmolabāt vt sui sibi liberi superstites fierent. deinde verò translatū est hoc nomē ad significandū quoddā vitium, qđ gl. ad Col. ij. diffinit dicēs, q supstitio est religio supra modū seruata. & clarius S. Th. ij. ij. q. xcij. dicēs, q superstitio est vitiū religioni oppositū secūdū excessum: nō quia pl⁹ exhibeat in cultū diuinū, quàm vera religio: sed quia exhibet cultū diuinū cui nō debet, vel eo modo quo nō debet: sicut etiā in aliquibus alijs virtutib⁹, vt in magnanimitate & magnificentia vitiū excedit mediū virtutis: nō quia ad mai⁹ aliquid tēdat quàm virt⁹, sed fortè ad min⁹: sed quia facit aliquid cui nō debet, vel quādo nō debet: & similiter secū
1 dùm alia huiusmodi. vt patet iiij. Ethico. ¶* Primò autem quæritur quot sunt superstitionis species? Et dico vt patet ij. ij. vbi s. q huius vitij sunt duæ species subalternæ: quarū prima cōsistit in exhibere diuinū cultū Deo ṽo, mō indebito: & dicitur superstitio indebiti cultus. Secūda verò in exhibere cultū diuinū ei cui nō debetur: q̄ etiā in tres alias species diuidit: quarū prima est idololatria. Secūda est superstitio diuinatiua, quæ & ipsa in multas species diuiditur, vt patebit j. §. iiij. Tertia est obseruatiua, ad quā pertinet ars notoria, & omnes obseruationes ordinatę ad corporū imutationes, puta sanitatē vel ęgritudinē, id est, omnes incantationes & alligaturæ: vt s. Maleficiū. §. viij.
2 dictū est. de quibus omnibus nūc agendū est. ¶* Secundò qritur, quid iuris de superstitione indebiti cultus? Et dico duo. ¶ Primum. Secundū S. Th. ij. ij. q. xciij. cū secundùm Augu. cōtra mēda. maximè pniciosum sit mendaciū, quod fit in his quæ pertinēt ad Christianā religionē in cultu veri Dei, si per cultū exteriorē aliquid falsum significetur, erit cultus perniciosus: quod dupliciter cōtingit. Primò scilicet ex parte rei significatæ, à qua discordat significatio cultus: sicut perniciosum nūc est vti ceremonijs veteris legis, quib⁹ Christi mysteria figurabātur futura. Secūdò ex parte colētis: quia sicut fallarius esset, qui ex parte alicui⁹ proponeret aliqua sibi nō cōmissa: ita & qui ex pte ecclesiæ cultū exhibet Deo cōtra modū diuina authoritate ab ecclesia cōstitutū, & in ecclesia cōsuetū. diuersæ aūt cōsuetudines ecclesiæ in diuino cultu ī nullo pīudicāt veritati: ideoq; seruandæ sunt, & illicitū est eas præterire. ¶ Secūdum. In diuino cultu licet nihil posit esse superfluū secūdùm absolutā quātitatē: quia nihil pōt facere quod nō sit minus eo quod Deo debet: superfluū tñ secundū quantitatē proportiōis, id est, quod non est fini proportionatū, pōt esse in diuino cultu: quia cū ei⁹ finis sit primò vt homo det gloriā Deo, & secūdò vt ei mēte & corpore se subijciat: quicqd ptinet ad gloriā Dei, & ad hoc, q mēs hominis Deo subijciat, & etiā corpus per moderatā refrænationē cōcupiscentiarū secundū Dei & ecclesiæ ordinationē, & cōsuetudinē eorū quib⁹ cōuiuit, nō est superfluū. Si qđ aūt de se nō pertinet ad gloriā Dei, nec ad hoc, q mēs hominis feratur in Deū, aut q carnis cōcupiscentiæ moderatè frænent, aut etiā si sit pter Dei & ecclesiæ institutionē, vel cōtra consuetudinē, quę secundū Aug. pro lege habenda est: hoc totū reputandum est superfluum & supstitiosum: quia in exterioribus solùm cōsistens, ad interiorē
3 Dei cultum no pertinet. Hæc ex illo. ¶* Tertiò quæritur, quid iuris de idololatria? Et dico supersedendū esse hîc: quia iā per gratiā Christi nō est in vsu: & remittēdū ad S.
4 Th. ij. ij. q. xciiij. ¶* Quartò quæritur, quid & quotuplex sit superstitio diuinatiua? Et dico secundū Sā. Th. vbi s. q. xciij. q diuini dicti quasi Dei pleni, secundū Isid. libr. Ety. ex hoc dicūtur, q præsumūt pronūtiare aut præcognoscere futura ad vtrūlibet, vel raro, Deo nō reuelante: nō aūt si quis prænūtiet ea quæ ex necessitate eueniūt, vel vt ī pluribus, quæ humana ratione prænosci possent per certitudinē vel per cōiecturā. Vñ diuinatio tūc solū dicitur, quādo indebito modo vsurpat sibi prænūtiationē futurorū. Vñ semper est peccatū: qa vsurpat quod est Dei propriū. Et semper ex opere dæmonū puenit: vel quia expresse īuocātur ad futura manifestanda, adde vel plentia occulta: vel quia ingerūt se vanis inqsitionibus futurorū, vt mētes hominū implicētur vanitate. Quomodo autem demones possint futura vel occulta cognoscere, vide s. Maleficiū. §. j. ¶ Diuinationis aūt sunt multæ species distinctæ secūdū propria obiecta siue materias, put scilicet in diuersis rebus occultorū cognitio cōsideratur. Nā si expresse dæmones inuocant, solent futura pnuntiare multipliciter, & tūc prima diuinationis species dicit pstigiū, ex eo, q oculi hominū pręstringunt, dū demones præstigiosis apparitionibus se aspectui & auditui hominū ingerunt. Secūda somniorū. Tertia necromātia, quæ est p mortuorū alloquutionē. à necros, quod est mortu⁹, & mātia, quod est diuinatio. Quarta diuinatio per pythonomias, quæ scilicet fit p homines viuos, sicut in arreptitijs patet. Quinta qñ dæmones prenūtiant futura per figuras aut signa, quę in reb⁹ inanimatis apparēt: quę si appareāt in corpe terrestri, puta vngue, vel ferro, aut lapide polito, vocatur geomātia: si aūt in aqua, hydromātia: si in aëre, aërenomātia: si ī igne, pyromātia: si aūt in viscerib⁹ animaliū immolatorū in aris dæmonū, vocat aruspiciū. Et sic habētur nouē species. Si aūt dæmones nō inuocātur expresse, diuinatio diuiditur in genera duo, quorū primū est cū ad pcognoscendū futura aliquid cōsideramus in dispositiōe vel motu alteri⁹ rei, id est, substātiæ alteri⁹ ab homine: qđ quidē si sit ex cōsideratiōe sit⁹ ac motus siderū, pertinet ad Astrologos, q & geneātici vocant, ppter cōsiderationē nataliū dierū. Si verò motus & voces auiū, seu quorūcūq; animaliū, siue p sternutationes hominū, aut mēbrorū saltus, pertinet generaliter ad auguriū, quod à garritu auiū, sicut auspicium ab auiū inspectione. in auibus enim hmōi præcipuè considerari solēt. Si ṽo sit circa verba hominū dicta absq; intē-

tione

tione, quæ q̄s retorquet ad futurũ quod vult ꝓcognoſce-
re, hoc vocatur omẽ: ſicut Romanis deliberãtibus vtrũ ad
aliũ locũ migrarẽt: fortè eo tẽpore cẽturio qdã exclama-
uit, ſignifer ſtatue ſignũ, hic optimè manebimus. quã vo-
cẽ auditã ꝓ omine acceperũt, trãſeũdi cõſiliũ omittẽtes. ſi
aũt cõſiderenť aliquæ diſpoſitiões figurarũ in aliqb⁹ cor
poribus viſui occurrẽtes, erit alia diuinationis ſpecies: qa
ex lineamẽtis manus cõſideratis diuinatio ſumpta chiro-
mãtia vocať, quaſi diuinatio manus: chiros eñ Græcè dici
tur man⁹. Diuinatio verò ex quibuſdã ſignis in ſpatula ali
cuius animalis apparẽtibus ſpatulantia vocatur. ¶ Secũdũ
gen⁹ eſt, ad quod pertinet diuinatio facta ex cõſideratiõe
eorũ quæ eueniũt ex quibuſdã quæ ab hoĩbus ſeriò fiũt
ad aliqd occultũ inquirẽdũ, ſiue per protractionẽ puncto
rũ, quod ptinet ad artẽ geomãtiæ: ſiue p cõſiderationẽ fi-
gurarũ quæ proueniũt ex plũbo liquefacto in aqua ꝓie-
cto: ſiue ex qbuſdã ſchedulis ſcriptis vel nõ ſcriptis in oc-
culto repoſitis, dũ cõſiderať quis quã accipiat: vel etiã ex
feſtucis inæqualibus propoſitis, q maiorẽ vel minorẽ ac-
cipiat, vel etiã ex taxillorũ proiectione, qs plura pũcta pro
ijciat: vel etiã dũ cõſideratur quid aperiẽti librũ occurrat:
quę omnia ſortiũ nomẽ habẽt. ¶ Sic ergo patet triplex di
uinationis genus, quorũ primũ eſt p manifeſtã dæmonis
inuocationẽ, quod pertinet ad necromãticos: ſecũdũ aũt
eſt per ſolã cõſiderationẽ diſpoſitionis, vel motus alteri⁹
rei, quod pertinet ad augures: tertiũ eſt dũ facimus aliqd
vt nobis manifeſtetur aliquod occultũ, qđ pertinet ad ſor
tes. Sub quolibet aũt horum multa cõtinentur, vt patet ex
5 dictis. ¶* Quintò quæritur, quid de diuinatione facta per
inuocationẽ dæmonũ. ſ. expreſſa? Et dicit S. Tho. ꝙ omnis
talis eſt illicita: tum quia ibi eſt expreſſe pactũ initũ cum
dæmone per ipſam inuocationẽ, ſecundũ illud Iſa. xxviij.
Dixiſtis, Percuſsimus fœd⁹ cũ morte. quod eſt omnino il
licitũ: & eſſet adhuc grauius ſi ſacrificiũ vel reuerentia dę
moni inuocato exhiberetur: tũ quia dæmon qui hominũ
perditionẽ intẽdit ex ſuis reſpõſis, etiãſi aliquãdo vera di
cat, intẽdit homines aſſuefacere ad hoc, ꝙ ei credať, & cõ
ſequẽter ꝑducere ad aliquid humanę ſaluti nociuũ. Quo
modo autem liceat dæmones adiurare, vide s̃. Adiuratio.
6 §. iiij. & v. & s̃. Exorciſta. ¶* Sextò quæriť, vtrũ diuinatio
per aſtra ſit illicita? Et dicit S. Th. ꝙ operatio dæmonis vt
animos hominũ implicet vanitati aut falſitati ĩgerit ſe di
uinationi, quæ ex falſa aut vana opinione ꝓcedit, qua vti-
tur qui ex cõſideratiõe ſtellarũ vult pręcognoſcere futu-
ra, quæ per eas cognoſci nõ poſſunt. Igitur ex falſa & vana
opinione ꝓcedit: & cõſequẽter erit diuinatio ſuperſtitio
ſa & illicita, ſi qs inde velit præcognoſcere futuros caſua-
les vł fortuitos euẽtus, aut futura opera hominũ p certitu
dinẽ: quia, vt idẽ ꝓbat, ex ſtellis nõ accipiť præcognitio fu
turorũ, niſi ſicut ex cauſis ꝓnoſcũtur effectus: duplices aũt
effectus, inqt, ſubtrahunť cauſalitati cœleſtiũ corporũ. Pri
mò effectus p accidẽs cõtingẽtes ſiue in rebus humanis ſi
ue in naturalib⁹: qa cũ ens per accidens neq; ens ſit ꝓpriè
neq; vnũ: vt probatur in vj. Met. nõ habet cauſam ꝑcipuè
naturalẽ, cũ operatio naturalis determinetur ad vnũ, ſicut
ꝓcedit ab vno principio, quod eſt forma rei naturalis. Se
cundò actus liberi arbitrij: quia corpora cœleſtia ĩprime-
re nõ poſſunt directè in intellectũ & voluntatẽ, q̃ nõ ſunt
corpus: & cõſequẽter nec p ſe cauſare tales operatiões: li-
cet ad hoc poſsint diſpoſitiue inclinare, inquãtũ ĩprimũt
in corp⁹ humanũ, & cõſequẽter in vires ſenſitiuas, q̃ ſunt
actus corporaliũ organorũ: & inclinãt ad humanos act⁹,
licet neceſsitatẽ libero arbitrio nõ ĩponant cũ obediãt ra

tioni, ſcdm Philoſophũ in iij. de Anima. & j. Eth. Frequen
ter tñ circa hoc Aſtrologi vera prænũtiãt, pręcipuè in cõi
b⁹ euẽtib⁹, q depẽdẽt ex multitudine: primò qa plures ho
minũ paſsiões corporales ſequũtur, & cõſequẽter act⁹ eo
rũ diſponunť: vt in plurib⁹ ſcdm inclinationẽ corporũ cœ
leſtiũ: pauci verò ſunt. i. ſoli ſapiẽtes q eas rõne moderen
tur. Scdò ꝓpter dæmones ſe ĩmiſcẽtes, ſcdm Aug. in ij. ſup
Gene. Hæc ex illo virtualiter, q etiã tenet eſſe ſuperſtitio
ſum, velle inde. ſ. ex ſtellis, prænoſcere futura neceſſariò,
vt eclipſim, & oĩa ex eis cauſata. intellige in pluribus, vt s̃.
7 §. iiij. in princip. puta ſiccitates & pluuias, & hmõi. ¶* Se-
ptimò quæritur, qd de diuinatione per ſomnia? Et dicit S.
Th. ꝙ cũ ſit illicita diuinatio quę opinioni falſæ innititur,
cõſiderare oportet quod ſit verũ circa præcognitionẽ fu
turorũ de ſomnijs? Cũ aũt ſomnia ſint futurorũ euẽtuum
qñq; quidẽ cauſa: vt cũ qs ex viſis in ſomnijs moueť ad a-
liquid agẽdum aut vitãdum: quãdoq; verò ſigna, inquãtũ
ſcilicet reducũtur ad aliquã cauſam cõmunẽ ſomnijs & fu
turis euẽtibus, & ſcdm hoc plurimũ præcognitiões futu-
rorũ in ſomnijs fiãt, cõſiderãdũ eſt q̃ ſit cã ſomniorum, &
an poſsit eſſe cã futurorũ euẽtuũ, vł ea poſsit cognoſcere.
¶ Eſt autem cã ſomniorũ qñq; interior: & eſt duplex. Pri-
ma eſt animalis, inquãtũ. ſ. phãtaſię dormiẽtis occurrũt ea
circa q̃ eius cogitatio & affectatio ĩmorata eſt in vigilan
do: & hęc non eſt cã futurorũ euẽtuũ: & cõſequẽter hmõi
ſomnia p accidẽs ſe habẽt ad futuros euentus, & ſi qñq; ſi
mul cõcurrãt, erit caſuale. ¶ Scda eſt corpalis, qa ex ĩterio
ri diſpoſitiõe corpis formať aliquis motus in phãtaſia, cõ
ueniẽs tali diſpoſitioni: ſicut abũdãti frigidis humoribus
in ſomnijs occurrit, ꝙ ſit in aqua vel in niue: ꝓpter qđ di-
cũt medici intẽdendũ eſſe ſomnijs ad cognoſcẽdum inte-
riores diſpoſitiões. ¶ Quandoq; verò ſomniorũ cauſa eſt
exterior: & eſt duplex. Prima eſt corporalis, inquãtũ ima-
ginatio dormiẽtis immutatur vel ab aẽre cõtinẽti, vł ex-
preſsiõe cœleſtis corporis, vt ſic dormiẽti aliquę phãtaſię
appareãt cõformes cœleſtiũ diſpoſitionũ. Scda eſt ſpũalis,
quę eſt qñq; qdẽ à Deo, q miniſterio angelorũ aliqua ho
minibus reuelat in ſomnijs, ſcdm illud Nume. xij. ſi qs fue
rit inter vos propheta Domini, in viſione apparebo ei, vł
per ſomniũ loqnar ad illũ. Quãdoq; vero operatione dæ
monũ aliquæ phãtaſiæ dormiẽtib⁹ apparẽt, ex qbus qñq;
aliqua futura reuelãt habẽtibus cũ eis pacta illicita. ¶ Sic
ergo dicẽdũ, ꝙ ſi quis vtatur ſomnijs ad præcognoſcenda
futura, ſcdm quod ſomnia procedũt ex reuelatiõe diuina,
vel ex cã naturali intrĩſeca ſiue extrinſeca, quãtum põt ſe
virt⁹ talis cauſæ extẽdere, nõ erit illicita diuinatio. Si verò
huiuſmodi diuinatio cauſetur ex dæmonũ reuelatiõe, cũ
quibus habẽtur pacta expreſſa, qa ad hoc inuocãtur: vel ta
cita, qa huiuſmodi diuinatio extẽditur ad qđ ſe nõ põtet
tẽdere virtus cauſæ ſomnij, erit diuinatio illicita & ſuper
ſtitioſa. Hæc ex illo. Vnde ſuperſtitioſum eſt ex ſomnijs
nedũ ꝓcedẽtibus à dæmone, ſed à cauſa naturali velle di
uinare de effectib⁹ caſualib⁹: puta inuentiõe theſauri, vel
quòd occideť ab aliquo, aut de ſubiectis libero arbitrio,
eſt illicitũ. Secus ſi ſomniauit pluuiã, vel hmõi, & eã ꝑuen
tiet. itẽ ſec⁹ ſi ſint à Deo: qđ licitè qs pręſumit qñ ſiũt pre
miſſa oratiõe ad Deũ, arg. dicẽdorũ §. ſeq. ad fi. vel etiã ſi
habeãt illa ſigna qb⁹ Doctores diſtinguũt viſionẽ diuinã
à diabolica: de qb⁹ in Aur. ro. circa feſta natalia. Quòd au
tem dicitur nõ eſſe credẽdum ſomnijs, intelligitur contra
8 prædicta, & paſsim ſine conſilio peritorũ. ¶* Octauò quę
ritur, quid de diuinatione per auguria & õmina, & huiuſ
modi obſeruationes exteriorum rerum? Et dicit Sanctus
Tho.

Th. ꝙ cũ huiuſmodi nõ poſsint eſſe cauſa euẽtuũ futuro
rũ, ex eis nõ cognoſcũtur futura, niſi inquãtũ ſunt effectus
aliquarũ cauſarũ, q̃ etiã ſunt cauſantes vel pręcognoſcẽtes
futuros euẽt⁹. Cauſa aũt naturalis inſtinct⁹, quo bruta mo
uẽtur ad ſuas operatiões, põt eſſe duplex. Prima eſt corpo
ralis: qa nõ habẽt niſi aĩam ſenſitiuã, cui⁹ oẽs potẽtiæ ſunt
actus corporaliũ organorũ, & ſic ſubiacet diſpoſitiõi cõti
nẽtiũ corporũ & primordialiter cœleſtiũ. Vñ nihil prohi
bet aliquas eorũ operationes eſſe futurorũ ſigna, inquãtũ
cõformãtur diſpoſitionib⁹ cœleſtiũ corporũ & aëris cõti
nẽtis, ex qbus proueniũt aliq futuri euẽtus. In hoc tñ ſunt
duo cõſiderãda. Primũ vt extẽſio nõ fiat niſi ad ꝓcognoſcẽ
dũ cauſata p motus cœleſtiũ corporũ, vt dictũ eſt. Scdm,
vt nõ fiat niſi ad ea q̃ ad hmõi animalia poſſent aliquali-
ter pertinere: cõſequũtur eñ per cœleſtia corpora cogni-
tionẽ quandã naturalẽ & inſtinctũ ad ea q̃ eorũ vitæ ſunt
neceſſaria, ſicut ſunt immutatiões factę per pluuias, vẽtos
& huiuſmodi. Secũda cauſa eſt ſpiritualis, ſcilicet vł De⁹,
vt patet in colũba ſuper Chriſtũ deſcẽdẽte: & in coruo, q
pauit Heliã: & in cete euomẽte Ionã: vel etiã dæmones q
hmõi operationib⁹ brutorũ vtunť ad implicãdos animos
hominum vanis opinionibus. Et eadẽ ratio videtur eſſe
de omnibus alijs hmõi, præterq̃ de hominibus: quia hu-
mana verba, q̃ accipiũtur pro hoĩe, nõ ſubdũtur diſpoſitio
nibus ſtellarũ, q̃ tñ diſponũtur ſecũdũ diuinã prouidẽtiã,
& quãdoq; ſecũdũ dęmonũ operationẽ. Sic ergo dicẽdũ,
ꝙ omnis huiuſmodi diuinatio ſi extẽdatur vltra id, ad qđ
põt pertinere ſecũdũ ordinẽ naturę vel diuinæ ꝓuidẽtię,
ſuꝑſtitioſa eſt & illicita. Ioſeph aũt dicẽs Ge. xliiij. nõ eſſe
ſibi ſimilẽ in augurãdi ſciẽtia, dixit ioco, ſecũdũ Aug. refe
rẽs fortè ad id qđ de eo vulgus opinabať. Gedeon aũt Iu-
dic. vij. obſeruauit recitationẽ & expoſitionẽ ſomnij quaſi
ordinatã à diuina ꝓuidentia ad inſtructionẽ ſui. Et ſimili
ter Helieſer Ge. xxiiij. attẽdit verba puellę oratiõe præmiſ
9 ſa ad Deũ. Hæc ex illo. ¶* Nonò q̃ritur, qd de diuinatione
ſortiũ? Et dicit S. Th. vbi s̃. & in quodã opuſculo, ꝙ ſortes
ꝓpriè dicuntur cũ aliqd fit, ſcilicet ab hoĩe ſeriosè, vt eius
euẽtu cõſiderato aliqd occultũ innoteſcat: & dicitur ſors
diuiſoria, ſi eius iudicio q̃ratur qđ cui ſit adhibẽdũ: ſiue il
lud ſit res poſſeſſa, ſiue honor, ſeu dignitas, ſeu pœna, vł a-
ctio. Si verò inq̃ratur qđ agere oporteat, vocať ſors cõſul
toria. Si verò q̃ratur qđ ſit futurũ, vocatur diuinatoria. Cũ
autẽ euẽtus ſortiũ expectari poſsit à triplici cã, ſcilicet cœ
lo, fortuna, vł ſpiritu dirigẽte: ſi expectetur à cœlo, quaſi a-
ctus humani, q ad ſortes req̃runtur, ſecũdùm diſpoſitionẽ
ſtellarum ſortiãtur effectum, vana & falſa eſt opinio: & cõ
ſequẽter dæmonum ingeſtione nõ carẽs: ex quo illicita &
ſuperſtitioſa erit diuinatio. Si verò expectet à fortuna, qđ
locũ habere põt ſolũ in diuiſoria ſorte: nõ videtur habere
vitiũ, niſi fortè vanitatis: ſicut ſi nõ volẽtes aliqd cõcordi
ter diuidere, velint ad diuiſionẽ ſortib⁹ vti: quaſi Fortunæ
exponẽtes qs q̃ partẽ accipiat. Si verò expectet à ſpiritu ſi-
ue cã ſpirituali: ſi qdẽ ſit dęmõ, eſt ſors illicita, & ſecũdũ ca
nones ꝓhibita: ſicut fecit rex Babylonis, Ezech. xxj. Si ve-
rò expectet à Deo q tẽperat ſortes, vt Prouer. xvj. talis ſors
ſecundũ Aug. nõ eſt aliqd ſecũdùm ſe malum. ¶ Poteſt tñ
ĩ hoc quadrupliciter incidere peccatũ. Primò ſi abſq; ne-
ceſsitate ad ſortes recurrať: qa videtur ptinere ad tẽtatio-
nẽ Dei: ſed intelligo ſine neceſsitate ſpirituali vel etiã tẽ
porali, pſonæ, vel etiã rerũ quo ad magnũ dãnũ vitãdũ: vt
fecit Dauid j. Regũ. xxx. Secũdò ſi qs eis vtať in neceſsitate
qdẽ, ſed ſine reuerẽtia Dei. Vnde dicit Beda, ſup. Act. apo.
ꝙ ſi q neceſsitate aliqua cõpulſi Deum putãt ſortibus exẽ

plo apoſtolorum eſſe cõſulẽdum, videãt hoc ipſos apoſto
los nõ niſi collecto fratrũ cœtu & ꝑcib⁹ ad Deũ fuſis egiſ
ſe. Tertiò ſi diuina oracula ad terrena negotia cõuertanť:
quia talis cõſuetudo diſplicet Aug. ad inquiſiti. Ianu. Sed
ĩtellige ꝙ negotia ꝓpriè ſunt circa tẽporalia lucra, nõ cir
ca dãna vitãda. Quartò ſi qs ſortib⁹ vtatur in electionibus
eccleſiaſticis, q̃ inſpiratiõe Spiritus ſancti fieri debẽt. vnde
ſecundũ Bed. vbi s̃. Mathias ſorte q̃ritur ante Pentecoſtẽ,
quia ſcilicet nõdũ erat effuſa in eccleſia plenitudo Spirit⁹
ſancti. ſeptẽ aũt diaconi poſtea nõ ſorte, ſed electione di-
ſcipulorũ ſunt ordinati. Secus autẽ in tẽporalibus dignita
tibus, q̃ ad tẽporalẽ diſpoſitionẽ ordinãť, in quarũ electio
ne plerũq; homines ſortib⁹ vtũtur, ſicut & in rerũ tẽpora
liũ diuiſiõe. in neceſsitate autẽ licitũ eſt diuinũ iudicium
reuerẽter ſortib⁹ implorare: ſicut ſecũdũ Aug. in epiſtola
ad Hono. ſi tẽpore pſequutionis ignoratur q miniſtri fu-
gere & q remanere debeãt: vel ſecundũ eũdẽ in primo de
Doc. Chriſti. ſi habẽti dãda occurrãt duo ęquè indigẽtes,
& vtriq; dare nequeãt. Iudiciũ aũt ferri cãdẽtis, vł aquę fer
uẽtis ordinať qdẽ ad occulti peccati inq̃ſitionẽ p aliqd qđ
ab homine fit: & hoc cõuenit cũ ſortib⁹. inquãtum tñ ex-
pectať aliqs miraculoſus effect⁹ à Deo, excedit cõem ſor-
tiũ rõnẽ. vñ illicitum redditur: tum qa ordinatur ad iudi-
cãdũ occulta q̃ diuino iudicio reſeruãtur: tum etiã qa hu-
iuſmodi iudiciũ nõ eſt diuina authoritate ſancitum: vñ ꝓ
hibetur ij. q. iiij. cõſuluiſti. Et eadẽ rõ videtur de lege duel
lorũ: niſi ꝙ pl⁹ accedit ad cõem rõnẽ ſortium, inquãtũ nõ
expectať ibi miraculoſus effect⁹: niſi fortè qñ pugiles ſunt
10 valde impares virtute vł arte. Hæc ex illo. ¶* Decimò q̃ri
tur, qd de ſuꝑſtitionis obſeruãtia? Et dico multa. ¶ Primũ.
Vti obſeruãtijs artis notorię ſecũdũ S. Th. & alios eſt illi
citũ: qa hęc ars vtitur ad acq̃rẽdã ſciẽtiã qbuſdã nõ vt cau
ſis, ſed vt ſignis, cũ ſecundũ ſe nõ habeãt virtutẽ cauſandi
ſciẽtiã: vt eſt inſpectio quarũdã figurarũ, ꝓlatio ignotorũ
verborũ, & alijs hmõi: quæ ſigna ſunt ſuꝑuacua, cũ nõ ſint
diuinit⁹ inſtituta, ſicut ſunt ſacramẽtalia, & cõſequẽter ꝑ-
tinẽt ad pacta q̃dã ſignificationũ cũ dęmonib⁹: vñ eſt peni
tus repudiãda Chriſtiano, ſicut & alię artes nugatorię vel
noxiæ ſuꝑſtitiõis, vt Aug. dicit in ij. de Doc. Chriſti. & ſe-
cũdũ Arch. eſt mortale. Eſt etiã hoc inefficax ad ſciẽtiã ac
quirẽdã, vt ꝓbat S. Th. vbi s̃. q. lxvj. ¶ Secundum. In obſer
uationib⁹ ordinatis ad corporũ immutationẽ, puta ad ſa-
nitatẽ, vł hmõi, de qbus etiã s̃. in verbo, Maleficiũ. ſecũdũ
S. T. cõſiderãdũ eſt vtrũ facta ad particulares effect⁹ indu
cẽdos videãť poſſe tales effect⁹ cauſare: & ſic nõ erit illici
tũ: qa licet cauſas naturales adhibere ad ꝓprios effect⁹. Si
aũt nõ videtur eos poſſe cauſare, cõſequẽs eſt, ꝙ nec adhi
beãtur ad hoc ſicut cauſæ, ſed quaſi ſigna: & cõſequẽter ꝑ-
tinẽt ad pacta ſignificationũ cũ dęmonib⁹ inita. Vñ ſecun
dùm Aug. xj. de ci. Dei, dęmones alliciũtur creaturis nõ vt
animalia cibis, ſed vt ſpirit⁹ ſignis. Vñ ſecũdũ eũdem in ij.
de Doc. Chriſt. ad ſuꝑſtitionẽ ptinẽt omnia remedia q̃ me
dicorũ diſciplina cõdẽnat, ſiue in precationib⁹, ſiue in qui
buſcunq; notis, quas characteres vocãt. xxvj. q. ij. illud. Nec
obſtat ꝙ ſicut corpora naturalia ſubijciũtur cœlo, inde ex
eius impreſsione cõſequẽdo virtutes occultas, ita & artifi
cialia, puta imagines: qa ideo naturalia à cœlo ſortiuntur
virtutes actiuas, qa ſortiũtur etiã formas ſubſtãtiales, quas
eorũ virtutes cõſequũtur: formæ autẽ artificialiũ ꝓcedũt
ex conceptione artificis: & cũ nihil aliud ſint q̃ cõpoſitio,
ordo & figura, vt dicit in j. Phy. nõ poſſunt habere natura
lẽ virtutẽ ad agẽdum: vnde inquãtum artificialia nullã vir
tutẽ ſortiũtur à cœlo, ſed ſolũ ſecũdũ materiã naturalẽ.

Vnde

Vnde imagines astronomicæ ex operatione dæmonũ ha
bẽt effectũ: cui⁹ signũ est, ꝙ necesse est eis inscribi quosdã
characteres, qui naturaliter ad nihil operãtur, cũ figura nõ
sit naturalis operationis principiũ. In hoc tamẽ distãt ima
gines astronomicę à necromãticis: quia in istis sunt q̃dã ta
cita pacta cũ dęmonibus per characterũ q̃dã signa: sed in il
lis fiũt expressæ inuocationes & præstigia quædã, vnde p
tinẽt ad pacta expressa cũ eis. Hæc ex illo. ¶ Tertiũ. Obser
uatiões ordinatæ ad præcognoscẽdũ aliqua fortunia vel
infortunia, secũdũ quod aliqui experiũtur, ꝙ aliqua tẽpo
ra, vel loca, aut verba audita, vel occursus hominũ aut ani
maliũ, siue distorti aut inordinati actus aliq̃d præsagiũ ha
bẽt futuri boni vel mali, secũdũ S. Tho. omnes sunt super
stitiosæ & illicitæ: quia prædictis vtũtur vt signis nõ intro
ductis authoritate diuina, sed magis humana vanitate, de-
monũ malitia cooperante: & vidẽtur esse quædã reliquiæ
idololatriæ, secũdũ q̃d obseruabãtur auguria & dies fau-
sti vel infausti, q̃d pertinet quodãmodo ad diuinationẽ p
astra, secũdũ quod diuersificãtur dies. Si quis tamẽ præsa-
giũ huiusmodi cõsideret ex sua causa, nõ erit illicitũ: sicut
si seruus timeat flagellũ iudicis, vidẽs iram domini: & simi
liter si quis timeret nocumentũ puero ex oculo fascinãte.
& si à principio homines in his obseruantijs aliq̃d veri ex
perti sunt, fuit à casu: deinde verò opere dęmonũ, cũ homi
nes incipiũt his animũ applicare, vt fiãt curiosiores, & ma
gis laqueis implicẽtur. ¶ Quartũ. In omnibus autẽ incãta
tionibus vel scripturis suspẽsis, secũdũ S. Tho. duo cauen-
da sunt. Primò quidẽ ne quod pfertur aut scribitur perti-
neat ad inuocatiões dęmonũ, quod est manifestè supersti
tiosum & illicitũ: & similiter ne cõtineat ignota nomina,
ne sub illis lateat aliquod illicitũ: & similiter ne q̃d falsita
tis cõtineat: qa sic eius effectus expectari nõ posset à Deo,
q nõ est testis falsitatis. Secũdò cauẽdũ est ne cũ verbis sa-
cris contineãtur aliqua vana, puta characteres inscripti, p̃
ter signũ crucis, aut si spes habeat in modo scribẽdi aut li-
gãdi, aut in quacũq; huiusmodi vanitate, quę ad diuinã re
uerentiã nõ pertineat: qa hoc iudicaretur superstitiosum:
aliàs autẽ est licitũ. Vnde dicitur in decre. xxvj. q. vj. c. nõ li
ceat Christianis. quòd in collectionibus herbarũ, q̃ medici
nales sunt, aliquas obseruationes aut incãtationes nõ licet
attẽdere: nisi tãtũ cum symbolo diuino aut dominica ora
tione, vt tãtũ creator & Deus omniũ honoretur. Hęc ex il
lo. De reliquijs autẽ portãdis, habes s̃. Reliquiæ. §. iiij. Ad
de verò primò, secũdũ eũ, ꝙ in incãtationibus serpẽtũ vel
quorũcũq; animaliũ si respect⁹ habeatur solũ ad verba sa
cra, & diuinã virtutẽ, nõ erit illicitũ: plerũq; tamẽ tales in
cãtationes habẽt illicitas obseruãtias, & per dæmones sor
tiũtur effectũ, & præcipuè in serpẽtibus: qa serpẽs fuit pri
mũ dæmonis instrumentũ ad hominẽ decipiendũ. Adde
secundò secundũ Veruec. & Mo. ꝙ carminatrices si nihil
superstitiosum dicũt, docent, aut faciunt, sed tantũ vtũtur
licitis precibus & adiurationibus, sicut per pasionẽ & cru
cem Christi, & huiusmodi, nõ peccãt mortaliter, nisi post
prohibitionẽ ecclesiæ sibi factã: prohibẽdi sunt tamẽ viri
& mulieres à talibus: quia multa inutilia & superstitiosa
solent admisceri: nisi fortè sacerdos sit vel religiosus & di
scretus, aut etiã laicus excellẽtis vitę: qui fusa oratione lici
ta super infirmũ manũ ponat: qui tamẽ fortè deberẽt à tali
bus abstinere, si timet ne exẽplo eorũ alij superstitiosi as-
sumãt sibi carminationibus abusum: iuxta illud, Ab omni
specie mala &c. de vi. & ho. cle. cũ ab omni. Adde tertiò se
cũdũ Arch. vt etiã elicitur ex prædictis, ꝙ si tẽpus vel dies
obseruetur ad aliquid faciẽdũ vel omittendũ ex causa na
turali, puta dispositione lunæ ad mẽdicinã sumẽdã, vel ar
borem succidendã: non est superstitiosum nec illicitũ. Se-
cus si ex falsa opinione: quia putat qs aliquos dies fortuna
tos vł infortunatos: vt si quis vtitur herbis collectis in au
ne Ascẽsionis, vel balneat se in nocte Ioan. Bapti. Sed tñ li
mita qñ nõ mouetur quis ex spirituali deuotione festi cõ
currentis illa die: vnde nõ est superstitiosum si sacerdos ad
celebradum primã missam obseruet diẽ alicuius sancti si-
bi deuoti, & huiusmodi. Adde quartò secundũ Veruec. ꝙ
breuia continentia, ꝙ si quis ea portauerit, nõ incurret ta
le vel tale malũ, vel cõsequetur tale vel tale bonum, repro
banda sunt, & peccant facientes, vtentes, & cõsulentes: nisi
sint adeò simplices, ꝙ excusentur ignorãtia. Adde quintò,
secundũ eundem Arch. ꝙ licet vtentes incãtationibus &
breuibus superstitiosis ignorãter, excusent fortè à morta-
li: secus si audierũt à personis discretis ea esse illicita: quia
11 non vidẽtur posse excusari. argu. viij. di. ignosci. ¶ *Vnde
cimò quæritur, quæ sit pœna superstitiosorũ? Et dico ꝙ di
uinatores & malefici secundùm leges capite plecti debẽt:
& si accedãt ad domum alterius, debẽt cremari: itẽ omnia
eorum bona debẽt publicari: vt C. de malefi. l. nullus. & l.
nemo. & l. culpa. sed secũdùm canones si quidem peccatũ
occultũ sit, imponitur pœnitẽtia xl. dierum. extrà eod. c. j.
Si verò sit notorium, eucharistia negatur, de conse. dist. ij.
pro dilatione. & infames sunt, etiam qui ad eos cõcurrũt.
ij. q. viij. quisquis. & de testi. c. testimonium. Et si sit cleri-
cus, deponendus est, & in monasterium detrudendus: si lai
cus, excommunicandus, si renuit agere pœnitẽtiam, secũ
dũ Host. xxvj. q. v. nõ oportet. & c. si quis episcop⁹. & c. al
quãti. sed & crescẽte cõtumacia, crescere debet & pœna. Et
omnes tales, si sit notoriũ, sunt irregulares, licet posit epi
scopus dispẽsare, secũdũ Bern. in c. ij. eo. ti. Secus si sint oc
culta, quãuis secũdũ aliquos neutro modo efficiãtur irre-
gulares, p c. is qui. de sent. excõ. lib. vj. sed malè, vt patet ex
dictis s̃. Infamia. §. iij. imò vt recitat Archi. quidã volũt ꝙ
contrahatur irregularitas, etiam si sit occultum. Vide etiã
suprà, Adiuuare. & suprà, Maleficium.

SVRDVS simul & cæcus vtrum posit cõtrahere matri
monium, secũdùm Host. vt recitat Pan. in c. cùm apud.
de spõ. si potest exprimere suum cõsensum in cõtrahẽdo,
debet admitti: aliàs repellitur.

DE SVSPENSIONE.

1 *Suspensio quid, & quotuplex sit.*
2 *Suspendere quis posit.*
3 *Suspensio an suspendatur appellatione.*
4 *Suspensionis sententia quomodo feratur.*
5 *Suspensio iuris uel hominis quomodo sit interpretanda.*
6 *Suspensio in quibus casibus incurratur de iure.*
7 *Suspensio simoniacorum qualis, & qualis dispensatio.*
8 *Absoluere quis posit à suspensione uel interdicto.*

SVSPENSIO, vt hîc sumitur, est quædã ecclesiastica cen
sura, qua interdicit aliquod officium vel exercitium com
petens certæ personæ ecclesiasticæ, aliquãdo à iure, aliquã
do à iudice prolata, vt elicitur ex gl. in c. ad reprimẽdam.
de offi. ordi. & in cle. cupiẽtes. de pœn. Quomodo autẽ à
depositione & degradatiõe differat, habes s̃. in verbo, De
gradatio. Et hæc aliquando dicitur minor, priuans scilicet
solùm participatiõe sacramẽtorũ: ppter quod sic suspẽsus
eligi nõ potest in prælatũ, vt in c. si celebrat. de cler. excõ
mu. mi. nõ autẽ priuat facultate exercẽdi iurisdictionalia,
aut eligẽdi: & cõtrahitur solùm in duobus casibus, de qui
bus j. §. vj. in princip. Aliquãdo verò dicitur impropria, de
qua ibi: & aliquãdo maior, quæ cõtrahitur in alijs casibus
qui

1 qui ibi sequũtur. ¶ Primò* aũt quæritur, quotuplex sit su-
spẽsio, siue quot modis qs sit suspensus? ¶ Et dico, ꝙ quã-
tum ad rẽ, à qua quis suspenditur, aliquãdo fit ex toto, ab
omni scilicet officio ordinũ: aliqñ ab vno ordine, & non
ab alio: aliquãdo nõ ab ordine, sed ab aliquo alio, puta in
gressu ecclesiæ, actu prędicatiõis, & huiusmodi: de quibus
omnibus habet in gl. cle. cupiẽtes. de pœ. ¶ Quantũ verò
ad durationẽ suspẽsionis, aliquãdo fit simpliciter, aliquã-
do ad certũ tempus. Et quãdo fit simpliciter: vt cũ quis si-
ne prẽfinitione tẽporis beneficijs priuat, priuatio intelli
gitur ppetua. C. de pœ. l. seruus. vnde paria sunt aliqua su-
spendi simpliciter & perpetuò. ¶ Quantũ autẽ ad suspẽ-
dentem, quandoq; fit per sententiã canonis, quandoq; p
sentẽtiã hominis. ¶ Quantũ verò ad eos, respectu quorũ
fit, quibus scilicet ex suspẽsione aliq̃d interdicitur, suspẽ-
ditur aliqs tripliciter, secũdũ Archi. Primò aliquãdo quo
ad se tantũ, quia scilicet ipse prohibitus est ab officio: sed
subditus, vel alius eũ vitare nõ tenetur, etiã si sciret pecca
tũ eius. dist. xxviij. c. vl. & de coha. cleri. & mu. vestra. sicut
est omnis existẽs in mortali, intellige nõ suspẽdente quo
ad alios: & existẽs in excõicatione minori, qa debet absti
nere à celebratione, & executione ordinum: aliàs peccat
mortaliter exercẽdo solẽniter ĩ mortali actũ ordinis sui,
vel in minori excõicatione recipiẽs aliquod sacramentũ.
dist. xl. multi. j. q. j. sacerdos. nõ tñ efficitur irregularis ce-
lebrãdo, vel exequendo ordinẽ. Talem secũdùm S. Tho.
nullus debet inducere ad celebrãdũ, vel exequendũ offi
cia sua, dũ scilicet certus est de malitia eius: tñ nõ potens
aliũ habere, excusaꝛ, accipiẽdo sacramẽta à tali, præcipuè
cùm est superior eius: imò etiã si aliũ habere põt, secun-
dùm Pet. de Pal. qa vtitur iure suo, & malo eius in bonum
suũ. j. q. j. si fuerit. Sed vide de hac s̃. Clericus. ij. §. viij. Se
cundò est quis suspẽsus quo ad alios tantũ. quod largè di
citur. sicut suspẽsus dicitur clericus peregrinus, q ex deuo
tione celebrare pmittitur in occulto, sed nõ in publico:
licet nõ efficiatur irregularis, si sic suspẽsus celebret, etiã
in publico, de quo s̃. Peregrinus. §. iiij. Tertiò verò est qs
suspẽsus quo ad se & alios, quãdo scilicet p sententiã ca-
nonis, vel hominis suspẽsus est quis ab officijs suis: q pro-
priè dicitur suspẽsus, & tenetur ab eis abstinere, etiã post
cõtritionẽ & cõfesionẽ, quousq; sit relaxata suspẽsio: al's
suspẽsus diuinis, vel officio, vel celebratione, & huiusmo
di, si cõtra faciat, peccat mortaliter, & efficitur irregularis
scdm Inno. de sen. & re iudi. cũ æterni. lib. vj. & xij. q. iij. si
qs episcopus. etiã secũdũ Inn. & Veru. si extra ecclesiã di-
cat horas officiãdo populũ, sicut in exercitu: secus si non
2 officiãdo dicat cũ vno vel duobus. ¶ Secũdò* quęritur qs
posit suspẽdere? Et dico, ꝙ suspẽdere põt ab officio, q &
excõicare. de quo s̃. Excõicatio. j. notabili ij. vnde laicus,
aut mulier cũ excõicare nõ posit, nisi ex cõmisione spe
ciali Papæ. dist. xxxij. §. verũ. in gl. nõ põt etiã suspẽdere:
põt tamen secũdùm Inno. abbatissa suspẽdere à beneficio
clericos ecclesiarũ sibi subditarum, si hoc ex cõsuetudine
habet, nõ aũt ab officio: & generaliter suspendere põt, ex
cõicare & interdicere, qcũq; põt ecclesiastica censura co
gere: quia hęc tria veniũt nomine censuræ. de verb. sign.
3 quærenti. ¶ Tertiò* quæritur, q̃d si appelletur à suspẽsio-
ne potẽtis suspẽdere? Et dico, ꝙ appellatio suspẽdit suspẽ
sionẽ & interdictũ, sicut & excõicationẽ, si pręcedat: vt in
c. ad hoc quoniã. de appel. à cõtrario. Sed limita si appelle
tur ex iusta causa: secus ex friuola, & nõ probabili: quia si
post eã appellãs celebret, & iudex appellationis pronun-
tiet eã nõ tenere, erit irregularis: licet aliàs nõ, secũdùm
Ber. & Host. in c. pastoralis. de app. Non aũt suspẽditur p
sequentẽ. de sent. excõ. is cui. lib. vj. tñ si appellatio fieret
post suspẽsionẽ à tẽporalib⁹, puta ab ingressu domus, vi-
neæ, & huiusmodi: vel interdictũ aquæ, ignis, & huiusmo
di, suspẽdit. l. nõ tm̃. ff. de ap. nisi casus esset in quo dãnatũ
publicè interesset statim puniri. l. cõstitutiones. ff. de ap.
Ex quo patet, ꝙ suspẽsionẽ ab officio, vel ingressu eccle-
siæ nõ tollit appellatio sequẽs. d. c. is cui. qa spũalia sunt.
& idẽ videt, si sit à beneficio: & sic intellige Inn. in d. c. ad
hoc quoniã. & idẽ si suspẽsio sit à canonia: qa spiritualis
est: secus si suspẽsio est à perceptione fructuũ beneficij, q̃
tẽporalis est, vel à prębẽda: qa appellatio bene suspendit,
etiã post interposita. Ioã. tñ And. in d. c. is cui. tenet, ꝙ ap-
pellatio sequẽs tollat suspẽsionẽ à beneficio. & q̃d dicit,
appellationẽ sequentẽ nõ suspẽdere interdictũ, vel suspẽ
sionem, dicit habere locũ in merè spiritualibus, p quæ li-
4 gatur anima. ¶ Quartò* quæritur, quomodo sentẽtia su-
spẽsionis ferẽda sit? Et dicit Sũ. Ang. ꝙ primò debet fieri
in scriptis monitione pręmissa: & quo ad cætera, sicut de
excõicatiõe, dictũ est s̃. Excõicatio. j. no. iij. & idẽ de sen
tẽtia interdicti: vt patet in c. j. de sent. exc. lib. vj. sed illud
c. nõ facit mentionẽ de monitiõe: vnde nec in interdicto
seruatur, nec in suspensione est semp necessaria. Pro quo
not. ꝙ secũdũ Pan. in c. reprẽhẽsibilis. de appel. regula est
ꝙ sine monitiõe, nec suspẽsio, nec excõicatio ferri debet.
Et idẽ dicit de interdicto p c. j. de sent. exc. lib. vj. Sed ego
dico, ꝙ de excõicatione est planũ eo modo, quo s̃. dictũ
est: & de suspẽsiõe est verũ p d. c. reprẽhẽsibilis. licet bene
Inn. limitet verũ esse, nisi suspẽsio fiat in pœnã delicti: qa
sine monitione fieri põt. Pro quo videtur tex. in c. tã lite-
ris. de testi. & de interdicto idẽ dicit Inno. & dico de hoc
esse arg. in c. statutũ. de sen. exc. lib. vj. Sed tñ d. c. quod al
legat Pan. hoc nõ probat: nec est verũ, quãdo ponitur ex
causa sine culpa, vt patet ex practica currẽte: nec qñ ponit
in pœnam pro culpis, scilicet pręteritis, vel præsentibus:
arg. c. Romana. §. sed nec in specie. de sent. exc. lib. vj. sed
solùm quãdo ponitur pro contumacia, sicut & in suspen-
sione dictũ est. Excõicatio autẽ, quia nõ infertur respectu
psentiũ, aut præteritorũ, nisi pro cõtumacia, nũquã infert
sine monitione ab homine, nisi excõicet excõicatum à iu
re, de quo Pan. vbi s̃. vbi etiã dicit latã sine monitiõe tene
re. & idẽ de interdicto dictũ est s̃. & idẽ est de suspẽsione.
Excepta autẽ monitione in reliqs fertur suspẽsio, & inter
dictum eo modo, quo & excõicatio, per d. c. j. scilicet in
scriptis cõtinẽtibus cãm, & cũ traditiõe copiæ si petatur.
Et secũdò debet fieri absolutè: si verò fiat sub cõditione,
nõ ligat, donec extet cõditio. & idẽ de interdicto. Et si in
iure dicat, suspẽdatur, deponat, vel degradet: cõminatio
est ferẽdæ, nõ latæ sentẽtiæ. dist. xxxv. eps. Et breuiter, q̃d
de excõmunicatione dicitur, de suspẽsione dicendũ est, se
cũdũ Io. And. in c. licet. de sen. excõ. li. vj. cũ sit quasi eadẽ
5 ratio. ¶ Quintò* quęritur, quomodo intelligenda, vel in-
terpretãda sit suspẽsio iuris aut homĩs, maximè quãtũ ad
pœnas incurrẽdas p cõtra faciẽtes? Et viso Pan. in c. cũ di-
lect⁹. de cõsue. & ĩ c. si celebrat. de cle. exc. mi. dico sic: Cũ
suspẽsio aliqñ fit à iure, vt in casib⁹ j. dicẽdis, aliqñ ab ho-
mine: harũ quędã est ab eo, q̃d nõ ptinet ad actũ alicuius
ordinis: & tũc cõtrafaciens nõ est irregularis, sed alio mo
do puniri debet. c. aũt j. de sen. & re iud. li. vj. & c. j. de sen.
excõ. eo. li. quę vidẽtur in oppositũ, loquũtur qñ exercet
aliq̃d deputatũ certo ordini, vt no. in c. cũ dilectus. de cõ
sue. & c. si celebrat. de cle. exc. mi. & ĩ cle. cupiẽtes. de pœ.
¶ Quædã verò est ab eo, quod propriè est actus alicuius

ordinis,puta à celebratiõe,ab officio,ab ordine,& huiuſ
modi:& tũc ſi eſt cũ tali modificatiõe, ſcilicet quouſq; ſa
tisfecerit,vel pœnituerit:cõtra faciẽs eſt irregularis, ſi eſt
à iudice: & ſimiliter ſi eſt à iure, ſcd̃m glo. in c.pſenti. de
offi.ord.li.vj.licet verius ſecũdũ Archi. vt no.Gemi.in c.
quia ſæpe.de elect.lib.vj.nõ ſit irregularis:qa iſte videtur
potius à Deo, quàm à iure ſuſpẽſus: quod ſaltẽ poſt factũ
tenerẽ. Si verò dicta ſuſpẽſio ſit cũ dicta modificatione,
ſiue ſit à iudice,ſiue à iure,talis eſt irregularis:vt in dictis
c.primis.ſi tã eſſet à cõfeſſore ſimpliciter,vel ad tẽpus,cõ
tra faciens nõ eſſet irregularis,ſecũdùm Io. And.in c.is q.
de ſenten.excõ.lib.vj. quia nõ inuenitur iure expreſſum.
¶ Cũ aũt ſuſpenſio multipliciter imponatur,vt dicetur in
ſequẽtibus:vt ſciatur quãdo cõcernit actũ ordinũ,ſciẽdũ
eſt,ꝙ ſi fiat ſuſpẽſio à põtificalib⁹ ſolùm, tũc cenſetur qs
ſuſpenſus ſolùm ab his,quę depẽdẽt ab ordine põtificali,
nõ ab alijs:vnde exercere poterit iuriſdictionalia,quę ſe-
parata ſunt ab his,quę ſunt ordinis põtificalis:vt in c.trãſ-
miſſam.de ele.nec ex hoc efficitur irregularis: ſed ſi cele
brãdo in põtificalibus cõtra faciat,ſẽtit Sum.Ange.ꝙ ſit
irregularis,tenẽdo, ꝙ epiſcopat⁹ ſit ordo, vt cõiter tenẽt
Canoniſtæ:ſed qa nõ eſt ordo vniuocè cũ alijs.i.in ordi-
ne ad corpus Chriſti verũ:ideo melius Sũ.Roſ.poſt Arch.
& Hoſt.& Verue.Dur. & Pan.in d.c.cũ dilect⁹.tenet,ꝙ ta
lis nõ ſit irregularis:& põtificalia nõ ſunt de ſubſtãtia ce-
lebrationis: nec debemus aliquẽ irregularẽ iudicare,niſi
vult, & subest causa. Insti. de exhære. liber. in princ. etiam fi
lias dotatas, quas, secũdũ aliquos, sufficit instituere in do
te. sed alij, vt Azo, dicunt ꝙ oportet eas institui in aliquo
modico pręter dotẽ. quod est tuti⁹: & etiã p̱fessos religio
nem. C. de epis. & cle. l. si. §. hoc etiã cognitum. Et idẽ dic
in nepotibus, quãdo filij præmortui sunt. Insti. de hæred.
q̃ ab inte. defe. §. ita demũ. & etiã ĩ posthumis. C. de post.
hære. insti. l. quod certũ est. Vide tñ ĩ. parti. v. & vj. ¶ Secũ
dum. Tenẽtur aũt tales instituere in quota voluerit parte,
quantũcunq; minima. Et licet postea talis agat ad supple-
mentũ legitimæ, tamẽ testamẽtũ non rũpet, dummodo sit
institutus hæres, nõ legatarius: puta quia dicit, instituo fi-
liũ hæredẽ ĩ tali. quia si diceret, lego filio meo talẽ domũ:
nõ valeret, quia esset præteritus. l. quoties. C. de hær. insti.
Est autẽ præteritio, secũdũ Ang. Are. Instit. de exhære. §.
mater. silẽtiũ circa institutiõis beneficiũ vel exhæredatio
nis odiũ. ¶ Tertiũ. Ex præteritiõe autẽ legitimi hæredis
testamẽtũ redditur nullũ, si est, vel si sunt de illis, ad quos
stricto iure legitima spectat hæreditas, & nisi ritè exhære
dẽtur. Qui aũt sint tales: dic ꝙ cũ sint tres cõsanguineorũ
lineæ, scilicet descẽdẽtiũ, ascendẽtiũ, & collateraliũ: testa
tor quãdiu habet aliquẽ ex descẽdẽtibus, vt filiũ, nepotẽ,
p̱nepotẽ, & sic in infinitũ, tenetur illũ instituere vl̃ exhæ
redare: & si talẽ instituit, nõ tenet̃ de aliquo ascẽdẽtiũ ta-
cere mẽtionẽ. Insti. de hære. q̃ ab inte. Descẽdẽtibus verò
deficiẽtib⁹ vl̃ exhęredatis tenet̃ ascẽdẽtes ĩstituere, si quos
habet. l. quoties. C. ad sena. consul. Orfici. Collaterales aũt
nũquã tenetur instituere vel exhæredare: sed deficiẽtibus
descẽdẽtib⁹ & ascẽdẽtibus legitimis põt instituere quos
vult, ẽt nõ attinẽtes, nulla facta mẽtiõe de collateralibus.
Qđ tñ fallit ĩ fratre, q rumpit testm̃ fratris: & similiter so
ror, si instituit turpẽ personã, id est, infamẽ. Et intellige de
fratre consanguineo & vterino simul, vel saltẽ cõsangui-
neo. i. ex eodẽ patre: nõ aũt de vterino tãtũ. C. de inof. te.
l. fratres vterini. Intellige ẽt nisi ĩ isto casu de aliqua re eũ
instituerit: vel nisi crimẽ ingratitudinis ĩ fratrẽ cõmisisset,
vt in auth. de nup. §. ingratitudinis. ¶ Quartũ. Testamẽtũ
tamẽ clerici vel ingrediẽtis religionẽ nõ erit irritũ ex p̃-
teritione legitimi hęredis, propter verbũ, liberè, positũ in
c. quia nos. extrà eo. ti. etiã quia sunt milites: vt not. gl. in
l. pe. C. de testa. mi. Vnde sicut non rumpitur testamentum
militis ex præteritione legitimarum personarum: sic nec
illorũ. quod apertè sentit Bart. in authen. si qua mulier. C.
de sac. sanc. eccl. de ingrediente religionem. & Pan. in d. c.
quia nos. de ambobus. Pro quo etiã vide Fede. cõs. lv. quo
modo intelligi potest authẽ. presbyteros. C. de epi. & cle.
Et adde, ꝙ volens intrare religionẽ, testari potest sine legi
timo numero testiũ, & pro parte decedere testatus, & pro
parte intestatus: sicut miles põt, per tex. auth. de mo. §. id
quoq;. iuncta l. j. ff. de test. mi. & facit c. qui vere. xvj. q. j. ta
men legitimã petere poterunt legitimi præteriti vigore
d. authen. si qua mulier. C. de sac. san. eccle. ¶ Quintũ. Ali-
quo autẽ casu posthumus pręteritus rũpit testamẽtũ, sci-
licet in testamẽto matris decedẽtis in puerperio: sed succe
dit cũ alijs fratrib⁹ vel nepotibus æqualiter. Si tñ mater ĩ
stituisset extraneũ, aget de inofficioso testamẽto, & rũpet.
C. de inoff. test. l. si mater. ¶ Sextũ. Si pater filiũ emãcipatũ
instituit, nepotẽ verò ex eo in potestate retentũ præterijt,
conc

concludit Ang. Aret. Insti. de exhære. §. sed hæc quidẽ. ꝙ nihilo minus tenet testamentum, secundùm Barto. in §. & quid si tantũ. ff. de li. & po. Et ratio, qa nõ debet admitti ad rumpẽdum vel dicendũ nullum, qui non admitteretur ab intestato vel testamento rupto, vel nullo penitus cõdito: vt l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoff. testa. cũ tũc nõ videatur fieri iĩuria nepoti, cũ nõ sibi debeatur legitima, quia legitima est tertia pars eius, quod quis esset ab intestato habiturus: dictus autem nepos nihil est ab intestato habiturus propter existẽtiã filij emancipati: vt l. cũ q̃ritur. & in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. Et ita tenet Bal. &
11 Ang. & Imo. in d. §. & quid si tãtum. ¶* Vndecimò q̃ritur, quid iuris de illa clausula, si nõ valet iure testamẽti, valeat iure codicillorũ: & de codicillis? Et dico multa. ¶ Primũ. Si testator dicit, volo ꝙ valeat iure testamẽti & codicillorũ, secũdùm Bart. in l. j. ff. de codicil. licet videatur induci repugnãtia: tamẽ vt res valeat, debet exponi &, id est, vel, per regulã quę ponit, ꝙ quãdo copula ponitur inter duo incõpassibilia, resoluitur in disiunctiuã: vt l. si Titio fundus. de vsufruct. leg. & erit electio hæredis, ꝙ competat iure directo vel fideicõmissi. l. fi. C. eod. Si verò dixit, iure testamẽti, vel saltẽ iure codicillorũ: arbitratur Bar. vbi s. ꝙ nõ possit hæredes eligere: quia illa coniũctio diminutiua, saltem, habet istud importare, vt si primo modo nõ posset valere, tunc veniatur ad secũdum: vt patet ex regula grãmaticali: si nõ potes mihi dare Bysantium, saltem cõmoda denariũ. Si verò dixit, volo valere vel iure codicillorũ: & nõ dixit testamẽti: dicit idẽ, ꝙ hæc dictio vel, quãdo opponitur vni orationi vel dictioni tantùm, sumitur pro saltem, & cõsequenter perinde est ac si dixisset, iure testamẽti vel saltem codicillorum. ¶ Secũdum. Habet autem locũ dicta clausula secũdùm Bar. quando testamentum nõ valet propter defectũ solẽnitatis omissæ, per text. in l. codicillis. ff. de leg. ij. & C. de codicil. l. fi. dummodo solẽnitas sufficiẽs codicillo sit apposita: & sic legata relicta debentur. Inst. de codicil. in princ. & in testamẽto scripta licet directa videatur, tamẽ in casum fideicõmissi cõuertitur. l. Scęuola. ff. ad Treb. Vnde ab intestato veniẽtes accipiẽt hæreditatem, & quasi rogati videãtur, tenentur instituto ꝑ fideicõmissum, ar. l. eã quã frater tuus. C. de fideicõ. Similiter operatur illa clausula, secũdũ Bar. si rumpatur testamentũ: quæ hæreditas nõ est adita per l. eã quam. C. de fideicom. dum tamẽ dicat, si nõ valebit: vel similia verba, quę trahãtur ad futurũ. Similiter operatur si nõ valet testamentũ, propter defectũ hæredis scripti non capacis, secũdùm Bar. in d. l. eã quam. secundùm vnam lecturam. Non operatur verò si testamẽtum non valet propter defectum testamenti, secundũ Bar. quia qui nõ potest testari, nec codicillari potest. l. diuus. ff. eo. Nec similiter, secũdùm eum, si non valet ratione volũtatis imperfectæ: vt quãdo antequam cõpleretur, mortuus est testator: per l. fideicõmissa. ff. de le. iij. & l. ex ea scriptura. ff. de testa. secus si esset imperfecta ratione alicuius solẽnitatis. & sic intellige l. fi. C. eo. Nec generaliter valet, si testamẽtũ patiatur defectũ vel iuris repugnantiã in his quæ sunt de substãtia eius, nisi testetur inter liberos, secũdùm communẽ opinionẽ. ¶ Tertiũ. Operatur autẽ clausula codicillaris duo secũdùm Ang. Are. Insti. de codi. Primò qa ea apposita in testamento secũdo inualido tollitur primũ quo ad legata: vt not. Bar. in l. si iure. ff. de le. iij. Et secũdò repetitionem legatorum à veniẽtibus ab intestato: vt no. glo. & Doct. in l. j. ff. eo. quod verum est quo ad eos q sunt in primo gradu, nõ quo ad alios. Vnde si priores in gradu ab intestato repudiãt hæreditatẽ, & sequens admittatur, non tenetur ad dicta legata: vt est glo. singularis secũdùm Ang. in l. non iustã. C. ad Treb. Operatur & tertiò institutionem fideicõmissariam, vt s. parti. ij. Si autem filius in testamẽto, in quo est talis clausula, sit pręteritus, an operetur vt videatur rogatus. gl. in authen. ex causa. C. de lib. pręt. dicit ꝙ non: sed Bar. in l. j. ff. eod. vt recitat Ange. Are. Instit. de codi. & omnes Doct. in d. authen. ex causa. tenẽt cõtrarium: quia ista sunt paria, relinquere à veniẽtibus ab intestato: & dicere, si nõ valet iure testamẽti, &c. vt no. ĩ l. ex testamẽto. C. de fideicom. & ibi Bal. si testator dixisset legata deberi à venientibus ab intestato, filius præteritus teneretur: vt d. l. si quis. ff. eodem. Et procedunt pręd icta in iam nato: in posthumo autem præterito dicit Bart. in d. l. j. ꝙ si testator cogitauit de posthumo, operaret̃ prædicta clausula: nõ autẽ si nõ cogitauit. Sed Dy. Iac. Bal. & quasi omnes dicunt inspiciẽda verba testamenti. Si enim dicitur, si nõ valet: sunt præsentis temporis, & rupto testamẽto natiuitate posthumi nõ operatur: quia nõ deficit. item quia verum est illo tẽpore voluisse. Si verò dicitur, si nõ valet aut valebit, tũc porrigitur ad testamentũ quod rumpitur natiuitate posthumi. Et hæc est opinio communis: & idẽ esset si diceretur, si nõ valeret: quia exponit̃, si non valebit, secũdùm communiter Legistas. Et similiter si diceretur, si non potest valere, quia trahitur ad futurum, secundùm eosdẽ. Adde quod no. Bar. in auth. vt cũ de appel. cogn. §. siue igitur. ꝙ d. authen. ex causa. de libe. præt. nõ habet locum vbi nemo institutus est hęres. ¶ Quartũ. Ad hoc autem ꝙ relicta in codicillis debeantur, an requirat̃ aditio hęreditatis? Ang. Are. Insti. de codicil. dicit ꝙ quãdo testamentum factũ est, & valet, requiritur quòd ex testamẽto adeatur hæreditas. Quãdo autem non est factum, vel est factum inualidũ, necesse est ꝙ ab intestato hæreditas adeatur: aliàs nõ debẽtur relicta, vt not. Bar. in l. si quis cùm testamẽtum. §. fi. ff. eod. Multa alia dici possent relinquenda Legistis, qa
12 parum ad rem nostram faciunt. ¶* Duodecimò quæritur, quid de reuocatione primi testamenti per secundũ? Et dico multa. ¶ Primum. Vltimum testamẽtum semper valet, secundùm gl. in c. licet. de consti. lib. vj. quæ alle. c. vltima volũtas. xiij. q. ij. ff. de leg. j. l. si mihi. etiam si de primo nõ faciat mẽtionẽ. Fallit in duobus casibus. Primò in testamẽto facto inter liberos. C. eo. authen. hoc inter liberos. q. oportet fieri mentionem de primo, vt ibi. Secũdò cũ ipse testator sibi legẽ indixit: videlicet, si fecero aliud testamẽtũ, nõ valeat, nisi de alio fecero mẽtionẽ: aliter nõ valeret vltimũ. ff. de lega. iij. l. si quis. ¶ Secundũ. Si autem secũdũ sit sub cõditione, si quidẽ sit de præterito vel præsenti, puta, instituo hæredẽ Titium, si Sempronius est, vel fuit consul: tũc si cõditio fuit vel est vera, rũpitur primũ: si verò est futura, si est possibilis, rumpitur primum, etiam si nõ adueniat. similiter si sit impossibilis: habetur pro nõ adiecta & rumpitur primũ: vt in l. cùm in secundo testamẽto. ff. de iniust. rup. test. ¶ Tertium. Per posterius testamẽtum imperfectum, vel aliam vltimam voluntatẽ non solennẽ nõ tollitur primũ: vt Inst. quib. mo. testa. infir. §. ex eo. vbi Ang. infert, ꝙ licet testator coram septem testibus dicat, nõ volo tale testamẽtum meũ valere: nõ tñ tollitur. Et est ratio secundùm Bar. in l. si de iure. ff. de leg. iij. quia ista volũtas non est potens parare viam adeundi hæreditatem de iure ciuili alicui: ideo primum testamentum tollere non pot. vt l. cũ in secundo. ff. de iniu. rupt. te. Infert etiã quòd testamentum nuncupatiuum redactum in scripturam, tolli nõ põt per testatorem coram septem testibus: quod verũ est nisi per decursum decẽnij: quia tũc nuda volũtate tollitur si per

ꝗ per testes idoneos nõ minus tribus, vel inter acta manifestauerit: vt l. sancimus. C. de test. ¶ Quartũ. Nõ est dare remediũ, per quod primũ testamentũ tolli non possit in effectu, secundũ Ang. vbi suprà, siue iuratũ fuerit nõ condere aliã voluntatẽ: siue dicatur, Nolo aliam volũtatẽ valere, nisi sit in ea inserta tota Aue Maria. siue dicatur, Si cõtingat me aliã voluntatẽ condere, ex nunc donatione inter viuos dono dicto hæredi instituto bona mea vel cẽtũ. siue dicatur, Si cõtingat me aliud testamẽtũ facere ex nunc prout ex tũc, dico & declaro nõ esse meæ volũtatis cõdẽdi testamẽtũ. qui modus est salubrior qui fieri possit, secundũ Cy. & Doct. in l. sancimus. C. de testa. qa semper poterit reuocari primũ, dũmodo quãdo habet clausulã derogatoriã, fiat mentio de ea in specie, licet non in indiuiduo: puta dicẽdo, quãuis in primo sit clausula derogatoria, ꝙ aliud testamẽtũ facere nõ valeat: & similia. vide etiã s. Exẽptio. §. xj. & Pactum. §. ij.
13 ¶* Decimotertiò quæritur, quomodo debeamus interpretari testamẽtũ & vltimas volũtates? Et dico ꝙ dominus Bap. Fliscus ĩ quodã suo opusc. sic dicit: Quantũ ad interpretationẽ vltimarũ voluntatũ. ¶ Prima cõclusio. Quando sermo testatoris est ambiguus, in primis ad intentionẽ recurrendũ est, in l. in ambiguis. la ij. ff. de reg. iur. ¶ Secũda. Licet significatio verborũ vnũ significet: si volũtas testatoris aliud sensit, nõ debetur quod expressum est, nec quod sensit: qa nõ fuit expressum. l. si qs in fundi vocabulo. ff. de lega. j. Labeo. ff. de supe. leg. ¶ Tertia. Quãdo nõ cõstat de mente, stãdum est verbis. l. nõ aliter. ff. de leg. iij. & in l. si alij. de vsufr. leg. ¶ Quarta. Quãdo cõstat de mente expressa ad minus per verba impropria, tũc debet mẽs attẽdi. tex. est cũ glo. in l. & puto. §. j. ff. famil. ercis. quam allegat Bal. in l. cũ verũ. C. de fideicõ. ¶ Quinta. Quando de mente nõ cõstat per verba, sed sequitur mens ad aliud dispositũ expressum, tũc habetur pro expressa. text. est in l. iã hoc iure. ff. de vulg. & pup. & in l. tale pactũ. in fi. ff. de pact. quas ita alleg Bal. in l. j. in fi. C. de his q ante aper. ta. ¶ Sexta. Quãdo cõstat de mẽte ex dispositione erronea & tolerabili, stat̃ mẽti: siue fuerit erro facti, siue iuris. Primũ probat̃ in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth. & in l. fi. C. de posth. hæred. insti. cũ vtrobiq; no. Secũdũ ꝓbatur in l. fructus prędiorum. & ibi Bar. ff. de vsufr. leg. ¶ Septima. Qñ nõ ꝓbatur ꝑ verba, sed aliter, etiã per præsumptionẽ ita fuisse dispositũ: illud attẽditur, ꝑ illud quod habetur in l. quoties. §. j. ff. de hęre. instit. & l. cũ ꝓponebatur. ff. de leg. iij. secũdũ vnã lecturã. ¶ Octaua. Quãdo ex casu supuenięte colligit̃ præsumptio, ꝙ si testator cogitasset, ita disposuisset: talis mẽs debet attẽdi. Probat text. in l. tale pactũ. in fi. & tex. cũ gl. in l. cũ acutissimi. C. de fideicõmissis. & in l. generaliter. §. cũ autẽ. C. de insti. & subst. sub cõdi. ¶ Nona. Quando verba sunt clara, licet probaretur aliã fuisse mentẽ, quæ tñ nullo modo colligitur ex eius dispositione, talis mẽs nihil operatur, sed probata operatur irritationẽ. probatur in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. & ꝑ gl. in lege, Labeo. ff. de suppel. leg. in verbo, ex cõi vsu. ¶ Decima. Quãdo dispositio exprimit̃ per verba inepta vitiãtia dispositionẽ, attẽditur mẽs declarata à præcedẽti protestatione. gl. cõiter approbata in l. iiij. de leg. j. ¶ Vndecima. Qñ voluntas est expressa per verba obscura, tũc pro interpretatione recurrit̃ ad iudicẽ: vt in l. cũ in testamẽto. ff. de re. dub. & ĩ l. volũtas. C. de fideic. qđ iudex declarabit ex cõiecturis, q̃ habẽtur in l. si seruus pluriũ. in fi. ff. de leg. j. & si essẽt ita obscura ꝙ nõ possent declarari, legatũ & dispositio nõ valeret. l. duo sũt Titij. ff. de test.

RVRSVS DE TESTAMENTO secundò, quantum ad exequutionem.

1 *Exequutores testamenti qui & quot institui possint.*
2 *Religiosus quando sit exequutor testamenti.*
3 *Exequutor nominatus an compellatur.*
4 *Exequutoris officium an transeat ad hæredem vel prælatum successorem.*
5 *Exequutoris testamenti quæ sit authoritas.*
6 *Exequutor quando exequi teneatur, ubi, & quid. nu. 7.*
8 *Exequutio testamenti quando deuoluatur ad episcopum.*
9 *Eleemosynarum dilatio an præiudicet animæ testatoris.*
10 *Pœna quæ sit hæredis uel exequutoris negligentis implere uoluntatem defuncti.*
11 *Pœna apposita à testatore an possit exigi.*
12 *Expensis hæredis an legatarij fiat exequutio.*

TESTAMENTVM rursus secũdò considerari põt quãtũ ad exequutionẽ & exequutores: q aliqñ dicũtur cõmissarij: aliquando fideicõmissarij: interdũ diuisores, interdũ distributores: interdũ gladiatores: vt not. Spe. & interdũ exequutores, nõ simpliciter, vt dicit Gof. sed vltimarũ voluntatũ: quia propriè exequutores sunt, qui sentẽtiam exequuntur. C. de exe. rei iud. l. fi. ¶ Primò 1 ergo quæritur, quot, & qui institui possint exequutores testamẽti? Et dico multa. ¶ Primũ. Secundũ Arch. non refert an exequutores sint plures vel vnus solus: & dari possunt in numero pari: sicut & ꝓcuratores & cõpromissarij ad eligendũ: est tñ consiliũ ꝙ tali cõmittantur in numero impari: vt de arbi. c. j. ¶ Secũdũ. Siue testator sit clericus siue laicus, deputare põt exequutores testamẽti laicos & clericos & religiosos: vt not. ĩ c. religiosus. de test. lib. vj. & per Doct. in c. tua nobis. & ibi Pan. in c. Ioannes. de test. etiã si sit minor xxv. anno. secũdũ gl. in d. c. religiosus. & hoc de cõsuetudine. & sequitur Alb. in l. nulli licere. C. de epis. & cle. modò sit adultus, etiã in spectãtibus ad nõ pias causas, secũdũ aliquos, vt refert Arch. qđ approbat cõsuetudo. & facit c. ij. de test. & tolerari põt secundũ Arch. modò ꝑ hoc nõ abstrahantur à seruitio diuinorũ. Et licet clerici curas seculariũ actuũ vel negotiorũ suscipere nõ debeãt. xj. q. j. te quidẽ. nec esse ministri laicorũ: hoc tñ est speciale in exequutione ad pias causas. de testa. c. ij. lib. vj. imò & ad nõ pias modo pędicto. Sed tamẽ quo ad religiosũ limita primò si à suis superioribus, scilicet immediatis, licẽtiã obtineat: vt d. c. religiosus. Limita secũdò, nisi sit frater minor, cui hoc prohibetur in cle. exiui. de ver. signifi. §. proinde vir sanctus. licet possit cõsulere quomodo exequutio fiat. de quo dic vt §. sequẽti. ¶ Tertiũ. Fœmina etiã deputari potest, secundũ gl. Ioan. And. in d. c. religiosus. secũdũ cõsuetudinẽ, quæ est optima legũ interpres. & idẽ Bald. & placet: licet Pan. in d. c. tua nobis. dicat aliàs fuisse cõsultũ ꝙ nõ potest: quia mulier nõ cõparet vt procuratrix, sed intẽtat actionẽ nomine ꝓprio: de quo ꝑ eundẽ Bald. in d. l. quod paupibus. & in l. si quis ad declinãdã. C. de epis. & cler. & sic nõ obest lex, neq; sciẽtia. ff. de ꝓcurat. & l. alienã. C. & l. ij. de reg. iur. & iij. q. vij. §. tria. qa vt dixi, nõ vt procuratrix cõparet. ¶ Quartũ. Possunt aũt deputari pędicti mistim, scilicet secularis vel religiosus aut clericus simul, secũdũ Ioã. And. in d. c. Ioannes. Non obst. ꝙ in eodẽ officio dispar professio esse nõ debeat. xvj. q. vij. c. in noua. qa verũ est vbi inter gerẽtes est vnio respectu eiusdẽ collegij vel corporis. vbi verò ad aliqd agẽdũ admittimus diuersa capita, nõ vt collegiũ vel corpus vnitũ, non refert an illi eiusdẽ aut diuersæ professionis sint, modò vtraque professio

per se sit habilis ad id agendũ. ¶Quintum. Non autem admittit̃ seruus, nec mutus, nec surdus, nec prodigus, nec furiosus, nec pupillus: licet aliqui contrariũ tenuerint de
2 seruo & pupillo, vt ibi suprà no. Alberic. ¶Secũdò quæritur specialiter, qd iura velint de religioso exequutore? Et dico multa præter dicta §. priore. ¶Primum. Prior aut guardianus, qui suis subditis hãc licẽtiã dare potest, à suis superioribus nõ tenetur ipse eã petere, si instituatur exequutor: vt de abbate exeunte ad studia literarũ in simili dictũ est ſ. Excõicatio. ix. §. xxv. Et sic etiã sine licẽtia superiorũ possunt esse arbitratores: & tenẽt gesta per eos. ¶Secũdũ. Prælatus qui religioso dedit licentiã acceptandi exequutionẽ, potest eam reuocare, etiã re nõ integra, secundũ gl. in cle. vnica. de testa. cũ religiosus nõ habeat velle nec nolle: licet male faceret hoc faciẽdo sine causa, secundũ Io. And. exequutio fiet per collegam: aut si alius nõ est deputat⁹ per episcopũ. ¶Tertiũ. Si religiosus sine licẽtia superioris exequatur, valẽt gesta per eum, secũdũ Fede. dũmodo superior nõ contradicat, licet nõ consentiat. qd̃ & Bar. in l. vniuersos. C. de decu. lib. x. tenere videt̃. & idẽ Lud. de Ro. in suis singularibus. & do. Ant. de hoc faciens magnũ festũ. Sed cõmuniter in c. ij. de testa. lib. vj. tenẽt ꝙ non petita & obtenta licẽtia, exequutio sit ipso iure nulla: qa negatiua præcedẽs verbũ, põt, vt ibi, reddit actũ de iure impossibilẽ, & necessitatẽ importat: vt vult gl. in regula, nemo põt. in vj. Nec sufficit licẽtia tacita, secũdũ gl. in cle. j. de testa. Sed istã gl. non approbo: quia nulla ad hoc ratio adduci põt ꝓbabilis, nisi qa tex. dicit, petita, & obtẽta. Ad quod dico, ꝙ obtinet̃ & explicitè & tacitè: & similiter etiã petitur. Primã autẽ opinionẽ dico verã, si petatur & obtineatur tacitè: & secũdã vbi nec sic nec sic. ¶Quartũ. Religiosus etiã exẽptus deputatus exequutor, si exequẽdo delinquat, puniri põt ab ordinario. d. cle. vnica. vbi etiã imponitur illi vt rationẽ de exequutione reddat ordinario: & ordinario vt eam exigat. qd̃ Rich. in iiij. dist. xlv. limitat in religioso habẽte exemptionẽ cõmunẽ, & tamẽ potente cõueniri ratione contractus vel delicti seu rei: vt in c. j. de priuil. lib. vj. Secus in eo, q etiã ex prædictis cõueniri nõ põt: quia ab ordinario talis puniri nõ potest. ¶Quintũ. Religiosus exequutor erogare põt suo monasterio, etiã si sit solus exequutor, secũdũ Pau. qa distinctio personarũ, quæ debet esse inter dantẽ & recipiẽtẽ, de iure patron. ꝑ nostras. ibi est euidẽs. de testi. insuꝑ. & idẽ dic de cõsanguineo cessante fraude: sibi autẽ nõ potest, nisi esset in summa necessitate: qa tũc etiã liceret ei capere aliena. secus si nõ sit solus, sed cũ alijs: qa põt. ¶Sextũ. Si testator voluit omnia distribui de volũtate aut cõsilio religiosi, secundũ Zaba. & Pau. primo casu est quasi exequutor: & idẽ dicẽdũ de exequutore. secũdo autẽ casu secus, nisi hæres vel cõmissarius cõsiliũ eius seq teneatur ex mãdato testatoris. Hęc ex illis. quod nota: qa vbi cõsiliũ est, sine quo non, talis est exequutor. Vbi nota ꝙ si dixerit testator ꝙ exequutor exequatur cũ cõsilio talis: tenet̃ petere, sed nõ sequi cõsiliũ. Si verò dicit, secundũ cõsilium talis: tenetur illud sequi, secũdũ Albericũ in l. nulli. C. de epis. & cler. Vide etiã suprà Consilium. §. iiij. ¶Septimum. Fratribus minoribus huiusmodi exequutio interdicitur, vt dictum est, in cle. exiui. de verb. signific. hac ratione: quia pro nulla re temporali possunt in iudicio experiri: hæc autem sæpius absq; litigio & cõtradictione vel administratione pecuniæ nequeũt expediri. hæc ibi. Verũtamẽ, vt ibi subditur, in his dare cõsiliũ, ipsorũ statui non obsistit, cùm ex hoc ipsis circa bona tẽporalia nulla iurisdictio, actio in iudicio, siue dispẽsatio tribuatur. Hæc ibi: quæ nõ intelliguntur de cõsilio sine quo nõ, siue necessario: quia tale facit exequutorẽ: vt parti. priore. sed de volũtario. Igitur dicit Bart. in trac. Mino. & sequit̃ Sum. Angel. & Ros. ꝙ frater minor põt esse exequutor, qñ distributio debet fieri in ipsos fratres vel moniales sanctæ Claræ, subiectas eorum curæ, hærede spõte soluẽte: qa fiet administratio pecuniæ per hæredes vel exequutores alios, & ipse frater arbitrabitur. Et cessant rationes dictæ cle. Sed hoc nõ bene dicitur: quia licet ista aliqñ sine litigio expediatur, tamẽ vniuersaliter isti prohibẽtur: & cõsequenter in casu, in quo cessat ratio legis, fieri nõ põt sine licẽtia legislatoris, nisi in necessitate, q̃ hîc nulla est, vt patet ſ. Interpretatio. §. j. nõ cessat etiã ratio legis hîc, cũ oriatur inde iurisdictio & actio. Dicit etiã Sum. Ang. ꝙ fratri minori circa hæc licitũ est esse cõsultorẽ. & itelligit de cõsilio sine quo nõ: quod tamẽ iam falsum patet ex dictis. & cõtrarium tenet Gemi. in c. fi. de test. lib. vj. & Pet. de Anch. & Zaba. & Bal. & Cy. in auth. ingressi. C. de sac. sanc. eccl. & latè Barba. in c. tua nobis. de test. in suo cõsil. xij. Et ratio est: quia per istã declarationẽ frater minor esset exequutor in effectu: licet indirectè ꝑ aliũ: & sic fieret fraus legi: maximè qa licet hîc cesset aliqua ratio illius prohibitionis, nõ tamẽ omnis: quia stat dispensatio circa tẽporalia, quæ saluatur in solo cõsultore siue electore pauperũ, quibus fiet distributio: cũ etiã consiliũ dans dicatur agẽs: vt patet v. Metaph. ¶Octauũ. Is autẽ cui ex testamẽto est iniunctũ vt distribuat secundũ consiliũ fratrũ minorũ, secundũ Bar. vbi ſ. eo casu quo illi nõ possunt esse exequutores, de vrbanitate debet eorũ cõsiliũ requiri. vbi verò esse possunt, reqri debet etiã de necessitate. Sed qa nullo modo pos-
3 sunt esse, nullo modo necessariò requiritur. ¶*Tertiò quæritur, vtrũ deputatus exequutor cõpelli possit acceptare vel exequi, & per quẽ? Et dico multa. ¶Primũ. Secũdũ Pan. in d. c. Ioãnes. de testa. deputatus exequutor nõ tenet̃ acceptare, nisi tacitè vel expressè acceptasset: qa renũtiare non posset. Et dicitur tacitè acceptare, qñ aliqd facit pertinẽs ad hoc: & si sciẽter recepit literas, qb⁹ sibi officiũ deferebatur. arg. l. j. ff. de proc. aut si ipse cõsẽsit, qñ testator eũ ad illud officiũ deputabat. ad quod l. vxoris. §. j. ff. ad l. Cor. de fal. & facit l. ex sentẽtia. de testa. tut. nõ tamẽ sufficit si præsens fuit & tacuit. ff. de arbi. l. Põponius. Posset tamẽ episcop⁹ in legatis ad pias causas citra acceptationẽ cõpellere, & si nõ vt exequutorẽ, saltẽ vt delegatũ: sicut in qualibet alia delegatiõe: vt C. qui pro sua iurisd. l. vnica. & c. pastoralis. de offi. deleg. ¶Secundũ. Sicut tñ summat Io. And. in d. c. Ioãnes. exequutor fideicommissarius, q suscepit officiũ, illud exequi cõpellitur: licet post susceptũ officiũ, & nõ añ, si nõ vult officiũ suscipere, ꝓcipuè si nihil fuit sibi relictũ: vel si relictũ nõ agnouit: & intelligit̃ de dimisso per testatorẽ. secus de datiuo & legitimo, de quo Spe. eo. tit. ¶Tertiũ. Nõ solũ diœcesanus, de quo ibi dicit̃: sed etiã habẽs iurisdictionẽ episcopalẽ vł quasi, põt exequutorẽ cõpellere: in qua etiã iurisdictiõe cõpellẽdi succedit capitulũ, mortuo episcopo. de maio. & obed. is qui. nõ aũt eo infirmo vel absente: cũ his casibus iurisdictio nõ transeat in capitulũ. ¶Quartũ. Modus aũt cogẽdi est ꝑ subtractionẽ emolumẽti relicti sibi à testatore aliàs nõ relicturo, vel ꝑ censurã ecclesiasticam, vel per pœnã arbitrariã, de quo ĩ Spec. nisi ex causa emergẽti exequutor petat exonerari. ff. de ꝓcur. l. si pro... datũ. Igitur officiũ hoc & procuratoris & arbitri secundum Bonagui. cõueniũt in esse à principio voluntariũ, sed ex post facto necessariũ. Addebat & casum de exequutione voti paterni: vt de vot. licet. Et per hoc arguit̃ ꝙ nõ solũ arbiter, sed etiã arbitrator cogi põt sententiã dicere. de quo in Spe. de arbi. §. fi. ¶Quintũ. Diœcesanus autem, per quem secũdũ d. c. Ioannes. debet fieri exequutio siue cõpulsio, quãtũ ad exequutionẽ legitimã quam habet episcopus originis testatoris: & si alibi habet domiciliũ, vterq; põt exequi, secũdũ aliquos: vel melius episcop⁹ domicilij, nisi in loco originis essent facultates. Quãtũ verò ad cõpulsionẽ exequutoris, episcopus exequutoris cõpellet: si tamẽ officiũ exequẽdi suscepit in domicilio testõris, episcopus ipsius domicilij rõne illius quasi contractus eũ cõpellet, si inueniet eũ ibi: aliàs seruabitur c. Romana. de foro cõpe. Vel dico ꝙ ex quo est absens, exequet̃ collega: quẽ si nõ habet, nec aliter testator ꝓuidit, exequetur episcop⁹ testatoris: vt de testi. c. ij. li. vj. nec instabim⁹ cõpulsioni absẽntis. ¶Sextũ. Exequutores deputati ꝑ testatorẽ ad distribuẽdũ incerta, ꝑ aliũ exequi nõ possunt, secũdũ Gemi. sed per se debẽt implere. ad qd̃ c. tua. de testa. & idem Oldra. quod verũ intelligit, nisi certa erogatio certæ rei & certo loco faciẽda cõmissa esset: qa tunc fortè posset alij cõmitti. ad qd̃ de offi. deleg. is cui. li. vj.
4 Et idẽ Io. And. ¶Quartò quærit̃, *vtrũ officiũ exequutoris trãseat ad hæredẽ vel successorẽ prælatũ? Et quãtũ ad hæredẽ dicit gl. in d. c. religiosus. ꝙ nõ, nisi testator exꝑssẽrit. & hoc tene per illũ tex. licet aliq teneãt cõtrarium: per l. cùm vnus. & l. à filio. & l. alimenta. ff. de ali. & ci. leg. quod quidã limitant verũ, re nõ integra: vt de elec. in causis. & l. mandatũ. C. de mãda. Quãtũ verò ad successorẽ dicit Zaba. in cle. j. de test. ꝙ succedit successor si exequutor erat datus sub nomine dignitatis, nõ si ratione personæ. quod secũdũ Mat. sic cognoscetur: qa si est deputat⁹ ante dignitatẽ, datus est ratione ꝑsonæ: similiter si post dignitatẽ, sed est adiectum nomẽ propriũ & appellatiuũ: si verò adiectũ est nomẽ appellatiuũ tantũ, pręsumitur datus ratiõe officij, & succedit successor. Hęc tñ distinctio, secũdũ glo. Io. And. in c. ij. de testa. lib. vj. procedit in extraneo: sed in propinquo videtur ꝙ licet nomẽ non fuerit expressum, cùm affectione hoc factũ fuerit, nõ transibit ad successorẽ. Distinctio tamen Mat. facit ad multa.
5 ¶Quintò quęrit̃, *qd iuris de authoritate exequutoris testamẽti? Et dico multa. ¶Primũ. Cũ simpliciter deputãtur duo exequutores: vno mortuo vel nolẽte exeq alius posset exequi, nisi testator aliud expresserit: vt est text. in d. c. religiosus. & similiter si vnus est ĩ remotis, vt ibi. imò secũdũ gl. ibi, nõ est necesse ꝙ vocet̃, sicut & in electione: vt in c. qa propter. & in c. cũ inter vniuersas. de elect. & idẽ secũdũ Io. Cal. si instituit quatuor aut plures, & mortui sunt duo vel maior pars: qa ad minorẽ partẽ spectat exequutio, per rõnẽ dicti tex. Si verò nõ multũ distaret, esset vocãdus: sed si in termino statuto nõ veniret, ꝓcedẽt cęteri. Si etiã sint instituti nõ simpliciter, sed cũ aliqua limitatione, puta ꝙ vnus sine alio nõ possit, & hmõi: seruãdũ est qd testator ordinauit: vt in d. c. religiosus. ¶Secundũ. An verò agere possit exequutor contra hęredẽ: oẽs dicũt ꝙ sic in relictis ad pias causas. C. de epis. & cle. l. si qs. & similiter in alijs, si est minister & particeps relicti: puta qa testator Falcidiã vel aliã quotã ad eũ ꝑtinere voluit: secũdũ oẽs agit. ff. de leg. ij. l. si qs Titio. Si verò sit minister tantùm, nõ agit, secũdũ Inn. sed Host. dicit ꝙ de iure canonico agit cõtra oẽs in spectãtibus ad vltimę voluntatis exequutionẽ: & eis negligẽtib⁹ agit diœcesanus. de

testa. tua. & c. si hæredes. Primã tamẽ distinctionem tenet Spe. & vt videt̃ Pan. in c. Ioãnes. de testa. vbi dicit ꝙ purus exequutor nec canonico nec ciuili iure habet actionẽ cõtra heredẽ: sed põt implorare officiũ iudicis cõtra detinẽtes bona defuncti, secũdũ Dy. in l. Luci⁹. §. Męuia. ff. ad Treb. & Bar. in l. si qs Titio. ff. de leg. ij. qd̃ gl. in d. §. Męuia. limitat verũ, nisi in legatis ad pias causas. allegat l. nulli. C. de epis. & cle. & idẽ gl. in d. l. si qs Titio. Si verò nõ est purus exequutor, sed legatarius: sicut qñ verba dispositionis cõferunt̃ in eũ tacitè vel expressè: sicut relinquo cẽtũ Titio, & volo ꝙ ea restituat Męuio: tunc agere põt cõtra detinẽtẽ bona tãquã legatari⁹. Et idẽ vbi tacitè cõfert̃ in eũ dispositio: puta qa est particeps illius relicti, secũdũ gl. in d. §. Mæuia. & in d. l. si qs Titio. ¶Tertium. Pro exequutione aũt vltimę volũtatis bona defuncti vendere põt exequutor, si est vniuersalis, secũdũ Pan. in d. c. Ioãnes. puta quia omnia sunt distribuẽda pauperib⁹. l. si qs ad declinãdã. C. de epis. & cle. Si verò est particularis, nõ põt, nisi testator exꝑssè cõcesserit, vt in l. alio herede. ff. de ali. & cib. lega. sicut hodie cõiter dat̃ libera vendendi authoritas. quod quid importet, vide Bar. in d. l. alio.
6 ¶Sextò quæritur, *qñ exequutor exequi teneat̃? Et dicit Pan. in c. nos quidẽ. de testa. ꝙ si testator ꝓuidit sibi de tẽpore, hoc seruabit̃: hoc notato ꝙ licet testator mãdet aliquid fieri intra certũ tp̃s cõputãdũ à die mortis suę, intelligit̃ vt suppletur, & sciẽtiæ & aditæ hereditatis: vt ꝓbat tex. in l. statu liberos. §. si qs heredi. ff. de statu li. & facit tex. iũcta gl. in l. fi. §. si aũt dubius. C. de iu. deli. Si verò de tẽpore nõ prouidit, dicit Pan. in c. si hęredes. de testa. ꝙ si res legata est in patrimonio testatoris, põt solui sine mora: quia dominiũ ilico adita hereditate trãsit in legatariũ: vt in l. si tibi homo. §. cũ seruus. & quod ibi no. ff. de leg. j. & in l. cũ res ibidẽ. vbi dicit̃, ꝙ si nõ soluat, sine mora hęredes cõdẽnantur ad pręstandũ vsurã & omnẽ vtilitatẽ. & idẽ si esset pecunia legata: vt in l. si domus. §. in pecunia. ff. de leg. j. vbi dicitur ꝙ ad solutionẽ tẽp⁹ modicũ dandũ est: quod breue tẽpus gl. ibi dicit esse decẽ dies à præcepto iudicis: vel saltẽ arbitrariũ, pẽsata quãtitate. & qualitate hereditatis: & si nõ habet, debet reperire vndecũq; l. si pecunia. ff. de leg. ij. Et hoc tene quo ad obligationem. Quantũ verò ad pœnã. s. vt cogantur soluere cũ omni emolumẽto & interesse: dicit ꝙ in legatis ad pias causas est tp̃s sex mẽsiũ: vt in authen. de eccle. ti. §. si aũt legatũ. Et idẽ dicerẽ in legatis ad nõ pias causas: per argu. à maiori in d. §. si aũt legatũ. & hoc à die insinuationis siue publicationis testamẽti. Quòd si per annũ à die monitionis per iudicẽ sibi factę nõ implet quęcũq; relicta, priuatur tota hereditate, & veniet ad substitutos: vel si nõ sunt, veniet ordine seruato cohęredibus adeuntibus vel grãdi fideicõmissario, & cęteris, secũdũ quod habetur in auth. hoc ampli⁹. C. de fideicõmissis. licet posset iudex cogere, etiã ante præfatum tẽpus exequutores vel hæredes alio
7 remedio. ¶Septimò quæritur, *qd, vel vbi exequutor distribuere teneatur? Et dico multa. ¶Primũ. Vtrũ exequutor distribuere possit in filios aut cõsanguineos ꝓprios: vide ſ. Eleemosyna. §. ij. particu. iiij. Vtrũ verò religiosus hoc possit in se vel in suum monasterium: vide ſ. eod. §. ij. particu. v. ¶Secundũ. Exequutor nihil erogare potest in spurium defuncti, secundùm Zabarel. & Matthes. quia nec per se, nec alio mediãte capere potest. ff. de vulga. & pupil. l. si pater. quod Matt. dicit verũ, etiã si datũ sit exequutori arbitrium disponẽdi, quia debet intelligi sibi datum prout à iure, & nõ cõtra ius. Quod quidẽ intelligi

pōt de rigore iuris ciuilis,ſed nō canonici:vt in c.cū haberet.de eo q dux.in matr. ¶Tertiū.Si teſtator dedit exequtori aliq̄d diſtribuēdū,vbi ei videbit & placuerit:tenetur illud diſtribuere in pios vſus, etſi aliud nō apparet de mēte teſtatoris.ar.c.cū tibi.de teſta.Sed qa verbū,videbit:& verbū,placuerit,refert ad arbitriū boni viri.ff.de fideicō.leg.l.Thais. §.ſorore ſua.& l.fideicōmiſſa libertas.la ij.bonus aūt vir arbitrabit magis diſpēſandū ꝓ ſalute animę quàm aliter.de fo.cōpe.cōqueſt⁹.qđ maximè fit ſi pauperib⁹ det.l.id qđ pauperib⁹.& l.nulli.C.de epiſco.& cle.dabit eis:aliter epiſcop⁹ reuocare pōt exequtionē.Pet.tū de Per.tract.de ca.por.dicit medietatē dādā pijs locis,& medietatē pauperib⁹,nihil tū allegās.& eſt ſatis ęquū.¶Quartū.Si teſtator reliquit cētū ꝓ male ablatis,& illa nō ſunt tot,reſiduū dabit pauperib⁹,ſi ſimpliciter diſpoſuit:ſi verò ꝓhibuit in aliū vſum cōuerti,erit he
3 redis.Vide Pan.in d.c.tua nobis. ¶Octauò q̄rit,*qualiter exequtio teſtamēti ad epiſcopū deuoluat?Et dico multa.¶Primū.Secundū Pan.in c.nos quidē.de teſta.exequtore nō exequēte,ſi præceſſit duplex monitio poſt negligētiā debētis exequi,ſtatim in legatis ad pias cauſas deuoluit exequtio ad epiſcopū:nec requiritur aliud tempus,vt videt innuere tex.in auth.de eccl.ti. §.ſi aūt q hoc iuſſi ſunt.& ſic intelligerē not.per Bar.in auth.hoc amplius.C.de fideic.Si verò ſola vnica monitio præceſſit,expectabitur annus à die monitionis,antequā deuoluat ad epiſcopū:ſed hodie cōiter epiſcopi habēt ſtatuta vt tēp⁹ currat à die mortis,admonēdo gñaliter quoſcūq;:&ſi ſic, deuoluit poſt annū intelligēdo à die mortis.qđ qdē limitatur ex doctrina Pan.in d.c.nos qdē.à die mortis,ſupplēdo & ſciētię & aditę hęreditatis.Limitat etiā ex doctrina Richar.ſi habet bona in prōptu,de qbus poſsit intra annū implere legata.Sed vtrāq; limitationē Pan.in c.qa diuerſitatē.de cōce.prēb.ūpugnat dicēs,No.ſcilicet ex text. ibi,ꝙ tēpus prefixū in odiū negligētiū,nō currit impedimēto iuris:exēplū ibi,ſuſpēſiōe,vel facti.exēplū 9
ibi,tēpore quo ſtetit in curia poſt abſolutionē.& hoc bñ notabis.Sec⁹ dic,qñ tēpus eſſet prefixū nō in odiū negligētię,ſed in fauorē alterius,qa iſtud currit etiā ignoranti. Pro quo eſt bonus tex.in l.graue.ff.de his q no.infa.vbi tēp⁹ anni currit etiā mulieri ignoranti mortē mariti.& vide gl.no.in c.ſtatutū.de prēb.li.vj.& no.dictū Spe.in tit. de inſtru.edi.ſingulare & quotidianū.ſ.ꝙ ſi exequtor teſtamēti nō potuit exeq intra annū,nihilominus deuolui tur poteſtas ad epiſcopū:ar.in l.nulli.C.de epiſ.& cler.& in c.nos qdē.de teſta.nec reddit rōnē.Sed tu redde per prędicta:qa illud tēp⁹ nō fuit prefixū in odiū exequtoris,ſed poti⁹ in fauorē defuncti,ne diu ei⁹ volūtas differat.Deinde aūt refert ſe ad no.per eū in repe.c.cū oēs.de teſta.vbi prefert dictas limitatiōes huic dicto:qa hoc tēpus ſtatutū eſt in odiū negligentis exequtoris,& fauorē alterius.Et hoc ſequit Sū.Ang.& Ro.ſed primū mihi placet magis.Sum.tamē Ro,quę in diuerſis §.tenet vtrūq;,ſibi eſt incōpaſsibilis.¶Secūdū.Si autē quis relinqt centū pauperibus declarādis ꝙ Semproniū,elapſo anno declaratiōe nō facta nō pōt epiſcopus eligere paupes vigore ſtatuti:de quo in priore part.ſecūdū Bar.ī l.cū qdā ita.ff. de leg.ij.&Pan.ī d.c.nos qdē.qa ſtatutū loquit de exequtore:& in eo haberet locū,& nō poſſet ſe amplius intromittere.ar.c.literas.de ſupp.neg.prela.Habēs aūt declarare,nō eſt exequtor:ſicut dicimus differētiā inter iudicē q declarat,& exequtorē.C.de exe.rei iu.l.exequtorē.Et ita tenet Sū.Ang.quā ſequitur Roſ.ex hoc inferēs ꝙ fra-

ter minor pōt ēe declarator,etſi nō exequutor.Sed ego dico ꝙ iſte etſi non ſit exequutor totalis,eſt tñ partialis:qa cōſiliū dās eſt cā effectiua,qñ cōſiliū eſt ſine quo nō, nec eſt rō quare ad iſtū nō extēdatur ſtatutū,cū in eo habet locū ratio expreſſa eius,quæ eſt ne animæ patiantur. ¶Tertiū.Prędictā aūt deuolutionē habere locū in legatis ad pias cauſas nō eſt dubiū,ſecūdū Pan.in c.ſi hęredes. de teſt.in alijs aūt eſt diuerſitas inter doc.quā ipſe declarat.& Arch.iij.parte.ti.x.c.iij.Ipſe tñ Pan.in dicta repetitione tenet indiſtincte ꝙ epiſcopus pōt ſe intromittere de iſtis:ſiue ꝓcedat ex officio,ſiue actione intēta per legatarios.Ex quo infert ꝙ exequutio vltimæ volūtatis in ad nō pias cauſas,ad epiſcopū lapſo anno deuoluit,vide vbi ſ.¶Quartū.Si teſtator expreſſe ꝓhibuit ne epiſcop⁹ ſe impediat:dicit Pan.in d.c.tua nobis.de teſta.ꝙ quo ad cōpulſionē executorū nō valet:qa ſicut ſi ipſe viueret,nō poſſet ſe eximere à foro epiſcopi:ita nec ſubtrahere potuit exequutores:vt patet in d.c.tua nobis.Quātū verò ad deuolutionē exequutionis,dicit idē ibidē ꝙ ſi teſtator ꝓhibuidit de alio exequutore ī caſu negligētię primi,ille exequi,nō epiſcopus:ar.in l.nulli.& in l.ſi quis ad declinā.C.de epiſ.& cle.ſi autē ſolū ꝓhibuit epiſcopo exequi nō ꝓuiſo ſibi de alio exequutore:tūc in legatis ad pias cauſas nihilominus exequetur epiſcopus.tex.eſt bonus in authē.de eccl.ti.§.ſi quis aūt pro redęptione.cū duob⁹ ſeq.& in d.c.tua nobis.in alijs aūt nō.¶Quintū.Si teſtator ꝓhibuit rōnē reddi ordinario ab exequutore:Pau.vt refert Zaba.in cle.j.de teſta.dicit ꝙ ſi exequutor ex inde bita adminiſtratione deliquit,nō valeret *remiſsio: quia* nō eſt veriſimile teſtatorē poſuiſſe illā *clauſulā in eluſio* nē ſuæ volūtatis & pōtificalis officij:nec etiā poſſet teſtator impedire officiū ordinari,iſto caſu:vt d.de.j.& c.nos qdē.eo.ti.aliàs verò ſi ex diſtributiōe vel detētiōe delictū nō cōmittit,nec offendit teſtatoris volūtas,q vtrūq; poſsuit in volūtate executoris,valeret remiſsio.¶Nonò q̄ri tur,*vtrū dilatio exequutionis eleemoſynarū prēiudicet animę teſtatoris?Et dicit S.Th.in quolib.vj.ar.xiij.ꝙ nō quātū ad meritū,maximè ſi quantū in eo fuit cauſam attribuit,vt eius eleemoſynę citò darētur:qa meritū principaliter ex volūtate & intētione depēdet:ſed quātū ad effectū eleemoſynæ patit detrimētū,nō quidē vt puniat ꝓ hmōi tarditatē,ſed qa nō adhibetur remediū expiatiōs pœnæ,cū nō ſit ſuffragiū vnde ſubleuaretur.Similiter nō patitur detrimētū,ſi differat reſtitutio,quā fieri mandauit:licet tardè,id eſt,in morte,ſi fecit qđ potuit.Hec et lo.¶Ex qbus patet primò,ꝙ negligētia ſeu remiſſa volūtas teſtatoris diſponēdo nocet ei quo ad meritū:& negligētia exequtoris circa ſuffragia nocet ei:qa nō liberat à pœna purgatorij ita citò:nō aūt negligētia exequtoris circa reſtitutionē:qa ſcilicet illa nō ordinat ad exdā pœnā:vnde nec eſt pars ſatisfactionis,vt ſ.dictū ideo cōtra S.Th.& veritatē tenet Sum.Ang.ꝙ anima intrat cœlū niſi reſtitutione facta.¶Patet ſecundò ꝙ non debet exequutor multū tardare vt rebus defuncti melius venditis maiorē eleemoſynā faciat:niſi illud augmentum eleemoſynæ ſit valde magnū,& tēpus tardationis valde paruum:ſic ꝙ in arbitrio boni viri melius ſit tardare.ex quo S.Tho.in quoli.dicit,ꝙ licitè hoc fit in mora modica tēporis,in qua nō videt magnū periculū vel detrimentum quod limita vt ſ.Vnde ſubiunxit,ꝙ ſi per multū tempus differat,vt in modico ampliores eleemoſynas faciat,nō excuſat à culpa:puta fortè defunctus à purgatorio liberatur interim:et ſic fruſtrat remedio quo multū indigebat.

*Hoc autē relinquit prudētis exequutoris examini,vt cōſiderata dilatione tēporis,& cōditione perſonæ,q citius vel tardius liberāda eſt,& quātitate augmēti eleemoſynarū,facit qđ viderit magis expedire defuncto. ¶Patet tertiò,ꝙ tā hęres quàm exequutor ex tali dilatione præcipue magna mortaliter peccat: qa iniuſtè infert defuncto dānū notabile,ſi nō facit quātū poteſt,nec excuſatur hęres,quia cōmodè non poteſt:nec exequutor,etiā ſi nō pōt,cū debeat intimare hoc epiſcopo qui cogere poteſt. de teſta.Ioānes.Vnde tales dicūtur egētiū necatores: & ab eccleſia abijciēdi.xiij.q.ij.q.& duobus ſeq. & ſic ſunt excōmunicādi:& cōſequenter mortaliter peccāt,ſecūdū Arc.poſt Io.de Neap.¶*Decimò queritur,quæ ſit pœna negligentis exequutoris,ſiue ſit hęres,ſiue alius?Et dico multa.¶Primū.Sicut ꝙ leges imponunt circa huiuſmodi pœnæ:ita teſtator pōt ſuis hæredibus pœnā imponere,ſi illæ nō paruerint voluntati.Inſt.de leg.§.pœnæ.dūmodo nō præcipiat turpe vel inhoneſtū. ff.de cōdi.inſtit.quidā de hoc.imo eā pōt imponere legatario & exequutori ꝙ ſubtractionē eius qđ eis obuenturū erat de patrimonio teſtatoris:vt patebit §.ſeq.¶Secūdū.Hæres (intellige de extraneo) debet intra annū à die monitiōis (intellige facientę ꝙ iudicē cuius intereſt,ſiue ſit epiſcop⁹ ſiue alius) implere volūtatē defuncti:vt in auth.de hær.& fal.§.ſi qs verò.vbi ſecūdū gl.ſufficit vnica monitio.& eſt cōmunis opinio.& hoc in relictis etiā ad nō pias cauſas:& poſt annū poteſt priuari tota hæreditate,& omnibus bonis relictis:vt not.Bar.Bal.Imo.& Inn.Imò ad hoc vt auferri poſſit *relictū ad pias cauſas cum oī eius emolumēto,ſufficit lapſus ſex menſiū à publicatione* teſtamēti:vt in auth. de *eccle.tit.l.ſi autē* legatū.ſecūdū Imo.de quo ſ.§.vj.& ſecū dū Arch.poſt do.Ant.& Zab.ſi hæres ſit negligens in adimplendo voluntatē defuncti,poterit epiſcopus etiā nō expectato anni lapſu interdicere ei omne relictū illi cū fructu & emolumēto,quod innuere videtur c.ſi hęredes. eo.tit.& gl.ibi ſecūdū vnā lec.Poteſt autē epiſcopus in relictis ad pias cauſas monere hæredē vel exequutorē ſtatim poſt mortē teſtatoris:qa in his nō requritur aditio hereditatis,vt not.Bart.& refert Arch. ſed in alijs monere nō poterit añ aditā hŕditatē,vt no.Imo.poſt Pet.de Anc. ¶Tertiū.Si autē hæres ſit filiⁿ,vtrū priuet tota hæreditate etiā legitima:ſunt opiniones,vt refert gl. ī d.c.ſi hæredes.& Arch.in parte.ti.x.c.iij.& tenet Hoſt. ꝙ ſic.cū quo eſt Io.And.ibi.& Arc.in c.Sylueſter.xj.q.j.& Cal. in quadam diſputatione:& Pet.de Anc.& do.Ant.in relictis ad pias cauſas.Sed Zab.tenet ꝙ legitima nō priuatur ꝓpter hāc negligētiā:adde vel cōtumaciā,etiā ī relictis ad pias cauſas:qa illa nō ꝓuenit ſibi ex volūtate defuncti,ſed iuris diſpoſitiōe.Ego verò diſtinguēs dico,ꝙ ſi hæreditas eſt diuiſibilis,reſeruabit ei legitima. C.de fideicō. auth. hoc amplius.Si verò ſit indiuiſibilis:vt qa ducat⁹ regnū, vel huiuſmodi:ſic totā ꝓdet.de vot.licet.in fi. Et hæc intellige in diſpoſitis per teſtamētū:quia ipſo iure habent authoritatē,vt legata,ſubſtitutiones,& huiuſmodi.in alijs autē hæres neceſſariò ſeruare nō teneē:vt ſi præcipiatur hæredibus ꝙ ſtēt ſimul, vſq; ad tale tēpus:vel ꝙ talis tali nubat aut nō nubat,& huiuſmodi.Si autē ī huiuſmodi teſtator vult heredē obligare,adijciat pœnā ī teſtamēto,dānādo hæredē in legato præſtādo cauſa pœnæ:puta, Petre hæres meus,ſi tale qd nō feceris,dato centū Titio: qa ſic tenebit legatū,niſi præcipiatur impoſsibile vel turpe,aut cōtra leger.Inſti.de leg.§.pœnæ quoq;.¶Quartū. Practica autē cōtra negligentē hæredem, ſecundùm do-

Anto.erit in relictis ad pias cauſas,vt primò interdicatur oēs reditus,& ex eis ſatisfiat ſi eſt poſsibile: aliogn ſi perſeuerat cōtumacia,priuetur tota hæreditate, etiā ſi ſit filius.de quo tñ tu dic vt parti.priore.in alijs verò non ad pias cauſas.ſimiliter primò ſatisfaciat de reditib⁹:& deinde procedat ad priuationē hæreditatis ex toto, ſi hæres ſit extraneus,vel relicta legitima ſi ſit filiⁿ,& huiuſmodi.
11 de quo etiā dic vt ſ.¶*Vndecimò q̄ritur,vtrū pœna apposita à teſtatore poſsit exigi?Et dico ꝙ ſi apposita ſit pœna priuationis cū turpi cōditione adiecta:vt quia legat prędictā cū turpi cōditione cadendi à legato ſi alienant,cùm tamē ipſi debeant alienare:& ſic ab ijcitur cōditio,& legatū ſtat ſine pœna,ſecundū Arch.Quod intelligo, etiā ſi ex priuilegio poſſunt illud habere:qa poſſunt renūtiare.Et idē dic ſi cōditio ſit impoſsibilis:ſecus ſi honeſta.de quo dic vt ſ.Legatū.j.§.iiij.Si verò apposita ſit pœna deuolutiua ſub honeſta cōditione vel modo:qa legat cētū Petro,cū hoc vt det ꝙo.pauperibus,vel in officia celebrida:aliàs legatū deuoluat ad talē:erit locⁿ illi pœnæ.ſecus ſi ſit inhoneſta vel impoſsibilis.Si verò apposita ſit pœna augmētatiua.relicti,vt qa legat cētum dandā pauperibus intra certū tēpus:alioquin detur ducēta:ſecūdū Bern.arg.c.Raynaldus.de teſta.locus eſt pœnæ:& exigi pōt ſi afficiat patrimoniū teſtatoris:q licet nō poſsit imponere pœnā hęredi vel legatario,cū in eū nō habeat iuriſdictionē,pōt tamen adimere ſub nomine pœnæ bona eis legata vl relicta:quę pœna habebit locū etiā in foro conſcientiæ,cū naturaliter obligetur honoratus.de teſtamē.c.cùm in officijs.Pro quo aduerte,ꝙ hæc pœna reducitur ad conuentionalē:de qua ſ.Pœna.§.xv.parti. vij.
12 ¶*Duodecimò quæritˀ,cuius expēſis ſeruus legatus per exequutorē reddatur legatario,ſiue querēdus ſit?Et dico ꝙ gl.in l.cùm ſeruus.ff.de lega.j.& refert Pan.in c. indicāte.de teſta.diſtinguit quatuor tempora:dicēs quòd expenſis hæredis,ſi tēpore teſtamēti erat in fuga: quod intellige ſi erat lōge:ſicut & de alia re legata dicimus,vt in l.cùm res.ff.de lega.j. ſecus ſi prope. expēſis verò legatarij,ſi fugit poſt teſtamentū ante mortem teſtatoris. Si verò fugit poſt mortē eiuſdem,& ante aditam hæreditatē, ſi fugit culpa hæredis,tenet ad æſtimationē: ſi verò ſine culpa,nō tenetur niſi veniat ad manus eius.Et idē ſi quarto tēpore,id eſt poſt aditam hæreditatē: ratio, quia ſicut hæres liberatur interitu rei relictę:intellige debitę in ſpecie,nō in genere, vel in quātitate.l.quod te mihi.ff.ſi certum pet.ita liberatur à fuga ſerui ſine ſua culpa.Sed in primo caſu videtur teſtator ſic voluiſſe.

DE TESTIBVS.

1 *Teſtis quis eſſe poſsit.*
2 *Teſtis quando admittatur in cauſa propria ſeu communi.*
3 *Teſtes ſingulares qui & quando probent.*
4 *Teſtis de auditu ſolo an admittatur.*
5 *Teſtium numerus in quauis cauſa neceſſarius.*
6 *Teſtificatio quando & qualiter fiat.*
Teſtis ſe ipſum ingerens,reijcitur.
7 *Teſtes ſi diſcordent, quid iuris.*
Teſtis ſibi contradicens,repellitur.
8 *Teſtes quomodo obligentur ad teſtificandum.*
9 *Teſtis falſi quæ ſit pœna.*
10 *Teſtis falſus quomodo teneatur reſtituere.*

TESTES antiquitus ſuperſtites vocabātur,eò ꝙ ſupra cauſarū ſtatū proferebāt: nunc verò parte noſs ablata,ſcilicet per aphæreſim teſtes vocātur: de verborū ſignificatione.cap.forus.§.teſtes.qui dicūtur legitimi vel

omni exceptione maiores,qñ nulla legitima exceptione
repelli possunt,secundũ gl.in c.j.de consec.& affi.& In-
1 sti.de inuti.stip.§.itẽ verborum.¶*Primò autẽ quæritur,
quis possit esse testis?Et dico ꝙ quilibet,qui nõ prohibe
tur:cùm edictũ de testibus sit prohibitorium,sicut & de
procuratorib⁹.ff.de procu.l. mutus.de sponsa.l.cũ apud.
Quis autẽ prohibeatur,colligitur ex sepẽ cõditionibus
requisitis in teste:de quibus in his versiculis, Conditio,
sexus,ætas,discretio,fama,Et fortuna,fides,in testib⁹ ista
requires.¶Dicitur ergo primò,cõditio.Nam seruus non
potest esse testis.d.c.forus.C.de testi.l. quoniam liber. &
iiij.q.iij.§.itẽ in criminalibus.quod tamen fallit cùm de
facto serui quæritur,& nõ pro domino vel cõtra domi-
nũ:vt in d.§.itẽ in criminalibus. similiter in defectu te-
stiũ:sed tunc admittitur cũ tormentis:vt in d.§.itẽ.in ver
bo,itẽ serui.Similiter nec regularis corã iudice seculari
sine licẽtia superioris:quia licet possit esse testis,arg.l.j.
ff.eo.& in auth.de mona.§.cogitãdũ.& nõ.Spe.eo. tit. &
facit ratio prædicta: quia nõ inuenitur prohibitũ: nec sit
mortuus mundo per omnia,vt no.Pan.in c.cũ nũtius. eo.
tit.tamẽ hoc limitatur verũ,vt s̃.scilicet corã iudice secu-
lari de licẽtia superioris,nõ aliter,secũdũ Spec.ibi.& Io.
And.in addi.ibidẽ.& Albe.in rubr.C.eo.& facit c.mona-
chi.el ij.xvj.q.j.& c.placuit.ij.q.vij.si tamẽ sine licẽtia te-
stificetur,nihilominus valet,secundũ Pan.in d.c.cũ nun-
tius.& idẽ Ang.in §.si libertus.in auth.eod.vbi dicit,ꝙ si
clericus vel religiosus deponat vi corã iudice seculari,si-
ne mãdato supioris,non valet:secus si volens.Io.tñ And.
cõtrariũ tenuit,scilicet ꝙ nõ valet.quod Summa Ange.
dicit verius. Sed ego dico ꝙ est falsũ, ꝑ ea quæ adducit
Pan.vbi s̃.¶Dicitur secũdò,sexus.Nam licet mulier de iu
re ciuili admittat̃ in ciuilib⁹, etiã in codicillis & vltimis
voluntatibus, præter testamenta, secũdũ Accur.& in cri-
minalibus.xv.q.iij.ex eo.ff.de test.l. qui testamẽto.§.mu-
lier.Insti.de testa.§.testes.tamẽ de iure canonico non ad
mittitur in criminalibus criminaliter.xxxiij.q.v. c. mulie
rẽ.nisi in criminalibus exceptis,scilicet simonia. c.tanta.
de simo.& sic intellige d.c.forus.In ciuilibus autẽ & spi-
ritualibus,& quibuscũq; alijs,aut etiã in criminalibus cũ
agitur ciuiliter,vt in denuntiatione,aut etiã inquisitiõe,
admittitur,nisi vbi expresse prohibitũ inuenitur: vt in te
stamentis no.Io.And.in addi.Spe.e.tit.& facit c. quoniã.
& c.tam literis.de testi.Quomodo autem nõ debet trahi
ad iudiciũ pro testimonio, sed ad eã mitti:habetur in c.
mulieres.de iudi.lib.vj.& s̃.Iudex.ij.§.j.¶Dicitur etiã ter
tiò,ætas.Nã in causa ciuili requiritur pubertas.iiij. q.iij.
c.j.In criminali verò ætas xx.annorũ.ff.eo.l.inuiti.l. ij. &
l.in testimoniũ.iiij.q.iij.testes.poterit tamen pubes testi
ficari de visis in impubertate,si erat doli capax,quãdo vi
dit:arg.Insti.de inuti.stipul.§.pupillus.ff.de neg.gest.l.in
negotijs.aliter nõ.qđ not.xxxvij. dist.relatũ. & dictũ im-
puberis facit plenum indiciũ ad torturã:vide s̃.Impubes.
¶Dicit̃ quartò,discretio.Nã furiosus & mẽte captus non
admittitur,sicut nec ad officium iudicãdi,vt ibi.iij.q. vij.
tria.nisi habeat lucida interualla.ff.de test.l.qui testiũ. §.
nec furiosus.argu.de spon.dilectus.xxxij.q.vij.nec furio-
sus.vij.q.j.quanuis.¶Dicitur quintò,fama. Nã infames à
testimonio repelluntur.de test.c.o.præterea. & præcipuè
in criminalibus causa.extrà eo.c.testimoniũ. nec prodest
pœnitẽtia.ij.q.iij.§.hinc colligitur. ¶Dicitur sextò,fortu
na.Nã diuiti magis credit̃.ff.de testib.l.iij.C.ad l. Falcid.
authen.sed cũ testator.pauper autẽ repellitur, si est talis
conditionis ꝙ pecunia corrumpi possit.aliàs non.argu.
Insti.de suspec.tut.§.vlti.sed hoc iudici considerandũ est,
iiij.q.iij.testis.¶Dicitur septimò,fides.nam infidelis con
tra fidelem non admittitur.ij.q.vij.si hæreticus.ff.de test.
l.ij.de hære.excommunicamus. Adduntur & quædam a-
lia,quæ aliquando repellunt à testimonio. ¶Octauò e-
tiã repellit consanguinitas vel affinitas.Vnde non est te
stis idoneus pater pro filio,aut econtrario.l.testis.ff.eod.
& iiij.q.iij.§.item testis.Et idem est generaliter de ascen
dentibus & descendentibus per lineam rectam pro & cõ
tra.iiij.q.iij.§.item in criminali.& idem de matre.Quod
limita primò vbi nõ agitur de correctione vel prohibi-
tione peccati,vel illuminatiõe fidei:quia in istis vbi affe
ctio carnalis communiter nihil operatur,valet:sicut testi
moniũ Christi de patre,no. Panor.in c.in omni.eo.tit.&
secũdò vbi nõ quæritur de ætate & natiuitate. qui si. sint
legi.trãsmissa.& c.per tuas.& tertiò extra testamentũ.de
peculio castr.l.q testamẽto.ff.de testa.& quartò extra ma
trimoniales causas:quia in matrimonijs aliquãdo admit
tuntur parentes.Sed quia Doctores in hoc variãt, dic ꝙ
iudex arbitrabitur de suspicione vel non suspiciõe cõtra
parentes:& ex hoc ꝙ filius vel filia ex eorũ testimonio
reportat honorẽ aut vituperium.arg.l.iij.ff.eod. & bona
glossa in c.ex literis.eo.tit.Sunt & quædã personæ, quæ
aduersus cõiunctos testimonium dicere non coguntur,
vt aduersus socerum,generũ, vitricum, priuignum,sobri
num, sobrinã,sobrino natã,eósque qui in priori gradu
sunt.Itẽ aduersus patronũ, patronã, & liberos eius:vt d.
§.item in criminali.iiij.q.iij.& aliæ personæ,de quibus
ibi.¶ Nonò,familia.Nã repelluntur testes de familia a-
ctoris.l.pen.ff.eo.& familiaris.C.de his qui ad eccl.cõfu.
l.fi.§.fanè.Nec de domo actoris vel accusatoris in causa
ciuili aut criminali testes produci debẽt.iij.q.v.ꝑ totũ.d.
§.itẽ in criminali.Qui tamen sunt de collegio,admittũ-
tur super facto vel non facto collegij, secundùm Panor.
in c.tertio loco.de probati.quando est tale qđ per alios
probari non potest.text.est in c.veniens.extrà c. & simili
ter illi qui sunt de cõuentu,super professione illius, qui
reperitur à cõuentu,secundùm Panor.in c.nuper.eo. tit.
quia causa nõ est singularis,sed monasterij:& sic dicunt
testificari in causa propria.Vnde prælati de ordine Mi-
norũ hoc casu experiri possunt in iudicio.& idẽ de cleri
cis in causa ecclesiæ suæ:& de singularibus in causa vni-
uersitatis:qa nõ est causa singulorũ.xij.q.ij.c. episcopus.
§.qui manumittitur.xiiij.q.ij.sup prudentia.extrà eod.in
super.vbi Panormitanus idẽ dicit de prælato in causa ec
clesiæ suæ.Quod limita,nisi tales pro monasterio vel vni
uersitate aut ecclesia fuerint actores vel respõsales:vt in
c.insup.eo.tit.¶Decimò,inimicitiæ & amicitiæ.iiij.q.iij.
testes.vers.ideoq; in persona.in quo tamẽ iudex arbitra-
bitur.arg.ff.eo.l.iij.§.j.¶Vndecimò,nõ admittitur laicus
cõtra clericũ in causa criminali criminaliter.ij.q.vij.ꝑ
vide Pan. in c.cũ non ab homine.de iudi.& in c.de cæte
ro.de testi.¶Duodecimò,nec soci⁹ criminis. lxxix.di.c.
quis,in glo. Quod fallit in exceptis : vt in crimine læsæ
maiestatis,& simoniæ:vt d.glo.& hæresis.Nec obst.extrà
eo.quoniã.vbi admittuntur socij criminis:quia illud est
speciale in causa deũtiationis:vel admittũtur ibi ad ꝑ-
sumptionẽ.de adul.significasti.vide s̃.Iudiciũ.§. v. ¶De-
cimotertiò,nec criminosus,quãdiu ꝑseuerat in crimine:
qui si sit emẽdatus,nõ repellitur in causa ciuili,sed in cri
minali,si prius fuit cõuictus vel cõfessus,vel nũc per ex-
ceptionẽ cõuincitur,vel grauata est eius opinio ꝑ eo ꝙ
aliquãdo fuit repulsus:aliàs verò etiam in criminali reci
pitur

pitur.extrà eo.testimoniũ. ¶Decimoquartò,nec obscuri 4
& ignoti:nisi cũ tormẽtis aut verberibus:vt in authẽ.eo.
l.sancim⁹.¶Decimoquintò,nec exequutores negotiorũ,
ꝗ in ipsa causa fuerũt actores vel respõsales.extrà eo.su-
per.imò ꝗ fuit ꝓcurator vel aduocat⁹ in priori iudicio,
nõ recipitur in testem in causa appellationis:extrà eo.
Romana.lib.vj.vide etiã in §.vj.Sed tamẽ circa prędicta
aduerte duo.¶Primũ.Exceptis casib⁹ expressis à iure ex
circunstãtijs iudex arbitrabitur super amissiõe vel repul
sione testis:quia isto casu dicit̃ iudici,tu magis scire po
tes qs admitti debeat vel repelli.ff.eo.l.iij.§.j.Ad quod
cõferunt etiã illa tria,quę detrahũt fidei testis,scilicet si
variat,si vacillat,si negatiuã ꝓbare cõtẽdit.de cã posses.
& ꝓprie.c.cũ in ecclesia.& ibi Pan.diffuse.¶Secũdũ.Te
stes repellendi de iure admitti debẽt,si is,cõtra quẽ pro-
ducunt̃,eorũ testimonio in alio iudicio vsus fuerit:nisi
docuerit aliqd legitimũ post emersisse.C.eo.l.si quis te-
stibus.& in d.§.itẽ in criminali.ver.si quis testibus.¶Ad
de tertium,ꝙ sacerdos(intellige de honestate)nõ debet 5
esse testis in instrumẽtis cõfectis totaliter inter seculares.
2 xiiij.q.ij.quãquam.¶*Secundò quærit̃ specialiter,vtrum
qs debeat admitti testis in cã propria vel cõmuni sibi &
alteri?Et dico quantũ ad primũ ꝙ non regulariter,nec
principaliter , nec secũdariò.C.eo .l.omnibus. vnde nec
venditor in cã rei vẽditæ admittitur pro emptore:quia
videt̃ ꝓpria venditoris:nec debitor in causa pignoris ꝓ
creditore.ff.de appel.l.ab exequutore.Nõ tamẽ negari
potest quin aliquãdo in causa propria quis testificetur,
attentis circũstantijs personarũ & causæ:vt in c.fi.de iure
iurã.& in c.fi.eo.titu.lib.vj.& apertius in c.ex ratione.de
procu.& facit quod no.Bar.in l.admonẽdi.ff.de iureiur.
volẽs ꝙ quãdo actor scit plenè veritatẽ,puta de mutuo à
se facto,& est ꝑsona honesta:si habet ꝓ se vnũ testem bo
num,defertur ei iuramentũ,& facit probationẽ perfectã.
Vnde quod prius dictũ est,fallit primò in legatarijs & fi-
deicõmissarijs,qui ferunt testimoniũ in causa testamen-
ti,cũ agitur de hæreditate,nõ de legatis,nec fideicõmis-
sis suis:& possunt scribi & esse in testamento,in quo eis
aliquid legatur.C.de testa.l.dictãtibus.& secundò in col-
legijs & corporibus & ecclesijs:vt §.priore.casu ix.& iij.
in casu prædicto Bar.¶Quantũ verò ad secundum,ꝙ in
causa cõmuni duorũ alter admitti nõ debet ad testimo-
niũ:quia causa cõis duorũ vtriusq; est.ff.de ritu nup.l.il-
3 lud.¶*Tertiò quæritur,vtrũ testes singulares sic admit-
tantur vt probẽt?Et dicit Pan.in c.bonæ memoriæ.el j.de
elect.ꝙ testes dicuntur singulares,qñ deponunt super di
uersis factis,ita quòd quilibet est singularis ex dicto suo.
Quãdo verò obiectũ,sup quo deponũt,fuit repręsenta-
tũ sensibus testiũ eodẽ tẽpore,tunc sunt cõtestes,& non
singulares:qa tũc videntur deponere de facto eodẽ.Vel
dic breuiter,ꝙ testes dicuntur singulares,quãdo quilibet
sigillatim testificatur aliquid,quod nõ est vel re vel saltẽ
præsumptione sufficiẽte ad sentẽtiam ferendam illud qđ
testificatur alius.Igitur testes singulares regulariter non
probãt,secundũ eundem ibi.quod tamẽ limitat gl.in l.ob
carmen.ff.de testib.& Ang.in disputatione quadam,quã
do actus nõ habet cõtinuitatẽ:quam si habet,vt fornica-
tio,si vnus post aliũ videat per foramẽ,valet testimoniũ.
& ꝑ Innoc.& Ioan.And.in c.qualiter & quando.el ij.de
accu.vbi patet ꝙ possidẽs rem probare potest per testes
singulares:& sic de similibus.Sed secundũ descriptionẽ
quã subiunxi,nõ oportet sic limitare.Vñ Bal.dicit ꝙ in
dicto casu fornicationis nõ præsumitur pluralitas actuũ.
¶*Quartò quæritur,vtrũ admittant̃ testes de auditu so-
lũ?Et dicit Spe.in titu.de testibus.ꝙ testes existentes iu-
xta parietem vel cortinã,de auditu fidem faciunt:vt in c.
preterea.de testibus.& ibi gl.& idẽ Host.ponens exem-
plũ de quodã,qui dominæ suæ annulũ subtraxerat,& co
ram ea fatebatur,corã testibus verò negabat:& illa roga
uit notariũ & testes absconditos post parietẽ super con-
fessione furis:quasi velit ꝙ confessio possit probari ꝑ te
stes,licet ipsi nõ viderint personã loquentẽ.quod est no-
tabile verbum,secundùm Pan.in c.ex literis.de cõsue.&
idẽ voluit Bar.post gl.in l.ij.§.idẽ Labeo.ff.de aqua plu-
uia arcen.Et facit ad quæstionẽ,an testis possit deponere
super verbis,si habet notitiam vocum.de quo glo. testes.
iij.q.ix.& Pan.in c.cùm causam.de testi.& communiter
tenetur per Legistas,ꝙ sit speciale in testamento,vt non
valeat testimoniũ,nisi testes audiuerint & viderint testa
torẽ loquẽtẽ:vt est tex.in l.si nõ speciali.C.de testamẽ.&
hoc fortè ideo,quia solet infirmantiũ vox mutari,& faci
liter posse fingi.¶*Quintò quæritur,qđ iura tradiderint
de numero testiũ necessariorũ in qualibet causa?Et dico
quòd licet regulariter vn⁹ testis nõ sufficiat,sed vox vni⁹,
vox nullius.extrà eo.veniẽs.in fi.& c.cũ à nobis.eo.titu.&
c.quoniã.in fi.de proba.& regulariter duo sint necessa-
rij,& sufficiant.ff.eo.l.vbi numerus.iiij.q.iij.c.si testes.§.
item numerus.tamẽ vnus testis facit præsumptionem.de
suc.ab inte.c.fi.vbi dicit Pan.vnum singulare,ꝙ vbi agit̃
de magno præiudicio,seu re magni valoris,nõ defert̃ iu
ramentũ in supplementũ probationis,per id quod no.in
c.fi.de iureiuran.quod etiã verum est in prælato sup iure
ecclesiæ.Quandoq; etiam vnus facit ꝓbationẽ.primò q
dẽ in papa,qui est idoneus testis,etiã solus.de testamen.
à nobis.etiã de his quæ viderit ante papatum,secundùm
Ludo,de Ro.& duas gl.Ioã.And.scilicet in c.j.de renũt.
lib.vj.& in c.ad apostolicæ.de re iudi.eo.lib.De consue-
tudine etiam curiæ statur dicto Cardinalis in dictis vel
actis coram eo:vt no Hostiẽ.de appellatio.c.cõstitut⁹.el
ij.Secũdò in his,in qbus non fit alteri præiudiciũ:puta
an ecclesia sit consecrata,an aliqs sit baptizatus,an petie
rit cõfessorẽ,& huiusmodi.de consecra.dist.iiij.paruuli.
Tertiò vbi agit̃ ad peccatũ impediendũ.ar.c.super eo.
el ij.eo.titu.& glo.in c.nuper.eo.titu.& ij.q.j.multi.vnde
vnus impedit matrimoniũ cõtrahendũ. Quartò in foro
cõscientiæ:puta cũ quis dicit se confessum.extrà eo.testi
monium.quod intelligo nisi sit ꝓbabilis cõiectura in cõ
trariũ.Quintò de consensu partiũ:cùm etiã & testimo-
nio aduersari stari possit.C.de fideicõmissis.l.fi.Sextò qñ
testator mãdauit stari dicto alicuius,quẽ informatũ dicit
de sua intẽtione:qa nihil põt opponi,secundũ Bart.in l.
Theopõpus.ff.de do.pręleg.& no.Pan.in c.in nomine
Domini.eo.ti.Septimò cũ quęritur an aliquis sit emen-
datus:quia statur testimonio sacerdotis.d.c.testimoniũ.
Octauò in correctione fraterna:quia prima correctio ꝑ
vnũ solũ probatur.extrà eo.in omni.ij.q.j.si peccauerit.
Nonò in ciuilibus,in quibus vnus testis cũ fama sufficit.
arg.de app.c.j.in gl.& s̃.Probatio.§.iij.Aliàs nullius,quã
tumcũq; exercitatę ꝑsonæ cõfessioni fides est adhibẽda,
scilicet in iudicio,nisi cõpetẽtes habeat probationes.vj.
q.ij.ꝑ totũ.nec etiã episcopi:vt in c.placuit.ea.q.¶In ali-
quibus aũt requirũtur testes plures quàm duo.Nã in testa
mẽtis requirũtur septẽ,licet in legatis ad pias causas suffi
ciãt duo:vt ti.priore.j.§.vij.In codicillis qnq;.C.de codi
cil.l.fi.In donatiõe causa mortis qnq;.C.de do.cau.mor.
l.fi.Itẽ quãdo debitor vult ꝓbare debitũ solutũ,quod fa-

ctū erat in ſcriptis,quinq;.C.eo.l.teſtiū.In cōtractu qui ex
cedit librā auri,facto in ſcriptis ab imperio in ciuitate,
quinq;.C.ſi cer.pe.auth.ſed nouo.Ad reprobādum autē
inſtrumēta,quatuor meliores de reſcriptis ī inſtrumēto,
vel qnq;,ſecūdū gl.in c.Ioānes.de fide inſtru.de quo dic
vt ſ.Tabellio.§.fi.in pecunia verò depoſita reqrunt tres,
in auth.de fide inſtr.§.ſi qs igitur.In purgatione canoni
ca requirūtur teſtes:vt ſ.Purgatio.§.iiij.¶Ad dānationē
etiā aliquorū requiritur numerus maior:quia epiſcopus
cardinalis nō dānatur niſi lxxij.teſtibus.ij.q.iiij.preſul.
presbyter cardinalis lxiiij.diaconus cardinalis xxiiij.ſub
diaconus & inferiores cardinales vij.ij.q.iiij.preſul.& c.
ſeq.quod tñ ſpecialiter habet locū in epiſcopis & alijs
clericis eccleſiæ Romanæ triplici ratione,quā ponit S.
Tho.ij.ij.q.lxx.cōtra papā tamen nō multiplicantur,ſed
duo ſufficiunt,ſecūdū gl.in d.c.præſul.& ſimiliter cōtra
quoſcūq; alios etiā epiſcopos,ſufficit ad cōdēnationem
6 teſtimoniū duorū.ij.q.v.per totū.¶*Sextò quæritur,qua
lis debeat eſſe teſtificatio teſtiū?Et dico ꝙ primò regula
riter nō debēt induci nec poſſunt recipi ante litis cōteſta
tionē:quod tamē fallit in viginti caſibus,de quibus in c.
quoniā.vt lite nō cōteſt.& ibi gl.& Pan.imò quādo igno
ratur malefactor,recipi poſſunt etiā ante citationē male
factoris.iuxta no.per Inn.in c.bonæ.el j.de elect.& ſeq-
tur Pan.in c.in nomine domini noſtri.extrà eo.¶Secun
dò requirit,ꝙ ſe teſtis nō ingerat,qa tūc repellitur tan-
quā ſuſpectus.ar.l.vxori.§.j.ff.de fal.& per Bar.in l.quæ
omnia.ff.de procu.& facit c.qualiter.de elect.imò requi
ritur ꝙ nō promittat teſtificari quid certū:ſi aūt nō ex-
preſsit quid,nō repellitur niſi primū accepiſſet:quo caſu
pręſumit corruptus,ſecūdū doc.tamen ſi nō fuit citatus,
ſed per partē iudici ꝓductus,nō præſumit ſe ingerere,
vt tenēt domini de Ro.deciſione cclx.& facit c.cōſtitut⁹.
eo.ti.& Pan.ī c.ī tua.de ſpōſal.¶Tertiò ꝙ iuret tactis ſa
croſanctis Euangelijs.Nec alicui teſti,quantūcunq; reli-
gioſo,creditur niſi iurato.extrà eo.nuper.& c.fraternita
tis.& c.tuis.C.de epiſ.& cle.auth.ſed iudex.niſi ſit epiſco
pus vel ſacerdos,qui nō iurat ſuper libro,ſed ſuper pe-
ctore ſuo.de iura.cal.c.fi.& dicit Pan.in d.c.tuis.ꝙ etiam
epiſcopo nō credit vt teſti ſine iuramēto.& excepto pa-
pa nō credit in preiudiciū alterius,maximè nō modicū,
verbo cuiuſcūq; &qualiſcūq; fuerit authoritatis, etiā le-
gati cardinalis.pōt tamē remitti iuramentū de conſenſu
partiū.extrà,eo.tuis.niſi in cauſa matrimoniali.extrà,de
eo q cog.cōſang.c.ſuper eo.Iurabit aūt dicere totā verita
tē quā nouit de illa re.iij.q.ix.hortamur.nulla falſitate
adiecta.iij.q.ix.pura.& de cōſue.c.quorūdā.ꝙ nulli di-
cet teſtimoniū.& hoc bñ.iiij.q.iij.§.item in criminali.
¶Quartò,ꝙ vtraq; ps ſit pſens,vel cōtumaciter abſens.
d.c.in noie dñi.¶Quintò,ꝙ viua voce deponat,non in
ſcriptis.c.à nobis.q ma.accu.nō po.iij.q.ix.teſtes.¶Sex-
tò,ꝙ teſtificetur de auditu proprio,ſcilicet quātū ad ſo-
nos:vel de viſu quantū ad viſibilia,vt in c.ij.de cōſuetu.
& idē de alijs ſenſibus.nō de alieno:quia nō eſt propriè
teſtimoniū:vt notat gl.in l.in ſumma.ff.de aqua pluuia ar
cen.¶Septimò,ꝙ nō vacillet vel cōtraria ꝓferat:vt in c.
licet.de ꝓba.¶Octauò,ꝙ nihil taceat de cōtingētib⁹ ſu
per quibus interrogatur:aliter eſſet falſus teſtis.de accu.
dilecti.puta ſi exprimit qd facit ꝓ aliquo,& tacet quod
eſt cōtra illū.¶Nonò,ꝙ exprimat locū,tēpus,& modū.
¶Decimò,ꝙ ſolū teſtificet ſuper iuratis,& nō ſuper a-
7 lijs,qa nō valeret:ar.c.de teſtibus.extrà eo.¶*Septimò
quæritur,quid iuris ſi teſtes diſcordēt?Et dico ſecundū
Veruec.ꝙ debēt cōcordare in circūſtātijs cōtētis in hoc
verſu: Res,pſona,locus,gradus,hæc ſint cōſona,tempus.
aliter ſunt ſingulares,& nō ꝓbāt,puta ſi vn⁹ dicit de vna
re vel de vno facto,alius de alia vel de alio.de ꝓba.licet.
etiā ſi loquātur de diuerſis pſonis.de reſcri.Rodulphus.
ſi tñ loquutiones ponerētur certæ,nō obeſſet error no-
minis,ſecūdū Hoſt.Itē ſi de diuerſis locis,vt patet Danie.
xiij.ī exēplo Suſannæ.Itē ſi de diuerſis gradib⁹ cōſangui
nitatis aūt affinitatis in cā matrimonij.xxxv.q.vj.de parē
tela.& idē ſi de diuerſis temporibus.Quod limita primò
niſi vnū includat aliud:vt ſi vn⁹ dicat diē,ali⁹ eiuſdē diei
horā.& ſecūdò niſi factū ſit durabile:qa etiā ipſi Euange
liſtæ dicunt cōcordare,& tamē vnus,id eſt Marcus dicit
Chriſtū crucifixū hora tertia:ali⁹,id eſt,Lucas hora ſexta.
hæc aūt S.Tho.ij.ij.q.lxx.breuiter cōprehēdēs dicit,ꝙ di
ſcordia teſtiū in circunſtātijs principalibus variantibus
ſubſtātiā facti(intellige,id eſt,faciētibus ꝙ teſtes nō lo-
quātur de eadē re vel facto,puta in loco,tpe,vel perſo-
na)aufert efficaciā teſtimonij.ſecus in nō pertinentibus
ad ſubſtātiā facti:puta ꝙ tēpus fuerit ſerenū vel nebulo-
ſum,vel domus picta aut nō picta,& huiuſmodi:qa circa
talia nō cōſueuerunt homines ſolicitari:& cōſequēter à
memoria facilè lābūtur:imò ſecūdū Chryſo.diſcordia in
talibus facit teſtimoniū credibilius:qa ſi cōcordarent in
omnibus etiā minimis,viderētur ex cōdicto eūdē ſermo
nē ꝓferre.¶Sed ad plenioré prędictorū notitiā adde,ꝙ
ſi vnus teſtis expſſe cōtradicit ſibi,nō valet teſtimoniū.
iiij.q.iij.Nicolaus.& ſi primò extra iudiciū dicit vnū,&
ſecūdò in iudicio dicit oppoſitū,ſecūdū Bar.pōt puniri
de falſo:qa ſtatur primo dicto eius,per l.eos.C.de fal.
Bal.tñ aſſerit hoc eſſe falſum,& bñ,per gl.in c.cū cau-
ſam.de teſti.& ſequit Ioā.And.in mercu.in regula,non
eſt.vbi patet ꝙ in minus validè aſſumptis vel iudicio vel
extra ſtat vltimo dicto:in dictis aūt authēticis ſtat primò
in iudicio,& extra.quo caſu loquit d.l.eos.allegata per
Bar.qa ibi veniebat qs cōtra ꝓpriū ſigillū:& ſic cōtra rē
authenticā & approbatā.Sed prędicta S.Tho.limitat qñ
teſtis interrogatur de ſciētia aut viſu:quia ſi diſsidet à ſe
ipſo,repellitur:ſecus ſi interrogetur de opinione & fa-
ma:quia pōt ſecūdū diuerſa audita diuerſimode motus
eſſe ad reſpōdēdū.Et ſi inueniatur falſus in parte,in nul
lo creditur ei.diſt.ix.ſi ad ſcripturas.iūcta gl.vide ſ.Falſa
rius.§.v.Si verò vn⁹ teſtis cōtradicat pluribus,nō obſtat
eius cōtrarietas:qa teſtimoniū vnius nec iuſtificat nec cō
dēnat.xxxiij.q.ij.admonere.niſi cōtradicat pluribus, cū
qbus ſcriptus eſt in aliquo inſtrumēto.ff.quēad.teſt.ape.
l.j.ī fi.Si verò multi,ſed pauciores,cōtradicūt plurib⁹:et
eadē vel ex diuerſis partibus ꝓductis iudex cōcordabit
eorū cōtrarietatē ſi poterit:ſicut Aug.cōcordat dicta Euā
geliorū,extrà eo.cū tu.quod ſi nō pōt,pualebit teſtimo-
niū pluriū:niſi dignitas pſonarū ex alia parte preiudicet
numero:vel niſi pauciores dicāt veriſimiliora & aptiora
negotio,aut plura p eos ꝓbētur:vt ſi plures teſtes pro-
bēt me poſſediſſe:pauciores verò me poſſediſſe x.annis,
& titulū poſsidēdi:qa tūc præualet teſtimoniū paucorū.
extrà eo.in noſtra.quæ intellige qñ eodē tēpore teſtes
inducūtur:qa ſi inducātur teſtes ad reprobādū dicta prio
rū,debēt eſſe plures,& longe melioris famę.C.de cōtra
henda & cōmittēda ſtipulatione.l.optimā.qa magis præ
ſumit ſubornatio poſt publicationē atteſtationū quam
antè.¶Si verò teſtes ſunt numero & dignitate pares,ſen
tētia dat ꝓ reo.de ꝓba.ex literis,niſi in matrimonio,&
in cā libertatis,&ī teſtamēto,& ꝓ dote.de ſen.& re iudi.
c.ſi.

c.fi.& ſi neuter poſsidet rē,ſed vterq; ab extraneo petit,
diuidit ſi eſt poſsibile.de pſum.afferte.& ſi nō eſt poſsi-
bile,poterit iudex gratificare dādo cui voluerit.de paro.
c.j.Vide iiij.q.iij.teſtes.de prædictis.& adde ex S.Tho.ꝙ
ſi diſſentiūt teſtes eiuſdē partis,debēt iudex ex motu ſui
animi percipere cui parti ſit ſtandū,ex numero vel digni
8 tate eorū,vel fauorabilitate cauſę,& huiuſmodi.¶*Octa
uò quæritur quomodo teſtis obligatur ad teſtificādū?Et
dico multa.¶Primū.Secundùm Archi.ij.partē.ti.j.c.xviij.
poſt S.Th.ij.ij.q.lxx.& cōmunē doctrinā,ſic diſtinguitur:
Si quis requirit teſtificari authoritate ſui ſuperioris,tene
tur ferre teſtimoniū in his dūtaxat q exigūtur ab eo ſecū
dū ordinē iuris,puta in manifeſtis,& de quib⁹ pceſsit in
famia,adde vel ſemiplenè ꝓbatū eſt:& nō teſtificādo pec
caret,intellige mortaliter,agēs cōtra obediētiā & chari-
tatē,nō iuuādo proximū,vel cōmune bonum,cū debet.
Si verò requirat eius teſtimonium,ſed non authoritate
ſui ſuperioris:tūc ſimiliter tenet ad liberandū hominē à
morte iniuſta vel damnatione,ſecundū illud Pſal.Eripi-
te pauperē.& di.lxxxiij.error.Adde ꝙ nō tenetur ad ꝓ-
curādū bonum alicuius,niſi eo caſu quo tenemur ex cha
ritate bona optare.Si verò nō requiritur ei⁹ teſtimoniū,
tenetur ſimiliter ad vitādū iniuſtū damnum facere quod
in ſe eſt,vt veritatē denūtiet ei qui pōt prodeſſe.quod ſe
cundū Ray.eſt verum,etiā in ſacerdotibus & religioſis:
niſi ī cauſa,in qua nō licet eis ferre teſtimoniū:vt in cau
ſa ſanguinis,in qua ſecūdū S.Tho.compelli nō poſſunt
ferre teſtimoniū ſecūdū ordinē iuris:intellige ab his q
ſunt iuri poſitiuo ſubiecti.ad cōdemnationē aūt alicuius
nō tenetur teſtificari,niſi à ſuperiore cōpellatur ſecundū
ordinē iuris:qa,inquit S.Th.ſi circa hoc veritas occulte
tur,nulli ex hoc ſpeciale dānū naſcitur:vel ſi immineat
periculū accuſatori,non eſt curandum:quia ipſe in hoc
periculo ſponte ſe ingeſsit.Quod videtur limitandū ſe-
cundū Inno.in c.j.de teſti.cog.niſi is,cōtra quē agitur,p
ſeuerare vellet in peccato:argu.c.clericorum.de vita &
ho.cle.xxij.q.v.hoc videtur.vt pœna reuocet à malo,quos
Dei timor nō reuocat.Sed iſtā limitationē limito verā,
qñ ipſa emēdatio prēſumeretur.¶Secundū.De his autē
quę alicui cōmiſſa ſunt in ſecreto,vtrū requiſit⁹ qs tenea
tur teſtificari:dicit Archi.poſt S.Tho.ꝙ nō,ſi ei ſunt cō-
miſſa p cōfeſsionē:quia nō ſcit vt homo:& maius eſt vin
culū ſacramēti,quàm hominis pceptū.in alijs verò diſtin
guitur.Nā ſi cōmiſſa in ſecreto ſunt talia,ꝙ ſtatim vt ho
mo ſcit tenetur manifeſtare,vt ſi pertinent ad correctio-
nē multitudinis corporalē vel ſpiritualē,vel graue dānū
alicui⁹ pſonæ,debet manifeſtare teſtificādo vel denūtiā-
do:qa cōtra hoc debitū obligari nō pōt p ſecreti cōmiſ-
ſum:qa frāgeret fidē,quā alteri debet.Si verò ſint talia,q
qs prodere nō tenetur:poteſt quis obligari ex hoc ꝙ ſi-
bi ſecreto cōmittunt:& tūc nullo modo tenet ea prode
re,etiā ex pręcepto ſuperioris:qa ſeruare fidē eſt de iure
naturali,cōtra quod nihil poteſt homini præcipi.Quod
Sum.Ang.vt ſaluet Sānctū Bonauenturā dicentem,ꝙ te-
netur,qa in tali promiſsione intelligitur excepta autho-
ritas ſuperioris,limitat niſi ſuperior requirat aliquo bo
no reſpectu.Sed iſtud nihil eſt:qa in his,in quib⁹ qs per
ſummū platū,id eſt,Deū,eſt liber ab inferioris imperio,
non ſubintelligitur excepta ſuperioris authoritas:qa eo
caſu nulla eſt.¶Tertiū.Qui aūt iurauit teſtimoniū non
perhibere,temere iurauit:& vbi certū eſt ꝙ tenetur ſub
peccato fere teſtimoniū,contrauenire poteſt propria au
thoritate:aliàs nō,niſi authoritate ſuperioris.xxiij.q.iiij.
in malis.etiā ſi ſciret ꝙ ipſe ſolus interfuiſſet.& probari
nō poſſet niſi per eū,ſecundū Gofre.quia dictū vnius fa-
cit ſemiplenam probationē,& delatio iuramēti faceret
plenā.C.de rebus cred.l.in bonæfidei.quod verū eſt in ca
ſu quo hoc fieri poſſet.aliàs vbi teſtimoniū eius nullum
effectū habere poteſt,nō credo ꝙ teneatur,niſi ad pręce
ptū ſuperioris cogeret modo & ordine debito.¶Quar
tū.Teſtis qui ſe falſò dicit alicuius inimicū,vt euitet di-
cere teſtimoniū,mortaliter peccat,ſecundū Pan.in c.in-
quiſitionis.§.ternæ.de accuſa.qui dicit mēdaciū in dam
num ꝓximi.xxij.q.j.ne quis.& de falſa.c.j.quod intellige
eo caſu quo qs teſtificari tenetur.¶Quintū.Aliquid ac-
cipere ꝓ vero teſtimonio ſeu veritate dicēda eſt turpe
lucrū.xiiij.q.v.nō ſanè.& ſecūdū Arch.eſt peccatū morta
le,qa eſt expreſſe cōtra iura hoc rōnabiliter ꝓhibētia ad
vitādā corruptionē veritatis:& tenet reſtituere danti,ſi
per hoc voluit ſibi iuſtitiā miniſtrari.d.c.nō ſanè.ſecus ſi
dediſſet ad corrūpēdū,quia eſſet dandū ei,in cuius iniu
riā datū eſt,vel pauperibus:& multo magis eſt mortale
ſi acceperit ꝓ falſitate dicēda aut tacēda veritate:poteſt
tamē teſtis expēſas accipere à producēte:vt not.gl.in c.
ſtatutū.de reſcrip.lib.vj.& etiam lucrum ceſſans operarū
ſuarum.iiij.q.iij.venturis.¶Sextum Falſum teſtimoniū
cū habeat deformitatem periurij & violatiōis iuſtitiæ &
mendacij,ex primo eſt mortale ſemper,etiā ſi fiat ad im-
pediendam iniuſtitiam,ſecundùm S.Tho.Et ſimiliter ex
ſecundo in ſuo genere,ſicut & quælibet iniuſtitia:nō au-
tē ſemper ex tertio.Nō tamen eſt mortale,ſi quis poſt de
bitam in cogitando ſolicitudinem falſum aſſerat in feren
do teſtimonio,quod verum credit.Hæc ex S.Tho.q etiā
ſentit,& expreſſe Archi.dicit,ꝙ ſi dubiū certitudinaliter
teſtificetur,eſt mortale:vnde dubiū ſub dubio ꝓferre de
9 bet,& certū ſub certitudine.¶*Nonò quæritur,quæ ſit
pœna falſi teſtis?Et dicit Bal.quòd punit pœna talionis.
l.j.ff.ad leg.Corn.de ſica.& no.ij.q.iiij.in gl.ſum.nec ex
cuſat eū metus.v.q.v.authoritatis.Eſt aūt teſtis falſus,qui
iuratus & examinatus falſum loquitur.xxij.q.ij.ne qs ar-
bitretur.Qui autē nō eſt examinatus,licet latitet vt veri-
tas nō inueniatur,nō eſt falſus,ſed doloſus:ſicut etiam
prēſumitur ſi ad interrogata nō vult reſpōdere:vnde nō
tenetur illa pœna.xxxv.q.j.notificamus.in gl.quod tamē
non eſt verum,ſi interrogetur ſuper impertinentib⁹:qa
fieri nō debet.In ſcripturis tamē q verū celat,falſum cō-
mittit.ff.de falſ.l.j.Similiter nō habetur pro falſo,ſed ꝓ
ſuſpecto qui loquitur obſcurè,vt not.iiij.q.iij.teſtis.in
gl.j.vnde peti pōt ꝙ declaret,niſi iudex ex cauſis nolit
hoc facere:vt no.iiij.q.iij.in criminali.ſicut etiam iterū
interrogatur qui totum factū nō dicit,quia non probat,
10 vt no.xx.q.ij.præſens.¶*Decimò quærit,quomodo te-
neat reſtituere falſe teſtificans?Et dico ꝙ ſi qd accepit
pro teſtimonio ferēdo,dicendū eſſet vt §.priore.& vlte-
rius ſi p dictū eius aliqua partiū ſuā cauſam amiſit,tenet
de toto dāno.xvij.q.iiij.ſi quis in atrio.xiiij.q.v.non ſa-
nè.quod quidā limitāt quādo diligēter nō fuerat exami-
natus:qa tūc fuit cauſa dāni,aliàs nō:quia ſi fuiſſet dili-
genter examinatus,fortè dixiſſet veritatē:aut falſitas pa-
tuiſſet:& ſic potius fuit occaſio.Et ita videt ſentire Sūma
Roſel.ſed verius Sū.Ang.& Supple.indiſtinctè tenēt ꝙ
tenet de toto dāno,quādo ſciēter vel ex ignorantia in-
debita falſum teſtimoniū dixit.l.generaliter.§.illud.ff.de
calū.& xvij.q.iiij.ſi qs in atrio.& de iureiurā.c.fi.& con-
cord.Ray.& Hoſt.in Sum.eo.titu.q.clxxxvij.Qui autem
eſt teſtis in inſtrumento ſuper vſuris vel factis in fraudē

vſurarũ, tenetur, ſicut & notarij: cũ ſine teſtibus non valeant inſtrumenta. de quo dic vt ſuprà Reſtitutio.ij.§.vj. Et idem de prælatis ſubſcribentibus vel ſigillantib⁹ ſchedulas vſurariorum, ſecundùm Gof. & Hoſt. & Direc.

TIMOR eſt paſsio animę: & nũquã eſt peccatũ mortale, niſi retrahat ab eo quod eſt de neceſsitate præcepti: vt colligit à S. Tho. ij. ij. q. cxxv. De his autẽ q̃ fiunt timore, vide ſuprà Metus. & ſuprà Inobedientia.

TYRANNVS, vt patet iij. Polit. & viij. Ethic. eſt is, cuius regimen nõ ordinatur ad bonũ cõmune, ſed ad priuatũ regẽtis. Vnde perturbatio regiminis eius, ſecũdũ S. Tho. ij. ij. q. xlij. ar. ij. ad tertiũ. non habet rationẽ ſeditionis, niſi forte ita inordinatè fiat, ꝙ multitudo ſubiecta maius detrimentũ patiatur ex perturbatione cõſequẽti, quàm ex regimine tyrãni. Vtrum aũt liceat occidere tyrãnũ, S. Tho. de regi. princ. lib. j. c. vj. tenet ꝙ nõ, niſi per publicam poteſtatem: quod, vt ibi patet, dupliciter cõtingit. Primò, quãdo multitudo illi ſubiecta habet ſibi ꝓuidere de rege, qa poteſt eum occidere: nec agit infideliter, etiã ſi antè ei ſe ꝓpetuò ſubieciſſet: qa ipſe hoc meruit infideliter principãdo. Secũdò, quando recurritur ad ſuperiorẽ. Sed vt patet in ij. diſt. xliij. hoc intelligit quãdo iuſtè acquiſiuit dominiũ. ſi autem acquiſiuit illud vi, nolẽtibus ſubditis ad conſenſum coactis: tũc qui ad libertãdũ patrię illũ occidit, laudat, ſi ad ſuperiorẽ recurſus haberi nõ poteſt. Et idẽ ſentit de regi. prin. vbi ſ. dum dicit, ꝙ Aioth magis occidit hoſtẽ, quàm rectorem populi.

TITVLVS quot modis dicatur, vide glo. in c. dudũ. el ſecundo. de elect. in verbo, intitulatã. Vide etiã infrà Vſucapio. §. vlti. quo ad titulos, in quibus dominiũ transfertur.

TORNEAMENTVM, ſecundũ vulgare Italicum dictũ eſt à circuitu & regreſsione pugilum. & eſt pugna, in qua ꝓbabiliter imminet periculũ mortis: qa ibi ſępe homines moriũtur. de tornea. c. j. vbi ꝓhibet̃ hic lud⁹. & ſecũdũ Hoſt. & Pan. omnis alius ludus, ex quo imminet periculum mortis probabiliter: & nedum de iure canonico, ſed etiã de iure ciuili. C. de glad. l. vnica. & l. j. §. itẽ ſenatus. ff. de poſtulã. debet intelligi de alio ludo. Ludus aũt cã virtutis experiẽdæ, vbi nullũ imminet periculũ mortis, ſecũdũ Hoſt. licet, etiã de iure canonico, & caſus cõtingẽs nõ imputabit̃. l. qua actione. §. ſi quis. ff. ad leg. Aquil. & ſic haſtiludia aliqñ licẽt, aliquãdo nõ: quia ad ea ſit extenſio eorũ quæ de torneamẽto dicuntur, qñ eſt ibi probabile periculũ, propter rõnẽ expreſſam in d. c. j. de quo vide ſ. Ludus. §. viij. ¶ Priuatur autẽ ſepultura moriens in torneamento: vt in d. c. j. ſi venerat cauſa pugnãdi, ſecundũ Pan. licet ei pœnitentia concedat̃: ſecus ſi cauſa videndi, aut huiuſmodi. ¶ Aliquo autem ibi occiſo vel mutilato irregulares ſunt omnes, q illic venerãt cauſa pugnãdi, licet nõ occiderint aut mutilauerint, ſecũdũ Hoſt. & Gof. ſicut & ille q in bello illicito eſt cauſa bellãdi. xv. q. j. c. ſi. de pœnit. diſt. j. ſi quis cum telo. diſt. lj. ſi qs poſt acceptam. ſed epiſcopus diſpenſare poteſt, ſicut dictum eſt de exiſtentibus in bello iniuſto, ſed non occidẽtibus: vt ſuprà Homicidium. iij. §. vj.

TORTVRA fieri nõ põt à iudice ſine indicijs præcedẽtibus, ſine mortali peccato, ſecũdũ Lud. de Rom. in ſuis nota. vt no. C. de ſer. fug. l. quicũq;. ff. de queſt. l. maritus. C. ad leg. Iul. maieſt. l. ſi qs alicui. vbi gl. & Bal. Adde verò ſecũdũ Pan. in c. cùm in contemplatione. de regu. iur. ꝙ ad tortũrã requiruntur indicia vel ſemiplenę ꝓbationes. Et cõfeſsio ex tali tortura ſine indicijs facta nõ valet: vt l. j. ff. de queſt. nec indicia poſtea ſequẽtia cõfirmãt, ſecũdũ glo. in l. maritus. ff. eo. & Bal. in l. h. C. de accuſa. Et idẽ dic quãdo torquet quos de iure torquere nõ poteſt, ſicut minores xiiij. annorũ, licet cædi poſsint. l. cũ Sillanianũ. C. ad Silla. Itẽ & milites, & mulier prægnans, & huiuſmodi, etiam ſi torqueat indirectè: vt dando ſalſa indicia, vt ſiti qs vexetur. Et idem quando aliter quàm per tortũrã poteſt veritas haberi: quia tũc ſecũdũ omnes torquere nõ licet. Et idem quãdo ſæpius torquet, nullis nouis indicijs apparentibus: ſufficiunt tamen variationes, ſecundùm Inno. in c. quoniam. de proba. & Bar. in l. de minore. §. pen. ff. de queſt. puta qa vno fero dicit de vno, & alio fero dicit de alio. ¶ Quæ autẽ & qualia indicia ad tortũrã requirantur, vide ſ. Indicium. Et adde ꝙ qui publicã authoritatẽ exercet, arbitrari debet qualia indicia ſufficiãt. C. de quæſtioni. lege, milites. §. oportet. & d. l. de minore, §. tormenta. & no. Inno. in c. pen. de no. ope. nun. ſed vtrã rõne in arbitrãdo: quia iniquè torquẽs peccat mortaliter, & tenetur de dãno & iniuria. Vide Ian. de reg. iur. cũ in contẽplatione. & adde ꝙ ferulæ & flagella non ſunt tormẽta: nec his cædere eſt torquere, vt patet in l. j. §. impuberes. ff. ad Sillanianum. vbi iſta cõcedũtur circa impuberẽ, & tortura prohibetur. Vtrum aũt tortura ſemel habita poſsit repeti: dic ꝙ ſic ex nouis indicijs. puta qa inuenit̃ reus in mẽdacio: vel ſi ꝓuenerũt indicia alia. aliàs nõ debet repeti, vt dictum eſt: vt l. repeti. & l. vnius. ff. de queſti. Quod tamẽ Ang. in lib. de maleſi. limitat quando qs fuit tortus ſufficienter ſecũdũ indicia: aliàs repeti poteſt, & de more hoc eſt arbitrariũ. Vnde ſecũdũ Paridem de Puteo in ſuo tract. de ſyndicatu, debet iudex ꝓteſtari ꝙ vult ſuſpẽdere in tortura, & eã repetere quoties oportuerit: debent tamẽ interuenire decẽ vel octo dies quietis. Torquere tamẽ vltra tres vices in diuerſis temporib⁹ pro eiſdem indicijs, eſt immoderatum & malum, ſecundùm Bar. in l. ſi. C. de quæſtionibus.

TRADITIO dupliciter dicitur: & ſumit̃ primò pro trãſlatione dominij in alterũ: ſicut dicitur in inſtrumentis venditionis, iure ꝓprio tradidit. Secũdò ꝓ inductione in poſſeſsionem, ſiue pro ipſa corporali preſtatione rei: vt cũ dicitur, poſſeſsionẽ tradidit: vel ipſum equũ per frænum, & huiuſmodi.

TRANSACTIO eſt de rebus dubia, & lite incerta, & nec dũ finita, nõ gratuita pactio, ſed aliquo dato vel retẽto, vel ꝓmiſſo. ff. de trãſact. l. j. C. eo. l. trãſactio. extrà eo. ſup. eo. intelligẽdo tamẽ litẽ præſentẽ vel futuram: quia ante litẽ, ex quo diſcordia exorta eſt, tranſigi põt. ff. de cõdi. indebi. l. elegãter. §. ſi qs poſt. Vñ dicitur trãſactio, qua ſi tranſitio actionis, eo ꝙ tranſigẽs ab actione trãſit & diſcedit. Et differt à pacto & compoſitione: quia illa fieri poſſunt amicabiliter, nullo dato vel retẽto. d. c. ſup. eo. de hac dico multa. ¶ Primũ. Trãſigere põt, q & donare de quo ſ. Donatio. j. §. j. & dominus rerũ ſiue actionũ, tutor, curator, & ꝓcurator, habẽs ſpeciale mãdatũ, vel liberã adminiſtrationẽ bonorũ vel cauſæ. ff. de procu. l. ꝓcurator cui libera. & l. mãdato. & de ꝓcu. q ad agendũ. §. j. lib. vj. Nõ aũt prelatus in cauſis eccleſię ſine cõſenſu capituli. extrà eo. c. cõtingit. ¶ Secũdũ. Trãſigi aũt põt ſuper ciuilibus. ff. & C. eo. per totũ. Super criminalibus aũt diſtinguendum eſt, vt ſ. Accuſatio. §. xj. Super ſpiritualibus etiã diſtinguendũ eſt. Nam aut petit eccleſia ab alia eccleſia ſibi debere ſubijci in iure inſtitutionis, correctionis, & ſacramẽtorũ perceptione: aut epiſcop⁹ petit iura epiſcopalia in aliqua eccleſia: & ſic de ſpũali ad ſpirituale fieri poteſt: puta ꝙ remittatur inſtitutio vel aliquod ſacramẽtũ, & aliud ſpirituale præſtetur. de re. permu. ad quæſtionẽs. de ſpirituali autẽ ad tẽporale nõ licet: extrà eo. cõſtitutus. & de re. permu. c. vlt. ¶ Sed tamen aduertẽdũ eſt, ꝙ vbi nomine ſubiectionis petũtur ſpiritualia ſimul & tẽporalia: ſicut cũ epiſcop⁹ petit ab aliqua eccleſia ſibi ſub iecta, ꝙ ab eo participẽtur cõſecrationes, ordinatiões, & huiuſmodi ſpiritualia: & nihilominus petit aliqua tẽporalia, vtpote partẽ vel annuã pẽſionẽ: ratiõe illorũ tẽporaliũ poſſet tranſactio fieri cũ tẽporali, & ſibi annua pẽſio dari: arg. c. cũ venerabilis. de cenſi. & de reli. do. cõſtitutus. Aũt petitur res tẽporalis, vt proprietas: ſicut cũ ecclęſia petit decimas ex prędijs in ſua parochia cõſtitutis: & tũc diſtinguẽdũ eſt: qa ſi agit cõtra eccleſiaſticã perſonã, ſic poteſt fieri tranſactio authoritate epiſcopi vel archiepiſcopi: & erit perpetua. extrà, eo. ſtatuimus. ſine authoritate aũt epiſcopi valet, ſed eſt tẽporalis: nec excedit vitã tranſigentis: extrà eo. de cætero. niſi per papã fuerit cõfirmata. eo. tit. veniẽs. Aut agit cõtra laicũ: & tũc ſi agit de præceptis & ſubtractis, fieri põt. de his quæ ſ. à præla. cũ apoſtolica. ſed non de futuris. xvj. q. vij. decimas quas. Vnde nõ poteſt fieri cõpoſitio nec tranſactio cũ laicis, vt minas ſoluãt, niſi authoritate papæ. de cõfir. vti. vel inuti. c. pe. Aut petit nõ qdẽ ius ſpirituale, ſed ſpiritualis res, vt beneficiũ: & tunc Innoc. diſtinguit in c. cõſtitutus. extrà, eo. quia ſi petitur beneficiũ vt proprietas: vt cũ vnũ eccleſia petit ab alia præbẽda, quã dicit ad ſuã eccleſiam pertinere: licita eſt trãſactio, modò ex vtraq; parte interueniat tantũ ſpirituale, & nõ temporale. Si verò clericus petit beneficiũ ſibi: puta qa dicit ſe electũ, vel canonicè in eo fuiſſe inſtitutũ: tũc trãſactio fieri nõ poteſt ſine ſimonia, ſed bene amicabilis, id eſt, grauita cõpoſitio. extrà, eo. ſuper eo. ſ. vt ꝙ ille qui ius nõ habet, vel nõ creditur habere, penitus renũtiet iuri ſuo ſine aliqua datiõe: vt vt ille, qui habet ius, recipiat ſine datione. qđ ſcilicet fieri poteſt, dũ partes cõmittũt alicui rem, vel huiuſmodi. Ratio eſt: quia in beneficio eſt ſpirituale & tẽporale ſimul, cùm ſit ſpirituali annexũ. Vnde ſi fiat tranſactio, ſemp dabitur tẽporale pro ſpirituali, vel ecõtrario. Vnde & Inno. dicit hic nõ licere trãſactionẽ, etiã ſi vtrique detur ſpirituale: quia ſcilicet cũ ſpirituali datur etiã temporale. Si tamen neuter litigãtiũ poſsideret, ſed vterq; cõtẽdit aliquod beneficiũ ſibi dari: tũc valet trãſactio. de elect. cùm inter. de præben. niſi eſſent. no. Ioan. j. q. iij. c. ea quæ. Sum. autẽ Ang. breuius dicit concludendũ, ꝙ de ſpirituali ad ſpirituale eiuſdẽ generis fieri poteſt trãſactio: nõ autẽ ad ſpirituale alterius generis, ſecundũ Ber. in c. ſuper eo. eodẽ tit. Sed nec Ber. ibi hoc dicit, nec eſt verũ: quia tunc licitè fieret de beneficio ad beneficiũ, cõtra dictum c. ſuper eo. Vnde tu breuius cõclude, ꝙ tranſactio licet, vbi non interuenit ſimonia: non licet verò, vbi interuenit. Quod quãdo fiat, collige ex definitione ſimoniæ. ¶ Tertiũ. Si amicabilis cõpoſitio fiat ſine iudicis authoritate, ſecũdũ Hoſt. ꝓnalis eſt, & extinguitur cũ perſona. Si verò fiat iudicis authoritate, realis eſt, niſi aliud ꝓ iudicẽ dictũ ſit. extrà, eo. de cætero. Sed tamẽ licet tũc teneat mero iure, reſtituet̃ eccleſia ſi grauiter lædat̃. ar. de reſti. in integ. c. j. ¶ Quartũ. Tranſactio facta propter indebitã obligationem nõ excuſat eũ, qui aliquid accepit, vt talẽ obligationẽ remitteret, ſed reſtituere tenetur. l. ꝓſes prouincię. C. de tranſac. & l. ſi. ff. de dolo. & gl. in c. ſuper eo. eo. tit. dicit ꝙ ſi euidens eſt calũnia, non tenet trãſactio. l. in ſumma. ff. de cond. indẽ. ¶ Quintũ. Diſpoſitio legis, ſi qs maior. C. de trãſac. teneri põt in cõſcientia: qa Imperator in pœnã nõ obſeruãtis potuit hoc facere. & habet locũ ī quocũq; cõtractu iurato, ſecũdũ Doc. ibi. Vult autẽ d. l. ꝙ trãſlationẽ iurãs, & volũtariè nõ ſeruãs cõueta, ſit infamis. intellige ſi cõdẽnetur: & priuatus ipſo iure actione quã habebat cõtra eũ cũ quo trãſegit: & ſi qd ꝓpter trãſactionẽ habuit, ſiue pecuniã, ſiue rẽ, tenet̃ reſtituere, & oẽ emolumentũ quod habuit ex ea: quod quo ad cõſcietiã verũ eſt poſt cõdẽnationẽ, & nõ ante, niſi quatenus dãnificatus eſt ille, cũ quo tranſegit, vel ex debito antea debeat habere.

TREVGA eſt ſecuritas præſtita perſonis & reb⁹ ad tẽpus diſcordia nõdũ finita. & vocatur aliquãdo fœdus, aliquãdo induciæ. ff. de cap. & poſtli. re. l. nõ dubito, & l. poſtliminium. §. induciæ. Et ſecundũ Henr. Bolo. ſunt duæ ſpecies eius: quarũ prima dicitur conuentionalis, ex partiũ cõuentione formã accipiens, & ſeruanda etiã infidelibus. xxiij. q. j. noli. & ſecũda canonica: de qua extrà e. c. innouamus. quę eſt duplex: vna ſcilicet ꝓpetua, qua gaudẽt perſonæ in d. c. j. cõtẽtæ. alia tẽporalis, quę ad omnes extenditur. Et ſecundũ eundẽ Henri. ſeruandæ ſunt treugæ canonicæ, & multò magis cõuentionales, dum ea ſeruat aduerſarius. aliàs non. ar. de elec. cùm in cunctis.

TRIBVTVM. Vide ſuprà, Immunitas. j. §. v. & Gabella. j. in principio.

TVRPE lucrũ ſtrictè, dicitur quod ſit ex aliquo opere, diuina vel humana lege prohibito: ita tamẽ datione vel acceptiõe nõ vetita: vt cõtingit in meretricio, cõcubinatu, hiſtrionatu turpi, & torneamento, & huiuſmodi. Largè verò dicitur omne lucrũ illicitum, ſiue competat reſtitutio, ſiue non. Vtrũ autẽ acquiſitum turpiter, id eſt, cũ peccato, ſit neceſſario reſtituendum: vide ſ. Reſtitutio. ij. & Reſtitutio. iiij. §. j. & dic vt ibi.

DE TVTELA, Tutore, & Curatore.

1 *Tutela quid & quotuplex ſit.*
2 *Tutor quis eſſe poſsit.*
3 *Tutelam ſuſcipere an cogantur clerici, monachi & epiſcopi.*
4 *Tutores ad quæ teneantur.*
5 *Tutor faciens de conſilio propinquorum pupilli excuſatur.*
6 *Tutor an teneatur facere inuentarium de rebus pupilli, quando, & qualiter, & de quibus. num. 7. 8. & 9.*
10 *Mater quomodo perdat tutelam filij.*

TVTELA ſecũdũ Azo. in Sum. eſt ius & poteſtas in capite libero ad tuendũ eum, qui propter ætatẽ ſuã ſpõte ſe tueri nequit, à iure ciuili data ac ꝓmiſſa: vt Inſti. de tutel. §. eſt autẽ. Tutor autẽ eſt, qui pupillũ vel pupillam morte patris, vel emãcipatione, ſui iuris factũ vel fatã tuetur. Curator verò dicitur, qui curam gerit alicuius, defendẽdo ipſum à prætore, ſecũdũ leges legitimè dat⁹. vel eſt is, q res adoleſcẽtis adminiſtrat. ¶ Vnde differũt Tutor & Curator. Primò, qa iſte. ſ. tutor, datur perſonæ, ſecũdario reb⁹ vel patrimonio: ille verò ecõuerſo. Secũdò qa iſte datur impuberi, ille verò adulto. ſ. furioſo, ꝓdigo, ſurdo, muto, & ſimilibus, q rebus peſſe nõ poſſunt. Tertiò qa iſte datur quãdoq; à iudice, qñque à teſtatore: & dat̃ etiã inuito: ſecus in curatore. de quo vide Pan. in c. ex parte. el ij. de appel. & in cõſilio xciij. ¶ Primò autẽ quæritur,* quotuplex eſt tutela & tutor? Et dico ꝙ tutela eſt triplex. Prima dicit̃ teſtamẽtaria: vt qñ pater dat filio tutorẽ in teſtamẽto. Secũda legitima, quæ defert̃ à lege: vt cũ nullus eſt tutor per teſtamẽtũ: qa tũc q primo loco debet ſuccedere huic ab inteſtato, tenet̃ ſuſcipere tutelã eius. Tertia dicitur datiua, quæ ſ. datur à iudice, qñ nullo tutore dato in teſtamẽto, & nullis extantibus cõſanguineis

neis idoneis ad tutelã,iudex ex officio ſuo dat tutorẽ. Et durat tutela vſq; ad decimũquartũ annum cõpletũ pupilli,& xij.pupillæ:& inde incipit cura,quæ durat vſq; ad vicesimumquintũ completũ:Inſtit.qui.mo.tutel. fi. & Insti. de cura.Et eodẽ modo eſt triplex tutor,ſcilicet teſtamentarius,legitimus,& datiuus:quãuis ſint & aliæ differẽtiæ accidẽtales:ſicut dicitur tutor fiduciarius & onerarius,de quibus nihil ad rem.¶Secũdò quæritur,*quis poſsit eſſe tutor?Et dico ꝙ is qui nõ eſt imbecillis corpore vel animo.Vnde ſecũdũ Azo.quod in diffinitione tutelæ dicitur poteſtas,refertur ad ius: qđ autẽ dicitur ius,ad factũ: vt ſcilicet talis ſit tutor q̃ propria imbecillitate nõ impediatur vt pupillus,furioſus,& perpetuo morbo laborans. Mulier autẽ iure cõmuni,licet tẽpore Digeſtorũ nõ poſſet eſſe tutrix,ſed ſolũm ſpeciali beneficio iudicis. ff. de cur.bo. dan. l. fin.tũ póſt fuit iſta facultas iure Codicis ampliata.C.qñ mu.tu.off.fun. po. & nouiſsimè ſtatutum fuit iure Authẽticorũ,vt liceret matri & auiæ agnoſcere tutelã filiorũ ſeu nepotũ,ita vt præferantur legitimis ſeu datiuis.vt in auth.matri & auiæ.ita tamẽ vt ante omnia duo obſeruẽtur.Primò vt renũtient ſecũdis nuptijs. Secũdò vt renuntient beneficio Velleiani, vt ibi.Et eſt tutela matris legitima,ſed tamen volũtaria:quia nõ cõpellitur ſi non vult,vt legitur & no.in d.auth.matri.pro quo vide Pan.in c.ex parte.el ij.de appel.¶Tertiò quæritur,* vtrũ clerici vel monachi aut epiſcopi teneãtur ſuſcipere tutelã?Et dico ꝙ nullã ſuſcipere coguné,ſecũdũ ſoã.di.lxxvj. c.ſi.legitimã tamẽ clerici poſſunt recipere ſi volũt,vt ibi: & hoc eſt eorũ priuilegiũ, quòd licet poſsint alicui ſuccedere ab inteſtato,nõ tamẽ tenẽtur recipere tutelã:licet aliud obtineat in laicis.C.de leg.tu.authẽ. ſicut hæreditas.datiuã autẽ vel teſtamẽtariã recipere nõ poſſunt,ſecũdũ gl.in d.c.ſi.per ca.Cyprianus.xxj.q.iij.quod bene facit.epiſcopus autẽ vl monachꝰ,etiã volẽs recipere nõ poteſt legitimã,ſecũdũ Ioan.vbi ſ.& in authẽ. de ſanc. epiſc. §.Deo autẽ amabiles.vel,vt ibi idẽ dicit,hãc recipere poſſunt:& illi authẽt.per d.c.ſi.derogatur. Sed tamẽ quo ad monachos ſiue religioſos limita,de licẽtia ſuorũ prælatorũ.xvj.q.j.monachi. Tutelam autẽ miſerabiliũ perſonarũ omnes religioſi,clerici,vel epiſcopi recipere tenẽtur: vt in d.c.fin.& diſt.lxxxviij.c.j.& c.epiſcopus. Sed quo ad epiſcopũ limita,ꝙ nõ per ſeipſum,ſed per archipresbyterũ vel archidiaconũ:vt in c.epiſcopus.etiã quo ad legitimã.ar.eiuſdẽ c.quo ad religioſos verò limita de cõſenſu prælatorũ ſuorũ.xij.q.j.non dicatis.Sum autẽ Roſthic dupliciter deficit:primò quia contra Ange. & Sup. tenet epiſcopũ nõ poſſe recipere tutelã legitimã. Secũdò quia hoc falsò imponit Io.And.in d.c.fin.¶Quartò quæritur, *quæ pertineãt ad officiũ tutorũ,quæ ſi nõ faciũt, teneãtur pupillo ad intereſſe?Et dico ꝙ tria.¶Primũ.Vt pupillos à criminibus intactos cõſeruent.¶Secundum. Vt res eorũ pſeruent ab iniuria.xij.q.j.c.j.facit l.j. ff.de tu.vnde tutores dicti ſunt quaſi tuitores:vt d.l.j.¶Tertiũ. Quòd pecuniã eorũ vel bona mobilia,quę ad nihilũ valent, eis ſeruata,conuertãt in pdia,ex quibus fructũ pcipiãt:aliòquin teneãt tutor pupillo ad fructꝰ,quos poterat habere, deductis expẽſis & periculis,ſecundũ Bart.in l. tutor qui repertoriũ.§.j.ff.de admi.tu.Quod limita verũ ſi potuit emere:puta qa erãt venditores, aliàs non. Et idẽ dic vbi eſſet ſtatutũ,vt Genuæ,ꝙ oña mobilia diſtraherentur, vt de pecunia pupillus lucrũ acquirat:quia ſi tutor nõ facit cũ poſsit,teneãt ad intereſſe.Et idẽ Bar.in l.ſi.C.de cõdi. inde.& loã.de Ana.in c.quia in omnibus.de vſur.ꝙ vbicunq; olim tutor tenebatur de pecunia pupilli fœneratori,hodie cũ vſuræ ſint prohibitæ,tenẽt eã ponere ad iuſtã negotiationẽ,ad partẽ lucri & dãni.Vide etiã ſ. Clerici cus.iiij.§.x.¶Quintò queritur,*quæ ſit cautela habenda tutori vt nõ teneatur ꝙ aliquo facto pupilli?Et dico hãc eſſe,ſi illud faciat cũ cõſilio coniunctorũ pupillo, & hoc in inſtrumẽto ponatur:qa tale cõſiliũ facit præſumptionẽ ꝙ dolus & culpa abſuerit:arg.l.etiam.C.ſi tut. vel cu. inter.ſecundùm Bald.in l.Polla.C.de his quibus vt indi. ¶Sextò queritur,*vtrũ tutor teneatur facere inuentariũ de rebus pupilli?Et dico ꝙ ſic:niſi cauſa neceſſaria vel iuſtiſsima impediat.Text.eſt in l.tutor qui repertoriũ.ff. de admi.tu.& idẽ dic ſecũdũ Bar.ibi,de curatore,& cauſa dicitur neceſſaria,ſecũdũ eã,ex parte tutoris morbus: puta qa podagroſus,vel aliqua huiuſmodi impeditus:vt ex parte rei,qa nõ reperitur adhibita diligẽti inquiſitione.Cauſa verò iuſtiſsima dicitur,ſi teſtator remiſit cõfectionẽ inuẽtarij:vt in l.ſi.C.arb.tut.quod limitat Bar.vbi ſ.niſi ex cauſa iudicialiter videatur,vt in l. in cõfirmãdo, & l.vtilẽ.ff.de cõfir.tu.Fallit tñ hoc in duobus caſibus; in quibus inuentariũ facere non tenetur,ſecundũ Bart. vbi ſ.Primò ſi cõſuetudo eſſet ꝙ nõ fieret. Secundò ſi iudex ex cauſa remitteret:quia hoc nõ poteſt.¶*Septimò quæritur,quãdo tenetur facere?Et dicit Bart.vbi ſ.gl.ibidẽ & Doct.cõmuniter tenere ꝙ mox,id eſt,quàm primùm poterit. ad quod facit l.hæc cõditio.ff.de cõdi.& demon.aliter videtur in dolo. Quòd intellige ſi adminiſtrauit:nõ autẽ ſi nõ adminiſtrauit.Similiter nec ſi fecit illa quæ dilationẽ nõ recipiunt:quæ vel neceſſariò præcedũt cõfectionẽ inuẽtarij,vt eſt perſcrutatio ſubſtãtię hereditariæ: vel ea quæ nullo modo poſſent obeſſe pupillo,ſed bene prodeſſe:qa talia agẽdo ante confectionẽ inuẽtarij non præſumitur in dolo,ſecundũ Bart.vbi ſ.¶Octauò quæritur,*qualiter debet fieri? Et dico ſecundũ tex.in l.tutores.C.de admi.tut.ꝙ in præſentia publicarũ perſonarũ. vbi tamen dicit glo. ſufficere notariũ vnũ. Præſentia verò iudicis nõ eſt neceſſaria,ſecundũ Bart.vbi ſ.& cõmuniter Doct.niſi vt fiat fides cõtra debitores nominũ, quorũ nomina ſcribuntur in inuẽtario. Et ita tene, quamuis gl.in d.l.tutor.teneat ꝙ eſt neceſſaria.¶Nonò quæritur, *de quibus fieri debeat inuentariũ?Et dicit text.in d.l.tutores.ꝙ omniũ rerũ,id eſt,corporalium, ſecundũ Bart. vbi ſ.& inſtrumentorũ,id eſt,omniũ iuriũ corporalium, de quibus apparẽt inſtrumenta ſeu probationes in bonis pupilli:de aliis non.¶Decimò quæritur,*quomodo mater perdit tutelã filij?Et dicit Panor.in ca. vxoratus.de cõuer.coniu.ꝙ dupliciter.Primò ſi tranſit ad ſecundas nuptias.Secundò ſi viuit incõtinẽter.de quo eſt glo.quã ſequitur Bal.in authen.matri & auiæ.C.quãdo mulier.tu.off. fun.po.& facit tex.in l.ſi.eo.tit.vbi requiritur quòd publicè viuat.quod not.glo.& Bart.in l.fideicommiſſum.de fideicom.vbi vult ꝙ vxor relicta,ſi incõtinẽter viuat,perdat legatũ ſibi factũ à marito: & aufertur ſibi tanquã indigna,vel ex præſumpta volũtate reuocatur. quod maxime procedit ſi incõtinẽter vixit tẽpore mariti,eo ignorante.pro quo glo.in l.ſororẽ.C.de his qui.vt indig.

DE VANA GLORIA.

1 *Vana gloria,an ſit peccatum,& an mortale num.s.*

VANA gloria.Et dicit gloriã gloriæ vanitatem.Gloria autẽ dicta quaſi clara,claritatẽ quandã ſignificat:& coſequẽter manifeſtationẽ alicuiꝰ:& eſt clara cũ laude notitia, ſecũdũ Amb.ſuper epiſtolã ad Ro.Vnde ſecundum

ſecundũ S.Tho.ij.ij.q.cxxxij.nomẽ gloriæ propriè importat manifeſtationẽ alicuius de eo qđ apud homines decorũ videt,ſiue ſit bonũ corporale,ſiue ſpirituale.qđ propriè eſt qñ bonũ alicuius noſcitur & approbat à multis:largius verò etiã à paucis:vel ab vno,aut ſe ſolo.Vanitas autẽ glorię vt colligit ab eo ibi,& ma.q.ix.arti.j.triꝑ accidit gloriæ.ſ.primò qa gloriat qs de eo quod nõ eſt:vel ſi eſt,nõ eſt gloria dignũ.vel ſecũdò apud homines,quorũ iudiciũ incertũ eſt,qđ intellige vltimatè: qa ſi ſit apud Deũ vltimatè,vt cũ queritur gloria apud homines ꝓpter honorẽ Dei vel ſaluté ꝓximi,non eſt vana. aut tertiò nõ ad debitũ finẽ:puta honorẽ Dei vel ꝓximi ſaluté,quod eſt dicere gloriã eſſe vanã ex parte eius de quo qs gloriat:vel eiꝰ à quo qs q̃rit gloriã:vel eius,ꝓpter quod quis querit gloriã. ¶Primò autẽ queritˀ,vtrũ appetere gloriã ſit peccatũ?Et dicit S.Th.ꝙ nõ ſecũdũ ſe:qa ꝙ quis bonũ ſuũ cognoſcat & approbet,nõ eſt peccatũ: ſecũdũ illud j.Cor.ij.vt ſciamus quę à Deo donata ſunt nobis.Similiter nec ꝙ aliqs velit opa ſua ab alijs approbari,ſecũdũ illud Matt.v.Luceat lux veſtra,&c.Sed appetitus inanis aut vanę glorię,vitiũ importat:qa quodlibet vanũ appetere vitioſum eſt,ſecũdũ illud Pſal.Vt qđ diligitis vanitatẽ.¶*Secũdò queritur,vtrũ appetitus inanis gloriæ ſit peccatũ mortale?Et dico ex S.Tho.vbi ſ.ꝙ poteſt eſſe peccatũ mortale dupliciter.Primò rõne materię de qua quis gloriatur:vt qa de aliquo falſo diuinę reuerentiæ cõtrario:ſecũdũ illud Ezech.xxviij.Eleuatum eſt cor tuũ:dixiſti,Deus ego ſum.& j.Cor.iiij.Si acceperis,quid gloriaris quaſi non acceperis?vel etiã cũ bonũ tẽporale,de quo qs gloriat,præfert Deo:quod ꝓhibet Hiere. ix.Nõ glorietˀ ſapiẽs in ſapiẽtia ſua,&c.Aut etiã cũ quis teſtimoniũ hominũ præfert teſtimonio Dei:ſicut contra quoſdã dicitur Io.xij.ꝙ dilexerũt magis gloriã hominũ quàm Dei.Alio mõ ex parte ipſius gloriaris,q̃ intentionem ſuã refert ad gloriã tãquam ad vltimũ finẽ,ad quẽ ſ.ordinat virtutis opera,& pro quo cõſequẽdo nõ prętermittit facere,etiã ea quę ſunt cõtra Deũ:& ſic eſt mortale. Si autẽ amor humanæ gloriæ quãuis ſit inanis,nõ tñ repugnat charitati,neq; quãtũ ad id de quo eſt gloria,neq; quãtũ ad intẽtionẽ gloriã querẽtis,nõ eſt mortale,ſed veniale.Hæc ille in forma & obſcurè.Ad quorũ intellectũ nota,ꝙ dũ quis gloriat,quatuor cõcurrũt,quæ reducunt ad duo.ſ.gloriãs & gloria,q̃ eſt eius finis,res de qua gloriat,& is,apud quem gloriatur,ſiue à quo gloriã querit. quorũ duo prima S.Th.accipit,ꝙ vno:cũ neq; in gloria, neq; in gloriãte cõſiſtat peccatũ:ſed in intẽtione gloriã appetẽtis indebitè.& ſimiliter duo vltima accipit,ꝙ vno: qa ex rẽ aliqua nullus gloriã accipit,niſi ꝑ alicuius approbationẽ.Intẽdit ergo S.Th.primò ꝙ appetitus glorię vanæ ex ſuo genere nõ ſit mortale:quod patet,qa nõ ſemper eſt mortale.Et ſecũdò ꝙ ex parte rei,de qua quis gloriatur,pòt eſſe mortale,ſupple licet nõ ſemper ſit,ſed ſolùm dupliciter:primò ſcilicet rõne obiecti glorioſi,vel qa illud eſt notabiliter cõtra reuerẽtiã Dei,ſiue ſit quid falſum:ſicut Cyrus gloriabat ſe eſſe Deũ.Ezec.xxviij.& Herodes Act.xij.ſiue etiã verũ:vt cũ qs gloriatur de peccato,nõ qdẽ veniali,ſed mortali,ſiue ſit verũ,ſiue falſum. Nõ ob.illo verbo S.Th.falſo:qa loquitur exẽplariter:vel ſi talis res nõ ſit cõtra reuerentiã Dei,tñ præfertur Deo ſecũdũ eſtimationẽ gloriantis:qa eam diligit plus Deo. Vel ſecundò rõne approbãtis obiectũ,quãdo ſcilicet teſtimoniũ hominũ prefertur diuino.Intendit tertiò ꝙ ex parte intẽtionis & finis ſit mortale,inquantũ ipſa gloria vana appetitur tanquã vltimis finis.quod ſecũdũ eius doctrinã tũc eſt,qñ actu & habitu omnia ordinantur ad illã: vel quod idẽ eſt,quãdo quis eſt paratus Deũ per mortale cõtẽnere,vt illã aſſequaˀ,vt patet ſ.Gula.§.j.& Auaritia. §.j.vbi etiam declaratur quomodo hoc debet intelligi. ¶Ex quibus patet,ꝙ Sum.Ang.cõtra S.Th.& veritatẽ dicit ꝙ eſt mortale,quãdo ea quæ ordinata ſunt ad gloriã Dei quis principaliter facit ad gloriã ſuã,vt ſacramenta & ſcripturæ ſacræ.Ex quo infert ꝙ mortale eſt prędicare aut miſſam celebrare,& huiuſmodi,ꝓpter inanẽ gloriã. quod verũ eſt ſolũ,vt dicit S.Th.ſi in ea ponaˀ vltimus finis,ita ꝙ ipſa principaliter intẽdit actu & habitu:ſecus ſi actu tantũ,vt iſte intendit:aliàs ſi is qui gloriaˀ de ſacris veſtibus,aut cantu diuinorũ,vel eruditione Theologica,actualiter nullũ alium finẽ intendens,peccaret mortaliter,totus penè clerus eſſet in malo ſtatu.¶*Tertiò q̃ritur,quæ ſint filiæ eiꝰ?Et dicit San.Th.vbi ſuprà ꝙ ſunt inobediẽtia,iactantia,hypocriſis,cõtẽtio,pertinacia,diſcordia,preſumptio nouitatũ,maximè in ſuperfluo ornatu.de quibus omnibus vide loco ſuo.

VASA ſacra præcipiũtur ſeruari mũda:de cu.euchariſt.c.ij.& oratoria,corporalia,veſtimẽta miniſtrorũ,& pallæ altaris.Ex quo patet ꝙ mortaliter peccãt qui illa tenent immunda,ac ſi eſſent pro ſeruitio ruſticorũ.

¶VASALLVS dicitur,qui habet feudum ab aliquo, & declaratur ſuprà in verbo Feudum.

VERITAS multipliciter diffinitˀ.vt patet j.q.xvj.art. j.& q.xxj.art.ij.& j.diſt.xix.&,ꝓpria eius ratio conſiſtit in adæquatione rei & intellectus:vt patet vbi ſ.Veritas ergo,vt colligitur ex iiij.diſt.xlvj.q.j.ar.j.q.iij.ſumitur primò ſimpliciter vt eſt adæquatio intellectus ad rẽ indifferẽter.& ſecũdò ſumitˀ pro adæquatione intellectus ſiue cõceptionũ iuſtitię ad opera iuſtitiæ:& dicitˀ veritas iuſtitię.& tertiò pro adæquatiõe intellectꝰ ad actus noſtros generaliter:& dicitˀ veritas vitæ,quę cõſiſtit in hoc ꝙ quiſq; faciat ſecundũ quod ratio docet.& quartò pro adæquatione vocũ,quę ſunt intellectuũ ſigna ad res ꝓvoces ſignificatas: & dicitur veritas doctrinę,quę cõſiſtit in veritate enũtiatiõis:& ad eã reducũtur duæ:qa ſi verè actiones noſtrę ſint ſigna intellectuũ,nõ cõſiderato dãno vel lucro,eſt veritas,de qua loquitˀ Philoſophus in iiij. Ethi.diuiſa cõtra ſimulationẽ & mẽdaciũ,qua ſcilicet aliquis talẽ ſe exhibet in dictis & factis,qualis eſt interius. cõſiderato aũt dãno vel lucro,eſt veritas quę eſt pars iuſtitiæ ſecũdũ Tulliũ,qua quis ſeruatur indẽnis in iudicijs & cõfeſsionibus,& ſeruat quod ꝓmiſit.Vnde veritas iuſtitiæ fundaˀ in hoc ꝙ operationes iuſtitię cõparãtur ad intellectũ vt ad regulam:veritas autem,de qua loquitur Philoſophus,in hoc ꝙ ad illum comparantur vt ſigna.

VECTIGAL eſt quod præſtaˀ ex ijs rebus quę vẽduntur:tributũ verò vel publica pẽſatio ſeu functio eſt quæ ratione fundi vel ſoli preſtaˀ:ideoq; dicitˀ cẽſus, ſecundùm Azo.in Sum.Vide ſ.Gabella.j.§.iiij.

¶VELATIO virginum:vide ſ.Conſecratio.

VENATIO videˀ eſſe exercitiũ ordinatũ ad captionem animaliũ ꝑ reſtriũ:ſicut aucupiũ ordinatur ad captionem auiũ,& piſcatio piſciũ.& ſecundũ S.Th.omnia iſta ſunt à natura & de ſe licita,vt ſ.Piſcatio.Sed pro hoc aduerte,ꝙ ad iura cõcordanda gl.in c.qui venatoribus.diſt.lxxxvj.diſtinguit dicẽs,quòd triplex eſt venatio: quędam ſcilicet oppreſsiua hominũ:q̃ ſemper prohibetˀ. diſtin.vj.§.is ita.quædam arenaria,ſcilicet qua quis pugnat in arena cũ beſtia dẽtata,ad hoc locãs operas ſuas: quę

quæ ſimiliter eſt ꝓhibita: quam q̃ exercet, peccat mortaliter: & qui eã aſpicit, & qui exercet, infamis eſt: niſi gratia virium ſuarũ experiendarum. ff. de poſtu. l. j. §. item ſenatus. de qua loquitur d. c. qui venatoribus. & duo ſequen. & iij. q. vij. §. tria. quædã etiã eſt ſaltuoſa, quę ſit in ſyluis & ſaltib⁹: quę licita eſt. de deci. nõ eſt in poteſtate. ¶ Sed tamẽ ſecũdũ prædictã gl. illicita ſit primo ex tempore: vt Quadrageſima, & diebus ieiuniorũ. xxiiij. q. viij. ſi nulla. lxxxvj. diſt. an putatis. Secũdo ex perſona: quia clerico nõ eſt licitũ, etiã ſi ſit pauper, ſecũdũ quoſdã: vt xxxiiij. diſt. quorũdã. quia poteſt aliàs victũ quęrere. xcj. diſt. clericus. qa facit ciſtas & calathos & retia. de cõſe. diſt. v. nunquã. laico autẽ licita eſt ob neceſsitatẽ ꝓ pellibus & carnib⁹, nõ ob voluptatẽ. Hæc ex illa. Sed quãtũ ad tempus putat Supple. addẽdum q̃ à fortiori ſit illicita die⁹ feſtorũ, in quibus fortius cõuenit à ſeruilibus abſtinere. Sed hoc nõ bene dicitur: quia nõ prohibetur diebus ieiuniorũ rõne ſeruilitatis, ſed voluptatis & nimię reſolutionis, quę ſi ſit honeſta, licet in feſtis, & nõ ſemper in ieiunijs: ideo dico q̃ in feſtis eſt illicita eo mõ, quo & aliæ recreationes, ſi cauſa recreationis fiat. de quo ꝛ. Ludus. §. i. Si verò fiat cauſa lucri, nõ licet, niſi eo modo quo de piſcatione ſuprà dictũ eſt, ſcilicet cauſa lucri aliàs perituri, vel cauſa famis, vel alia ſimilꝭ, accedente licẽtia epiſcopi vel ꝓprij ſacerdotis. arg. c. licet. de fer. ¶ Quantũ verò ad pſonã nota, q̃ laicis licet etiã cũ clamore, ſecundũ prædictã gl. ſolùm ratiõe neceſsitatis. Pro quo facit tex. in c. Eſau. diſ. lxxxvj. dicens q̃ Eſau ideo erat venator, quia peccator. Sed Ioan. And. verꝰ tenet q̃ licet etiã cauſa voluptatis. alleg. Inſtit. de rer. diui. §. feræ. & ff. de acquir. rer. domi. l. naturalem. & hoc eſt verum ſi fiat raro. primum verò ſi fiat aſsidue. pro quo vide Pan. in c. j. de cle. vena. Clericis aũt interdicitur ſolùm ſi ſit clamoſa, ſecũdũ eãdẽ glo. Ponẽre autẽ, inquit, laqueũ vel rete ſine ſtrepitu & clamore & canib⁹, licet etiã clericis: cũ monacho etiã licea ttexere linũ ꝓ capiendis piſcibus. de cõſec. diſ. v. nũquã. imò gl. in c. epiſcopũ. de cle. vena. videt cõcedere etiã cũ canibus, dicẽs q̃ licita eſt clericis cauſa neceſsitatis vel recreationis, niſi ſit clamoſa: vel niſi ſint epiſcopi, quibus omnino nõ licet. diſt. xxxiiij. c. j. imò ſecũdũ Pan. in c. j. de cle. vena. hoc. licet epiſcopo, ſi rarò, & nõ cauſa voluptatis, ſed neceſsitatis hoc faciat: puta vt excitet appetitũ: adde vel neceſſariæ recreatiõis, cũ ſit eadẽ rõ. ¶ Sic ergo cõclude q̃ plati & alij eccleſiaſtici cã neceſsitatis: vt ſi in hoc habẽt reditus, vt in Frãcia: & recreationis, cũ retib⁹ & laqueis & canibus venari poſſunt aliquãdo cũ ſilentio & modeſtia: ni ſi tẽpore quo debent viſitare aut prædicare. de cenſi. c. cũ apoſtolus. §. archidiaconi. & ſic intellige illud, ne cler. vel mona. c. j. & iura quæ videtur cõtraria, ſecũdũ Hoſti. intelliguntur de his qui talibus mẽtẽ nimis implicãt. Et adde Arch. in d. c. qui venatoribus. q̃ ſi electo in epiſcopum objiciatur q̃ ſit venator: hanc exceptionẽ interpretari debemus in meliorẽ partẽ, ſcilicet q̃ cauſa licitæ recreationis hoc ageret niſi alię præſumptiões mouerent in contrariũ. Vtrum autem ſerui teneantur obedire dominis volentibus venari tẽpore prohibito: dicit Rod. q̃ nõ: q̃ ſi propter metum obediãt, vide ſuprà Metus. §. ij. ¶ Vtrum autem venatores cõculcãtes agros, vineas, & ſegetes, & quorũ canes occidũt gallinas & animalia pauperũ & aliorũ, teneãtur reſtituere? dicit Aſten. q̃ ſic ad eſtimationem: aliàs peccãt mortaliter, niſi dãnum ſit ita modicũ q̃ probabiliter credunturnõ curare. ¶ Vtrum autẽ domini occidentes aut mutilantes propter lepores & animalia ſylueſtria capta, peccent mortaliter: dicit Aſten. quòd ſic, ſi faciãt libidine vindictę, vel amore huiuſmodi animaliũ aut venandi. Si autem ſit conſuetudo loci vel ſtatutũ quòd pro vno actu venãdi tanta pœna infligatur, nõ excuſantur à mortali omnes obſeruãtes, vt no. Tanc. in Summa tit. de Rapina.

¶ VENDITIO. vide ſuprà Emptio.

¶ VENEFICIVM. vide ſuprà Superſtitio, vt §. Maleficium.

¶ VENIALE. vide ſuprà Peccatum.

VERBERATIO quomodo & quãdo liceat, videt, Percuſsio. Et adde q̃ is q̃ luit in corpore eo q̃ non ſit ſoluẽdo: ſi venerit ad pinguiorẽ fortunã, ampliꝰ ſolvere nõ tenetur, ſecũdũ Bal. in l. ſi. ff. de in ius voc. quia luitio corporalis cedit loco ſolutiõis. & facit l. ſed ſi vnius. §. ſi ante. ff. de iniur. & eſt gl. in c. ſicut dignũ. de homi. & in regula, peccatum. lib. vj. limita tamen, vt §. Solutio. §. v.

VESTIS. vide §. Ornatus: & §. Vaſa: & §. Cõſecratio veſtiũ. Et adde q̃ de iure deb⁹ veſte dominarũ caſula aut alia veſtis ſacra fieri nõ poſſet, ſecundũ gloſ. in c. ad nuptiarũ. de conſec. diſt. j. vbi tex. dicit, Ad nuptiarũ ornatum diuina myſteria non præſtantur, ne dũ improborum tactu vel pompa ſecularis luxurię polluũtur, ad officium ſacri myſterij videãtur indigna. quã gl. ſequtur Io. de Deo. & Arch. ibi, & Pan. in c. ad hæc. de relig. do. dicens cõtrariũ ſeruari, & male. & Mat. & Zab. in cle. j. de celeb. miſ. & ibi Io. de Imo. & eã videtur approbare Sum. Roſ. cõtra Angelicã: licet dicat Xyſtum ſuper hoc licentiã dediſſe. Et fundãt ſe iſti, quia tex. in d. c. ad nuptiarũ. *innuit talia* eſſe polluta. ſed cõtrariũ habet cõſuetudo *legum interpres*: quia quotidie ex veſtibus profanis *fiunt ſacrę* per põtificalẽ benedictionem: & vetus tabernaculum factum eſt pro magna parte ex anulis & ſimilibus: & tẽpla idolorum cõuerſa ſunt in eccleſias: & ſimiliter multę domus profanæ. Ille autẽ textus velle videtur ſolũ q̃ veſtis ſacra polluta luxurijs deberet rebenedici. Vnde dico q̃ veſtes profanæ ex pontificali benedictione ſanctificãtur, & fiũt dignæ cultu diuino: ſicut & idolorum templa.

DE VICARIO.

1 *Vicarius quid & quotuplex ſit.*
2 *Vicarius perpetuus quid.*
3 *Vicarius papæ in urbe relictus quam habeat poteſtatem.*
4 *Vicarius epiſcopi uel alterius prælati quã habeat iuriſdictionẽ.*
5 *Vicarius temporalis an poſsit ſubſtituere vicarium.*
6 *Vicarius an gaudeat priuilegijs principalis.*
7 *Prælatus an poſsit uices ſuas committere ſub annuo cenſu.*
8 *Vicarius ex quibus cauſis dari poſsit.*

VICARIVS à vice quã gerit dictus, dupliciter ſumitur. Primò ſcilicet large & cõiter. & ſic intelligo q̃ ſecũdũ Dir. lib. iij. ti. viij. eſt qui alterius vicẽ, nõ ſuum gerit officium: vel eſt qui vices gerit alterius ſiue in officio nõ cõtẽtioſo. extrà eo. per totũ. ſiue in cõtentioſo. C. de offi. eiꝰ qui vi. al. ge. per totũ. & ſecũdò ſtrictè & ſpecialiter ac ꝓprię: & ſic ſecundũ Pan. in c. G. perpetuus. de fide inſtr. eſt vicarius eccleſiæ parochialis: qa ſecũdũ Vin. vicarius ad tempus nõ eſt cẽſendus vicarius. Ex quo infert Pan. q̃ appellatione vicarij nõ cõpræhẽditur vicarius tẽporalis: quia nõ eſt ꝓprię vicarius. quod intelligo loquendo de vicario deputato in eccleſia, in qua eſt aliqua vicaria: ſeu de vicario, de quo principaliter loqtur titulus, de officio vicarij. Vñ ſubiũgit, qa titulus vicariatus eſt perpetuus, & ſuperioris authoritate conſtituitur. de prębẽ. c. extirpandæ. §. q verò. & cle. vnica. cũ ibi no. de offic. vica.

1 ¶* Primò ergo quæritur, quotuplex ſit vicarius? Et dicit Car. & Io. de Imo. & Lãd. ſi d. cle. vnica. q̃ eſt quadruplex: quia ſunt quidã vicarij perpetui eccleſiarũ parochialiũ, de quibus in d. cle. quidã verò ſunt temporales, vt mercenarij, qui ad tẽpus aſſumuntur in adiutorium curę: quidã iuriſdictionales deputati ad aliquã q̃uinciã aut diœceſim vel locũ: de qbus extrà, eo. c. pen. & xvj. q. j. adijcim⁹. q̃ dã vero generales, cõſtituti ſcilicet ad omnia quæ incumbunt prælato, nõ ſolùm quantũ ad curã, ſed quantum ad omnia, de quibus eo. tit. cũ in generali. lib. vj. & de temp. or. cũ nullus. eo. li. Sed quia iſta diuiſio ſecundũ artem dividendi multiplicẽ calumniam patitur: ideo aduertendũ eſt q̃ mens iſtorũ Doct. eſt iſta: Vicariorum quidã ſunt perpetui, de quibus j. §. ij. quidã temporales, id eſt, inſtituti ad tẽpus. de appel. peruenit. Et tẽporaliũ quidã ſunt vicarij ſimpliciter quo ad oĩa loca, & omnia negotia conſueta expediri per vicariũ, q̃ dicũtur generales: quidã verò ſecũdũ quid, id eſt, quo ad aliquẽ locũ tãtùm: ſicut eſt vicarius papę relictus in vrbe: extrà, eo. tua nobis. vel etiã vicarius papę relictus in vrbe: extrà, eo. tua nobis. vel etiã quo ad aliquẽ determinatũ actum: qui dicuntur iuriſdictionales, quorũ authoritatẽ ſecundùm Land. ex commiſſione meſuramus: dicũtur etiã foranei aliqñ. de quo j. §. iiij. & vtrique aliquãdo ſunt papæ: aliquando rectorũ parochialiũ. ¶* Secũdò quæritur, quid iuris de vicario perpetuo? Et dico multa. ¶ Primũ, Secũdũ Panor. in c. G. perpetuus. de fide inſtru. vicarij perpetui ſunt, cùm cõſtituuntur, ꝓut not. in c. fi. de offic. vic. vbi ſcilicet dicit gl. q̃ vicarius per *petuus dicitur, qui canonicè à perſona eccleſiæ de authoritate epiſcopi eſt inſtitutus*, & certã debet percipere portionẽ: vt in c. ad hæc. eo. tit. Vel dic q̃ eſt vicarius amouibilis ad beneplacitũ inſtituentis. Vnde in d. c. ad hæc. dicitur q̃ remoueri non poteſt per rectorẽ. & glo. ibi dicit q̃ habet ius vicariæ, ſed nõ habet eccleſiã quo ad titulũ, ſed ſolus prælatus: tamẽ expelli nõ põt, ac ſi haberet eam intitulatã, ſine iuſta cauſa: & tũc p iudicẽ, & nõ per ſe. Platũ ipſius eccleſiæ: vt hic in fin. Hæc gl. ¶ Secundũ. Vicarium perpetuũ, ſecũdũ Car. poſt Lau. facit authoritas epiſcopi, ex qua ſuſcipit curã animarũ: & ſecũdũ Dir. ipſa authoritas epiſcopalis facit vicarias ꝑpetuas nõ mutabiles. extrà, eo. ad hæc. Vnde quoties eſt qs deputatꝰ authoritate epiſcopi curato beneficio vicariꝰ, eo ipſo eſt ꝑpetuus & immutabilis, per c. vnicũ. de capel. mo. li. vj. Qã intellige qñ eccleſiæ ſũt parochiales: aliàs ſi ſint eccleſię ſimpliciter curatæ, nõ erũt ꝑpetui: puta ſi deputẽtur ad eccleſias rurales: ſed poterunt mutari ad velle ꝓlati, ſecũdũ gl. in cle. vnica. eo. ti. ar. c. presbyteri. de capelli. mo. Prælatus autẽ, i. rector eccleſiæ. ſecũdũ Io. And. in c. clericos. eo. ti. nõ poteſt ſibi inſtituere vicariũ. Quod Arch. limitat de ꝑpetuo 3 ſine authoritate epiſcopi: ſed de authoritate epiſcopi põt: & ſic nõ cõtradicit, ſed cõcordat. de cle. pere. c. fi. Ad de q̃ etiã põt inſtituere tẽporalẽ, etiã ſine cõſenſu epiſcopi. xvj. q. j. adijcimus. vij. q. j. illud. Vicariꝰ autẽ ipſe ꝑpetuus aliũ vicariũ ꝑpetuũ inſtituere nõ põt, extrà e. clericos. tẽporalẽ tñ inſtituere põt, ſecũdã Lau. & Car. qđ de mẽte Arch. poſt Hoſt. limitat raro & ad modicũ tẽpus, & ex magna cauſa. Nec eſt ſimile de ꝓcuratore & negotiorũ geſtore, q̃ põt aliũ ꝑpetuũ ſubſtituere. ff. mãda. l. ſi ꝓcuratorẽ. qa ſecũdũ Pau. aliud eſt in ꝓcuratore iudicij, qui ꝓ litis cõteſtatiõnẽ factus eſt dñs litis, extrà, de ꝓcu. c. j. & ij. li. vj. aliud in vicario, q̃ nõ eſt dominus. eo. tit. c. ij. & cuius induſtria electa eſt. Et dat Car. rationẽ: qa cũ talis vicaria ſit titulus, cõferri nõ põt niſi de ſupioris authoritate. Ex ſpeciali tñ mãdato inſtituẽtis ſecũdũ Arch. põt alium ſubſtituere: qđ nõ puto verũ de ꝑpetuo, niſi vt parti. ſeq. ¶ Tertiũ. In cõſtitutione vicarij ꝑpetui requirit cõſenſus rectoris & patroni, ſecũdũ Car. cũ agat de iudicio vtriuſq; in hoc q̃ creat titulus perpetuus in eccleſia: ꝓ quo extrà, de iure pa. poſtulaſti. licet gl. in c. ad hæc. e. ti. aliter dicat. Tẽporalẽ tñ vicariũ ſolus epiſcopꝰ dare põt ex causa. de. elec. cũ ex eo. li. vj. Et ſimiliter poſſet dare ꝑpetuũ, ſi cauſa ardua ſubeſſet, etiã inuito rectore & patrono: quorũ cõtradictio irrationabilis nõ foret admittẽda: qa epiſcopus habet liberã diſpoſitionẽ beneficiorũ ſuæ diœceſis, ita q̃ ex eã põt ius vniꝰ eccleſiæ alteri dare. de religio. do. cõſtitutus. ¶ Quartũ. Vicarius ꝑpetuus ſecũdũ Car. i d. cle. vnica. habet curã animarũ indiſtinctè quo ad omniũ effectũ, etiã quo ad cõmoda: qa poſsidet ſuo nomine, ad inſtar cõducẽtis, nõ ad modicũ tẽpus. l. ſi. ff. ſi agger vecti. pe. licet per modũ cuiuſdã iuris & in habitu ſit apud principalẽ: vt not. in c, expoſuiſti. de præb. Quãtũ verò ad exercitiũ actionũ cõpetentiũ beneficio, dicit Card. q̃ ſi decimæ, primitiæ, & oblationes datæ ratione curæ cõpetũt vicario, & certa portio aſsignat prælato, vel ei, cuius eſt vicarius, vt eſt monachus: cura & rei vẽdicatio ſpectat ad vicariũ. Si verò ecõtrario pceptio, quętuũ ſpectet ad principalẽ, certa portiõe relicta vicario, iuxta ca. ſuſcepti. de ꝓben. li. vj. tũc cura animarũ & rei vendicatio fructũ ſpectãt ad principalem, maxime in foro contentioſo: ſed exercitiũ in foro animæ ſpectat ad vicariũ. de prębẽn. ſuper eo. li. vj. Et ideo dicũtur capellæ monachorũ, non vicariorũ: vt in rubri. de ca. mo. Pan. etiam in c. G. perpetuus. de fi. inſtru. dicit q̃ agere & cõueniri põt vicarius tẽporalis ſolũ ſi habet mãdatũ à rectore: perpetuus autẽ poteſt pro iuribus vicariæ, licet nullũ habeat mãdatũ ab eccleſia vel rectore: qa habet titulũ: ſicut canonicus agit nomine ſuę prębẽdæ, licet ipſa ſit eccleſiæ. de ꝓba. c. iij. cũ ibi not. & factũ ſuũ præiudicabit eccleſiæ, ſicut alterius adminiſtratoris, poſſet tñ rector illi aſsiſtere in lite ratione ꝓiudicii: pro alijs autẽ iuribus eccleſiæ q̃ remãſerũt apud rectorẽ, hoc nõ põt, niſi habeat mãdatũ ab illo. ¶ Quintũ. Vicarius ꝑpetuus dẽputari nõ debet niſi in parochialibus habẽtib⁹ latitudinẽ parochię, vł aliã neceſsitatẽ: & debet habere xxv. annos, & ordinari ad ſacerdotiũ intra ãnũ. d. cle. vnica. aliàs priuatꝰ eſt ipſo facto, & nõ põt habere duas vicarias. de of. vic. c. ꝓ Iudeis. de reſcri. poſtulaſti. & ſi acciꝑat eccleſiã aliã cũ cura, ꝑdit vicariã: extrà, eo. cũ ad hęc. ¶ Sextũ. An aũt epiſcopꝰ ſine cõſẽſu patroni poſsit reuocare vicariũ ꝑpetuũ: dicũt Lau. & Pan. q̃ debet epiſcopꝰ reuocare patronũ, nõ vt cũ epiſcopo iudicet, ſed vt defendat vicariũ ſi velit. Nã eo ipſo q̃ patronꝰ citatꝰ vicariũ nõ defendit, videt cõſẽtire. ¶* Tertiò q̃rit, qd iuris de vicario papæ quẽ reliqt in vrbe: de quo habeo in c. tua nobis. extrà, eo dẽ: Et dico q̃ eiꝰ iuriſdictio nõ extẽdet vltra vrbẽ, niſi ei ſpecialiter ſit conceſſũ vt in d. c. tua nobis. Et ſecũdũ Io. An. in noue. l. dioceſanꝰ vrbis nõ includit in eiꝰ iuriſdictione de iure. ff. de of. preſ. vt l. ſi. & ſic niſi aliud exprimat nõ veniẽt niſi cõtinentia ędificia & ſuburbia. p c. ſi ciuitas. de ſen. exc. li. vj. i quo tñ oportet formã cõmiſſionis attẽdi: & plerũq; de facto abſoluit excõmunicatos ꝓpter iniectionẽ manus in clericũ, etiã aliũde veniẽtes. qđ putat eũ facere poſſe ſolũ ex ſpeciali cõmiſsiõe. Et idẽ, inqt, videt de ſubditis, ſi dicimꝰ eũ habere illã vicariã poteſtatis, quã habet papa in vrbe, vt patriacha ſeu epiſcopꝰ vrbis: nõ quã habet vt epiſcopus orbis, includẽs vrbẽ: quia tunc non abſolueret ſubditos,

nisi in casib⁹ in quibus absoluũt alij episcopi & eorũ vicarij,puta nõ enormibus.de sen.excõ.puenit.Et nõ confert beneficia in vrbe spectãtia ad collationẽ papæ vł inferiorũ vt posset papa,nisi ad hoc habeat speciale mãdatũ:vt c.fi.eo.ti.lib.vj.Et nõ põt ordinare,vel literas cõmẽdatitias ad ordines dare recipiẽdos aut tenẽdos. de tẽp. ord.cũ nullus.lib.vj.Et potest cognoscere de causis subditorũ cardinalium,qui sunt in vrbe, habẽtium ad subditos suos quasi ius episcopale:qa d.c.tua nos.solùm excludit iurisdictionẽ extra vrbem,& cõsequẽter tam plenam habet in vrbe quàm papa,quo ad causarũ cognitionẽ,cũ sit idẽ auditoriũ.de cõsue.c.ij.Item quia non minus debet posse vicarius papæ in vrbe,q̃ vicarius episcopi, qui cognoscit de causis subditorũ prælatis subiectis episcopo.de offi.ord.pastoralis.in gl.licet sit locus præuẽtioni.
4 Hæc ex illo.¶*Quartò quærit,*qd iuris de vicario episcopi vel alterius habẽtis iurisdictionẽ quasi episcopalẽ, vt platus religiosorũ exẽptus?Et dico multa.¶Primũ. Duplex est episcopi vicarius:qdã scilicet generalis simpliciter seu principalis deputatus,scilicet ad oĩa incũbẽtia, q facit idẽ cõsistoriũ cum episcopo,secundũ glo.in clemẽ. & si principalis.de rescri.& habet iurisdictionem ordinariã,secũdũ Inno.in c.suã.de offi.vi.& not.in c.licet.eo.tit. lib.vj.& in c.Romana.eo.tit.lib. vj.& cõsequenter potest suam sententiã exequutioni mãdare:& si fuerit vicarius archiepiscopi,potest nedũ subditos,sed etiã ipsos suffraganeos excõmunicare:licet propter honestatẽ sit sibi interdicta potestas respectu suffraganeorũ: vt ibi not.& idẽ Io.And.& Pan.in c.si qs contra clericũ. de fo. compet. Quidã autẽ est vicarius foraneus,sic dictus,secũdũ glo.in c.Romana.de offi.or.li.vj. qa foris in diœcesi cõstituebatur:vel qa forũ teneat:vel quia de foris veniat.Vnde tripliciter dicitur vicarius foraneus.Primò,qa est forensis: qđ nihil ad rẽ.Secũdò,qa præest causis in foro cõtentioso:qui etiã dicit officialis,licet aliquãdo dicatur vicarius generalis.quod intelligẽdũ est secundũ quid,id est,quo ad causas.Tertiò,qa præest foris ciuitatẽ in diœcesi. Vnde & secũdũ gl.ĩ cle.& si principalis.de rescrip.ĩ certa parte diœcesis vel ad certos actus cõstituitur,& nõ habet iurisdictionẽ ordinariã,sed delegatã:nec facit idẽ consistoriũ cũ episcopo:vt no.in d.cle. et si. licet dici posit ꝙ sit deputatus ad vniuersitatem causarũ,cẽseatur ordinari⁹: vt in l.cũ prætor.ff.de iudi.no.glo.in c.cũ causã.de app.& Pan.in c. si quis cõtra clericũ.de foro cõpet.Pro quo aduerte, ꝙ Archi.post quãdã gl.in c.cũ in generali.de offi. vic.lib.vj. dicit ꝙ vicarius vt officialis dicit gñalis nõ solùm ex iurisdictione data super tota diœcesi:sed etiã in particulari loco suæ iurisdictionis:quia nõ attẽditur generalitas loci,sed cõmissionis causarũ ad hoc vt cẽseatur ordinarius,& idẽ consistorium cum episcopo:quia limitatio loci nõ facit aliquẽ non esse ordinarium. ¶Secundũ.Vicarius foraneus episcopi,id est,officialis nõ potest ea quæ prohibẽtur illi in c.licet.eo.tit.lib. vj. vbi dicitur, licet in officialẽ episcopi per commissionem officij generaliter sibi factã causarum cognitio transferatur, potestatẽ tamen inquirendi,corrigendi, & puniẽdi aliquorũ excessus,seu aliquos à suis beneficijs vł administrationibus amouẽdi,trãsferre volumus in eũdẽ,nisi sibi hæc specialiter cõmittãtur.Hæc ibi.vbi dicit Io.And.ꝙ de prædictis nõ se intromittit,nec de spiritualibus. Vnde & literas cõmẽdatitias ad ordines dare nõ põt.de temp.or. cũ nullus.lib.vj.Nec similiter põt cõferre beneficia : vt in c. cũ in generali.eodẽ tit.lib.vj.Vicarius tñ generalis hæc omnia potest, excepta beneficiorũ collatione:vt in c.cũ in generali.eo.tit.¶Quia tñ in Italia vicarius & officialis rarò differũt,inspiciẽda est eorũ cõmissio. ¶Tertiũ. Secundũ gl.in d.c.licet.si episcopus dedit vicariũ generalem,intellige generalẽ suppliciter,aut etiam secundùm quid, & in mãdato expressit aliqd de prædictis,qđ requirit speciale mãdatũ,& sequuta est clausula generalis:puta,& oĩa alia faciẽdi q̃ per nos possumus,etiã si talia forent quæ mãdatũ exigerent speciale:tũc omnia specialis põt.secus si nihil de specialibus expressisset.¶Quartum. Secundũ Io.And.in c.Romana.eo.tit.lib.vj. successor vicarij excõmunicati non est excommunicatus,nisi cõmunicet in crimine dãnato:ea tamen quæ gessit eo excõmunicato qui vices cõmisit,non valent,si id fecit in iurisdictione solũ ab eo accepta.Vnde si episcopus est excõicatus,nec ipse,nec vicarij eius cognoscẽt de causis, secũdũ Arch.qa idẽ est cõsistoriũ:vnde adibitur papa.de supplẽ. ne.præla.c.j.Succedit autẽ vicario aliqs vel ex institutione principalis,vel etiã ipsius vicarij alium substituentis de iure,scilicet ex speciali cõmissiõe,vł de facto.¶Quintũ.Officialis, seu vicarius episcopi peccãs in his, quę sũt iurisdictionis,põt ab archiepiscopo puniri,secundũ Archi.sicut & punire põt episcopus suffraganeos suos:quia idẽ est cõsistoriũ episcopi & sui officialis.Si verò aliquid faceret vel possideret vt priuatus,nõ põt eũ archiepiscopus punire,nisi sicut alios subditos episcoporũ,in casib⁹ scilicet,de quib⁹ habetur in c.pastoralis.de of.ord.¶Sextũ.Secũdũ Io.And.& Inno.post Hosti.in c.tua nobis. eo. tit.mortuo episcopo vel eo qui vicariũ dedit,cessat iurisdictio vicarij.Allegat de offi.vica.c.Romana.lib.vj.& sic dicit seruari de cõsuetudine:licet aliqñ capitula tales remoueãt vel cõfirmẽt.& facit ꝓ eis c.cũ olim.de ma.& obed.¶Septimũ.Potest autẽ episcopus cõstituere sibi vicariũ,& amouere sine cõsensu capituli sui,secũdũ Host.in Sum.& põt à cõmittente vices suas restringi potestas cõmissa quantũ ad locum & tempus, & reuocari etiã ante tẽpus,arg.c.fi.de preca.& si iurasset vel promisisset sub certa pœna nõ reuocare,tamen tenet reuocatio.arg.c.dilecto.de præben.Et si hoc fiat ex causa rationabili: puta qa male facit officiũ,vendendo iustitiã,& huiusmodi,nõ est periurus,nec debet pœnã:secus sine causa, licet reuocatio teneat. ¶Octauũ.Deficit autẽ & finit officiũ vicarij episcopo mortuo vel excõmunicato,secundùm Pan.in c.
5 quoniã abbas.de offi.delega.¶*Quintò quærit, vtrũ vicarius tẽporalis possit substituere vicarium?Et dico simpliciter ꝙ non.extrà eo.clericos.si habeat iurisdictionẽ ordinariã:quia non habet eam iure suo.l.& quia.ff.de iurisd.om.iud.Quia tamẽ fallit primò si habeat speciale mãdatũ substituendi:vt patet. Secundò si sit de hoc consuetudo:quia instituẽs eum,& sciens talẽ consuetudinẽ, consentit implicitè in substitutionem.Tertiò quando per se non potest totũ explere:quia secundùm S. Thom.in quolib. si tamen est S.Tho.licet non possit totã suã potestatẽ cõmittere,potest tamẽ: partẽ quia intentio cõmittentis est vt exequatur secundũ quod potest:& fortè non potest facere totũ.Hæc ex illo.Archipresbyter autẽ, qui vicarius est episcopi in spiritualibus,pc. ministeriũ. de offic.archipresby.põt aliũ vicariũ instituere,vt ibi.¶Sextò quæritur,vtrũ vicarius gaudeat priuilegijs principalis? Et dicit Card.ꝙ nõ,qñ gerit vices alterius ex eius deputatione tãtũ.ff.de leg.l.filius.vbi si filius iuit in legationẽ ꝓ re publica,ꝓ patre,nõ gaudet immunitate,sed pater. Si verò gerit ex deputatiõe superioris,ꝓcedit cle.quę de ecclesijs.

clesijs.de offi.vi.quę quo ad tria vicariũ æqparat rectori: & ex eo, ꝙ loqtur de vicarijs ꝑpetuis, præsupponit autoritatẽ superioris ĩteruenisse. Ex qbus patet , ꝙ vicerector nõ gaudet immunitatibus rectoris,si deputat ab eo:secus si ab vniuersitate.qđ etiã tenet Bar.in d.l.filius. licet de fa
7 cto tractetur vt rector. ¶Septimò* quærit, vtrũ prælatus possit vices suas cõmittere sub annuo cẽsu?Et dico ꝙ nõ, sine simonia.extrà,ne prel.vica.su.ca.j.ij.& iij.bene tñ põt vicario salariũ cõstituere: imò & tenet.xij.q.ij.charitatẽ. Vnde secũdũ Inn. põt dicere, do tibi pro salario centũ:& totũ lucrũ de exercitio iurisdictionis dabis mihi.& secundũ Hos.vicari⁹ habet ius petẽdi sibi assignari cõgruã portionẽ de reditib⁹ eccłię , ex qua cõmode possit sustẽtari.
8 extrà eo.ad hęc.¶Octauò*quęritur,ex qbus causis possit dari vicarius?Et dico secũdũ Arch.post Host.ꝙ licet regulariter quis teneatur residere in ecclesijs, & beneficijs, vt suprà dictũ est in verbo,Residẽtia.tñ in certis casibus põt residere ꝑ vicariũ. Primò ratione occupationis : sicut excusatur episcopus, qui in ecclesia cathedrali habet aliquẽ loco sui, & ipę ĩ camera dicit horas,& deinde expedit occurrẽtia.& idẽ de quolibet legitimè occupato.de cel.mi. c.j.debet tñ ĩ ecclesia celebrare die dominico,& alijs festiuitatibus præcipuis, nisi necessitas excuset.v.q.j. tẽporis. Secũdò ratiõe statuti,seu cõsuetudinis: ar.de cõst.cũ oẽs. in fi.Tertiò rõne priuilegij,seu dispẽsatiõis.de fil.presb. proposuit. Sed hic casus cũ priore nõ habet locũ,si eccłia fuerit seruitoribus destituta.de cle.nõ re.cũ ad hoc.qa ex quo cœpit cõsuetudo esse irratiõabilis, & ecclesię onerosa,nõ est tenenda.de cõsue.c.j.Quartò ratione diuersorũ rituũ,& linguarũ existẽtiũ sub eodẽ epo.de offi.ord.qm̃. Quintò qñ quis habet præbendã in ecclesia cathedrali, cui annexa est parochia:qa in annexa seruiet per vicariũ. de pręb.extirpandę.Sextò rõne defect⁹,seu debilitatis superuenĩẽtis.vij.q.j.c.j.de cle.ægro.c.pe.& vl.Septimò rõne necessariæ ꝓfessiõis:vt qa est cruce signatus.de voto.c.fi. & similiter rõne profectionis vtilis ac honestæ, vt cã studiorũ,& peregrinatiõis,de licẽtia prelati.de cõs.dis.v.nõ oportet.de cle.nõ resi.relatũ. Additur ratiõe religiõis.x̃. de prebẽ.c.de monachis.& rõne diuini cult⁹ augmẽtãdi, qñ scilicet abũdat ecclesia reditibus.de consti.ex parte.

VIDVA ex significatiõe,seu etymologia vocabuli est mulier sine viro, siue aliqñ virũ habuerit , siue non, quasi sine duitate,seu dualitate:à vi quod est sine: sicut vecors dicit,sine corde.ff.de ver.sig.l.malũ. §.viduas. sed secũdũ cõem vsum loquẽdi vidua est illa, cuius maritus est mortu⁹,à quo fuerat cognita.d.c.viduas. vbi ad istũ intellectũ loquit Gratianus. In quacũq; aũt materia, etiã pœnali,vsus loquẽdi præfert ꝓprio significato verborũ: siue illud eliciatur ex etymologia, siue ex diffinitione,siue ex autoritate iuris.l.librorũ. §.quod tñ Cassius.ff.de leg.iij. & l.cũ de lanionis. §.asinã.ff.de fun.instr.& l.Labeo.ff.de sup.le.no.& Bar.in l.oẽs populi.ff.de iust.& iur. & Inn.in c.olim.de ver.sig.& gl.in c.nõnulli.de rescri.¶Qñ aũt vidua possit tãquã miserabilis ꝑsona laicũ trahere ad iudiciũ ecclesiasticũ:Pan.in c.significãtib⁹.de offi.del.& in c. licet ex suscepto.de fo.cõp.Quomodo etiã sequat domicilium mariti premortui:idẽ Pan.in c.ex parte.de fo.cõpe. Quomodo aũt ꝑdat tutelã,si incõtinẽter viuat,sicut si ad secũdas nuptias trãsisset,est gl.no.quã seqtur Bar.in auth. matri & auię.C.qñ mul.tu.off.fun.po. vide s̃.Tutela. §.x.

VINDICTA, seu vĩdicatio dupliciter sumit.Primò vt est actus irati exequentis modũ animi sui:de qua vide suprà Ira,per totũ.Secũdò,vt est actus virtutis,quam Tullius in Rhetor.ponit partẽ iustitiæ, & dicit,ꝙ est per quã vis,aut iniuria,& omnino quicqd obscurũ est,id est, ignominosum,defendẽdo,aut vlciscendo propulsat. Cui virtuti,secũdùm S.Th.ij.ij.q.cviij.opponitur ꝑ excessum crudelitas,vel sęuitia:ꝑ defectũ nimia remissio in puniẽdo.Est aũt illicita vindicatio,secũdũ S.Tho.ibi,si animus vindicãtis feratur in malũ eius, de quo vindicta sumitur, & ibi quiescat:quia delectari in malo alterius pertinet ad odiũ.& sic sentit,ꝙ sit ex suo genere mortale.qđ etiã patet xxiij.q.iiij.si ecclesia. & c.quisquis Christianus. & c.ea vindicta. Si verò,inqt, intẽtio vindicãtis feratur ad aliqđ bonũ,ad quod venitur per pœnã peccãtis:puta eius emẽdationẽ,vel cohibitionẽ,& aliorũ quietẽ,& cõseruationẽ iustitiæ,& honorẽ Dei: põt esse licita,obseruatis alijs debitis circũstãtijs:imò dic,ꝙ est meritoria,vt ex dictis c.patet.& si iniuria facta sit in eũ, qui habet potestatẽ vindicãdi:tenet Sum.Ange.indistinctè, ꝙ melius põt suã iniuriã vindicare,etiã si nõ habet superiorẽ.Vnde licet princeps, inquit,nõ subsit legibus.l.digna vox.C.de legib.tamẽ ipe delegat.de iudi.c.j.sed quia illud c.& alia quæ allegat,nõ probãt:ideo melius S.Th. loquẽs de iudice distinguit,& probat,dicẽs,ꝙ debet qs propriã iniuriã vlcisci,qñ redũdat in Deũ, & in ecclesiã: sicut Helias fecit ignẽ descẽdere super eos,qui venerãt ad ipsum capiendũ.iiij. Reg.j.& Syluest.Papa excõicauit eos,q eũ in exiliũ miserũt: vt habetur xxiij.q.iiij.Inquãtũ verò ad eius personã ptinet,debet eã tolerare patiẽter,dicẽte Chris.super Mat.Discam⁹ exẽplo Christi nostras iniurias magnanimiter sustinere: Dei aũt iniuriã nec vsq; ad auditũ sufferre. Qualiter aũt vindicandum sit aduersus multitudinẽ:vide s̃.Correctio.

¶VIOLENTIA filia auaritiæ, declaratur ex dictis in verbo,Rapina.

DE VIRGINITATE.

1 *Virginitas an sit uirtus.*
2 *Virginitas qualiter amittatur. & nu.seq.*

VIRGINITAS scdm S.Th.ij.ij.q.clij.à virore dicta, importat immunitatẽ ab adustione maximè concupiscẽtiæ,id est,venereorũ.& dupliciter sumit, scilicet formaliter pro proposito respuẽdi delectatiões venereas: & materialiter pro integritate carnis.quę duo includit,scilicet priuationẽ pollutiõis,& integritatẽ corporalis signaculi.Vñ quãtũ ad eius formale in recto diffinit Aug.in li. de nupt.& cont. ꝙ virginitas est in carne corruptibili incorruptionis ꝑpetua meditatio,id est, propositũ rationis ꝑpetuò cõtinẽdi.Quãtũ verò ad materiale,idẽ ĩ eo dicit, ꝙ virginitas est cõtinẽtia, qua integritas carnis ipsi creatori animæ & corporis fouetur,cõsecratur, & seruatur.S. Th.aũt vbi suprà,omnia diffuse declarat dicẽs, ꝙ in delectatione venerea est cõsiderare tria.Primũ scilicet, qđ est ex parte corporis,id est,violatio signaculi virginalis.Secũdũ est illud, in quo cõiungitur id, qđ est animæ,cũ eo, qđ est corporis,id est,ipsa resolutio seminis delectationẽ sensibilẽ causans. Tertiũ autẽ est solũ ex parte animæ, id est,propositũ perueniẽdi ad talẽ delectationẽ:quorũ primum ad actũ moralẽ se habet per accidẽs,cũ ꝑ se nõ consideretur talis actus,nisi secũdũ ea, quę sunt animæ. secũdũ verò se habet materialiter,cũ sensibiles passiones sint materia moraliũ actuũ. Tertiũ verò se habet formaliter,& cõpletiuè: quia ratio moraliũ in eo,quod est ratiõis, cõpletur. Vnde cũ virginitas dicatur per remotionẽ prædictæ corruptionis:cõsequẽs est,ꝙ integritas mẽbri corporalis per accidẽs se habet ad virginitatẽ,inquãtum scilicet per hoc,ꝙ quis ex proposito abstinet à delectatione venerea,

remanet integritas ī mẽbro corporeo. Vnde si alio modo integritas mẽbri corrũpat, nõ magis præiudicat virginitati, q̃ si corrũpatur manus, aut pes. Ipsa aũt immunitas à delectatione, quę cõsistit in seminis resolutione, se habet materialiter: ipsum verò propositũ perpetuò abstinẽdi ab
1 ea se habet formaliter, & cõpletiuè. ¶ Primò* aũt quæritur, 4 vtrum virginitas sit virtus? Et dico, ꝙ S. Th. j. ij. q. lxiij. ar. j. & ij. ij. q. cij. art. iij. & iij. q. clv. ar. j. probat, quòd in quãtũ est habitus mentis, quo quis perpetuò vult seruare integritatẽ, sit virtus, autoritate Ambrosij, & ratione philosophica: & primò, ꝙ sit virtus quãtũ ad talẽ habitũ, siue talis electio sumatur voto, siue nõ: vt expresse dicit in iiij. dist. xxxiij. q. iij. ar. ij. ad quartũ. & dist. xlix. q. v. ar. iij. q. j. in corpore, intẽdit etiã secũdò, ꝙ in quãtũ est virtus, habet duos gradus, quorũ infimus est in habẽtibus propositũ ppetuę virginitatis, in qbus est virtus, vel saltẽ dispositio proxima ad virtutẽ: supremus verò in habẽtibus votũ, vt patet ij. ij. q. clij. art. iij. ad quartũ. vbi dicit, ꝙ virginitas, secũdũ quod est virtus, importat propositũ voto firmatũ. qđ intellige quãtũ ad perfectissimã rationẽ virginitatis: qa facere aliquid ex volũtate firmata, pinet ad perfectionẽ vir 5
tutis. ij. Ethic. vt etiã ipse dicit ij. ij. q. lxxxviij. arti. vj. & sic vbi volũtas est firmior, est virtus perfectior. Et hoc modo loquitur Aug. quẽ ibi allegat in secũda distinctiõe suprà 6
recitata. Et eodẽ modo intellige, qđ ibi cõcluditur, scilicet ꝙ secũdũ quod est virtus, nũquã amittitur, nisi ꝑ peccatum, qđ intelige quãtũ ad formale virginitatis, nõ quãtũ ad materiale: vt patet in iiij. dist. xxxiij. vbi s. Et sic patet 7
primò, ꝙ Sum. Ange. tenens ꝙ nõ sit virtus, nulla adducta ratione, tenet cõtra S. Amb. & S. Th. & rationẽ. & secũdò ꝙ cũ imponit S. Th. licet illũ nõ nominet, ꝙ sentiat votũ esse de ratione virginitatis, fallitur: quia nõ vidit eũ vbi-
2 que. ¶ Secũdò* quæritur, quid senserit S. Tho. de amissione virginitatis? Et dico, vt patet ij. ij. q. clij. art. j. & iiij. dist. xxxiij. q. iij. art. j. & dist. xlix. q. v. ar. iij. ꝙ triplex est corruptio. Prima scilicet corporalis tãtũ, id est, fractio signaculi virginalis, vel resolutio seminis quocũq; modo: & secunda mẽtalis tãtũ. i. cõsensus in rẽ venereã sine opere subsequuto: & tertia corporalis, & mẽtalis simul. in quarũ prima nõ amittit virginitas: sed solũ in secunda recuperabiliter ꝑ pœnitentiã. & in tertia irrecuperabiliter. Et sic patet, ꝙ cũ secũm Vl. ex genitalib⁹ stillet triplex humor. s. vrina, seminẽ, & quid mediũ, secũdũ eũ, vt virginitas amittatur duo requirũtur: primò scilicet pollutio cõpleta, quę est resolutio seminis, secũdũ Vl. & secũdò cõsensus volũtatis in talẽ delectationẽ, quod intelligo saltẽ interpretatus: puta, qa volũtas nõ remittit quãtũ põt, iuxta dicta s. Cõsecratio
3 virginũ. §. j. ¶ Tertiò* quæritur, quid si corruptio sit qdẽ corporalis tantũ quo ad signaculũ: sed tñ per cõsensum in venerẽ, & ꝑ actũ, quo cõsuenit procurari resolutio seminis, puta per turpẽ actũ, vel cotitũ perfectũ corporaliter ab aliquibus, antequã sperma emittat? Et videtur dicẽdũ de mente S. T. ꝙ si talis cõsensus sit imperfectus, id est, anteq̃ sit quis doli capax, stat virginitas mẽtis & corporis: qa amittitur solũ id, quod ꝑ accidẽs est signaculũ. Si verò sit postquã qs est doli capax, amittitur virginitas quãtum ad mentẽ: & sic põt recuperari ꝑ pœnitẽtiã. quãtũ ad corpus etiã amittitur secũdũ Vld. quod sequitur Supple. & Sum. Ros. & intelligũt irrecuperabiliter. Sũ. verò Ang. licet dicat, ꝙ perditur quidẽ, sed recuperabiliter: tũ videtur loq de mẽtali, cũ secũdũ eũ, ad perditionẽ corporalis requiratur pollutio. Ego verò dico, ꝙ corporaliter nõ amittitur: qa non est sequutũ opus, quo amittitur, scilicet resolutio seminis, in qua cõpletur delectatio venerea. & hoc est de mẽte S. Th. in iiij. dist. xxxiij. art. j. ad quintũ. vbi vult, ꝙ si nõ adsit decisio seminis, & cõsequẽter nec delectatio cõpleta mẽtẽ suffocãs, nõ amittit virginitas, quãtũ ad materiale in ea. Et sic patet, qd sit dicẽdũ de puellis attentãtis carnalia, antequã spermatizẽt. ¶ Quartò* quæritur, qđ si corruptio sit corporalis tãtũ, quo ad resolutionẽ seminis puta in somno vel ebrietate, aut ratione infirmitatis, vel huiusmodi: & tñ cõsensus ꝑcesserit, aut sequut⁹ est? Et dico ꝙ secũdùm S. Tho. ꝙ prædicta si sint præter propositũ ꝑditur virginitas. & idẽ Al. dicẽs, ꝙ nõ amittitur ꝑ pollutionẽ in somnis. Sed tñ Sũ. Cõ. post Vld. addit, ꝙ si placet delectatio nocturnæ pollutionis antè, ꝑditur virginitas. Et idẽ dicit de eo, q dat cãm huic pollutioni in vigilia per cõsensum in turpẽ delectationẽ vel actũ: qa tũc hæc duo cõiũgũtur in rõne vnius peccati. Secus si detur causa pne gligẽtiam venialẽ circa delectatiões carnales, vel repletionẽ, & hmõi. Si verò cõplacẽtia pollutionẽ talẽ sequat, credit Vl. ꝑditã virginitatẽ: & itelligit irrecuperabiliter. Sed secũdũ alios reparatur ꝑ pœnitẽtiã. quod videtur verius. ¶ Quintò* quærit, qđ de mulieribus, quę corrũpũtur à viris dũ dormiũt, vel sunt ebriæ, aut amẽtes? Et dicit S. Th. in iiij. ꝙ nõ perdũt virginitatẽ, nisi ea intẽtione iuissent dormitũ, vt cognoscerẽtur. ¶ Sextò* quęritur, quid de cognitis violẽter? Et dicit S. T. in iij. ꝙ virginitatẽ nũ perdũt, si violẽter ab homine, vel à dęmone incubo, si quãtũ possunt renitãtur, & cõseruẽt corpus à corruptiõe, vel saltem mentẽ à cõsensu. ¶ Septimò* quæritur de patiẽtibus fluxũ seminis? Et dicit S. Th. ij. ij. q. vbi suprà, ꝙ nõ ꝑdit virginitas, si sit præter propositũ: sicut nec *in resolutiõe seminis in somno: quãuis caro sentiat delectationem.*

¶ VIRGINVM consecratio, declaratur suprà, Consecratio virginum.

VIS est maioris rei impetus, q repelli nõ põt. ff. quod met. causa. l. ij. Quomodo aũt differat à metu: vide s. Metus. Est aũt duplex vis. Nã est vna publica, quę fit nedũ cũ armis: vt l. j. ff. de vi pu. sed & cũ omni qđ põt nocere: vt in l. armatos. ff. eo. tit. qua tenetur nõ solùm vim faciẽs cũ prędictis: sed etiã q armat⁹ domũ, aut possessionẽ alterius ingreditur sine cã legitima: puta, ꝙ vtũ venãdi, itineris, nauigatiõis, vel mercationis: vt in l. j. & ij. ff. de vi pub. Alia verò dicit priuata, quæ scilicet fit alicui sine armis etiã coadunatis hominib⁹, vel si res debitoris sine iudicis autoritate occupetur: de qua plenè habetur ff. de vi priu. p totũ. ¶ Vtrũ autẽ liceat vim inferre, ostiũ vel murũ infringẽdo: dico, ꝙ si qs habet possessionẽ alicuius rei, põtã in psonã impediẽtẽ, quàm in ostia, & muros illius loci, vt valeat vti iure suo, ne dũ iudex, sed qlibet: vt no. Panor. j. de immu. eccl. qa nõ vult aliqd de nouo, sed solũ insta defendere, vel ꝑditũ in cõtinẽti recupare. Si verò nõ habet possessionẽ, licet habeat actionẽ hypothecariã, vel aliã illã rẽ cõsequẽdã: tũc nõ põt, etiã si sit iudex, vel ꝑlatus pria autoritate: quo loqtur c. eũ q. de præbẽ. lib. vj. & qs in tãtã. C. vnde vi. qa ille nõ debet ꝓpria autoritate inferre: qa diceret sibi ius, cõtra l. vnicã. C. ne qs in pria. ¶ Pœna aũt vim inferẽtis est, vt ꝓ vi publica deportẽtur no. gl. in l. q dolo. in fi. ff. de vi publi. pro priuata verò ꝓmitur in tertia parte bonorũ: & nõ põt esse iudex, senator, vel aliũ honorẽ habere, tãquã infamis: vt l. j. ff. de vi priu. Vtrum autẽ vim vi repellere liceat: dic vt s. Bellum. ij.

DE VISITATIONE, & Procurationibus.

1 *Visitare quis possit.*
2 *Visitationis quis sit ordo.*

3 *Visitatione unius diœcesis ab archiepiscopo facta an ad eam aliam visitandam possit redire.*
4 *Visitatio quomodo fieri debeat.*
5 *Visitator an aliquid recipere possit à visitatis.*
6 *Visitationis dicta varia.*
7 *Hospitalia an possit diœcesanus visitare.*

VISITATIO, vtũ ponitur in proposito, videtur importare indagationẽ visitatoris factã circa regimẽ locorũ, & vitã personarũ q̃ visitatur. ¶ Primò aũt quæritur, *qs
1 possit visitare? Et dico ꝙ visitationẽ facere põt quilibet habẽs ordinariã iurisdictionẽ in aliquos, sicut archiepiscopus in tota ꝓuincia: de cen. Romana. & c. ppetuo. li. vj. Et episcopus in sua diœcesi. de of. or. cõquerẽte. Itẽ archidiaconus & decanus. de cẽsi. cũ apostolus. de off. arch. mãdamus. Itẽ abbates & ꝓlati religiosorũ pñt visitare monasteria & monachos, secũdũ eorũ instituta. de sta. mo. c. vlt. & pe. Itẽ legati apostolicæ sedis, & quibus cõmittitur à papa vel à ꝓlatis ordinarijs eis existẽtibus impeditis. x. q. j. episcopũ. de offi. ord. inter cætera. & eo. ti. si episcopus. li. vj. Quidã tũ dicũt iferiores episcopis nõ posse visitare p aliũ obstãte cõsuetudine, exceptis religiosorũ ꝓlatis, q etiã ꝓ 6
alios visitãt. vide etiã s. Capitulũ. §. v. ¶ Secũdò quæritur,
2 *quis ordo sit in visitatione tenẽdus? Et dico, ꝙ archiepiscopus debet plene visitare primò diœcesim ꝓpriã totã, incipiẽdo à capitulo sũæ ecclesię primò, & sic tota visitata quo ad ecclesias maiores & minores cõmodè visitabiles, & earũ populos, saltẽ cõuocãdo de pluribus locis ad vnũ, ꝓrãfibit ad alis diœceses sũæ prouincię, visitãdo ecclesias, monasteria, intellige etiã exempta, nisi sint in hoc priuilegiata, secũ̃dùm Archi. & pia loca, id est, hospitalia. de cen. Romana. li. vj. Et similiter faciet episcopus primò incipiẽdo à suo capitulo. Legati aũt de latere istũ ordinẽ seruare nõ tenẽtur, secũdũ Ho. nec archiepiscopus in visitatione suffraganeorũ, si ingeratur difficultas: nec visitatores religiosorũ. sed seruabũt sua statuta: vt in d. c. Romana. vbi vi*
3 *de. quod no. ¶ Tertiò quæritur, *vtrũ archiepiscopus vna diœcesi visitata in toto vel in parte, possit ad eã visitãdã reuerti? Et dico ꝙ nõ, nisi oẽs & sua iterũ fuerint in toto vel in parte visitatæ: sed si fortè aliqua ecclesia visitatę diœcesis indignerit iterũ priꝰ ꝑdictis alijs visitari, tũc põt redire ad illã, si à diœcesano fuerit requisitus: vt de cõsilio & assensu omniũ, vel maioris partis suffraganeorũ: & si difficultatẽ malitiosè adhibuerint, licẽtia petatur à papa. Post visitationẽ aũt omniũ diœcesũ licitũ est ei visitationẽ iterare: prius tñ requisito suffraganeorũ cõsilio & deliberatiõe, & ipsius diffinitione habita corã eis, q̃ in scriptis redigenda sunt: & tũc poterit visitare, ẽt si nõ interuenerit suffraganeorũ assensus: ita tñ, ꝙ illa loca prius visitet, quæ in priori visitatione nõ fuerũt visitata. hęc omnia ī d. c. Romana.*
4 ¶ Quartò quæritur,* quo fieri debet visitatio? Et dico ꝙ ta & cõuersatione ministrãtiũ in ecclesijs, & locis alijs diuino cultui deputatis: ac cæteris, q̃ ad officiũ suũ spectãt, in grat: & sine iuramẽto ac coactione ad eorũ emẽdationẽ per salubria cõsilia inducatlenib⁹ & asperis, sicut sibi videbitur expedire. Quòd si de aliquo orta fuerit infamia cõtra aliquẽ, denũtiet ordinario, vt in grat si ipse nõ est ordinari⁹: notoria verò corrigere poterit, & punire: vt in d. c. Romana. Et ista forma est de præcepto omnib. prelatis ordinario iure visitãtibus, exceptis religiosorũ cõsuetudinibus & regularibus institutis, vt in d. c. Romana. ¶ Quintò
5 quęritur,* vtrũ visitator aliquid recipe possit à visitatis? Et dico ꝙ sic. s. ꝓcurationẽ: ad quã tamẽ ecclesia pauper non grauatur, secũm Archie. post Arch. & Gof. Vnde gratis visitabit. Sed aduerte, ꝙ oportet primò ꝙ recipiat procurationẽ solũ. Secũdò ꝙ solũ à locis visitatis, nõ ab alijs. Tertiò ꝙ solùm sit pro victu illius diei, siue sit in victualibus, siue in pecunia de volũtate visitati. Quartò, ꝙ vna die vnã tñ ꝓcurationẽ recipiat, siue vnã siue plures visitet ecclesias. Si tũ vna die visitationẽ explere nõ põt, pluribus diebus est procurãdus, secũdũ Inn. & x. q. j. placuit. & idem Host. Quintò ꝙ ipse ordinarius ꝑsonaliter visitet: quia si visitet ꝑ aliũ, visitati quidẽ expẽsas ministrare tenẽtur visitãti. de offi. or. si episcopus. li. vj. sed episcopus nihil põt exigere, vt ibi. Si qd aũt alio modo reciperet ipse vel aliqs de suis familiaribus, occasiõe alicuius officij vel cõsuetudinis, ẽt munus qũocũq; oblatũ, tenetur recipiẽs duplũ restituere ītra mẽsem ecclesię, à qua illud acceptũ est: alioqn patriarchę, archiepiscopi & episcopi sunt interdicti ipso facto ab ingressu ecclesiæ: inferiores verò à prædictis sunt suspẽsi ab officio & bñficio, donec dictũ duplũ restituãt: nec valet remissio vel dantiũ liberalitas seu gratia eos liberare, nisi restituãt. Colligũtur hęc ex c. exigit. iuncto c. felicis. & ca. Romana. de cẽ. li. vj. ¶ Sextò q̃ritur,* qd notauerint doct. super d. c. Romana. opportunũ visitatori ad sciẽdũ? Et dico multa, de qbus plenè ꝑ Arc. iij. parte. ti. xxj. c. v. §. vl. ¶ Primũ. Episcopus visitãs ꝑ aliũ, tenetur ei nõ qdẽ de expẽsis, de qbus tenẽtur visitati: sed de alijs necessarijs: de off. ord. si episcop⁹. li. vj. id est, de eqs, vestib⁹, & familia, & hmõi. ¶ Secũdũ. Cõmoditas visitãdi aliquã ecclesiã, secũ̃dũ gl. iu dicabitur arbitrio boni viri. Plena aũt visitatio nõ dicitur, si cõuocetur synodus: nec dicitur nõ plena, secũdũ Ho. si duę vel tres ecclesiæ vel paucę remanẽt visitãdæ. de cõ. di. ij. re vera. & vij. q. j. deniq; . in quo tñ dicit *inspiciẽdũ* esse modũ regiõis. ¶ Tertiũ. Licet Ber. dixerit archiepiscopũ posse visitare prouinciam, si suffraganei sint negligẽtes: tñ hoc põt esse ẽt si nõ sint negligẽtes: vt patet expresse in c. ꝑpetuo. de cẽsi. li. vj. & hoc liberè vt ibi. i. cõtradictiõe, ꝑscriptiõe vel appellatiõe nõ obstãte, secũdũ gl. de ꝑscri. ex officij. & idẽ Arch. ¶ Quartũ. Secũdũ gl. à principio visitator nõ debet exigere nec cogere ad iuramẽtũ, ꝓpter qđ occultũ qs ꝓdere cõstringatur: ex quo tñ sine iuramẽto refertur aliqua corrigẽda, postea poterit ingsitor sup his exigere iuramẽtũ, & cogere ad respõdẽdũ & sibi obediẽdũ ī his quæ officiũ respiciũt, secũdũ Ber. Inn. Host. Io. Mo. & Mon. & Arch. aliàs deluſoria esset ptás visitandi, si coẽrcitionẽ nõ haberet: & qa cui cõmittit principale, & accessoriũ. de offi. deleg. de causis. Imo dico, ꝙ si visitator põt inquirere, põt à principio ꝑcipere vel exigere iuramẽtũ de veritate dicẽda, iuxta dicta s. Ingsitio. j. §. ix. ¶ Quintũ. Secundũ Io. And. in no. si in visitãdo cõcurrãt archiepiscop⁹ & episcopus, ambo admittẽtur, secũdũ Io. Mo. Albe. Inn. Ho. & Arc. & si discordarẽt in sententia, tenebit ꝓ reo, nisi in causa fauorabili. de ꝓb. ex literis. Et addit ꝙ secũm alios si ecclesia nõ sufficit vtriq;, admittitur primò veniẽs: vt de foro cõpe. ꝓposuisti. cũ cõcor. Si nõ apparet qs primò venire, præfertur archiepiscopus. vj. q. iij. qui resistit. & ca. sequẽtib. Si verò cõcurrat epus cũ prælato sibi subiecto, episcopus præfertur, secũdũ Arch. nisi obstet consuetudo. al leg. c. in Lateranẽsi. de præb. ¶ Sextũ. Dicitur autẽ quis visitare, si vadat causa chrismãdi pueros, siue cõsecrãdi ecclesias, siue ꝑ quoscũq; alio cõi negotio, vel qđ multos tãgit, ar. x. q. iij. relatũ. secũdũ Inn. vel qđ sit pro salute animarũ, vel diuino cultu ampliãdo, vel statu ecclesię reformãdo, secũdũ Ho. x. q. j. placuit. Vnde in his debetur ꝓcuratio. Secus secundũ Inn. si vadit pro causis expediẽdis: aut si vadat

pro reconciliatione eccleſiæ,ſecundũ Archi.Vinc.Lau.& Gofr. ¶ Septimũ. Si archiepiſcopus vel epiſcopus viſitans perdit equũ aut equorũ vecturas ſoluit,& ſimilia,non põt hoc exigere à viſitatis nomine ꝓcurationis,ſecundũ Inn. & Archi.& multò minus expẽſas factas eũdo: tum qa hoc nullo iure cauetur:tũ qa propter hoc habet bona dignitatis,vt exerceat ſpectãtia ad officiũ dignitatis: & ꝓcuratio potius datur in ſignũ ſubiectionis. ¶ Octauũ. Si dubiũ ſit an aliqua crimina ſint notoria,de hoc viſitator inqret: qa ſolùm in hoc videtur cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio. Et dicit Arch.ea eſſe notoria quorũ teſtis eſt populus.xxxiij. q.v.quod ſcripſi.quod eſſe dicit ẽt ſi crimẽ eſt notũ maiori parti tantùm.de coha.cle.in veſtra. ¶ Nonũ. De familia epiſcopi eſt clericus & laicus,equeſter vel pedeſter,qui eſt 2
de domo ſua,ſecũdũ Io.And. Nomine aũt officij intelligitur ſcriptor,ſigillator,& hmõi,qui nihil poſſunt accipere. Sed addit in nouel.hoc eſſe verũ,ſi qd petatur rõne viſitationis:nõ aũt rõne laboris.ar.xij.q.ij.eccleſiaſticis. & idẽ Hoſt.& Io.Mo.& hoc niſi de publico reciperẽt ſalarium. ¶ Decimũ. A munere autẽ,qđ prohibetur accipi, excipit Hoſti.eſculẽtũ & poculẽtũ,& xenia,quæ nõ extẽdũtur ad munerũ qualitatẽ.ff.de off.proc.l.ſolẽt.quod Io.Mo.limitat,ſi ſunt aliqua ibi cõmedẽda:ſi verò ſint portãda,periculũ eſt recipere:vt aliquos capones,caſeos,vel flaſcos vini. De poteſtate viſitatoris,vide Pan.in c.vl.& pe.de ſta.mo.
7 ¶ Septimò q̃ritur,*vtrũ diœceſanus viſitare poſſit hoſpitale?Et dicit Arch.poſt Lap.& Fede.ꝙ ſic,ſiue ex teſtamento,ſiue à principio inter viuos ordinatũ fuit,ꝙ talis locus eſſet deputat⁹ ad vſum hoſpitalib⁹,ſiue iteruenerit authoritas epiſcopi,ſiue nõ,vt ingrat an fiat illud ꝓpter qđ inſti 3
tutũ eſt: & maximè cũ habeat ſigna,formã,& ſtatũ loci pij & eccleſiaſtici:vel ẽt ſic denoẽtetur. Ad hoc de ſent.excõ.ſi iudex.li.vj.& quod.no.Archi.de prẽb.cũ de bñficio.lib.vj.

¶ VITIATVS corpore. vide ſupra, Corpore vitiatus.

¶ VITIVM. vide ſuprà, Peccatum.

VNANIMITER, de ſuo ſignificatu requirit diſcrepãtiam eſſe nullã; vt probatur in c.bonæ.el ij.de poſtu. præla.& in c.ſi vnanimiter.eod.tit,& tenet Inno.in c.cùm in eccleſia,de cau.po.& proprie,& ibi Panor.

¶ VNIVERSITAS. vide ſuprà, Collegium.

¶ VNCIAE. vide ſuprà, Hæreditas.

DE VNCTIONE EXTREMA.

1 *Vnctionis extremæ quæ ſit materia,& quæ forma.nu.2.*
2 *Vnctionis extremæ quis ſit effectus,& quis miniſter.nu.4.*
3 *Vnctio extrema quibus debeat dari,& quibus corporis partibus.nu.6.*
4 *Vnctio extrema qualiter exhibeatur,& an iteretur.nu.8. an ſit neceſſitatis.num.9.*

VNCTIO eccleſiæ ſecundũ Pet.de Pal.in iiij.di. xliij. eſt triplex.vna.ſ.quæ nec ſacramẽtũ nec ſacramẽtale eſt:qa nec per ſe gratiã cauſat,nec ad aliquod ſacramẽtum perficiẽdũ vel ſuſcipiẽdũ ordinatur,vt vnctio regũ: vnde ea fieri nõ debet cũ materia cõſecrata,& multò minus cũ chriſmate:nec fit ī capite,ſed in humero vel armo. Secũda eſt ſacramẽtalis,nõ ſacramẽtũ:quia.ſ.ad ſacramẽtũ ordinatur,vel ſuſcipiẽdũ: vt vnctio catechumenorũ. vel pficiẽdũ, vt vnctio baptizati in vertice. Tertia eſt ſacramẽtũ per ſe: & eſt duplex.ſ.chriſmatis in fronte p epiſcopũ: & olei ſancti per ſacerdotẽ in extremis. Vnde vnctio extrema vnum eſt ex ſacramentis eccleſię: de quo in c.vnico.de ſac.vnct.
2 & de hac intẽdimus. ¶ Primò aũt quæritur,*quæ ſit materia huius ſacramẽti? Et dico ſecundũ oẽs Doct. ꝙ eſt oleũ 5
oliuarũ cõſecratũ ab epiſcopo:ita ꝙ tam oleũ tale q̃ cõſecratio eius eſt de neceſſitate ſacramẽti. Vnde ſecundũ Pe. de Pal.nõ poſſet facere papa ꝙ eſſet oleũ nucũ: licet hoc poſſet de vnctiõe catechumenorũ & manuũ ſacerdotaliũ cũ ſint ſacramẽtalia:vnde ſi oleũ nucũ vel alius liquor miſceatur,eſt trãſgreſsio ꝑcepti:& ſi ꝓpter miſturã ſpecies mutaretur,eſſet irritatio ſacramẽti. Si aũt miſceretur oleũ oliuarũ,totũ fit cõſecratũ. extrà, de cõſec.eccl.quod in dubijs.qđ intellige eo modo quo dictũ eſt ſ. Aqua bñdicta, §.iij. Et ex illo tex.infert ibi Pan.ꝙ cõpoſitũ ex diuerſis ſumit naturã ſimplicis dignioris: & magis dignũ trahit ad ſe minus dignũ. Non poſſet etiã papa ſtatuere ꝙ fieret hec inunctio oleo nõ cõſecrato,licet poſsit ipſam cõſecratiõnẽ & alias hmõi mutare & cõſecrare vt vult: nõ autẽ inferior papa. ¶ Secũdò quæritur,*quæ ſit eius forma? Et dico 2
ſecũdũ S.Th.& Pet.de Pal. & Vld.ꝙ eſt forma deprecatiua dicẽdo, Per iſtã ſanctã vnctionẽ & ſuã pijſſimã miſericordiã indulgeat tibi Deus quicqd deliquiſti per viſum,p auditũ,per odoratũ,per guſtũ,per tactũ,ꝑ greſſum:repetendo tamẽ ſemper per iſtã vnctionẽ. Et ita ſequitur Sũ, Roſ.& Supple. Sed addit Sum. Ang.in nomine patris &c. qđ nullus ſanctus dicit.nec c.nunqd.de cõſe. di.v. hoc probat:ſed loquitur de ſigno crucis,quo ſacerdos perficit omnia chriſmata.i.ſacramẽta,quæ cũ chriſmatis vnctione præſtãtur:ſecũdũ gl.quę etiã addit,ꝙ nõ remouetur quin aliter poſsit ſacrificari:ſed refertur factũ. Et addit S.Tho. ꝙ verba indicatiui modi,quæ ſecũdũ morẽ quarũdã eccleſiarũ ꝑmittũtur orationi,nõ ſunt de ſubſtãtia ſacramenti: vt ꝑmittẽdo ſic,Vngo hos oculos oleo ſanctificato in nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti.qđ dicit ꝓpter eccleſiam Ambroſianã. ¶ Tertiò quæritur,*qs ſit huius vnctionis effectus? Et dicit S.T.in iiij.ꝙ effectus eius principalis 3
eſt ſanatio & roboratio ſpũs cõtra debilitatem relictã ex peccato actuali vel originali,ſiue remiſsio peccati quo ad reliqas:qđ robur,qa eſt à gratia,q̃ peccatũ non cõpatitur, cõſequẽter eſt deletio peccati venialis & mortalis quo ad culpã,niſi ponatur obex.ſecũdari⁹ verò eſt ſanatio corpis ſecũdũ qđ expedit principali fini.i.ſanationi ſpũs. Et in vltima vnctione q̃ eſt formalis reſpectu priorũ cõfertur gratia præbẽs effectũ ſacramẽti. ¶ Quartò quæritur,*quis ſit 4
eius miniſter? Et dico ſecũdũ S.Th. ꝙ ſolus ſacerdos, nec põt alius inungere etiã in articulo neceſsitatis.d.c.vnico, & de ver.ſig.queſiuit.vbi hoc dicitur poſſe ſacerdos præſente vno,& ſolus.& idẽ Ber.& Ho.vel ſecũdũ Sũ.Conſe. etiã auxiliãte laico in neceſsitate,& reſpõdẽte. Solus inquã ſacerdos ꝓprius inungit ex neceſsitate præcepti,licet nõ ſacramẽti,ſecundũ Pe.de Pal. Alius autẽ ſacerdos hoc nõ põt ſine licẽtia proprij,vel in neceſsitate ponendo ſpẽ in ratihabitione. & idẽ de viatico:qa neceſsitas nõ habet legẽ.j.q.j. §.imò.etiã ſi eſſet ſuſpẽſus ab ingreſſu eccleſiæ ſecundũ Arch.faciẽdo per aliũ portari neceſſaria de eccleſia.ſecus de ſuſpenſo ab officio & præciſo. Hoc tamen Archi.nõ admittit de religioſis etiã in neceſsitate:qa inter rẽt in canonẽ:cle.religioſi.de priuil.ſi darẽt viaticũ vel extremam vnctionẽ. Licentiã tamen inungendi ſecundũ Arch.dare põt proprius ſacerdos,ẽt ſi ſit excõicatus: ſicut & excõicatus ac ſuſpẽſus à iuriſdictione dat licentiam audiendi cõfeſsiones,licet excõmunicatus nõ poſsit delegare.& ſi ſacerdos inungendo deficeret,ſi aliquę partes ſunt inunctæ,quod factũ eſt,iterari nõ debet,ſed vnctiões quę reſtant per alium ſacerdotẽ compleantur,ſecundũ S. Th. Alb.& Pe. ¶ Quintò quæritur,*quibus hoc ſacramentum 5
debeat dari? Et dico multa. ¶ Primũ. Dari debet ſecũdùm Gemi.& S.Tho.ſolis adultis infirmis,in periculo mortis conſtitutis ex ipſa infirmitate,vel ſenectute: vnde nec pueris,qa nõ habẽt infirmitatẽ ex peccato actuali,nec bellatoris,aut nauigaturis,aut occidẽdis datur: quia nõ imminet eis mors ex defectu naturæ,ſed euẽtu fortunæ. ¶ Secũdũ. 9
Secũdùm S.Th.in iiij.diſt.xxiij.hoc ſacramentũ exhiberi nõ debet his,q nõ poſſunt illud recognoſcere,& cũ deuotione ſuſcipere,& præcipuè furioſis & amẽtib⁹,q poſſunt irreuerẽtiã ſacramẽto per aliquã immunditiã facere: niſi haberẽt lucida interualla,in qb⁹ ſacramẽta recognoſcerẽt: & ſic eis cõferri in ſtatu illo poſſet. Pet.aũt de Pal.dicit,ꝙ dari nõ debet furioſis perpetuõ: quia eſſet mẽdaciũ in forma,cùm dicitur,quicquid deliquiſti: cũ nõ delinquit.Sed habẽtib⁹ lucida interualla,& phreneticis dari debet,etiã ſi oporteret eos ligare:& hoc niſi ante furiam,& phreneſim eſſent manifeſtè impœnitẽtes. Si verò aũ phreneſim,vel amiſsionẽ loquelę hoc nõ petierũt,diſtinguẽdũ eſt:qa ſi talis erat excõicat⁹,vl malę vitę notoriè,& nõ oſtendit ſigna pœnitẽtiæ,nõ debet ei dari:qa ſemel mal⁹ ſemper præſumitur eſſe malus: niſi cõtrariũ probetur. de reg.iur.lib.vj. Sed ſi erat bonæ vitæ,nõ præſumitur immemor ſuæ ſalutis in morte plus,quàm in vita. Vnde ꝑſumit ꝙ petiuit, licet nõ probetur: vel ꝙ petiuiſſet, ſi aduertiſſet:& ꝙ petere voluit,ſed fortè nõ potuit: nec actualis deuotio requritur in eo,q illã habere nõ põt. Et iſta eſt veritas.& ita etiã ſentit S.T.nõ obſtãte primò,ꝙ dicat hic requri actualẽ deuotionẽ,ſicut de Euchariſtia: qa verũ eſt de præſenti,vel de præterito:vl ſi adeſt facultas.imò hoc facit ad oppoſitũ:qa,ſicẽm eũ,tali dat Euchariſtia,in quo nõ requiritur deuotio minor.nec obſtãte ſecũdò illo verbo,in ſtatu illo: qa loqtur de amẽtibus,in quibus eſt veriſimile periculũ irreuerẽtiæ. Et hęc patẽt:qa S.Th.ibi diſtinguit hoc ſacramentũ in hoc à baptiſmo, ꝙ dari põt pueris, & ꝓpterũ amẽtibus,& æquparat euchariſtiæ: datur tñ habentibus lucida interualla. Nec obſtat,ꝙ de amẽtibus nõ diſtinguat:qa iã ſ. diſtincti erãt. Et ideo nõ bene dicit Sum. Ang.& Ro.ꝙ ſi ī ſana mẽte nõ petiuerũt,nõ debet eis dari. ¶ Tertiũ. Secũdũ Rich.poſt Pet.de Pal. debet dari baptizatis in articulo mortis: quia licet eis ſit remiſſa omnis culpa & pœna,remanet tñ pugna cõtra hoſtẽ:nec eſt mendaciũ in forma,licet nõ deliquerit poſt baptiſmũ: quia remãſit in eis debilitas mẽtis.ſ.cauſata ex prioribus delictis quę nõ tollitur omnino p baptiſmũ. ¶ Quartũ. Secũdùm Arc.poſt Pet.de Pal.his,de qbus dubitatur an ſint mortui, dari põt ſub iſta forma,ſi es mortu⁹, nõ te vngo: ſed ſi nõ es mortuus,piſtã vnctionẽ,&c. Et ſi inter vnctiones apparenter defecit,quę ſequũtur omittẽda ſunt. ¶ Sextò*quæ- 6
ritur,qb⁹ partib⁹ corporis debeat hoc ſacramẽtũ exhiberi? Et dico,ſecũdũ Alb.Pet.& S.T. ꝙ iniũgi debẽt inſtrumẽta quinq; ſenſuũ.ſ. oculi,aures,nares,labia,manus: qa ſcilicet tact⁹ viget maximè in pulpis digitorũ,& pedes ꝓpter vim motiuã,& renes,ſicẽm aliquos,ꝓpter vim appetitiuã: in carẽtibus aũt prędictis mẽbris, vngũtur loca pro- 7
pria. ¶ Septimò*quæritur,qualiter debeat exhiberi? Et dicit Pet. de Pal. ꝙ totũ inũgere, & deinde ad libitũ dicere formas,eſt deceptio animarũ: ſicut ſi puer immergeretur primò,deinde ex interuallo diceretur,ego te baptizo: vel ſi ep⁹ traderet libũ ordinãdo,& poſtea diceret,accipe poteſtatẽ. quod eſt cõtinuationẽ cauſæ diuidere. Solũ enim in ſacramẽto pœnitẽtię ex interuallo horæ vel diei pmiſsũ eſt,vt poſt confeſsionẽ,quę eſt materiæ exhibitio, poſsit abſolui,qđ eſt impoſitio formæ. Secus in his,in quib⁹ ponẽs materiã imprimit formã. ¶ Octauò*quæritur, 8
vtrũ hoc ſacramẽtũ poſsit iterari? Et dico,ſecũdùm S.T. & alios ꝙ ſic, etiã in eadẽ infirmitate, quãdocũq; eſt quis in articulo mortis,modò ſit caſus diuerſus:puta,quia nũc hydropicus,eſt in articulo mortis, poſtea euadit, & iterũ venit ad articulũ mortis. ¶ Nonò*quæritur,vtrũ hoc ſacra- 9
mentũ ſit neceſsitatis? Et dicit S.Th ꝙ nõ:ſi tamẽ omittatur ex contemptu,damnabile eſt:ſecus ex negligẽtia.

VOLVNTARIVM,à volũtate dictũ,ꝑportat morũ vel actũ à ꝓpria inclinatiõe procedẽtẽ ꝓpter finẽ cognitum.xij.q.vj. Inuolũtariũ verò importat negationẽ voluntarij. Vnde notãdum eſt,ꝙ in actibus humanis aliquid eſt omnino volũtariũ:vt quod ſit ſpõte ſine violẽtia, ignorãtia, & metu. Quoddã verò eſt omnino inuolũtariũ: vt qđ quis nullo modo vult: vt ſecũdùm Philoſophũ & Damaſ. quod ſit ꝙ violẽtiã.ſ. ablolutã: & ſecẽm Philoſophũ, quod ſit per ignorantiã.ſ.facti,premiſſa debita diligentia. Vnde etiã lex dicit, ꝙ errãtis nulla eſt volũtas.l.cũ teſtamentũ. C.de iur.& fa.ign. Quoddã verò eſt miſtũ ex voluntario, & inuolũtario: vt primò quidẽ qđ ſit metu, ſeu coactione cõditionata,ſecẽm Philoſophũ in tertio Ethico. quod qui dẽ S.Tho.ij.ij.q.vj. dicit eſſe inuolũtariũ in ſe cõſideratũ: ſed voluntariũ in caſu.ſ. ad vitandũ malũ quod timetur: vñ eſt volitũ ꝓpter aliud, & ſimpliciter voluntariũ, vt ibi probatur. & ſecũdò quod ſit ex ignorãtia volita,ſeu cõſequẽter ſe habẽte ad volitũ: de quo ſ. Ignorãtia.in prin. & xij.q.vj.arti.viij. ¶ Volũtas eſt appetit⁹ rationalis,de quo Philoſophicè, & Theologicè multa dicũtur, & dici poſſent: ſed quãtũ ptinet ad præſentẽ ſpeculationẽ ſolùm habemus videre,quomodo teneamur habere volũtatẽ Deo cõformẽ. Et breuiter colligẽdo iſtã materiã videtur mihi ꝙ nunquã aget cõtra præceptũ de cõformitate is, qui obſeruat hęc: Primò ꝙ in genere velit,quicqd Deus vult. Secũdò,ꝙ in particulari nihil velit,de quo conſtet ſibi,ꝙ ſit cõtra diuinã volũtatẽ præceptiuã. Tertiò, ꝙ quicqd vult vel ſub ratiõe boni ſecũdũ rationẽ,& explicitè, vel implicitè ſub hac cõditione,ſi Deo nõ diſpliceat. ¶ Quãtũ aũt ad cõformitatẽ,quę eſt in operãdo ex charitate,dico,ꝙ tenetur quiſq; operari ex charitate,ſi vult mereri:nõ autẽ ſi vult nõ peccare, vel effugere pœnã, ſed ſufficit,ſi operetur ex charitate, quando tenetur ex charitate aliquid facere, ſeu facere aliquid, quod ſine charitate fieri nõ põt,vt recipere ſacramenta. Et ſecũdùm aliquos, quoties implemus præceptum Dei affirmatiuum in caſu, in quo illud nõ implere eſſet mortale:ſec⁹ vbi eſſet veniale,vel nullũ: ſicut ſi quis naturali pietate honorat patrẽ extra neceſsitatem.

DE VOTO primò in ſe, quid ſit.

1 *Votum quid, & an requiratur deliberatio.*
2 *Ad uotum an requiratur, & ſufficiat propoſitum.*
3 *Votum an ſoli Deo fiat.*
4 *Votũ an ſit de bono meliori cadẽte ſub cõſilio,nõ ſub præcepto.*
5 *Votorum quot ſint genera.*
6 *Vouere an expediat.*

VOTVM à volũtate dictũ eſt,ſecẽm S.T.ij.ij q.lxxxviij. & in iiij. diſt.xxxviij. tãquã à primo mouẽte rationẽ ad vouẽdum:& nõ ſupple tãquã ab eo,in cuius propoſito pficiatur. Et ſecẽm eũ ad votũ tria ex neceſsitate requrũtur. primò deliberatio.ſecũdò ꝓpoſitũ.tertiò promiſsio,in qua perficitur ratio voti. & eſt eſſentialiter votũ, qđ ſuo nomine importat obligationẽ voluntariã. Vnde Eccl.v.Sicqd vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet eũ ei infidelis,& ſtulta promiſsio. Superaddũtur tñ aliqñ alia duo ad voti cõfirmationẽ.ſ.,pnũtiatio oris,& teſtimoniũ aliorũ. Et ideo ſecundũ diuerſa neceſſaria diuerſimode diffinit.

Hæc ex illo,qui per deliberationẽ intelligit cogitationẽ

fine cõsiliũ, & cõclusionẽ cõsilij, quã hõ fecit, & interdũ penè repẽte facit, q̃ dicit, sic vel sic faciẽdũ est. Per ꝓpositũ ṽò intelligit actũ volũtatis assentiẽtis cõclusiõi cõsilij volẽdo vouere: qđ etiã dicitur deliberatio, sicut q vult aliqđ facere, dicitur deliberare. Igitur votũ scđm Magist. in iiij. dist. xxxviij. est testificatio qđã spõtaneę ꝓmissiõis, q̃ Deo, & de his, quæ Dei sunt, fieri debet. Sed scđm S. Th. diffinit votũ exterius prolatũ, quod matrimoniũ impedire põt: licet etiã cõpletissimè explicet votũ iteri⁹. de quo vide si vis in iiij. vbi s̃. Secũdũ aliquos verò Theolo. vt recitat S. T. votũ est cõceptio melioris ꝓpositi cũ deliberatione firmata. vbi cõceptio sumitur pro enuntiatione ꝓmissiua, scđm S. Th. scđm Ric. aũt in iiij. dist. xxxviij. votũ est ꝓpositi supererogãtis ꝓmissio Deo facta, ꝓpter bonũ finẽ ex deliberatiõe firmata: vbi ly superogãtis, idẽ est qđ ly melioris boni, id est, cadẽtis sub cõsilio, nõ sub p̃cepto. Ray. aũt dicit, ꝙ votũ est alicuius boni cũ deliberatione facta ꝓmissio, & intellige boni melioris, siue cadentis sub cõsilio tãtùm. Et omnes prædictæ diffinitiões sunt veræ, & sufficiẽtes ad sensum diffiniẽtiũ. sed cõplectẽdo mẽtem S. Th. & aliorũ Theologorũ, dico, ꝙ votũ essentialiter est ꝓmissio facta Deo pręuia deliberatiõe, & ꝓposito
1 de aliquo bono, vel de bono meliori. ¶ Primò* aũt quæritur, vtrũ ad votũ requiratur deliberatio? Et dicit S. Th. ꝙ sic. Vnde factũ ex surreptione sine deliberatiõe nõ tenet,
2 nec obligat, nisi ex cõgruo. de quo j. ti. ij. §. xiij. ¶* Scđo quæritur, vtrũ ad votũ ꝓpositũ requirat & sufficiat? Et dico, ꝙ reqrit, vt patet ex se, & ex dictis, & secũdũ Canonistas sufficit, secũdũ S. Th. ṽò nõ sufficit, sed requirit promissio. quod tota schola Theologorũ sequitur: & videt expressum p sacrã scripturã, quæ votũ appellat ꝓmissionẽ in multis locis, vt colligitur s̃. Religio. v. §. viij. & idẽ p iura canonica: vt in c. literarũ tuarũ. de vo. vbi expresse patet, ꝙ ꝓpositũ nõ est votũ, p iura ciuilia: qa votũ causat ex quadã pollicitatione. ff. de pol. l. ij. Pollicitatio autẽ est quædã promissio: vt s̃. patuit in verbo eod. Vnde & Arch. hoc seqtur in c. q bona. xvij. q. j. & implicitè gl. in d. c. literarũ tuarũ. si tota legatur: & gl. xvij. q. j. in sum. tenẽdo, ꝙ ꝓpositũ nõ obligat ad mortale. Et Pan. in d. c. literarũ. dicẽs hoc sibi placere multũ: licet multas Canonistarũ theoricas inde dicat euerti, sicut & verũ est. Iura ergo q̃ firmãt decisionẽ sup ꝓposito, dicẽdo, ꝙ ꝓpositũ absolutũ, siue deliberatũ obliget: vt c. nuptiarũ. & d. c q bona. xvij. q. j. & c. cõsulti. de regula. cũ similib⁹, intelligẽda sunt de ꝓposito cũ ꝓmissiõe firma, scđm Pan. ĩ d. c. literarũ. siue cũ ani-
3 mo se obligãdi, scđm glo. ibi. ¶ Tertiò* quærit, vtrũ soli Deo fiat votũ? Et dico ꝙ sic: licet aliqñ Deo qs voueat aliquid exhibẽdũ homini vel sancto. Vnde dicit S. Tho. ij. ij. q. lxxxviij. ar. v. ad tertiũ, ꝙ votũ soli Deo fit: sed ꝓmissio fieri põt etiã homini: & ipsa promissio huiusmodi quę fit homini, põt cadere sub voto, inquãtum est quoddã opus virtuosũ. Et p hũc modũ intelligẽdũ est votũ, quo quis vouet aliqd sanctis vel prę latis: vt ipsa ꝓmissio facta sanctis vel p̃latis, cadat sub voto mortaliter, inquãtũ. s. homo vouet Deo se impleturũ, qđ sanctis, vel prælatis ꝓmittit. Hæc ille, q intẽdit, ꝙ votũ principaliter fit Deo: vt patet
4 in iiij. dist. xxxv. iij. q. j. art. j. q. j. ¶ Quartò* quæritur, vtrũ votũ sit necessario de bono meliori. i. cadẽte sub cõsilio, & nõ sub p̃cepto? Et dico multa. ¶ Primũ. Dupliciter votũ dicit esse de aliquo, secũdũ mẽtẽ Doct. Primò sicut de re quæ Deo promittit: sicut vouẽs religionẽ, vt mortẽ euadat, dicit votũ fecisse de opere virtuoso: & ad istũ sensũ loquũtur doct. qñ dicũt votũ esse de meliori bono. Scđò sicut de re. quę à Deo petitur, q̃ est finis vouendi. Vnde & Rich. in diffinitiõe addit, ꝓpter bonũ finẽ. quod tamẽ nõ fuit necesse, qa sicut nõ est ꝓmissio, qua ꝓmittitur, qđ displicet, sed cõminatio, vt dicit S. Tho. ita nec qua ꝓmittit ꝓ eo, quod displicet. ¶ Secũdũ. Vota facta ꝓpter malũ finẽ, scđm Arc. nõ valẽt, sed vouẽs peccat: sicut si qs voueat ieiuniũ, vt possit inimicũ occidere: sicut nec valeret votũ de re mala: qa Deus nihil acceptat cõtra se. Et scđm Arc. magis Deo placet in his transgressio, q̃ obseruatio. xxij. q. iiij. in malis. Vota aũt quãtũ ad finẽ indifferẽtia respectu vitæ æternæ: vt q̃ aliqñ fiũt ꝓ aliquo tẽporali, cuius adeptio ad æternã vitã nõ est vtilior, q̃ priuatio: tenẽt nisi vergerent ex casu aliquo in malũ exitũ, vt votũ Iephte, Iudi. xj. ¶ Tertiũ. Loquẽdo aũt de voto, quãtũ ad illud, qđ vouetur, & ꝓmitt. t ex ij. ij. & iiij. vbi s̃. à S. Th. sic colligitur, Promissio est de aliquo, qđ volũtariè facit ꝓ alio. Si autẽ sit de eo, quod est cõtra eũ. i. quod ei displicet, esset cõminatio: si verò sit de eo, quod ei nõ placet, est ꝓmissio vana. Igit votũ cũ sit ꝓmissio Deo facta, nõ debet. i. nõ põt fieri de aliquo illicito: quia est cõtra Deũ. Imò sic vouere malũ mortale, est mortale: vt s̃. Iuramẽtũ. ij. §. vij. Nec de indifferẽti: quia nullũ opus est Deo acceptũ, nisi sit virtuosum. Nec de necessario absolutè: puta, ꝙ quis morietur: qa hoc fit nõ volũtate, sed necessitate. Nec propriè de eo, qđ est necessariũ ex suppositiõe finis. i. salutis æternæ: puta, ꝙ qs nõ fornicabitur, aut trãsgredietur Dei præcepta: sed de his est votũ largè nõ ratiõe necessitatis, sed volũtarię adimpletiõis, sicut sub voto baptizati cadit ab renũtiatio põparũ satanæ, & obseruatio fidei Christianæ. de quo vide j. §. v. Vñ est votũ ꝓprie de opere meliori, siue bono superogatiõis, quod dicitur maius bonũ in cõparatione ad bonũ, qđ cõiter est de necessitate salutis. Corporis aũt maceratio nõ est accepta Deo, nisi quãtũ est opus virtutis, i. inquãtũ fit cũ debita discretione, vt. s. cõcupiscẽtia frenetur, & natura nimis nõ grauet: & sic cadit sub voto. Vñ si votũ vergat in periculũ ꝓpriæ psonæ, nõ est seruãdum: quod tñ cõgrue fit, secũdũ arbitriũ superioris: qa in spectãtib⁹ ad se, fallitur homo de facili: ita tñ ꝙ si ex obseruatiõe magnũ, & manifestũ grauamẽ homo senserit, & nõ adsit facultas recurrẽdi ad superiorẽ: tale votũ nõ seruetur: & si dispẽsationẽ superior nõ daret, & periculũ immineret: tale votũ securè frãgeret. Vota verò mulierũ, de inutilib⁹ & vanis, deridẽda magis sunt, quàm seruãda: & sunt sortilegia magis, quàm vota: qa reliquiæ quædã idololatriæ, secũdũ quã obseruabãtur dies & mẽses: vñ ꝓ nõ votis habẽda sunt. Hæc ex illo, q intẽdit etiã ea, ad quę qs tenetur ex mãdato Dei, licet nõ ex præcepto, caderet sub voto large: vt nõ mẽtiri: qa votũ ꝓprie vult esse de cadẽtib⁹ sub cõsilio. Ex qb⁹ patet, ꝙ votũ de re inutili. i. quę cõfert ad honorẽ Dei, nec ad salutẽ vouẽtis, nõ est votũ qa talia De⁹ nõ acceptat: & cõsequẽter nec obligatio tenet ipo iure. cuiusmodi scđm Alb. & Ray. sunt vota stulta mulierũ. s. de nõ pectinãdo caput ĩ sabbato, & de nõ comedẽdo capita in reuerẽtiã decollatiõis Baptistæ, & huiusmodi etiã si ꝓ honore sanctorũ fiãt, scđm Al. qa habẽt similitudinẽ idololatriæ, & magis sunt irridẽda, q̃ obseruãda. Tutius tñ propter reuerentiã, puto licẽtiã seu dispensationẽ vel declarationẽ petere, saltẽ à cõfessore. ¶ Quartũ. Votũ de re minus bona. s. quę nec pertinet ad præcepta, nec ad cõsilia, sed est negatio cõsilij: puta, si quis voueat se nõ intraturũ religionẽ: secundùm Archi. post Pet. de Pal. nõ valet, cùm nõ sit de bono meliori: adde ꝙ nec de bono necessario: non obstante ꝙ votum, sicut & iuramentum, de eo

eo quod seruari põt sine detrimẽto salutis ęternę, sit seruãdum: quia hoc verũ est si habet tres comites, iudiciũ scilicet, iustitiã, & veritatẽ. Vel dicẽdũ, ꝙ detrimẽtũ salutis est nõ solũ quod interimit salutẽ, sed & quod impedit perfectionẽ salutis. vel dicẽdũ quòd intelligitur qñ votũ habet materiã propriã: quod nõ est hîc. Pro quo sciẽdũ est, secũdũ eũ, ꝙ qñ per votũ directè & principaliter excludit bonũ cõferẽs ad salutẽ, & nõ includitur bonũ qđ per se possit esse materia voti, nõ obligat, licet posset seruari cũ salute: vt si qs voueat se nõ ingressurũ religionẽ: sed qñ principaliter includit aliqđ bonũ, quod põt esse materia voti, licet illud bonũ ex cõsequẽti excludat meliora bona, tñ ligat: vt si quis voueat religionẽ laxiorẽ, licet ex meliori via præcludatur: quia tñ religio promissa est sufficiẽs materia voti respectu seculi, licet nõ respectu religionis perfectioris, tenet & valet. Quod limita quatenus includit laxiorẽ, nõ aũt quatenus strictiorẽ excludit: vt s̃. Religio. ij. §. xvj. Et idẽ de iuramẽto. Et si qs voueat aut iuret intrare hãc religionẽ sub hac cõditione, si aliquã intrabit: valet, quia per hoc principaliter nõ excludũtur aliæ, sed principaliter includitur ista: & si nõ purè, tñ sub cõditione. Si aũt promitteret se nullã aliã intraturũ, & nõ promitteret istã absolu-
5 tè vel sub conditione, nõ valeret, sed peccaret. ¶* Quintò q̃ritur, quot sunt genera siue species votorũ, seu qũo votum diuidatur? Et dico secũdũ Arch. post magi. Sen. Ray. & Host. ac Pet. de Pal. ꝙ sic diuiditur. Nã votorũ quoddã est cõe seu necessitatis. s. quod est de necessarijs ad salutẽ, ad q̃ quis aliàs tenetur, quod largè dicitur votũ, vt §. priore. qđ quidẽ si nõ sit expressum à vouẽte, vt ĩ baptismo, est circunstãtia aggrauãs: quia eodẽ gñe peccati plus fidelis q̃ infidelis peccat. Si verò sit expressum à vouẽte p modũ singularis & ꝓprię obligationis: vt si qs voueat aut iuret non amplius fornicari: mutat speciẽ: qa secũdũ doc. circũstãtia 1
aggrauãs, q̃ per se, & nõ ex suppositione prioris importat deformitatẽ, mutat speciẽ peccati, vel nouã addit: fractio aũt voti de se habet deformitatẽ: qa eã habet etiã in re, ad quã qs aliàs nõ tenetur. idẽ Dur. ordi. prædica. ¶ Quoddã verò est singulare seu volũtatis. s. quod est de his quæ sunt supererogationis, ad q̃ qs aliàs nõ tenetur: quo voto nullus aliũ põt obligare nisi cõsentiat. ¶ Et hoc iterũ diuiditur. Nã votorũ singulariũ quoddã est solenne. s. cui addita est solẽnitas susceptionis ordinis sacri, aut ꝓfessionis tacitè vel exp̃sse factæ alicui religioni approbatæ, vt in c. vnico. de vo. li. vj. Quoddã verò est simplex, vt omne nõ solẽne, siue cõsistat in faciẽdo, vt cũ qs vouet orationẽ: siue nõ faciẽdo, vt cũ quis vouet nõ frãgere castitatẽ, aut nõ cõtrahere matrimoniũ: quod est aliud: quia primus fornicando agit cõtra votũ, nõ secũdus: & prim⁹ nõ põt, si cõtrahat, debitũ petere: de secũdo aũt est dubiũ. secũdũ Arch. Et puto ꝙ possit, si vouẽdo nõ intẽdebat se obligare ad castitatẽ, sed solũ ad nõ cõtrahendũ. ¶ Et rursus quoddã est absolutũ, vt cũ qs vouet aliqd simpliciter sine cõditiõe vel determinatione tẽporis: & talis tenetur ad statim. i. q̃ primum cõmodè põt implere. Quoddã verò cõditionatũ: vt cũ qs vouet ieiunare si sanetur: & talis nõ obligatur nisi extante cõditione. de cõd. appo. verũ. & tex. à cõtrario in c. vnico. xxxij. q. vlti. ¶ Dicit aũt Inn. vt illi adscribit Sum. Ang. nõ licere votũ facere cõditionaliter: qa est simoniacũ: cũ velit quis emere sanitatẽ à Deo ꝓ tpali. & facit c. q studet. j. q. j. Sed secũdũ scripturas & sanctos hoc nõ est verũ: qa inter Deũ & hominẽ cadere nõ põt ẽptio aut vẽditio: sicut nec iustitia cõmutatiua. Vide etiã Pan. in ca. scripturæ. de vot.
6 ¶* Sextò quæritur, vtrũ votũ seu vouere sit expediens? Et dicit S. Th. ꝙ sic, modò rõnabiliter fiat: quia per hoc nostrã volũtatẽ ĩmobiliter applicamus ad bonũ: & meli⁹ est aliquid facere ex voto quàm sine, secũdũ eũ: primò, qa vouere est actus latriæ, quæ est nobilissima virtus: qđ autẽ fit nobiliori virtute est melius. Secũdò, quia vouẽs plus se Deo subijcit quàm nõ vouẽs. Tertiò, qa per votũ volũtas immobiliter firmatur ad bonum: facere aũt aliquid ex voluntate firmata, pertinet ad perfectionẽ virtutis. ij. Ethi.

RVRSVS DE VOTO SECVNDO quantum ad virtutem obligatiuam, & interpretationem eius.

1 *Votum omne absolutum & licitum an obliget.*
2 *Votum conditionatum an liget.*
3 *Votum quando teneatur quis implere.*
4 *Votum certa die non impletum an debeat alia die impleri.*
5 *Vouens certam religionem qualiter obligetur.*
6 *Vouẽs quid intra annũ, si ægrotauit, an debeat votũ cõmutare.*
7 *Votum de non vouendo, nisi certa lege, an valeat.*
8 *Votum cessante eius causa an obliget.*
9 *Voto suo an possit quis alium obligare.*
10 *Votum non potens implere per se, an teneatur implere per aliũ.*
11 *Hæres an teneatur implere vota defuncti.*
12 *Votum ex metu factum an obliget.*
13 *Vota subitò facta ex angustia, furore, uel huiusmodi, an obligẽt.*
14 *Votum de re licita, sed aliquando inutile, an obliget.*
15 *Vouens dare mensuram grani, an det quam uelit.*
16 *Vouẽs ieiunare in festo alicuius sancti, an teneatur die domini*
17 *Vouens diuersa aut pugnantia quomodo teneatur.* (co.
18 *Votum certæ regulæ quomodo intelligatur.*
19 *Dominium rei uoto promissæ an maneat penes uouentem.*
20 *Voti pœnitere uel ipsum frangere an sit peccatũ toties quoties.*

VOTVM secũdò cõsiderari põt quãtũ ad virtutẽ obligatiuã, & intellectũ seu ĩterpretationẽ votorũ, p̃terea quę patẽt ex titulo priore. ¶ *Primò aũt quæritur, vtrũ omne votũ absolutũ & licitũ obliget? Et dicit Richar. ꝙ sicut ꝓmissio licita alicui facta animo obligãdi se obligat si accepteretur: nõ tantũ ex præcepto legis diuinæ, sed etiã naturalis: sic cũ votũ sit promissio, & Deus, cui fit, illud acceptet, est obligatoriũ. extrà, de vo. licet. Fallit hoc secũdũ S. Th. in iiij. aliqñ, qa dicit, ꝙ qcqd votũ faciẽdũ impediret, si prius esset etiã voto facto, aufert obligationẽ. Vñ si qđ possibile cũ vouetur, fiat postea impossibile, tollitur obligatio: vt si diues vouet ædificare ecclesiã, & superueniẽte paupertate pficere nõ possit, ita tñ ꝙ si factus est oĩno impotẽs, liberatus est à toto: alioquin obligatur solùm ad id quod põt. Et si ex sua culpa venit ad impotẽtiã, de culpa tenetur pœnitere & recõpẽsare. Hoc aũt dictũ Sup. limitat, si qđ supuenit, legitimè supueniat: aliogn est instãtia, si voto & ingressui religiõis supueniat matrimoniũ: quod nõ impedit, cũ tñ ante impediuisset. Sed instãtia est rudis: qa S. T. nõ loqtur de eueniẽtibus post votũ mediãte volũta-
te vouẽtis, vt matrimoniũ: & præterea si illud votũ sit solẽ 2
ne p ꝓfessionẽ, matrimoniũ nõ superuenit: qa nullũ est. Si verò nõ sit solẽne, matrimoniũ subseqtur, & ĩpedit cõplemẽtũ voti: cũ talis debitũ reddere teneatur. ¶ Vnde secundũ Rich. quod dictũ est, votũ obligare, fallit in quatuor casibus. Primò si licitũ postea fiat illicitũ: puta qa qs fecerat votũ cõtinẽtiæ: & postea cõtrahit, & cõsequẽter nõ põt debitũ negare. Secũdò ꝓpter impotẽtiã implẽdi: vnde si qs vouit ieiuniũ, quod sine magno corporis detrimẽto ĩplere nõ põt: si deest facultas adeundi superiorẽ, cõtrauenire põt propria authoritate, secundũ S. Tho. Tertiò propter authoritatẽ dispẽsantis, intellige legitimã: aliter nõ: vt in c. magnæ. eo. ti. & in glo. in c. nõ est similiter. eo. tit. Quar

rò propter defectũ conditionis appositę. de quo §. sequẽ. Adde quintò si votũ legitimè irritetur. Vtrũ aũt obliget
2 plus quàm iuramentũ. j. §. ixix. ¶ Secundò quæritur, an liget votũ conditionatũ? Et dico multa. ¶ Primũ. Secundũ Ray. siue cõditio sit gnalis: vt, si vixero, si potero, si Deus voluerit: quæ semper intelliguntur, etiã si nõ opponãtur. xxvij. q. ij. beata Maria. siue specialis: puta si intrauero Lõbardiã, adibo Sanctũ Marcũ. vel, si filius meus fuerit liberatus, faciã hoc vel illud. si cõditio nõ extiterit, nõ obligatur vouẽs ex voto. xxxij. q. viij. nõ solũ. de cõdi. app. verũ. de resti. spo. olim causam. Et intellige nõ obligari eũ primò si obligatio totaliter vel principaliter ponebatur in aduentu conditionis: & secũdò nisi ratione scãdali. extrà eo. magnæ. de cõuer. cõiu. ex parte. circa finẽ. sicut qñ votum fuit publicũ, sed cõditio fuit in corde retenta. ¶ Secũdũ. Faciens aũt votũ sub cõditione, ex cuius culpa cõditio nõ impletur, secundũ Rich, obligatur, ar. c. sicut ex literis. de spon. Vnde qui vouit aliquid vt Deus eũ pseruaret ab aliquo peccato, si nõ facit quod in se est vt præseruetur, sicut fecisset si votũ nõ emisisset, vel sicut intẽdebat facere qñ 4
votũ emisit, vel si volũtariè se ꝓcipitauit in peccatũ, nihilominus obligatur. Et ita tenet Sum. Ang. Sed tu dic, ꝙ obligaꝰ iuxta intentionẽ suã, à qua originatur obligatio voti. Vnde si intẽdebat obligari solùm si Deus in vitãdo peccatũ cõferat ei gratiã maiorẽ solito, vt cõiter fit, nõ tenetur, etiã si ex sua culpa cõditio nõ extet: quia intẽdebat, ꝙ per Dei gratiam ipse ab ipsa sua culpa præseruaretur. Si aũt de sua intẽtione nescit discernere, seruetur quod prius dictũ est. ¶ Tertiũ. Secũdũ Ric, vt refert ac sequitur Sum. Ang. votũ factũ de re bona & ad bonũ finẽ cõsequendũ per rẽ 5
denotã sub cõditione ẽt mala, tenet, & est obligatorium ex tãte cõditione: & hoc siue vouẽs velit illã cõditionẽ ipleri: vt cũ quis vouet religionẽ si potuerit habere coitũ cũ aliqua muliere. siue nolit eã ipleri: sicut cũ is q horret aliquod peccatũ, vouet religionẽ si illud cõmiserit. Sed hoc est quidẽ verũ in secundo casu, qñ vouẽs nõ vellet condi tionẽ impleri: quia eo casu vouet religionẽ ĩ pœnã peccati. quod licet, ẽt si ipsa religio sit horrori aliàs. Sed in primo non est verũ: quia secundũ eundẽ Rich. & eandẽ Sũ. Ang. de ratione voti est esse ad bonũ finẽ. qđ hîc non est, cùm finis sit fornicatio. Vnde dicit Arch. post Ioã. de Nea. & Rich. in iiij. vt refert, ꝙ emittens votũ ex turpi causa, vt cùm quis vouet ieiuniũ si in fornicatione ꝓsperetur, peccat vouẽdo: nec tenetur implere. Vnde dico ꝙ ille actꝰ cũ nõ elicitur à latria, eò ꝙ sit vitiosus, nõ habet rõnẽ voti, nec obligat. ¶ Quartum. Si antẽ votum sit factũ sub pluribus cõditionibus, & vna extet & nõ alia, obligabitur secũdũ quod intendebat obligari: scilicet aut solùm omnibus extãtibus, vt vna earũ: etsi super hoc nõ cogitauit, nec scit discernere, secundũ Archi. tutius est implere, imò videtur
3 necessariũ. xxiij. q. viij. non solũ. de cõdi. ap. verũ. ¶* Tertiò quæritur, quãdo teneatur quis votum implere? Et dico circa hoc doct. varia scripsisse: sed secundũ S. Th. ij. ij. cùm obligatio voti pẽdeat ex volũtate & intẽtione vouẽtis, vt patet Deuter. xxiij. qui intẽdebat se obligare ad statim, tenetur ad statim: qui autẽ ad certũ tempus, vel sub certa cõditione, nõ tenetur ad statim, sed nec tardare debet vltra quàm se intendebat obligare: quia dicitur ibidẽ, Cũ votũ voueris domino Deo tuo, nõ tardabis reddere: qa requiret illud dominꝰ Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatũ. Et sic videt velle, ꝙ qui nõ determinauit tẽpus, tenetur statim quàm primùm cõmodè põt. ¶ Ad dicta autẽ in quarto, ꝙ qui rationabiliter timet perpetuũ impedimentum implendi, tenetur vlterius nõ differre. Et fic mẽs eius est, ꝙ differre votũ sit mortale ĩ duobus casibus: primò, qñ differtur vltra tẽpus, ad qđ qs se obligare intendebat. intellige explicitè, vel ẽt implicitè: puta qa si cogitasset, tãtũ tps sibi statuisset. Secũdò, qñ nõ determinauit tẽpus: & probabiliter occurrere timet impedimẽtũ perpetuũ. Adde tertiò, qñ nõ est determinatũ tẽpus, & põt quis cõmodè implere votũ, & ꝓcrastinat ex negligẽtia notabili arbitrio boni viri, dicẽte Verũ. ꝙ talis tenetur ad statim cũ põt: sed dabitur ei tẽpus arbitrio boni viri ad se disponendũ. quod verũ puto etiã in foro cõsciẽtiæ. Vnde Pã. in c. non est voti. de voto. dicit ꝙ tenetur statim, nisi interueniat sapioris authoritas: ar. d. c. à cõtrario. Et rõ põt reddi: qa qñ qs debet aliquid alicui sine die, tenetur statim, sed nõ ad statim, etiã quàm primum cõmodè põt, sed solũ requirẽte creditore: qa ex tũc est in mora: Deus aũt semper votũ requirit. Secus videtur si procraſtinat ex spe maioris cõmoditatis: vel quia sine magna negligẽtia est oblitꝰ ex multitudine occupationũ, vel rei paruitate, & huiusmodi. ¶* Quartò quæritur, vtrũ is, qui vouit ad certã diẽ, puta ieiunare hoc anno vigiliã beatæ Catherinæ, & nõ seruauit, teneatur alia die votũ implere? Et dicit Pan. in c. p tuas. de voto. ꝙ sic, quasi sit obligatus ad duo: sicut q obligat certo die dare decẽ alicui, si die statuto nõ dederit, tũ obligatus remanebit ar. c. cũ dilecti. de do. & co. & l. Celsus. ff. de ar bi. §. j. vbi iussus dare decẽ intra Cal. Septẽbris, dicit habere duo præcepta: vnum dãdi decẽ: & aliud intra Cal. & est opinio tutior: nisi qñ vouẽs nõ habebat aliũ obligãdi se nisi ad illum diẽm: qa sic alio die nõ tenet, licet peccaverit. ¶* Quintò qritur, qd de eo qui vouit certã religionẽ? Et dicit S. Th. ꝙ si intẽdebat se obligare ad statim vel ad arbitriũ alienũ, nõ põt vltra differre, etiã propter debita solvẽda: quę tñ, qui cũ recipit, solvere tenetur, & si de eis vouẽdo cogitabat, probabiliter præsumetur, ꝙ nõ intẽdebat se obligare ante quã de rebus suis disposuisset. Addit Arch. quia profitẽdo cedit bonis. vide S. Religio. ij. §. iiij. Si aũt vouit absolute sine cõditione vel tẽporis determinatiõe, secundũ Arch. tenetur statim habita cõmoditate, nec sufficit intrare in fine vitæ, qa resiguũ suæ vitæ vouẽdo dedicauit Deo. Sic promittẽti cõtrahere cũ aliqua, nõ sufficit cõtrahere ante mortẽ, qa ad hoc fit matrimoniũ vt simul cõuiuãt. Qui etiã promittit intrare religionẽ ad requisitionẽ alicuius, id est, qñcunq; eum requisierit, secũdũ Arch. illo nõ requirẽte intrare nõ tenetur, sed illo mortuo videt, ꝙ teneatur: nec plus habet dilationẽ, cũ nõ expectetur requisitio, qa ꝓmissio fuit in diẽ, & hoc nisi dixerit per modũ cõditionis, si me requisieris, &c. Mihi aũt videtur, ẽt sic cõditionaliter nõ dixit, distinguẽdũ de sua intẽtione, qa forte intẽdebat intrare intrãte socio, & nõ aliter: vel intendebat ꝓmittere amico recepturo ꝓmissionẽ, & nõ Deo. Ita sic nõ tenetur intrare. Vide etiã j. §. viij. ¶* Sextò quæritur, vtrũ q vouit certã peregrinationẽ intra annũ, & ante illud tps infirmatur ad mortẽ, adhuc maneat obligatio voti, sic ꝙ necessaria sit talis voti cõmutatio? Et dicit Pan. in c. j. eo. ti. se inuenisse dictũ singulare B. Tho. quẽ sequitur Arch. in c. q bona. xvij. q. j. ꝙ in tali casu nõ est necessaria cõmutatio, qa, inqr, oẽ impedimẽtũ qđ habuisset à principio, impediret votũ, si oritur post factũ, habet auferre obligationẽ voti. Sed dicit idẽ Pan. multũ instare c. qđ super his. eo. ti. vbi ꝓpter impedimẽtũ supueniẽs fit cõmutatio: quod est tutius. tñ de subtilitate credit primũ dictum satis posse procedere, modo in vouẽte nõ reperiat negligẽtia vel culpa. & ad d. c. quod super. dici põt ꝙ procedit quãdo impedimentũ nõ est omnino voti ĩpeditiuũ, sed difficultatiuum: cõiter tamẽ obseruatur d. c. quod super. & facit d. c. j. ibi, an ex ĩfirmitate. Et ita tenet Sũ. Ros. Sed ego dico, ꝙ illa c. nihil faciũt eõtra hoc: quia primum nihil aliud dicit, nisi ꝙ vota peregrinationis possunt ex causa à superiore cõmutari: & hoc quãdo vouẽs potest exequi: vt patet ĩ illo ẏbo, peregrinatio, an recõpẽsatio sit melior. Capitulũ verò, quod super. manifestè loquit de his qui votũ peregrinatiõis ad terrã ſanctam possunt quidẽ exequi, sed nõ vtiliter: puta quia in infirmitate vel paupertate bellare ne
7 queũt. ¶* Septimò quæritur, vtrũ valeat votũ de nõ vouẽdo, nisi in scriptis, vel in manu talis, & huiusmodi? Et dico secũdũ Ric. ꝙ sic, qa nõ simpliciter ꝓhibetur emissio voti, sed cauetur præcipitatio. Vñ si sic vouẽs contraueniat, vouẽdo nõ in scriptis, vel sine cõditione appositа, peccat mortaliter. & nihilominꝰ tenet seruare votũ quod fecit si ne illa cõditione: quia votũ de nõ vouẽdo qđ fecit nõ ob 11
ligat, licet obliget votũ, ꝙ nõ vouebit nisi cũ tali circũstã
8 tia, vt illud seruet in vouendo. ¶* Octauò qritur, vtrũ cessante cã, propter quã quis vouit, obligetur? Et dicit Hos. ꝙ sic: licet redẽptio sit facilior. & alleg. c. magnæ. §. fin. in fi. extrà eo. vbi scilicet votũ peregrinatiõis factum pro asse quẽda libertate Treuerẽsis ecclesię per quẽdã comitẽ, eo mortuo redimit. Gof. verò tenet, ꝙ nõ obligat nisi in voto religionis, qđ ex falsa causa nõ vitiatur. de cõuer. cõiu. dudũ. Sed Pã. in d. c. magnę. distinguit, qđ nõ obligat, si cã erat finalis: secus si impulsiua. ¶ Vnde dico, ꝙ si causa erat finalis, ita, ꝙ nõ intẽdebat obligari, ea nõ extãte non obligatur. de ap. c. cũ cessante. Si ẏò est ipulsiua vel inductiua, vt in d. §. fi. licet cesset, tamen manet obligatio. arg. c. ex p te. el ij. de conuer. cõiug. In dubio verò vtrũ cã fuerit finalis vel nõ, obligatur. l. quicquid astringẽdæ. ff. de ver. obli. Et eodẽ modo si votũ sit ab aliquo factũ ex duabus causis, scilicet impulsiuis, puta ire ad sanctũ Iacobũ, qa ibi credebat germanũ suũ iuenire: & etiã vt redimeret peccata sua, secũdùm Ray. iuncta gl. sua. hoc casu quanuis sciuerit germanũ suũ discessisse etiã ante itineris arreptionẽ, nihilominus tenet, ꝓpter aliã cãm si intendisset se obligare: alꝰ
9 sec⁹, qa scilicet votũ nõ obligat vltra cõsensum. ¶* Nonò quæritur, vtrũ possit quis suo voto aliũ obligare? Et dico, ꝙ nõ, nisi alter cõsentiat: vñ licet voueat mater, ꝙ filiꝰ ieiunabit, & huiusmodi, tamẽ ãlius nõ obligabitur, nisi cõsentiat. In voto tñ reali, siue facto de rebus exhibẽdis, potest quis obligare suum heredem, sed non ad aliquid pso-
10 nale: vt j. §. xj. ¶* Decimò quæritur, vtrũ non potẽs votũ implere per se, teneatur illud implere per aliũ? Et dico, ꝙ nõ, quia in omni voto intelligitur illa cõditio generalis, si potero: etiã si nõ exprimatur, vt no. in c. quemadmodũ. de iureiu. & in c. beatus. xxij. q. ij. q̃ si nõ extat, tollitur obligatio voti, vt no. gl. in c. nõ est. eo. ti. Ad c. aũt, quod super his. de voto. respõderi põt secundũ Pan. in c. j. eod. ti. ꝙ loquitur quãdo impedimentũ nõ est omnino impeditiuũ, sed solùm difficultatiuũ. de quo etiã §. §. vj. ¶ Distinguit tñ Inn. in c. scripturæ. e. ti. ꝙ si quis vouit visitare terrã ſanctam pro subsidio impẽdẽdo: licet tũc visitare nõ possit, tamẽ subsidiũ tenetur impẽdere meliori modo quo põt, quasi sit ad hoc obligatus. Et idem in eo qui fecit votũ visitandi ſanctũ Iacobũ, & aliquid impẽdendi, & huiusmodi. Si verò solũ vouit visitare ob deuotionẽ: & tũc per alium exequi nõ tenetur impedimẽto supueniẽte. Et idẽ Arc. sentit: addẽs, ꝙ tenetur mittere aliquẽ loco sui, vel saltem expẽsas quas fecisset. & si de hoc moriẽs nõ disponeret, teneretur hæres si hæreditas sufficit. Si verò fecit votũ cã de-

uotionis eũdi, supereniẽte impedimẽto nõ tenet ire vel mittere: nisi fortè fuerit in mora, & sic in culpa. ¶ Pã. verò in c. licet. eod. tit. addit aliã limitationẽ: qa si tpe voti emisso certꝰ erat, ꝙ impedimentũ esset perpetuũ, tenet implere per aliũ, ne votũ sit deriſoriũ. Si ẏò nõ erat certus, licet illud haberet tẽpore voti: tenetur solũ q̃ primum cõmodè poterit. ar. l. nepos Proculo. ff. de ver. si. & hoc videt verisimꝰ: licet Host. teneat indistinctè, ꝙ tenet implere p alium, qñ impedimentũ erat tẽpore voti. Potest etiã addi, ꝙ non tenetur per aliũ, nisi fuerit in mora exequẽdi votũ: qa tenetur cõmutare, vel redimere: vt patet Deut. xxiij. vbi dicitur, ꝙ si moratꝰ fuerit, imputabitur sibi in peccatũ. & ar. l. ij. in prin. ff. si qs cau. & in c. fi. de iniur. Et ita indistinctè sentit Sum. Ange. post Pan. in d. c. licet. Sed dico, ꝙ ꝓdicta ꝓbant morã imputari ad peccatũ, nõ aũt, ꝙ ex hoc teneat quis votũ per alium exequi, nisi fuerit reale, iuxta mentẽ
11 Inn. vt patet ex dictis. ¶* Vndecimò quęritur, vtrũ hęres teneatur implere vota defuncti sibi impoſita? Et dico multa. ¶ Primũ. Secundũ Ray. votũ peregrinationis, adde vel quodcũq; aliud personale, secũdũ Pet. de Pal. nõ põt inũgere filio, quẽ instituit hæredẽ, nisi & ipse approbet. extrà eo. licet. sed pecuniariã satisfactionẽ bñ põt inũgere. ¶ Secũdũ. Secũdũ Hosti. si filiꝰ vult esse hęres, tenet iplere oĩa vota patris, intellige realia, si hęreditas hoc patitur. Pro quo facit l. ij. ff. de pollici. vbi obligatio voti trãsit ad hæredẽ: & sedm Inn. ẽt si filiꝰ ad hoc se nõ obligasset, cõpelli põt p priuationẽ hæreditatis, licet nõ p coactionẽ psonalẽ, & cõsequẽter nec p excõicationẽ: imò secũdũ d. Ant. si sponte adiuit hæreditatẽ, cõpelli põt etiã per excõicationem. quod Pan. placet in d. c. licet. quia adeũdo quasi cõtraxit. ¶ Tertiũ. Ad qstionẽ plenè respõdet Arc. post Pet. de Pal. dicẽs, In voto reali, vt est ędificare monasteriũ, vt dare aliquid pro Deo, & huiusmodi, hæres tenet, sicut & in alijs debitis: sed ad personale, vt est ieiunare, continere, votũ crucis, ire vltra mare, & hmõi, non tenet, nisi se spõte obligauerit, siue sit filius, siue extraneꝰ: extrà eo. licet. Si ẏò sit simul reale & personale, si vtrũq;, expressum est, vt ire ad sanctũ Iacobũ, & ibi equũ offerre: vel fundare monasteriũ, & intrare: tenet solũ ad offerre & fundare, nõ ad ire vel ĩtrare. Si ẏò expressum est psonale principaliter, & reale tacitũ & accessoriũ, vt ire ad sanctũ Iacobũ: nõ tenet ad expẽsas quas feciſſet eũdo, stãdo, offerẽdo, & redeũdo: sicut nec tenet ire. & si vouit intrare religionẽ, non tenet hęres tradere bona: qa sublato prĩcipali tollitur accessoriũ. & si susceperat crucẽ defunctus, nõ tenet hęres mittere expensas quas feciſſet, nisi hoc ordinaſſet. & si vouit mittere certas psonas vltra mare: qđ reputat reale: adde licet hoc aliq dicãt psonale ad incertã psonã: tenet hæres. Hęc ex illo. ¶ Quartum. Si aũt testator nihil dispoſuit, tenet hæres ad realia vota, vt dictũ est: & si ipse hęres p se nõ posſit, tenetur ĩplere p aliũ, eo casu quo defunctꝰ tenebatur implere p aliũ: de quo §. §. x. & hoc si adijt hæreditatẽ: qa adeũdo quasi cõtraxit, ar. notatorũ ĩ l. ij. ff. de polli. & ĩ l. more. ff. de acq. hęr. & in c. si hęres. de test. qđ intellige inquantũ vires hereditatis patiunt. Et si ꝓ hmõi filꝰ grauaret in legitimã, cãm haberet ĩpetrãdi dispẽsationẽ. Sed ꝓdicta oĩa intellige si adierit hereditatẽ: si aũt nõ vult adire, tenetur: quia nec hęres est, nisi fortè ꝓmiserit. ¶ Quintũ. Si autẽ hæres expresse assensit votis implẽdis, ſi ſimpliciter ꝓmisit, tenetur ĩdistinctè, etiã ad psonalia, qualiacũq; sint: nec distinguo. vt quidã, an sint peregrinationis vel abstinẽtię. ar. l. veteris. C. de cõmi. stip. & l. vnica. C. vt act. ab hær. vel cõtra hęre. inci. & c. quod super his. & c. licet. e. tit. Si verò

promisit sub spe adeũdæ hæreditatis, & postea noluit adi
re, nõ tenetur. de elec. c. venerabilẽ. §. fi. & no. Inn. & Ber.
12 in d. c. licet. ¶*Duodecimò q̃ritur, vtrũ votũ factũ ex me
tu obliget? Et distinguo: quia si metus fuit ab homine vo-
tũ nõ obligat, nisi eo modo quo dictũ est s̃. Metus. §. viij.
Et intellige si metus sit illatus ex intẽtione ab hoĩe: si verò
sit à casu, vel natura, vel Deo, votũ obligat: nisi metus esset
tãtus, q̃ excluderet vsum rationis deliberãtis & promittẽ
tis: Vñ Pan. in c. sicut. el ij. de reg. distinguit: q̃a timor mor
tis animæ nõ excusat nec dat causam retractãdi actũ: & si-
militer si sit timor mortis naturalis corporis: sicut ĩ graui
ter ĩfirmo: vt in d. c. sicut. & similiter si sit timor mortis ac-
cidẽtalis casualis: vt in timẽte periculũ naufragij, vel incẽ
dij, vel hostiũ nõ ĩpedit actũ, nec inualidat: quia aliq̃n De⁹
incutit talẽ timorẽ, vt homo cõuertatur. Si verò sit timor
mortis accidẽtalis violẽter: vt in eo q̃ timet mortẽ violen
tã sibi imminere ab iniquo homine: si ꝓpter talẽ timorẽ
q̃s ingreditur religionẽ, nõ tenet ĩgressus, ex quo fecit vt
violẽtã mortẽ euaderet: q̃a Deus respicit cor, & vult mili-
tẽ volũtariũ. & ita loquitur c. j. q̃d met. cau. Et p̃dicta addu
ci pñt gñaliter ad validitatem cuiuslibet voti. Hęc ex illo.
Sed in hoc vltimo casu distingue, vt s̃. Metus. in d. §. viij.
13 ¶*Decimotertiò quęrit̃, vtrũ obligẽt vota subitò facta ex
angustia, furore, vł metu, & hmõi? Et dicit Veruec. q̃ si hu
iusmodi vouẽtes habeãt deliberatã intẽtionẽ obligãdi se
Deo: obligati sunt. xxvij. q. iiij. sunt q̃ opes. Sec⁹ si voueãt
subitò & indeliberatè, nisi postmodũ cõfirmauerint. ar. de
reg. iur. ratihabitio. li. vj. & secũdũ Arch. talẽ habẽt inten-
tionẽ, q̃n cogitãt de cã ĩpulsiua ad vouẽdũ: puta infirmita
te vł p̃iculo: & de finali, id est, euasiõe p̃iculi. Dicit aũt hic
Sum. Ang. q̃ vota ex subreptiõe sine deliberatione nõ ob
tendā? Et dico duo. ¶ Primum. Secundùm S. Tho. prælati
nō poſſunt in votis pro ſuo libito diſpenſare: quia ſicut
prælatus nō poteſt præcipere malū, ita nec bonum impedi
re, ſcilicet opera virtutis: ſed ad eum ſpectat dijudicare qđ
ſit magis virtuoſum. Et ideo in manifeſtis diſpenſatio pla
ti nō excuſat à culpa: puta ſi diſpēſaret cum aliquo ſup vo
to de ingreſſu religionis nulla apparēte cā: ſed ſi eſſet cau
ſa apparēs, ꝓpter quam ſaltē in dubiū verteretur, tūc poſ-
ſet ſtari iudicio prælati diſpenſantis vel cōmutantis: nō tā
men iudicio proprio: niſi eſſet aliquid manifeſtè illicitū,
aut nō poſſet quis facilè ad ſuperiorē recurrere. Hæc tñ li
mita: vt ſ. Diſpenſatio. §. iij. Quæ aūt ſint cauſæ rationa-
biles diſpenſandi vel commutandi, videtur dicendū, ꝙ ſe
cundū S. Thom. cauſæ diſpenſandi ſunt tres, ſcilicet ſi id,
quod ſub voto cadit, ſit malum vel inutile, vel maioris bo
ni impeditiuum: cauſæ verò commutandi videtur eſſe im
poſsibilitas exequendi ſeu incommoditas, quæ eſt impoſ
ſibilitas iuridica, vt ſ. Potentia. vel maior vtilitas, dū ſcili-
cet ſit commutatio in aliquid Deo gratius: ſicut ſi expēſę
peregrinationis mutētur tempore famis in pauperū ſuſtē
tationē: quod probari poteſt per tex. in c. ex multa. eo. ti.
circa fin. vbi innuitur, vota poſſe commutari vel redimi
neceſsitas exigit, vel vtilitas ſuadet, & in his bon᷒ virtū
7 trabitur. arg. ibidē. ¶* Septimò queritur, quid de diſpēſa
tione & cōmutatione quātum ad ipſa vota cōmutabilia?
Et dico multa. ¶ Primum. Licet non omne votū ſit diſpē
ſabile proprie, quia ſcilicet nō omne votū eſt de malo vel
inutili vel impeditiuo maioris boni, omne tamē votū eſt
commutabile in aliud opus pietatis, ſecundū communem
doctrinā ſanctorum, & vt patet in c. magnæ. §. cùm igitur.
de voto. Quod tñ fallit in voto, quo aliquid per cōſecra-
tionem aut benedictionē actu dicatur Deo, vt ſuprà §. v.
¶ Secundum. In diſpēſatione & commutatione votorum
requiritur ſuperioris authoritas, nec pōt quis propria au-
thoritate

toritate votum ſuum in melius cōmutare. eo. ti. c. j. & ff. ſi
cer. pe. l. ij. Inſti. quib. mod. tol. obli. vbi non liberatur ſol-
uens rem meliorē, niſi ſoluat quod debet. Quod tamē li-
mita, primò niſi cōmutetur in votum religionis: vt j. par.
iij. Limitat ſecundò Sum. Ange. niſi ſit certum, ꝙ illud, in
quod mutatur, ſit melius & Deo acceptius: qa tūc ſufficit
petere licentiā, licet nō obtineatur. allegat c. licet. eo. ti.
& c. peruenit. el ij. de iureiu. Sed ſecūdùm mentē S. Tho.
ꝙ vult, ꝙ in voto fiat diſpenſatio eo modo, quo in aliqua
lege, dicēdū eſt, quòd licitū eſt propria autoritate venire
cōtra votū in caſu, in quo id, quod quis vouit, eſt manife-
ſtè illicitū: & nō poteſt opportune ad ſuperiorē recurre-
re: vt dicit ij. ij. vbi ſ. art. vl. ad ſecūdū. in fi. & per illicitum
intelligit malū inutile, & impeditiuū maioris boni: & ſic
hoc eſt licitū, vbi locum habet diſpenſatio: nō autem vbi
locū habet cōmutatio: quia tūc votum ligat, & nullus po-
teſt ſoluere ſeipſum. Et ſi dicatur, ꝙ cōmutatio aliquādo
habet locū vbi occurrit melius incōpoſsibile voto: dico
ꝙ nō, nec eo caſu votū ligat: quia eſt melioris boni impe
ditiuum. Caput autē, licet. quod Sum. Ang. allegat, nihil
facit. c. autē, peruenit. ſecundū expoſitionē docto. eſt pro
me: quia ibi dicitur, ꝙ propoſitum, aut promiſſum nō in-
fringit, qui illud in melius commutat: quia doct. qui illud
dictū intelligunt etiā de promiſſo per votū, dicūt eſſe ve
rum, ſi accedit autoritas ſuperioris: vt Inno. vel ſi primum
votum erat noxium & illicitū: vt Ioā. And. & Gof. vel vbi
maius bonū eſt incōpoſsibile voto: vt do. Anto. & conſe-
quēter vbi eſt maioris boni impeditiuū. Et ſic omnes ex-
poſitiones ſecūdùm noſtrā doctrinā ſunt. Nec expoſitio-
ni Io. And. obſtat, quod obijcit Pan. qa melius pręſuppo-
nit bonū: quia melius ibi pōt ſtare pro bono: ſicut pecca-
tor cōuerſus mores dicit᷑ in melius cōmutaſſe. Qui verò
intelligūt de promiſſo mediāte iuramēto, dicunt, vt dicit
Pan. nō eſſe verum, ſi iuramentū cōcernit vtilitatē priua-
tam: quia requiritur autoritas eius, cui eſt pręſtitū. arg. d.
l. ij. nec ſi cōcernit honorē Dei, niſi vbi illud meli᷒ eſt in
cōpoſsibile iuramēto: imo nec tunc hoc Pan. admittit in-
diſtinctè, ſed ſolùm ſi propria autoritate mutetur in vo-
tum religionis: tamē dico cum domino Antonio, ꝙ tunc
indiſtinctè poteſt: quia tunc iuramētum eſt maioris boni
impeditiuū. ¶ Tertium. Secundùm Archiep. poſt Petr. de
Pal. & Sā. Tho. autoritate iuris omnia vota commutantur
in votum religionis, etiā ſine diſpenſatione: quia tanquā
perfectū includit. Vnde qui voto tenetur ad ingreſſum ar
ctioris religionis, in qua tamē nō tenetur remanere, lici-
tè vouet profeſsionē in laxiori: & primū votum tēporale
includitur in ſecundo tanquā in perpetuo. Hoc tñ Archi.
poſt Pet. de Pal. limitat. Nam quādiu aliquis eſt nouitius,
excuſatur à voto perſonali, puta ieiuniorū, & huiuſmodi:
non autem à reali, puta de dando eleemoſynā: imò per ſe
debet ſoluere debita. Sed p profeſsionē qua cedit bonis,
& mundo moritur, vota perſonalia extinguūtur, & realia
debita in monaſteriū transferuntur: quod obligatur ſicut
hæres, ſcilicet nō vltra valorē bonorū, quę recipit de illo,
ſi fecit inuētariū: vel ſi nō fecit ex ignorātia iuris, ſecūdū
aliquos, ſicut nec quicūq; alius hæres. Sed pro hoc no. ꝙ
iſta ſunt vera in foro cōtentioſo ſolùm: in cōſcientia autē
nullus hæres tenet᷑ vltra vires hęreditatis. Fallit aūt quod
dictum eſt de cōmutatione in votū religionis, primò in
voto, quo qs vouit aliquid dare in ſubſidiū terræ ſanctæ:
quia nō cōmutatur ſine licētia Papæ, ſecūdùm Roden. ſci
licet quātū ad quantitatē: ſecus quantū ad laborē eundi,
aut mittēdi, ſecūdùm Verue. Sed ſi votū fuit de peregri-
nādo ſolùm, abſolueretur per religionē. Secundò ſecun-
dùm Rich. quē ſequitur Sum. Ange. & Roſ. quādo is, qui
profitetur, intēdit actu, vel habitu velle remanere obliga
tus votis prius factis: qa indiget diſpēſatione. Sed ego di-
co, ꝙ ſi iſtā intētionē habuit ante inſtās profeſsionis, ipſo
iure eſt abſolutus, vt videtur velle etiā S. Tho. Si verò eā
habuit in ipſo inſtāti vel poſt, illud votū non eſt firmum,
nec obligat niſi eo modo, quo de voto religioſi dictū eſt
ſ. Votū. iij. §. iij. Tertiò fallit, ſecundùm Sū. Ange. in caſu
quo probabiliter dubitaret᷑, an melius eſſet ſeruare votū,
aut religionē intrare: vt ſi rex magnus vouiſſet acqrere
terrā ſanctā: quia Papa eſſet cōſulendus. Sed hoc eſt verū
de bene eſſe: nō autem neceſſariò: quia poteſt intrare au
toritate iuris, per c. ſcripturæ. extrà eo. ¶ Quartū. Votum
factum Deo intuitu certę perſonæ, vel loci, puta de dādo
aliquid tali pauperi, vel tali monaſterio, cōmutari nō pōt
à vouente propria autoritate: licet perſona ſit malę vitæ,
vel eccleſia male officiata: qa quod ſemel placuit, ampli᷒
diſplicere nō pōt. de reg. iur. lib. vj. Sed vtrum cōmutare
poſsit epiſcopus, ſunt opiniones. Arch. tenet ꝙ nō, niſi ex
cauſa vrgēte: puta, quia eccleſia eſt deſtructa, & huiuſmo-
di: quia iā ius eſt illi quæſitum, quod auferri nō debet. Et
hoc ſequitur Ray. & Dur. in ſuis Summis. Bart. de Cay. &
Sum. Roſ. addēs hoc probari in c. ex parte. de cēſ. vbi vo-
uens cōpelli poteſt ad exequēdum votū. Et cōfirmatur ab
alijs: qa ex quo eſt pia cauſa, ius quæſitū eſt etiā abſenti,
vt ibi no. & habetur in l. illud. C. de ſac. ſan. eccl. Alij verò
dicūt, ꝙ tali loco, vel perſonę nō acquiritur ius, quaſi res
deuota ſit iam ſua: quia nec eis, nec aliquibus pro eis acce
ptātib᷒ eſt facta pollicitatio, ſed ſolùm Deo. Vnde ſi Deo
ſatisfiat per cōmutationem in melius, vel etiā in æquale,
quādo cauſa ſubeſt ex parte vouētis, liberat᷒ eſt q vouit:
quia ſatisfecit ei, cui promiſit. donec tñ cōmutetur, habet
ius agēdi, & agere pōt is, ad quē ventura erat res deuota,
apud epiſcopū, vel aliū ſuperiorē, vt cōpellat vouētē red-
dere. Et hoc etiā, nō aliđ, vult d.c. ex parte. & d.l. illud. vt ſ.
Votū. ij. §. xix. & hoc ſequitur Verue. & Sum. Ange. quæ
vult, ꝙ ex voto nō acqratur actio (intellige realis) alicui,
niſi res ſit ei data vel promiſſa. & hoc eſt veri᷒. Vnde & ſi
talis vouēs religionē ingredit᷑, liberatus eſt: & à fortiori
liberatur, ſi religionē ingredit᷑, vel ſi res erat deuota pau-
peribus in genere, ſecūdū Verue. Secus ſi nō ex voto ſolū
Deo facto, ſed ex aliquo alio reſpectu ſe homini obli-
gaſſet: quia nec per religionis ingreſſum, nec per diſpen
ſationē ſuperioris liberaretur, niſi vt dixi ſ. Papa. §. xiij.
¶ Quintū. Qui nō vouit, ſed tamē patri, vel alteri promi-
ſit votū eius implere, pōt in religionis ingreſſum ꝑmuta
re, quia nō plus tenetur ad voti impletionē, q hoc promi
ſit homini, quàm qui promiſit Deo. ¶ Sextum. Qui vouit
vnū filiū ſuū determinatè tradere religioni, nō pōt ſine
autoritate ſuperioris alium mutare, ſecundùm Pe. de Pal.
nec ſimiliter ſi vouit ipſe intrare, aut adire terrā ſanctā, ſe
cūdùm S. Th. nō pōt alium ſupponere loco ſui, intellige
ſine licentia Papæ. ¶ Septimū. Votum de feſtādo ſabbato
factū ſuperſtitioſe, innitendo ſcilicet literæ veteris Te-
ſtamēti, nō tenet: factū verò ex reuerētia beatæ Virginis,
ſi haberet inducere iudaizationē vel ſpeciē eius: vt quia
qui vouit, cohabitat Iudæis, eſſet omnino cōmutandū:
qa etiā à ſpecie mali abſtinendū eſt, primæ Theſſalonicē.
quinto. aliàs ſeruari pōt. ¶ Octauum. Si per cōfeſſorem
impoſitum eſt alicui in præſentia adire terrā ſanctā: Pan.
in c. quod ſuper his. eo. tit. de mēte Ioānis Andreæ, dicit
ꝙ ſi talis pœnitentia fuit iniūcta pro ſubſidio terræ ſan-

ctæ,solus Papa cõmutat.Si verò pro labore itinerãdi,etiã
solus Papa cõmutat,si illa emisit votum: si verò solùm as-
sumpsit signũ peregrinationis, dispẽsabit inferior. Adde
secundùm Ludoui.de Ro.in suis singu.ꝙ si Papa imponit
pœnitẽtiã alicui transmutando votum, episcopus potest
illam pœnitentiã commutare & alterare. de quo est glo.
in c.tempora plenitudinis.xxvj.q.vij.& secũdùm eundem
8 Lud.est tex.in l. si quis libellos.C. de appella. ¶*Octauò
quæritur, quid iuris de ipsa dispensatione,& cõmutatio-
ne votorum in se? Et dico multa. ¶Primum. Secundùm
Archiep.post Pet. de Pal. in dispensando requirit forma
expressa vel tacita, scilicet ꝙ intẽdat quis dispẽsare.quod
secundùm Canonistas potest Papa, qui iuri non subditur:
non autem episcopus,nisi exprimat.de cõces.præben.lite
ras.sed verius,inquit,est ꝙ in omnibus, in quibus prælatis
nõ est taxatus modus cum formula dispensandi, eo ipso,
ꝙ dispensant,quòd faciunt effectum animo dispensandi:
vel sciunt,& nõ contradicunt, quãdo facilè & liberè con-
tradicere possent. ¶Secundũ. Ad hoc,ꝙ dispensatio sit le
gitima,secũdùm Inn.in rubr.de obser. ieiuni. & Archi.in
c.presbyter.dist.xxviij.duo requirũtur,scilicet causa legi
tima in vouente, & ꝙ id, in quod votum cõmutatur,me-
lius sit,& Deo acceptius.Et hoc videtur velle c.primũ.eo.
ti.& sequitur Pet.de Pal.Sed vt Pan. egregiè & subtiliter
no.in c.j.per tex.in c.ex multa. eo.tit. commutare in me-
lius tunc est necesse,quãdo sola vtilitas mouet ad cõmu-
tandum:quia scilicet ex parte vouentis non est causa, nisi
voluntas:secus vbi est necessitas,id est,impotẽtia, vel in-
cõmoditas:quia sufficit cõmutare in simile.arg.c.magnæ.
eo.tit.& quod legitur & no.in c.j.de rerũ permu.in simi-
li.imò Sum.Ange.notans Pan. dicit se credere, ꝙ sufficit
si mutetur in æquale, etsi nõ in simile.Sed Pan.per simile
intellexit æquale:imò ipsamet Sum.in verbo,Votum.iij.
§.xxvj.in fin.tenet cõtra Rodo.quòd sufficit commutare
in minus,quod aliquo iure non probatur,nec bene dicit:
quia vt dicit Sanct.Tho.commutatio est quidam contra-
ctus, in quo prælatus se habet vice Dei. Ex quo sequitur,
quòd oportet ibi esse æqualitatem. quod tamen nõ opor
tet scrupulose accipere, sed sufficit arbitrium boni viri,
cessante fraude & lata culpa.

RVRSVS de Voto quintò,inquantum specialiter spectat ad coniuges.

1 *Votum coniugum qualiter fiat.*
2 *Vxor abstinentiã absq; viri licentia & assensu uouere nõ põt.*
3 *Maritus an & quando abstinentiæ uotum uxori non præiudi-
ciale poßit emittere.*
4 *Vota continentiæ in coniugibus quando liceant.*
5 *Maritus continentiam, quod ad debiti redditionem attinet,si-
tra coniugis aßensum uouere nequit.*
6 *Vota coniugum, quo ad religionem, quando liceant.*
Coniuges fornicarij non intrant religionem, alter sine altero.
7 *Filium an poßit alter parentum deuouere religioni.*

VOTVM quintò cõsiderari potest specialiter,inquan
tum spectat ad cõiuges:præter ea,quæ dicta sunt su-
1 prà,Votum.iiij. §.ij.quantum ad irritationem. ¶*Primò
ergo quæritur, quid iuris de votis cõiugum, quæ nõ sunt
de cõtinentia, vel religione? Et dico,ꝙ neque vir,neque
vxor potest facere votũ præiudiciale alteri, quantũ ad de
bitum coniugale: quia quãtum ad hoc sunt pares: vt in c.
2 gaudemus.de diuor.*Vnde cùm vxor abstinentiã sine vi-
ri consensu vouere non possit.xxxiij.q.v.manifestum.&
c.noluit. similiter nec vir poterit sine cõsensu vxoris, se-
cundùm Inno.& hoc pro regula tenendum est: sicut & vi
detur velle gl.in d.c. manifestum. quòd vxor vouere põt
ea,quę nõ sunt in præiudicium viri,sicut & econtrario:&
quicquid põt dare sine viri cõsensu, potest vouere: vt de
his, de quibus potest eleemosynam facere, nisi impediat
scandalum, quod nõ sit pharisaicum. Fallit quod dictum
est,secũdùm Rayn.Inno. Host. & omnes in voto subsidij
terræ sanctæ, quod vir facere potest sine cõsensu vxoris.
de voto.ex multa. licet secũdùm beatum Thom. & Albe.
non sit cõsulendum viro,vt crucem accipiat,si vxor nõ po
test eum sequi,& de incõtinentia timeatur.Vxor etiã se-
cundùm Host.potest inuito marito votum prædictũ emit
tere: sed si est suspecta, vel nimis iuuenis, redimet illud:
aliàs ibit,si talis est, q̃ secũ possit ducere bellatores: aliàs
omnino redimet.d.c.ex multa.in fi.Sed San.Tho.dicit,ꝙ
vxor hoc nõ potest sine licentia:quia nõ põt sic discurre-
re sine periculo castitatis. nec hoc dicit illud c.ex multa.
Fallit etiã secundùm Archi.&,vt videtur,beatum Tho.in
modica peregrinatione,etiã sine voto propter domũ dis
ponendam,vel domiciliũ aliò trãsferendum:quia hoc vir
potest facere sine licẽtia vxoris,secũdùm S.Th.in dispo-
sitione domus,& regimine vitæ mulier est subiecta viro,
& nõ econuerso.Quod autẽ dicit Pan.in c.scripturæ.eod.
3 ti.& sequitur Sum.Ros. cõtra Ang.* ꝙ vir potest emitte-
re aliquod votum abstinentiæ nõ præiudiciale,vxor autẽ
nullũ sine consensu viri: nõ est verũ: quia nõ est vxor sub
viro eo modo,quo filius impubes sub parẽtib⁹,quorũ sci
licet volũtas est filij. Ex quibus patet, ꝙ vir sine consensu
vxoris, aut vxor sine cõsensu mariti habitũ mutare nõ po
test:puta suscipiẽdo habitũ tertij ordinis alicuius religio
nis:quia hoc est præiudiciale: cùm aliquãdo generet hor
4 rorem. ¶Secũdò*quæritur,quid iuris de voto coniugum
quantũ ad continentiã, quãdo hoc votum sequitur matri
monium,nã quãdo præcedit,vide s̃.Matrimoniũ.vij.§.v.
Et dico,secundùm Rayn.& Albe.ꝙ quãtum ad hoc vir &
vxor ad paria iudicãtur.xxxij.q.j. si quis. Potest autẽ hoc
votũ tripliciter fieri. Primò, vno vouente sine alterius li-
centia. Secundò, vno vouente cũ alterius licẽtia. Tertiò,
vtroq; vouẽte de cõmuni cõsensu. Quãdo fit primo mo
dò,si erãt sponsalia tãtùm,dic vt s̃.Spõsalia. §.vij. Si verò
erat matrimonium ratum, scilicet per verba de præsenti,
sed nõ consummatũ,secũdùm Pet. qui vouit,tenetur in-
gredi religionẽ, & matrimoniũ soluitur p ingressum. de
quo suprà,Diuortiũ. Si verò erat consummatũ, nõ potest
vnus eorũ vouere, vel intrare religionẽ inuito alio, nisi
5 ob fornicationẽ notoriã.de quo suprà,Diuortium.*Non
potest etiã vouere continentiã, quãtum ad redditionem
debiti, secũdùm omnes: quia vouere nõ potest alienum.
quantum verò ad exactionẽ,sunt opiniones. Nã, vt dicit
S.Tho.in iiij.dist.xxxij. quidã dicunt, ꝙ vnus hoc potest
vouere sine cõsensu alterius: quia in hoc quilibet est sui
iuris.quod Rich. dicit esse cõmunius & tutius: & videtur
cõsentire Pet.de Pal. dicẽs tamẽ nulli hoc esse consulen-
dum. Quidã verò,inquit San.Tho.probabilius dicunt,ꝙ
nõ potest,quia nimis onerosum fieret matrimoniũ alteri
quẽ semper oporteret subire verecũdiã in petẽdo debi-
tum.Et hanc opinionem sequitur Albe. & Dur.& Ioãnes
de Neap.dicẽs hãc esse probabiliorẽ.Et secũdùm istos in
tali voto nõ solùm potest episcopus dispensare: vt apertè
trahi põt ex his,quę dicit Ioan.And. in nouel. in c.rursus.
qui clerici,vel vo. sed etiã alter cõiugum potest irritare.
Vtraq; opinio est vera, fundata in hoc principio,ꝙ con-
iunx in vouendo nõ põt alteri præiudicare.vnde si istud
votum sit de nõ petendo absolutè,non valet:quia præiu-
dicat.

dicat.si verò sit de non petẽdo ratione sui,sed tantùm ra-
tione socij,tenet quia nõ præiudicat. Vnde si vouet se nõ
coiturum,nisi ad cõplacendum cõiugi, est licitũ. Quando
autẽ fit secundo modo quantum ad votum solenne profes
sione, vide s̃.Diuortium.§.xvj.quantũ verò ad solennẽ su
sceptionẽ ordinis sacri, vide s̃.Matrimonium.viij.§.xvij.
quãtũ verò ad votũ simplex, dicit Pet.de Pal.ꝙ sicut vir li-
centians vxorem ad votũ abstinentiæ,posset postea reuo
care,licet cũ peccato sine iusta causa, & mulier teneretur
obedire:ita & ad simplex votũ castitatis licentiã potest re
uocare.sed nõ est simile: quinimo inter ista distinguit gl.
in c.manifestũ.xxxiij.q.v.Et ratio est,quia votũ abstinen-
tiæ potest pertinere ad gubernationẽ familiæ aliquo mo
do,nõ autem cõtinentiæ. Vnde S.Th.& Io.de Nea.dicũt
ꝙ non potest reuocare votũ continẽtię in quod cõsensit:
imò nec petenti reddere sine mortali: quia, vt dicit Ioã.de
Nea.cooperaretur ei in crimine mortali.argu xxxiij.q.v.
cõtinẽtiæ.quod Pe.limitat si cõsensit in facie ecclesię.sed
malè,quia votũ sit Deo occulta cernẽti.Male etiã probat
Pan.in c. charissimus.de cõuer.cõiu.ꝙ possit licẽtiãs re-
uocare votũ continẽtię,sicut & abstinentiæ,per hoc ꝙ cõ
tinentia est abstinẽtia: quia nõ est verũ propriè.est tamen
verum quod dicit Pet.ꝙ si vir ad tempus dissimulat votũ
vxoris,& postea cõtradicit, illa nõ tenetur implere.Secun
dùm Inn.autẽ & omnes,dans licentiã vouendi, si ipse nõ
voueat,exigere nõ prohibetur.de cõuer.cõiu.c.j.licet red
dere nequeat exigenti,vt dictũ est.Quando autẽ fit tertio
modo quantũ ad vota solennia,dic vt s̃.Matrimoniũ.viij.
§.xij.& s̃.Diuortium. §.xvj. Quantũ verò ad simplex,dic
ꝙ nullus eorum potest exigere vel reddere:sed est morta
le.Et si vnus frangeret votũ,puta fornicando,alter nihilo
minus seruare tenetur.xxxiij.q.v.quod Deo.Sed vbi esset
periculũ incontinẽtiæ,esset dispẽsatio quærẽda, quam se
cundùm Verue.posset episcopus facere.quod verũ est eo
modo quo dictũ est s̃.Dispẽsatio. §.ix.¶Tertiò quęritur,
6 *quid iuris de voto coniugum quantũ ad religionem? Et
dico de hoc esse dictũ suprà,Diuortiũ.§.xvj.& Matrimo
niũ.viij.§.xij.& Matrimoniũ.vij.§.v.vlterius dico quæ-
dam.¶Primum.Si coniugi dicẽti se ante carnalẽ copulã
velle religionẽ intrare:episcopus,vt debet, terminũ ad in
grediendũ præfixerit,& ille eo lapso ingrediatur:nihilo-
minus,secundũ Ray.valebit ingressus,si copula nõ præces
sit.ar. de cõuer.coniu.ex publico.& secundũ Ho. relictus
in seculo expectabit nubere per annũ.¶Secundũ. Si con
iunx extorqueat licentiã intrãdi vi aut metu iusto:secun-
dùm Host.nihil nocet licẽtianti.xxxiij.q.v.notificasti.nisi
fortè per tẽpus ratificet:extrà,qui cle.vel vo.insinuãte.Et
idẽ si interuenit dolus,secundũ Verue.Gof.& Ho.¶Ter
tium.Si vxor,sine cuius licẽtia vir religionẽ intrauit, vult
ingredi,& maritus cõtradicit,secundũ Ray. si vir iam edu
ctus est de monasterio,& restitutus vxori, illa eo inuito
ingredi nõ põt.xxxiij.q.v.quod Deo.Si vero non est edu
ctus,secundũ Inn.ingredi potest mulier,si in ingressu viri
cõtinẽtiã vouerat.xxvij.q.ij.Agathosa.Si verò nõ vouit,
nõ potest ingredi inuito viro,& ingressa potest educi.ar.
d.c.quod Deo.sed nõ potest debitũ exigere:vt in d.c. quod
Deo.de cõuer.cõiu.c.j.Sed intellige ꝙ nõ potest petere si
tacitè vel expressè est professa,aut vouit.sed secũdũ Ray.
etiã si non vouit,põt intrare inuito viro.d.c.Agathosa. &
xxxiij.q.v.qui vxorem.& concordant Pet.Host.& Gofre.
& verum est,si vir erat professus,aut vouerat.ar.dicti cap.
quod Deo.nõ aliter.¶Quartũ.Si ambo cõiuges fornicati
sunt,nõ potest alter altero inuito religionẽ intrare,secũ-
dùm Veruec.sicut & no.Hug.in d.c.Agathosa.& si intra-
uerit,reuocari potest,secundùm eosdem.& idem Pan.in
d.c.significasti.de diuor.& sic adulteria coniugũ pari cõ-
pensatione tolluntur,licet differant qualitate:vt qa vnius
est notorium,alterius occultũ.¶Quintũ.Si vterq; nõ pe-
tita licentia ab alio religionẽ intrauit,secundùm Veruec.
se inuicem repetere nõ poterũt:quia neuter potest dicere
ab alio se spoliatũ: sed vterq; intrãdo videtur renuntiasse
iuri quod habebat,& iuri exigẽdi debitum:ideoq; tenuit
votũ vtriusq; quo ad exigere & reddere,vt nõ possint exi
gere,nec reddere teneãtur. sed intellige si professi sunt
aut vouerũt.¶Sextum. Si vterq; credens alterum mortuũ
intrauit,secundùm Inno.amborum votum ratificatum est
professiõe voluntaria, si est sequuta:sed si nõ est sequuta,
non succedit obligatio.Et ita intelligitur dictum Veruec.
7 qui videtur oppositũ sentire.¶*Quartò quæritur, quid si
alter coniugum deuouit filium religioni? Et dicit Petr.de
Pal.ꝙ si pater vouit filium aut filiã ablactatos,potest & de
bet offerre monasterio,ẽt matre inuita:sed si erat in vte
ro vel sub lacte,qa part⁹ est pars viscerũ: & cũ est sub lacte,
magis est sub cura matris:non potest voueri cum effectu à
solo patre,quin etiam mater possit votum irritare.

DE VSVCAPIONE.

1 *Vsucapio quid, & quæ ad eam requirantur.*
2 *Vsucapi quæ poßint, & quis poßit usucapere.*
3 *Vsucapere quilibet potest,qui licitè potest poßidere, ueluti pa-
terfamilias, filius etiam in peculio, & etiam pupillus.*
4 *Tituli dominium transferentes qui sint.*

VSVCAPIO est acquisitio dominij per continuatio-
nem possessionis tempore lege diffiniti. ff. eodẽ.l.
ij. quod tẽpus est trienniũ. Instit.eod.in princ.& not. Ioã.
xxvj.q.iij.in Sum.Et inducta est vsucapio pro vtilitate pu
blica,ne rerum dominia sint incerta.ff.eod.l.j.Instit.eod.
§.j.& vt finis litibus imponatur.ff.pro suo.l.fina.¶Huius
effectus est secundũ omnes,vt rei vsucaptæ dominiũ dire
ctum acquiratur.C.de pact.l.traditionibus.ff.de vsucap.l.
j.& iij.ff.pro suo.l.fina.Et locũ habet in cõsciẽtia eo mo-
do quo præscriptio.de quo suprà.¶Primò aũt quæritur,
1 *quæ requiruntur ad vsucapionẽ? Et dico quòd quatuor.
¶Primò bona fides,nedum in vsucapiente toto tempore
vsucapionis:sed etiam in principio cõtractus ex parte tra
dentis & accipiẽtis.ar.ff.pro empt.l.ij.§.si eam.vbi not.ꝙ
ignorantia iuris non excusat,vt quis sit bonæ fidei. ff. de
vsucap.l.nunquam.¶Secundò,ꝙ res sit mobilis:quia circa
res immobiles est pscriptio.¶Tertiò,ꝙ res tradatur, vel
quasi:aliter possessio nõ haberetur sine traditiõe,vel qua
si.C.de pact.l.tradi.Insti.de rerum diui. §.per traditionẽ.
vel alio modo possideatur tẽpore debito,id est triennio.
¶Quartò,titulus verus,nõ putatiu⁹,nec falsus.ff.pro leg.
l.ij.& iij.C.de vsucap.pro hære.l.fin.& ibi Azo. Qui autẽ
2 sint veri tituli,infrà §.vlti.¶Secũdò quæritur,*quæ pos-
sint vsucapi? Et dico,ꝙ omnia,exceptis quę prohibẽtur,vt
res furtiuæ,& vi possessæ:vt no.gl.in sum.xvj.q.iij.& res
sacra & religiosa,& liber homo,& decima. de præscripti.
causam quæ.& seruus fugitiuus.Probãtur hæc Instit.eod.
§.sed aliquando.& §.seq.Et via publica,& aquæductus.ff.
eodem.l.vsucapionem.C.de aquæduc.l.diligenter.lib.xj.
ff.de via pub.l.viã publicam.Item vbicunque prohibetur
alienatio,& vsucapio regulariter prohibet.ff.de fundo.do.
l.si fundo.ff.de verborum signific.l.alienationis.¶Tertiò
3 quæritur,*quis potest vsucapere? Et dico quòd omnis
qui potest licitè possidere,vt paterfamilias,& filiusfami-
lias in peculio,pupillus si habet animum possidendi, licet

non interueniat authoritas tutoris, & furiosus si sanæ mẽtis vsucapere cœpit: incipere aũt nõ põt durãte furore. ff. eo. l. iij. §. j. ij. & iij. Seruus autẽ vsucapere nõ põt, qa nihil potest possidere. l. Labeo. ff. eo. & l. j. §. itẽ acquirimus. ff. de acqui. pos. nisi peculiariter ex scientia domini possidet: vt in dictis legib. ¶ Quartò quæritur,* qui sunt tituli dominiũ trãsferẽtes? Et dico q̃ sunt decẽ. ¶ Primus est titulus pro soluto: qui locũ habet, qñ ego credo me tibi debere centũ ex quacunq; causa: & tu idẽ credis: & soluo vel aliquid do loco solutionis: & sic iustus error dat causam prescribẽdi: quod tamẽ fallit qñ aliquid soluitur causa emptionis, quę nõ præcesit. ff. pro emp. l. ij. resp̃õ. ij. ff. pro solu. l. pe. ¶ Secũdus, pro emptore, qui locũ habet cũ quis in veritate emit rẽ alienã: vel à furioso bona fide, qué credebat sanę mẽtis. ff. eo. l. pignori. §. j. & ff. pro emp. l. ij. §. si à pupillo. & in isto, vt dixit, requiritur bona fides in rebus mobilibus tam tradentis quàm accipiẽtis. Itẽ q̃ emptio sit pura, nõ cõditionalis. ff. pro empto. l. ij. §. si sub cõditione. Itẽ q̃ pretiũ soluatur, vel fides habeatur de pretio: quia aliter nõ trãsferretur dominiũ. Inst. de re. di. §. vẽditę. Itẽ q̃ eadẽres quæ est empta tradat: qa si daretur alia, nõ vsucaperet pro emptore. l. ij. §. cùm Stichũ. ff. pro empt. ¶ Tertius, pro trãsacto, qui habet locũ in re tradita, vt à lite recedatur ab eo qui credebatur dominus. C. pro transato. l. ex causa. C. de transac. l. si pro fundo. ¶ Quartus, pro hærede, qui habet locũ vbi quis est verus hæres, vel saltem iustè & probabiliter hoc putat. Non tamẽ habet locũ in suis hęredibus: quia quoda modo cum viuente hæreditariarũ rerũ domini æstimãtur. l. ij. §. fi. ff. pro hæred. C. pro hære. l. nihil pro hęrede. Sed in extraneis heredib⁹ distingue: q̃ aut res est vitiosa, puta furtiua, aut vi possessa, vel res fisci, quæ nullo tẽpore præscribi põt. C. cõmu. de vsucap. l. iam pridẽ. vel res pupilli, vel res data præsidi, cõtra l. Iul. repetũdarum. ff. de acqui. rerũ domi. l. bonæ fidei. & sic hæres generalis vel successor specialis rei alicuius præscribere nõ potest. ff. de publ. l. sed & hi. §. actionẽ hãc. de quo vide S. Præscriptio. j. §. viij. Si verò res nõ est vitiosa: sic dic vt S. Præscriptio. ij. ¶ Quintus, pro dãnato, qui habet locũ cùm in vero nõ in opinione aliq̃d est donatũ bona fide. C. pro donato. l. vl. & quòd donatio teneat: quia si pater donat filio, & decedat, nõ vsucapiet pro donato filius: qa donatio non valuit rõne patriæ potestatis. ff. pro dona. l. j. §. j. ff. pro hærede. l. ij. §. filiũ. licet etiã rem alienã quis donare nõ possit, quo ad hoc vt dominiũ transferatur in præiudiciũ veri domini: qa quod quis nõ habet, transferre nõ potest. C. de donatio. l. si filius. valet tamen vt vsucapiatur. ff. de dona. l. si is qui alienã. & l. fi. & de iure patronatus. c. cura pastoralis. ¶ Sextus, pro derelicto, qui habet locũ in ea re quæ credebatur à domino derelicta, & ali⁹ possidere incœpit, quãuis ignoret à quo sit derelicta. ff. pro derel. l. si id quod pro derelicto. ¶ Septimus, pro legato, qui locũ habet cùm alicui res legatur aliena bona fide. ff. pro leg. l. pro legato. la j. Et quãus legatũ ademptũ sit, tamen vsucapio currit. d. l. pro legato. & l. vl. dũmodo probabilis error excuset: puta credit testatorẽ fuisse sanæ mentis, cũ tamẽ foret furiosus: vel ignorat legatũ per codicillũ ademptũ esse. ¶ Octauus, pro dote, qui habet locũ, cũ res aliena pro dote bona fide datur. l. vlt. ff. pro dote. ¶ Nonus, pro suo, qui habet locum cùm quis possidet rem, quã credit suã, aliquo iniusto titulo. ff. pro suo. l. j. & vlt. ¶ Decimus, pro iudicato, qui locum habet cùm res est iudicata, à qua nõ est appellatũ spatio decẽ dierũ, quæ vsucapitur: quia trãsit in rem iudicatã. ij. quæst. vj. anteriorum. ¶ In vsucapione igitur requiritur aliquis de istis titulis, & bona fides, & quòd res non sit vitiosa, vt dictum est.

DE VSVRA PRIMO QVID, ET vbi sit in genere.

1 *Vsura quid, & an sola spes lucri ex mutuo faciat usurarium.*
2 *Mutuans an possit naturalem obligationem antidorę, ad sibi remutuandum deducere in pactum.*
3 *Vsura an sit mutuare ut aliquid detur pauperibus.*
4 *Vsura an sit expectare munus a lingua uel obsequio, aut consolationem amicitiæ. num. 5.*
6 *Vsura an sit, cũ pars pecuniæ numeratur, & alia datur in merce aliqua.*
7 *Vsura an sit mutuare, ut eas ad meũ molendinum uel scholas.*
8 *Vsura an sit mutuare rustico, ut tuam possessionem colat.*
9 *Vsura an sit mutuare communitati ad ustandum collectas.*
10 *Vsura an sit mutuare ut fiat noua obligatio ueteris debiti.*
11 *Vsura an sit mutuare inimico, ut cesset ab actione iniuriarum uel expensis.*
12 *Vsura an sit concedere pecuniam in sacculo ad ostentationem.*
13 *Vsura an sit dare decem ulnas panni pro alijs decem in futuro dandis.*
14 *Vsura an sit tradere pecuniam pro pecunia simili, uel granum pro grano. & num. 15.*
16 *Vsura an sit tradere frumentum tempore caristiæ, ut pretium soluatur in frumento tempore uilis pretij. & num. 17.*
18 *Vsura an sit mutuare domino ut habeas officium.*
19 *Interesse aliquod an liceat accipere ex mutuo.*
20 *Vsuram an committat qui pecuniam acceptam sub usura dat alteri, ut restituat priori.*
21 *Vendere quando liceat carius, quàm ualeant.*
22 *Vsura an sit, si ad instantiam tui cessaui emere uel aliquid lucrari, ut tibi pecuniã mutuò darem sub certo lucro. & num. 23.*
24 *Vsura an sit, si communitas uel officiales accipiunt pecunias pupillorum, & dant quinque pro centum.*
25 *Vsura an sit aliquid accipere ob prolongationem termini.*
26 *Vsurarius an sit censendus, qui gratia moræ aliquid accipit ultra principale. & nu. 27.*
28 *Vsuras an liceat accipere ratione pœnæ appositæ.*
29 *Tutor an soluat quinque pro centum, si non est negotiatus.*
30 *Vsurarium an sit statutum, quòd creditor mũssus in possessionem lucretur fructus.*
31 *Interesse an debeat, qui pecuniam alterius debebat collocare in prædia.*
32 *Vsura an sit accipere ratione laboris in mutuando.*
33 *Vsuræ quibus alijs modis committatur. & nu. seq.*

VSVRA ab vsu seu actu vtendi dicta est, secũdũ grammaticos: sicut & rasura ab actu radẽdi. & secũdũ etymologiam vocabuli dicitur quasi vsus æris. & secundũ S. Tho. in quodam opusculo, si tamen est eius, primò significat rem acquisitam rei alicui⁹ vsu: sed, vt sonat in maiorem importat rem acquisitam vsu rei, quæ ipso suo principio vsu distrahitur, vt pecunia: vel omnino cõsumitur, vt vinum & granum. ¶ Declarare autẽ quid sit vsura, & dubia circa illã incidentia, secundũ Petrum de Ancha. in quadã quæstione disputata pertinet magis ad Canonistas & Iuristas, sed malè probat. S. Thom. autem in quolib. & do. Anto. de But. magnus Canonista, probãt, quòd ad Theologos: quia est cõtra ius diuinum. tamen opinio Petri est vera quantũ ad pœnas statutas per leges humanas cõtra vsurarios. ¶ Igitur vsura secundũ mẽtem Sancti Tho. ij. ij. q. lxxviij. art. j. & Mal. quæstio. iij. arti. iiij. & quolib. iij. art. ix. & Thomistarum, sic potest diffiniri, Vsura est lucrũ accedẽs ex mutuo, pacto, vltrà sortẽ principali. ¶ Pro quo aduerte, q̃ lucrum dicit omne cremẽtum vltra mutuũ, & interesse qd pecunia mensurari põt: non autẽ id, quod accipitur vt interesse. ¶ Mutuũ verò nõ habet locũ nisi in reb⁹, quę suo vsu distrahũtur, vel omnino cõsumũtur. quod intelligę p se, siue sit sic: qa res aliquãdo habet vsum principalẽ, & secũdariũ, sicut principalis vsus pecuniæ est distractio, secũdarius verò põpa, & ostẽtatio diuitiarũ, vl' etiã pmutatio: & ecõtrario principalis vsus vestis est vestitio, secũdari⁹ aũt est vẽditio aut pmutatio. Vnde si tradatur pecunia alicui ad vsum, quo nõ distrahitur, puta ad ostentationẽ, nõ erit mutuata, sed locata. ¶ Intẽtio verò principalis est, qua quis maximè mouetur ad mutuandũ, siue fine qua mutuũ nõ fieret: sicut in mutuãte partim ex beneuolẽtia, partim ex spe lucri, principalis intẽtio est lucrũ, si eo cessante nõ mutuaret: & secũdaria, beneuolẽtia. & ecõtrario principalis est beneuolẽtia, si ea cessante nõ mutuaret: & lucrũ est secũdaria. Principalis aũt intẽtio lucri est, quę facit vsurã, nõ secũdaria: sicut & ĩ simonia. dist. lxj. qd ꝑ derit. in gl. & dist. lix. si officia. Et sic intellige, & accipe intẽtionẽ in c. j. xiiij. q. iij. & hoc etiã si intentio principalis adueniat post mutuum iam recta intẽtione factũ, secũdùm Archi. arg. j. q. j. vulnerato. ¶ Ex his paucis patẽt primò omniũ aliorũ diffinitiones. Etenim vsura secũm Ray. cui cõcordat Inno. extrà eo. c. j. lucrũ est mutuo pacto debitũ vel exactũ, vbi nomine pacti veniret intẽtio principalis. i. fine qua non, quę est pactũ quodãmodo implicitũ. Secũdùm Gof. verò est quicqd sorti accedit intẽtiõe pręcedẽte vel pacto, vbi nomine sortis venit mutuũ: & ly præcedẽte, nõ ponit respectu mutuationis, sed accessionis: qa licet talis intentio sequatur mutuũ, tamẽ facit vsurã. ¶ Patet secũdò tota materia vsurarũ viris doctis, quia vbicũq; cõcurrũt ista tria, mutuũ, lucrũ principaliter intẽtũ, & pactũ, est vsura forma lis: vbi verò cessat pactũ, sed sunt duo prima. s. mutuũ, & lucrũ ex ipso mutuo principaliter intentũ, est vsura mẽtalis: vbi aũt nõ est mutuũ expressum vel tacitũ, nullo modo est vsura. Similiter vbi deficit intẽtio lucri, & pactũ simul. sed si deficit intẽtio, & adsit pactũ, nõ est vsura mẽtalis, siue quo ad Deũ, sed formalis, siue quo ad iudiciũ eccle siæ. Si ꝙo ecõuerso desit pactũ, & nõ intẽtio, nõ est forma lis, sed mẽtalis: ꝓpter rudes tñ quærit de multis. ¶ Primò ergo quæritur,* vtrũ sola spes lucri ex mutuo faciat vsurariũ? Et dico q̃ sic, eo. tit. c. j. & c. cõsuluit. & c. si fœneraueris. xiiij. q. iij. sed spes est duplex. Nã quædã est secũdaria, id est, qua mutuãs sperat qdẽ lucrũ, sed tũ etiã si illud nõ speraret, nihilominus mutuaret ex debito cõscientiæ, vel charitatis, vl' amicitiæ, & huiusmodi: & hæc nõ facit vsurariũ, secũdùm doc. cõiter in c. cõsuluit. eo. tit. vt dicit Ioan. And. in regula, pctũm. lib. vj. & tenuit Rich. in iiij. dist. xv. Inno. Ber. Ala. Gof. Host. Pan. & multi alij in d. c. cõsuluit. arg. etiã c. qd ꝑderit. dist. lxj. & in c. in singulis. dist. lxxxvj. & c. si officia. dist. lix. j. q. ij. quàm pio. qa cùm qs mutuat, sciro põt debitorẽ sibi obligari ad antidora naturaliter. de testa. cũ in officijs. l. sed & si lege. §. cõsuluit. ff. de per. hær. nec hoc casu tenet qs restituere qđ gratis accipit à debitore, secũdùm cõmuniter doct. in d. c. cõsuluit. Quædã verò spes lucri est principalis. i. qua mutuãs sperat lucrũ, & si nõ speraret, nõ mutuaret: & hęc facit vsurã. eo. ti. c. j. & c. cõsuluit. & in hoc cõcordãt Io. And. Arch. & cõmuniter doct. siue antecedat mutui dationẽ, siue comitet', siue sequatur: vt cũ qs à principio mutuauit gratis, sed postea intentionẽ mutauit, vt dictũ est suprà: & quicqd post hãc accipitur vltra sortẽ, vsura est, etiã si gratis accipitur. xiiij. q. iij. c. j. ij. & iij. Et intellige gratis. i. sine exactione, secundùm Ray. nõ autẽ gratis, id est, libera volũtate cõcedentis secũdùm aliquos. de quo vide Vsura. vj. §. iij. & iiij. vbi agitur de restitutiõe vsuræ mentalis. ¶ Secũdò* quæritur, vtrũ mutuãs possit naturalẽ obligationẽ, qua debitor teneatur ei ad antidora, puta ad remutuãdũ, deducere in ciuilem. i. pactũ? Et dicit glo. in c. si fœneraueris. xiiij. q. iij. q̃ nõ. Et est ratio secũdùm Arch. ibi, qa antidorũ est debitũ simplex: intellige ex quo nõ poterat cõpelli: sed cũ deducitur in pactũ, nascitur obligatio ciuilis: ideó q; exigitur aliquid plus, quod posset æstimari pecunia. & idẽ Pan. de mẽte doct. in c. cõsuluit. eo. ti. Vñ cõcludit illa glo q̃ mutuans pacisci nõ potest de remutuãdo si eguerit. & idẽ S. Tho. & Verue. & glo. in Sũ. & Host. vt refert Sum. Pisa. & Sum. Cõf. & Suppl. & Sũ. Ro. Sum. aũt Ang. limitat, tenẽs nõ esse vsurã me tibi mutuare hoc pacto, q̃ remutues mihi, si indiguero, & tũc cõmodè potueris, sed solũ si fiat pactũ simpliciter de remutuãdo. allegãs Host. in Sũ. qa, inquit, hoc nõ est exigere plus, quàm reqrat natura contractus. Sed hoc ex dictis patet falsum: qa exigitur obligatio ciuilis ad mutuãdũ, quæ secũdùm S. Th. pecunia mensuratur, & mutuo repugnat. pro quo nihil exigẽdũ est, vel expectãdũ pecunia mẽsurabile. vide etiã §. iiij. ¶* Tertiò quęritur, quid si quis mutuet cũ spe, vel pacto, q̃ aliqd detur nõ sibi, sed alteri, puta pauperibus, vel patri meo indigẽti? Et dico q̃ vsura est, & illicitũ: qua sicut nõ licet mihi ex vi mutui trãsferre dominium alienæ rei in me, ita nec in alium, etiã pro redimẽda vita captiui. extrà, de vsur. c. sup eo. ¶ Quartò* quæritur, vtrũ liceat expectare ex mutuo munus à lingua, vel obsequio? Et dicit S. T. q̃ nõ qua si p obligationẽ pacti taciti vel expressi, sicut nec munus à manu, id est, pecuniã: quia vtrunq; pecunia æstimari potest: vt patet in his, q locãt ad hoc operas suas. Si verò munus à lingua vel ab obsequio nõ quasi ex obligatione rei exhibeatur, sed ex beneuolẽtia, quæ sub obligatiõe pecuniæ nõ cadit, tũc licet hoc accipere, exigere & expectare. In quib⁹ verbis duplex capitur sensus. Vnus, q̃ licitũ sit in mutuo sperare hæc munera principaliter, nõ ratiõe mutui, sed ratione amoris cõcepti. Et ita sensit Sum. Ang. volens, q̃ licitũ sit mutuare hac spe, q̃ remutuetur, secũdùm Rich. Licet careat, inqt, merito, secũdùm Rod. si principaliter propter hoc fiat: nõ tamen si deducatur in pactũ, est vsura. Sed cõtrà: quia sicut pactũ, ita & principalis intẽtio sine pacto vsurã facit, secũdùm doct.. Vnde dicit S. Th. q̃ nõ licet expetere munus huiusmodi, etiã ex pacto tacito, id est, intẽtiõe principali. Alius est sensus, q̃ licet ista intẽdere secundario, & si offerãtur ex beneuolẽtia, acceptare, imò exigere nõ pacto expresso vel tacito: quia hoc S. Th. negat, sed rogãdo. Vnde dico, q̃ mutuũ ad lucrum per beneuolentiã est vsura ex diffinitione. & ita tenet Laurẽ. in tract. de vsur. q. xxxij. & Ana. c. fi. & Sum. Ros. Vsura. j. §. v. Et ita sensit etiã Gof. & Host. qui volunt, q̃ mutuare hac intẽtione vt remutuetur, est vsura: & similiter Io. Cal. vt §. seq. patet. ¶ Quintò* quæritur, vtrũ possit quis ex mutuo aliquã cõmoditatẽ, vel cõsolationẽ amicitiæ recipere: intellige ex intẽtione vel pacto? Et dicit Sã. Tho. q̃ nõ cõmoditatẽ, vel quodcunq; aliud pecunia mẽsurabile ex pacto tacito vel expresso: qa simile peccatũ est, sicut si acciperet pecuniã. Si tamen quid aliquis accipit nõ exigendo, nec quasi ex aliqua obligatiõe tacita vel expressa, sed sicut gratuitum donum, nõ peccat: quia antequã pecuniã mutuasset, licitè poterat aliquod donum gratis accipere: nec peioris cõditionis efficitur per hoc, q̃ mutuauit. Licitum est autem pro mutuo exigere, seu recipere recõpensatio

nem eorum,quę pecunia nō mensurātur, puta beneuolē
tiam,& amorem eius,cui mutuauit,vel aliud huiusmodi.
Quod quidē Ioā.Cal.limitat verū in c.fi.de vsur. nisi spes
vlterius procedat:qa si quis mutuaret Papæ,vel Imperato
ri ad captādā beneuolētiā, vt pōst assequeretur beneficiū
vel castrū, esset vsura: q̃ limitatio est limitāda, vt sit vera
de spe principali, quæ beneuolētia ordinata ad lucrū,ma
gis de eo, quàm de beneuolētia curās: non de secūdaria,
quia illa habet implicitū pactū & obligationem,nō ista.
6 ¶ Sextò* quæritur, vtrū cōmittat vsurā, qui mutuat cen-
tū,scilicet 50.in numeratis,& 50.in debitorib9 male exi-
gibilibus,vel in rebus male distrahibilibus, puta pāno,&
huiusmodi,recepturus tn̄ centū in numeratis,quod debi
tor nō fecisset,nisi propter mutuū 50.numeratorū? Et di
cit Laur. de Ridol. in suis cōtractibus hoc fieri in fraudē:
ideóq; cū grauet debitor nomine mutui,erit vsura. & cō
cor.Bal.& Bar.in l.cū allegas.C.de vsur.& idē dic si ratio
ne mutui aliqd vendit debitori plus iusto pretio.xiiij.q.
iij.si fœnerau eris.& idē si emit minus iusto pretio ꝓpter
anticipationē solutionis, secūdùm S.Th. quia ibi est im-
7 plicitum mutuum.¶ Septimò*quæritur, vtrum cōmittat
vsurā mutuans alicui,vt vadat ad suū molendinū,vel fur-
num,vel apothecā ad emēdū, vel intret scholas sub eo,&
huiusmodi? Et dico in hoc esse opiniones diuersas quātū
ad peccatum, & quantum ad obligationem restitutionis.
¶ Quantū ad primū enim est vna opinio , cuius autorem
nō inuenio antiquiorē fratre Nicolao de Ausimo,autore
Supplementi,quē sequuta est deinde Sum. Ang.& tādē
Ros. ꝙ si mutuū accipiens nō dānificatur, nō est vsura:tū
qa hoc casu nihil vltra accipitur mēsurabile pecunia, nec
ex parte accipiētis mutuū, cū in nullo dānificetur: nec ex
parte mutuātis,cū nihil vltra accipiat,quàm quod ex loca
tione rei,vel operarū suarū mereatur: tum etiā quia cùm
nō possint hodie fundi sine mutuo locari colonis, omnis
multitudo esset vsuraria.Sed cōtra:qa mutuās recepit vl-
tra mutuū commoditatē,siue vtilitatē cōcursus,& obliga
tionem accipientis mutuū adeundi apothecā mutuantis:
quæ est possibiliter causa cōcursus, quę pecunia mēsurari
possunt:arg.d.c.si fœnerau eris.& d.c.super eo. Vnde pa-
tet,ꝙ prima ratio huius opinionis assumit duo falsa.Secū
da etiā nō cogit: qa nō est simile de colono & istis:vt §.
seq. Nec valet limitatio Sum. Ang. dicentis hāc non esse
verā,quando grauatur accipiens mutuū, aut quando hoc
deducitur in pactū simpliciter, sed quādo mutuās mutuat
vsquequo vadat ad scholas suas: qa vsurā facit pactū etiā
tacitum,seu intētio principalis,secundùm omnes, etiā se
cundùm istū. Et ideo est alia cōmunis opinio Io.And. in
merc.Io.de Lig. Io.Cal.in c.fi.eo.tit.Verue. Lau.de Rid.
Rodē.Pan.in d.c.fi.quā sequitur Sū.Pis.& Arc. ꝙ est vsu-
ra ratione iam dicta:& est mēs S.Tho.Est autē idē de eo,
qui vēdit ad terminū, vt emptores trahat ad se : cū in tali
emptione sit mutuū:vt patebit ĩ.Vsura.ij.§.j. ¶ Quātum
etiā ad restitutionē,sunt opiniones.Nā qui dicunt ibi nō
esse vsurā,dicūt nihil esse obnoxiū restitutioni,nisi gra-
uetur mutuū accipiens ratione mutui. Alij verò dicūt,ꝙ
si talis in aliquo grauauit mutuatariū ratione mutui,puta
carius vēdēdo rē,aut locādo operas suas,tenetur ei:si ve-
rò nō grauauit,nō tenetur ei, nisi quātū æstimatur liber-
tas molēdi vbi volebat, pēsatis circūstantijs laborū & ex-
pensarū:sed tenetur pauperibus restituere,nō qdē merce
dē,seu pretiū,quia etiā alteri ille dedisset:sed quātū æsti-
mat vtilitatē,quā habet alter:puta,qa ex hoc sua apothe-
ca maiorem concursum habuit talium personarū: quam
quidem quātitatē nō tenetur restituere ei, cui mutuauit,
qa illi nō deperijt, nec ille aliquid dedit mutuāti de suo
quod alteri pro mercede nō dedisset, sed pauperibus.qd
intellige de cōsilio:quia hoc, quod ex hoc percipit,nunq̃
fuit certæ psonæ.de quo vide s̃.Restitutio.iiij. §.ij. Si aūt
molendinarius nō mutuaret, sed daret pecuniā alicui, vt
adiret suū molendinū, secundū Io.And. in mercu.nō es-
set vsura:quia vsura materialiter generatur de mutuo.Et
8 idē intellige de alijs prædictis. ¶ Octauò*, quid si domi-
nus mutuauit rustico,vt eius possessionē colat? Et respon
det Arch.post Lau.& Greg.de Are. ꝙ est vsura,si ratione
mutui vult sibi aliqd plus respōdere de fructibus, vel de
operibus,quàm faceret,si nō mutuaret.xiiij.q.iij.putāt.&
illud plus ei restituere tenetur. Sed si nihil plus recipit ra
tione mutui, nō est vsura, nō obstāte, ꝙ dominus intēdat
colonos præstare operas, aliàs nō præstituros : qa operæ
nō accrescūt domino,cùm eas iusto pretio soluat.Sed isti
loquūtur, vt videt in rustico iā conducto,cui mutuat do-
minus ad redimendā vexationē suam, id est, vt faciat ru-
sticus quod facere debet.quod patet per exempla,q̃ sub-
dūt: sicut exemplū dat Greg. si dominus colono cōducto
ad tēpus soluit ante operas: & deinde eo nolente exhibe
re operas mutuat ei, vt exhibeat eas:qa,inquit, nō est vsu
ra,cùm nihil dominus lucretur, sed recipiat debitum:qd
patet per casum c.j.eo.tit.& Lau.dat exēplū:vt si tu occu-
panti res tuas,aut vim inferenti reb9, aut nolenti restitue
re rem locatam aut mutuatā, & nolenti desistere, mutues
mille,vt desistat:non es vsurarius,quia nō lucraris. Si aūt
colonus sit conducend9 de nouo, ita ꝙ iam nō habeat lo
cum mutuatio ad redimendam vexationem, siue rustic9
velit colere,& non possit sine mutuo: puta, quia indiget
pecunia ad emendū currum,vel boues: siue possit, & non
velit:nō est vsura ei mutuare vt colat, qa nō mutuatur ad
lucrū captandum, sed ad vitandū damnū emergens sine
culpa mutuantis ex defectu culturæ: argu.dicendorū ĩ.§.
seq.& §.x.& xj.& xv.& xvij. ideóq; nō est simile ĩ hoc ca
9 sū & priore. §.prioris. ¶ Nonò*quæritur, vtrum sit vsura
mutuare cōmunitati ad euitādū collectas ? Et dicit Spec.
eo.ti.de vsur. ꝙ non: qa aliud est de suo non tribuere,&
aliud non capere.l.Proculus.ff.de dam.infect. & aliud nō
acqrere,aliud non amittere.l.j.§.si is qui bona.ff.de col.
bo.& aliud lucrū,aliud sumptus quos erat facturus.l.cū
filius.ff.de legib.aliud pœnā euadere,aliud aliqd lucrati-
uè percipere.C.de vsuris.l. cū allegas. quod dictū Io.An.
& doct.in c.consuluit.eo.ti.limitant, quando collecta es-
set incerta, & sic onus extraordinariū: sed si esset certa,&
ordinaria,esset vsura: quia idem est remittere qd dare.c.
ueniēs.el ĩ.de test. viij.q.iij.talia.ff.de calū.l.quin etiam.&
ita tenet Sum.Ang. Sed ego dico, ꝙ semper est vsura,qñ
collecta est iusta,siue esset imposita, siue imponenda:qa
ibi est lucrū,id est, aliud, qd iustè erat mutuans exbur-
sturus. Si verò sit iniusta, secus: qa est vitatio dāni in-
10 ¶ Decimò* quærit, vtrū mutuās decē ei, qui debebat alij
decē, sed negabat, eo pacto, ꝙ satisfaciat opportunè decē,
sit vsurarius? Et dicit Hos. in Sū.ꝙ nō, qa nihil accrescit.
11 ¶ Vndecimò*quæritur, quid si quis mutuat inimico, cui
iniurias intulit, vt parcat, & cessent expēsæ? Et dicit Arch.
post Lauren.de Ridol. ꝙ non est vsura, siue fiat ex pacto,
siue hac intentione principaliter : quia licet cuilibet re-
dimere suā vexationē. de simo. dilectus. & ita facit ille.
Non obstat, ꝙ dedit causam delicto :qa etiam ille vindi-
cando se peccat:iste etiam nō lucrat, sed sine damno alt-
cuius euitat damnum, quod subire oportebat.xiiij. quæ.

iiij. quoniam multi . Et hoc intelligo etiā si damnum nō
esset iniustū,modò non sit iustū,sed nō iustū,vt s̃. §. viij.
12 ¶ Duodecimò quæritur,quid si quis cū pacto vel spe lu-
cri cōcedat alicui rem mutuabilē nō per modū mutui, vt
pecuniā signatam ad ostētationē vel ad pignorādū, resti-
tuendā tamē eandē numero? Et dicit S.Tho. nō esse vsu-
ram,neq; illicitū vēdere talem vsum pecuniæ,sicut homo
licitè vendit vsum vasorū argenteorū,quia retinet sibi do
minium:& intendit ꝙ tunc propriè ibi non est mutuum,
sed locatio,vt no.gl.in c.si fœnerau eris.xiiij.q.iij. & in c.
conquestus.eo.tit.& ff.commo.l.iij.& cōcordat Hosti. &
13 Scotus. ¶*Decimotertiò queritur,vtrū sit vsura dare de-
cem vlnas panni pro alijs decē in futuro dandis,cū talia vi
deantur consistere in mensura? Et dicit Mo.Veru.& Rod.
ꝙ non:quia ibi est permutatio,& non mutuū:quia secun-
dùm eundē Veruec.& alios,cùm dicitur mutuū esse in his
quæ cōsistunt in numero,pondere,& mensura,restringit
mēsura ad vasa quibus mensurari solent liquida & grana,
puta modium & lagena:sed intellige ꝙ ibi sit permutatio,
quādo vlnæ dandæ in futurū iam sunt in esse.Posset tamē
iste cōtractus fieri in fraudem vsurarum:de quo ĩ. §.se.&
14 xvij.diffusè. ¶ Decimoquartò quæritur,* vtrū sit vsura ab
solutè tradere pecuniā pro simili pecunia,vel rem pro re,
puta granū pro grano in simili pondere,numero,vel men
sura restituenda? Et dico secundū Pet.de Anch.in c.vsura-
rum.eo.tit.lib.vj.& Io.Cal.in c.fi.eo.titu.& Rod. ꝙ si ve-
risimiliter dubitatur, ꝙ tempore solutionis valere potest
ita minus sicut plus,aut ꝙ nō plus valebit:nō est vsura,nec
peccatum,vt in d.c.fi.quia sic creditor tenetur eā recipere
vilioris estimationis effectū,vt patet in l.vinū.ff.si cer.pe.
& no.gl.in c.si quis clericus.xiiij.q.iiij. quia nō est neces-
se,ꝙ sit eiusdē æstimationis:licet debeat esse eiusdē bo-
nitatis qualitate intrinseca: ideóq; non peccabit recipien
do pretiosiorē quo ad æstimationē.Si autē est verisimile,
ꝙ tempore solutionis erit pretiosior : tūc si creditor erat
seruaturus,& nō aufert debitori facultatē liberādi se quā
do velit intra terminū,est licitū:si tamen faceret in fraudē
vt periculum rei transferret in debitorē,peccaret,secūdū
Rod.licet,vt dicit,nō obligaretur restituere lucrū,nisi de
cōsilio.Est verò vsura,si nō erat seruaturus,sed interim cō
sumptur9:& similiter si aufert dictā libertatē, quāuis esset
seruaturus.Et cōcor.Veruec.& Archi.in c.si quis clericus.
quod intellige,scilicet tūc esse vsuram præsumptiuè, quia
præsumitur hoc fecisse,vt rei periculū ex se transferret in
debitorē.Lau.autē de Ridol.tenet indistinctè,ꝙ mutuans
ducatū valentē libras quatuor,si tēpore restitutionis valet
quinq;:licitè recipit qnq;,siue erat seruaturus,siue nō.sed
primū est verius & æquius.Si aūt mutuatur pecunia, vt in
termino recipiatur alia generis alterius,secūdùm Hos. &
Gofr. si qs hoc facit vt in æstimatione lucretur, est vsura:
si verò facit ad obsequiū amici, licitè percipiet rem secū
dū æstimationē temporis & loci,quando & vbi fiet solu-
tio.ff.si cer.pet.l.vinū.sic tamen ꝙ in eius intētione fue-
rit recipere talem pecuniā,aut aliā rem viliorem effectā.
15 ¶*Decimoquintò quæritur, vtrū habens pecuniā, quam
timet in futuro minorari iuxta ordinationes dominorū
vel ciuitatū,possit sine vsura eā mutuare alicui hoc pacto,
vt reddatur sibi inęquali pretio,in quo est quādo ei datur?
Et dicit Alex.Lon.in quoli.ꝙ sic,si recipiēs mox vult eam
expēdere tēpore quo tātū valet,quia nihil vltra sortē reci
pit.Et placet mihi,licet aliqui dicāt esse vsurā. quia etsi in
mutuo non liceat sperare lucrū,licet tamen sperare euita
tionem damni sine alterius damno:sicut licet mihi mutua
re decē aureos quos video apud me perituros: & vēdere
16 rem quā video breui tempore corrūpendam. ¶*Decimo
sextò quæritur,vtrū sit licitū,quando frumentū est carissi
mū,tradere illud pauperi appretiatū cū pacto,quòd dictū
pretiū soluatur in tanto frumēto? Et dicit Arch.post Hug.
ꝙ sic.Et ratio est,quia talis intelligitur vēdere frumentū
Butr.in d.l.curabit.dicãt verũ esse,quando venditor fuisset de pecunia lucratus,tamẽ mihi,inquit,videtur simpliciter vera,etiam si pretiũ seruare volebat in arca. Sed dico,ꝙ nec simpliciter nec cũ dicta limitatione est vera: qa de re aliena,cuiusmodi est possessio vẽdita,non licet accipere fructũ,similiter nec de pecunia licet accipere interesse lucri cessantis,nisi post morã,vel quando concediť amico ad eius vtilitatẽ cum ꝓprio interesse:vt patet ex dictis tit.priore.quorũ neutrum est hic,sed accipitur lucrum solùm ratione expectationis,secundùm opinio.huius Sum. quod est vsurariũ.Vnde cõtra Ang.tenet Frãc.de Mayro. in iij.distio.xv.& Sanct.Bern.& Rosel. Vsura.j.§.xlvij.& Arch.dicẽs Theologos nõ approbare istum contractum: quia illi fructꝰ videtur haberi ratione dilationis tẽporis: quod saperevidetur vsuram,per dictum c.in ciuitate.Ego autẽ dico,ꝙ venditor potest percipere fructus solùm quãdo possessio est sua:& non aliàs ante morã,id est,terminũ solutionis:nisi fortè ratione interesse eo casu quo vendidisset principaliter ad seruiendum amico.quod non est in casu.Igitur si venditio fiat à me nũc absolutè,& nũc detur mihi medietas pretij:si percipio fructus reliquæ medietatis,percipio fructus rei non meę.Et sic intellige Theologos.Si verò fiat vẽditio cõditionata,id est,vt statuatur qdem pretiũ, quo ego spõdeo me prędium venditurũ,quãdo exhibebit pecuniã:sed tamen non intelligitur facta actualis vẽditio,nisi actu exhibeas pecuniã:& interim pretium stat periculo meo,sic,ꝙ si raperetur à flumine,vel deteriorаretur,dãnum esset meũ. sic verum est dictum Legistarũ:& sic videtur tenere Bal.in d.l.curabit.& videtur ꝓbari per l.in initio.C.de pac.int.emp. & ven.& sic debet ĩtelligi d.l. curabit. Aliud enim est vendere nũc,atq; aliud nunc spõdere,& obligare me vẽturum tali pretio intra annum:qa in primo casu apud me non stat dominiũ,sicut in secundo.Nec est verum,ꝙ hoc casu possit quis à principio constitui in mora salua iustitia,si possessio absolutè vẽdatur:sed solùm si vendatur conditionatè. quod tñ quidam dicũt fieri eo ipso, quo fit pactũ de affictu:quod nõ est ve-
12 rum,nisi stet periculo vẽditoris. ¶*Duodecimò quęritur, vtrum licitũ sit emere annuũ reditũ, maximè nouiter istitutum?Et dico multa. ¶ Primũ. Exemplum huius quæstionis est,Si Titius indigens pecunia,Męuio vẽdat quinquaginta florenos auri annui reditus super fundo B.vel super omnibus bonis suis,obligans omnia bona sua,& fiat contractꝰ pretio cõpetẽti arbitrio boni viri,cõsiderata qualitate regionis,quantũ ad id quod reddere solent pecuniæ inuestitę,vt in pluribꝰ:puta florenorũ mille auri,cũ pacto ꝙ eodẽ pretio possit in totũ vel in partẽ redimere. ¶ Secũdum.Inn.in c.in ciuitate.de vsu.pertractat istã quæstionẽ quo ad emptionẽ,nihil dicẽs de facultate redimẽdi: & distinguit.Nam si talis reditus iam sit institutus super rebus mobilibus vel immobilibus ante contractũ aut venditam actionem:secundũ eum & Ioã.And.& Hosti.& oẽs Canonistas,contractus est licitus:& hoc,vt dicit Lau.de Rido. siue fuerit cõstitutus in re,puta in vino, & possessione,& huiusmodi:siue in pson̄a,puta seruii,liberti,vel rustici:vel actione,vel nomine,siue sit reditus certus,puta qa redduntur quinquaginta:siue incertus,puta quia redditur quarta pars fructuũ de aliqua domo vel operibus alicuius personæ.siue cõtractus sit perpetuus:puta qa extẽditur ad hæredes contrahentiũ: siue sit ad vitã hominis,siue ad certũ tẽpus,puta ad quinq; annos:quia est vera vẽditio, cũ ibi sit p̃tium & merces,id est, annuus reditus.C. de sacrosan.eccl. Liubemus. ¶ Tertiũ.Si verò reditus nõ est adhuc cõstitutus,sed constituitur de nouo in rebus vel personis:dicit secundũ aliquos,contractũ esse illicitum: quia ibi nõ videť esse vera vẽditio,cũ merces nõ sit in rerũ natura: emptio aũt & vẽditio sine re,quæ veneat,itelligi nõ potest.ff. de cõtrahen.empt.l.nec emptio.ideo cõsuluit abstinendũ.Et cõsentit Io.And.addens cõtractũ esse illicitũ:& vix scire quomodo sine fraude fieri possit.Sed Veruec.nõ gRay.sed alius,& Alexã.Lon.dicũt cõtractum esse licitum: nec esse aliquã causam dubitãdi,& esse purã vẽditionem: quia cũ habeamꝰ tria bona,scilicet mobilia &immobilia, & ius in vtrisq;,hoc tertiũ est quod hic vẽditur.Vnde falsum assumit Inn.in sua ratione,ꝙ ibi nõ sit res vẽdita: qa est vtriq;.s.certus reditus, siue ius exigẽdi certũ reditum imò dato,ꝙ hæc nõ essent, & emptio sine re nõ fiat:ũ dico,ꝙ fit sine re p̃senti, mõ sit res futura & sperata: sicut emuntur fructus prouẽturi ex agro,& partus ancillę vpecudis.ff.de cõtrahẽ.emp.l.nec emptio.& similiter iaꝰ retis.l.si iactũ.ff.eo.& si captura duplo valeret,quàm p̃tiũ,nihilominus tenet contractus,qa spei emptio est.Circa hoc multa alia ꝓsequitur idẽ Veruec.solues oĩa obiecta,vt diffuse recitat Arc.ij.parte,tit.j.c.viij.Et videť mihi,ꝙ ista bene dicãt,nec sit ratio dubitãdi,mõ cesset fraus. licet Arch. dicat,ꝙ non videat clarũ.Et hoc tenet etiã Rich.& cõiter Doctores Parisini, & Canonistæ in d.c.in ciuitate. Et ita videtur mihi res clara:qa nõ video differẽtiã inter afflictũ antiquũ & nouũ,quo ad hoc:tũ qa nõ directè & immediate emitur afflictus siue reditus, sed ius exigẽdi & peipiẽdi illum:tum quia si afflictus antiquus, quę,secundũ oẽs,eme-re licet,fuit licitè institutus: quare non põt etiã nouus institui & vendi?Si verò fuit institutꝰ illicitè, qualites de se iniusta,licitè emi nõ posset,per regulã,*nõ firmatẽ de regu.iur.li.vj.* vbi nõ firmatur tractu tẽporis,quod ab initio iure nõ subsistit. ¶ Quartum.Petr.tñ de Anchar.dicit,ꝙ si reditus nouiter institutꝰ sit pecunialis,quia habet magnã vicinitatẽ cũ mutuo,potius talis emptio dicitur cõtractus vsurarius,& verum est quo ad p̃sumptionẽ aliquãdo: ecus vbi in veritate cessaret fraus.Et est differẽtia inter illi solutionẽ & mutuũ:quia mutuũ necessariò est restituendum,non aũt pretiũ hîc acceptũ:licet aliquando possit stitui,vt si fiat pactum,ꝙ afflictus redimi possit,quo casu nihilominus vẽditor nõ est obligatus redimere, si nõ vult alioquin si esset obligatus, vsura esset.Io. etiã de Lig.dicit ꝙ quãdo census cõstituitur non habita relatione ad rem, vt quia obligo me tibi ad vnũ florenũ, quia das decẽ,& vẽdo tibi hoc ius percipiẽdi nõ relatũ ad rẽ,tũc licita est venditio,qa non vendit ius,imò de nouo oritur cõtractus ſneratoriꝰ.xiiij.q.iij.pleriq;.& ita tenet Sũ.Ro. cõtra An. quæ tenet iuxta p̃dicta.Sed ego dico per rationẽ Veruec. & Alex.ꝙ hîc est vera vẽditio, nec obligatio est p̃sonalis, sed realis,cũ obligenť oĩa bona vẽditoris.& quod Ioã. Lig.dicit,habet locũ vbi census cõstituiť super re cencõsequẽter taxatur secundũ quantitatẽ pecunię,licet tantũ reddere nõ possit:vt si cẽtum aureis ematur affictus quinq; aureorũ sup̃ domo,q̃ non locatur nisi ꝓ quatuor: esset enim tũc vsura. Sed Sũ. Ang.quod nõ est propriè rũ, supposita veritate vẽditiõis,quia cessat mutuũ, esset tñ iniustitia,& illud plus esset obnoxiũ restitutioni.Vnde dicit idẽ Ioã.de Lig.ꝙ vbi census cõstituitur tẽpore venditionis,& non põt haberi de re,vt quia cõstituitur census, vt decẽ in domo,quæ locari nõ põt nisi pro quinq;,& est fraudulosus cõtractus. ¶ Quintum.Secundùm Roden.tamen,q̃n emitur reditꝰ ad vitam emptoris, non est tutũ ꝛvendens desideret mortem emptoris.& placet,quia pactũ quod

*quod inducit votum captandæ mortis,nõ valet.*C de pac. l.fi.& ff.de ver.ob.l.stipulatio hoc modo. Vnde prohibetur promissio prębẽdæ nõ vacãtis.de con.præbẽ.c.ij.lib. vj.& hoc,quia est contra bonos mores: vnde nec debet admitti.C.de pact.l.pacta.Quod tamen si fiat, non dico esse mortale, scilicet emere vel vẽdere ad vitam, secũdùm se: quia nõ inuenitur prohibitũ, si circunstantiæ debitæ seruentur:aliter vsus fructus nunquam posset cõstitui,qui finitur morte.Instit.de vsufru. §.finitur. Vnde si quis cõstituat alicui certam p̃siõnẽ ad vitam pro certo pretio,non videtur illicitum. Emere autem vel vẽdere ad vitam vẽdi toris, *magis licet:* quia tale votum interuenire nõ potest. ¶ *Sextum.*Contractus, quo quis emit reditus possessionũ aut *domorum*, communiter fit sub contractu emphyteuti co siue liuellario, & cum pacto redimendi seu affrancãdi. *Vnde vult* Sum. Ange. quòd non possit institui pensio ita
13 *magna*, sicut in locatione:sed de hoc ĵ. §.vlti. ¶*Decimo tertiò* quæritur,quid de his qui dant monasterio vel eccle fiæ certam quantitatem pecuniæ,vt ab eis recipiant certas possessiones tenẽdas toto tẽpore vitæ ipsorum:ita ꝙ post mortẽ eorũ redeãt ad ecclesias?Et dico Ray.& Gofr. iudi casse contractũ vsurariũ,eo ꝙ homines multum sperarent viuere:& sic amplius percipere de prouẽtibus, quàm esset pecunia data:& sola spe cõtrahitur vsura.Si tamẽ quis daret vnã possessionẽ, & reciperet æqualẽtẽ, aut duplo plus valentẽ, vsufructuarus vtranq; in vita sua:& vtraq; post mortẽ ad ecclesiã plena:dominio regressura, esset licitum.Sed *Ric.ĩ ij.quoli.q.ij.* quẽ refert & sequit Sũ.Ang.dicit licitũ *esse cõtractũ*, etiã qñ datur pecunia, modò seruetur ęqualitas *iuris naturalis*:quia nõ est cõtractus mutuus veri vel apparentis:*sed* contractus innominatus,ꝙ magis assimilatur emptioni & vẽditioni.Host.verò,quem refert ac sequitur Sum.Ro. dicit ꝙ est cõtractus emptionis & vẽditionis licitus, & excusatus ratiõe incertitudinis.C. eo.l.ij. Laur.autẽ de Ridol. ponit similẽ casum sub aliqua forma, scilicet ꝙ tales dẽt centũ monasterio,recepturi in vita sua annuatim sedecim hoc pacto, ꝙ monasteriũ ad libitũ posset reddere centũ, & liberari ab annua solutione:& ad hoc monasteriũ obligat bona sua:& dicit reditũ nõ cõstituì re, nec ad rẽ haberi relationẽ,sed ad personã,licet bona obligẽť. Et sic ibi *nõ* est venditio iuris, sed pecuniæ inuendibilis. Imò,inquit,verius est contractus innominatus,scilicet do vt faciat:in quo videtur interuenire fraus, maxime attẽta maximi lucri quãtitate,& pacto de restituẽdo cũ voluerit, scilicet monasteriũ. ex quibus videtur in effectu ac si mutuũ cotraxissent.Ego verò dico sibi non posse esse mutuũ: qa dãs pecuniã nõ potest eã quouis tẽpore repetere:& cõ sequẽter nec vsurã:sed tñ est ibi iniustitia,& est emptio iuris exigẽdi singulis annis sexdecim,celebrata pretio iniusto:& cõsequẽter decidẽdus est iste casus secundũ regulas
14 datas §.Emptio,ꝙ totũ. ¶*Decimoquartò quæritur, quid si quis emat actionẽ alicuius,vel summã certã minori pretio,quia soluit ante tempꝰ: sicut si quis emat creditũ Petri quod ei soluẽdum est ad tres annos aut pagas,seu reditus *mõtium* immaturos,aut scriptas banchi,vel actiones, & huiusmodi?Et dico multa. ¶ Primum. Quãdo litigiũ imminet,*an* possit actio emi pretio minore quàm sint ipsa iura. Bar.in l. per diuersas.C. mandati.dicit cõpetẽs pretiõ esse quod remanet deductis expẽsis & labore,ꝙ recuperãda re factis.& idẽ Bal.in l.ij.C.ne li.pen. & cõsequẽter videntur isti sentire ꝙ nõ potest quis actionẽ emere ꝙ minori pretio q̃ sint iura,nisi habito respectu ad prædicta, scilicet laborẽ & expẽsas faciẽdas.Quod Pan. in c.ex parte.de alie. iudi.mu.cau.fa. *dicit ex toto nõ* approbari: quia minus valet actio quàm res ad quã datur,tum propter dubiũ euẽtũ litis,cùm possit quis perdere causam etiã iustã propter iudicis defectũ: tũ quia debitor posset interim effici inops. Vnde dicit tex.no.in l.minus.ff.de reg.iur.ꝙ minus est habere actionem quàm rem: vnde cùm nihil aliud emant q̃ spem in euẽtu iudicij futuri:ridiculũ est dicere ꝙ pretium de necessitate debeat esse tantum,quantum est in actione. Pro quo est Inno.in c.in ciuitate.eo.tit.vbi cõcludit,ꝙ potest quis conscientia bona emere actionem iam ortam tẽpore cõtractus,etiam pretio minore: quia exponit se periculo.Et idem dicendum in transactione.& est tex.notabilis ad hoc in l.Lucius.ad Trebel.Vnde cõcluderem,quòd modicitas pretij dicitur habito respectu ad valorem actionis:qui valor debet considerari habito respectu ad dubiũ euẽtum litis,secũdũ quod causa est clara vel dubia.Aduertendũ est tamen,ꝙ debitum litigiosum aliquando emere nõ licet.de quo dic vt §.Lis. §.viij.¶ Secũdũ. Si quis emat à Ioanne cẽtum, quæ debet habere à Petro ex legato vel afflictu quocũq; modo pro xcv.distinguendum est.Nam si hoc facit ad instantiam ipsius Petri, hoc est licitum,si emit minoris q̃ æstimat suũ interesse, etiã lucri cessantis probabilis deductis laboribus,&c. Et similiter si quantũ æstimat laborem & pericula rehabendi:quia nostra interest libus & sumptibꝰ nõ vexari:vt in l.minoribus.ff.de mino. Si verò spõte facit propter lucrum, aut minuitur pretium solùm ratione sumptuum,laborum,& periculorũ, scilicet quia est emptio iusto pretio facta, cùm res in periculo cæteris paribus minꝰ valeat quàm extra periculũ. *Aut minuitur* pretium solùm ratione anticipatę solutionis:& tũc est vsura:vt in c.fi. eodem titu. & consentit Ioannes Andreas in additio.ad Speculum. & sanctus Thomas secunda secũdæ.quæstione septuagesimaoctaua.Nec obstat illud, Plus soluit,qui ante tempus soluit.Institutio.de acti. §.plus. & de plus petitioni.c.j.quia illud est verũ in eo qui obligatꝰ soluere,ante tempus soluendo patitur interesse:ideoq; cogens eum plus petit.Ista autem plus petitio siue fit respectu temporis:vt cùm obligatus solùm ad annum nũc cogitur. siue respectu rei:vt cùm res debita tẽpore messis petitur tẽpore anteriori,in quo plꝰ valet. siue respectu causæ:vt cùm debitum alternatiuè petitur determinatè. põt diminuere solèm tantum, quãtum quis æstimat interesse suum verisimiliter,& siue damni emergẽtis, siue lucri cessantis.Non autem hoc habet locum in solutione anticipata pretij rei venditæ.Similiter si esset mutuum vel cõmodatum factum alicui vsq; ad tres annos, & superueniente casu mutuãs vel commodans indigeret, & vellet sibi restitui:non liceret commodatario, vel mutuum recipiẽti minuere ꝓ interesse suo,quãdo simile interesse incurrit mutuans & cõmodans:nec aliunde prouidisset vt ipsum euaderet,si talis commodator vel mutuans nõ subueniisset.Et sic intellige & limita l.in rebus.ff.cõmodati. ¶ Tertium. Si debitor centum aureorum ad instantiam creditoris soluit ante tẽpus minus quàm debeat,puta xc.Ioannes de Ripol.or.mi.dicit indistinctè esse licitum,asserẽs ꝙ pòt vendi tempus propriũ,licet non commune.de quo per Arch. ij.parte.titu.j.c.viij.sed sanctus Thomas ad lectorem Florentinũ,dicit hoc esse vsurã. Quod limita etiam, secundũ eũ, nisi debitor antè soluat vt seruiat creditori, & patiatur interesse:quia tũc licet. & habetur ratio etiã eo casu interesse lucri cessantis:puta quia volebat de illa summa mercari, secundùm Hostiensem & Ioã.de Ligna. licet Innocẽtius & Ioan.And.sint in contrarium.de quo dic vt suprà,Vsura.j.

ra.j.§.xxiij. ¶ Quartum. Circa emptionē pagarum est cō
trouersia, quibusdā dicētibus, ꝙ licitè emuntur pretio mi
nore. quos sequit Sum. Ros. adducēs multa valde confuse
& præter propositum, nō distinguens inter emere loca &
affictus, quorū fructus est incertus, & emere pagas, quarū
summa est certa. Sum. verò Ang. dicit ꝙ non licet. Ego ve
rò dico sic, Emere pagas dupliciter cōtingit: primò quādo
nō sunt certæ quantū ad suam quātitatem: vt si quis emat
reditus decē locorū ad decē vel quinq; annos qcqd reddi
derint: sic licet. & sic ꝓcedūt penè omnia q̄ adducit Sum.
Ros. Secundò quādo scitur certa summa, puta ꝙ loca tali
anno reddēt tantū, puta xl. solidos: & isti xl. solidi, qui exi
gi nō possunt vsq; ad tres annos, emūtur pro xxx. ad ratio
nem xv. solidorum ꝓ libra: & idē est ac si tota summa ne
sciatur, & tamē certa summa ematur: puta libræ cētum ad
rationē xv. solidorū pro libra. Et sic est in vsu Genuæ eme
re pagas. Igitur emere pagas Genuæ, id est, prouētus ex lo
cis certos, q̄ nōdū sunt maturi, ꝓ minori pretio quàm ipsę
sint: puta ad xv. solidos pro libra, vel huiusmodi: est emere
creditū alicuius. Vnde distinguendū est secundū aliquos,
vt §. §. eo. part. ij. Si enim emat quis ad instantiā amici, ma
lens suis pecunijs negotiari, vel aliud licitū quērere lucrū,
poterit minori emere pretio, secūdùm quod verisimiliter
æstimat suū interesse etiā lucri cessantis. Si verò hoc facit
volēs per hāc viam lucrari, vsurarius est nō formaliter, sed
æquiualetēr: quia solutio anticipata habet rationē mutui.
Sicut ī simili dicitur in c. ī ciuitate. eod. tit. ita ꝙ ī emptio
ne & vēditione est mutuum, quādo soluitur ante vel post
dationē rei. Si tamē in exigēdo essent pericula & labores
notabiles & expēsæ, & hac ratione pretiū minueretur, nō
esset illlicitum: vt §. particula secūda, sed nō est ita semper
in proposito: & multò minus in scriptis banchi, quæ dātur
& accipiūtur in solutum. Nec obstat si dicatur ineſſe peri
culum aut labor in rehabēdo: quia aliquando non est veri
simile quin habebit tempore suo totum, & sine labore vel
periculo notabili. Vnde minutio pretij fit solùm ratiōe tē
poris: quod etiam patet: quia quando page longius distāt,
tantò magis de pretio minuitur. Non obstat etiam, ꝙ com
munis æstimatio plus eas nō æstimat valere: quia cōmunis
æstimatio nō facit iustum pretium, nisi ad numeratū, quā-
do eodē tēpore & loco exhibetur pretiū, & recipitur mer
ces: aliàs est cōrruptela. Non obstat etiam, ꝙ fructus agre-
stis minoris sit pretij quàm maturus: quia hoc verū est ra-
tione qualitatis quam habet fructus in se, non ratione dila
tiōis tēporis. Et ita in ꝓposito, si summa immatura habeat
in se pericula & labores, quæ nō habeat matura, minus va
let: aliter nō, sed est vsura, per textū apertū à cōtrario in c.
nauigāti. eo. ti. Nō obstat etiam, ꝙ si radix bona est, id est,
loca & fructus: quia fructus locorū sunt quidē pagæ, quæ
sunt bonæ: non autē iniusta emptio pagarum, quæ est ma-
la. Non obstat etiam, ꝙ emere pagas sit emere iura quę mi
nus valēt, si magis distāt, quasi minus vtilia: quia ius ad cer
tam summam non valet ea minus, nisi ratione periculi vel
laboris, & huiusmodi: sicut etiam nec ius exigēdi certā rē
certo tēpore valet minus quàm pretiū rei tēpore redditio
nis: quæ si emeretur minoris, ratiōe anticipatæ solutionis,
esset vsura: vt per c. in ciuitate. de vsur. Nō obstat etiā ꝙ
melior sit res quàm spes, quia verum est, quādo spes nō est
ꝓbabiliter certa. quo casu dico licitè pagas emi pretio mi
nore. Nō obstat etiam, si dicatur quòd Calixtus tertius &
Xystus quart⁹ cōcesserūt eas emi posse sine scrupulo: ille
quidē semel tātùm, iste verò toties, quoties: quia, vt in eo-
rum literis patet, hoc cōcesserunt solùm quando protecto
res cōperarū sancti Gregorij hoc æstimāt cēdere in vtili
tem dictarum comperarum, vel communis Genuæ: quo ca
su papa tanquā princeps liberè remittere intelligitur em
ptoribus, q̄ ab ipsis ꝓtectoribus emunt. Vnde in eis locum
habet cōcessio papæ, nō autē in alijs emētibus à priuatis.
Magister autē Raph. de Porna. in hoc casu cōsuluit pagas
emi posse pretio minore. Et sic tenuit veram cōclusionē,
sed ex rationibus falsis: q̄ si valerēt, probarēt vniuersaliter
ac semper licere talē emptionē. quod papa nō dicit. Et ex
stādo principijs moralis philosophiæ, ista emptio indub
tanter esset vsuraria. Quæ tamē est licita ex licētiāte sta
to, quod sic declaro: Genua enim ex tāto tempore, cuius in
tij memoria nō extat in cōtrariū, nō recognouit superio
rē, & cōdidit statuta & leges de facto. nō obstāte ꝙ habu
rit aliquos dominos: qa fuit sub certis regibus, quib⁹ sem
per sibi seruatū est ius cōdēdi leges, & superioritatis cōs
niētis ciuitati nō recognoscēti superiorē. Ciuitas autē &
dominus superiorē in tēporalibus nō recognoscēs habet
ī suo territorio iurisdictionē, quāī toto orbe de iure habet
Imperator, secūdū Bal. in c. j. de po. te. Doct. in l. imperiū.
ff. de iur. om. iud. Igitur sicut Imperator ex casu potest de
iuribus & reb⁹ vni⁹ auferre & dare alteri sine dubio, vt l.
Luci⁹. ff. de euict. Alex. in j. con. C. in ij. col. in add. ad Bar.
& Abb. in c. q̄ in ecclesiarū. de cōstit. ita & hęc ciuitas hoc
facere pōt ex causa iusta, q̄ est fauor publicus: vt tenēt Do
in d.c. q̄ in ecclesiarū. & ꝓbatur l. ităt si verberatū. ff. de rei
ven. Bar. in proœ. ff. per tex. in l. vēditio. §. si cōstat. ff. cōm
prædio. Hæc autē ciuitas virtualiter fecit legē, ꝙ page⟨illo⟩
modo vendantur: quia de hoc est cōsuetudo obtēta in in-
dicio. Et hoc fecit ex causa iusta, quæ est fauor publicus: qa
expedit toti ciuitati ista vēditio: vt patet *omnib⁹ expertis*
circa hoc: imò expedit illis qui vendunt libra pro xv. soli
dis: quia si nō venderentur pagæ nisi ad numerū, gabel-
læ ciuitatis minus valerent, adeo ꝙ vbi habētur xv. solidi,
nō haberentur xij. nec fortè x. vt patet expertis. Et ista opi
nio est verior & tenēda, maxime post factū. Et sic papa in-
telligitur non quidem donasse emptoribus residuū iusti
pretij in dicta bulla, sed declarasse veritatē. Quod ēt hinc
colligitur: qa Xystus hoc concessurus dixit, Nos de hoc
modi plenam notitiā habētes cōcedimus &c. ¶ Quintū.
Si quis scripturā bāchi, seu creditū quod quis habet in bā
cho accipiēdi in futurū aliquā summam, puta centū, emat
pretio minore, secundū Alex. de Ales, est illicitum. Sed in
tellige quādo minuitur solùm ratione temporis: vnde di-
cendum est vt in casu priore: quia non esset illicitum si mi
nueretur ratione laborum & periculorum & sumptuū ve
risimilium: quæ tamen raro insunt talibus scriptis, quę, vt
dictum est, dantur & accipiuntur in solutum. ¶ Decimo
quintò quæritur, quid iuris de emptione & venditione cū
pactō retrouēndi? Et dico multa. ¶ Primum. In hac quæ
stione frequēter sum pro veritate fatigatus, propter quā
dam confessores tenētes cōtra suos & aliorum doctos.
quo fine autem, ipsi viderint, & tamē veritas est clara ex ra
tione & authoritate, intelligēdo tamen semper quòd em-
ptio fiat iusto pretio, & cū alijs requisitis: & similiter lo
catio, seu etiā datio ad liuellū. Quòd enim licitè quis emat,
& faciat fructus suos cum pacto reaffrācandi siue redimen
di intra tot annos, vel perpetuò, quando pretium est iustū,
& intētio siue fides bona, ita ꝙ in veritate vult emere, &
malet emere absolutè quàm cum tali pacto, patet ratione:
quia hoc fit ad commoditatem venditoris. Patet etiam au
thoritate: nam ita explicitè & formaliter tenuit ex ordine
minorū Alex. de Ales, iij. parte Sū. & Mo. in Sum. & San
Bernar.

Bernar. in suis contractibus, & frater Ber. de Bust. & Sum.
Angel. ac Rosel. & ex ordine Prædi. Ray. Pisa. Archi. &
oēs, & Hug. vt refert ac sequitur Arch. xiiij. q. iij. plerique
& Asten. & Inn. & Host. & Ioā. Andr. & cōiter Canonistæ
in c. ad nostrā. de empto. & vendi. & in c. conquestus. de
vsur. sicut & Theologi in iiij. dist. xv. & Legistæ in l. si fun
dū. & l. si à te. C. de pactis inter emp. & vend. & specialiter Bar. Cepolla Veronensis super hoc vltimatè cōficiens
penè volumen, & tandem in meā sententiam & cōclusio
nē se resoluens, vt patet ij. casu suo. col. j. Hæc etiam con-
clusio est formaliter & explicitè tradita per iura ciuilia:
vt d. l. fundū. & l. si p te. & per Canones intellectos ad sen-
sum gl. & Doct. vt patet per gl. in c. cōquestus. de vsuris. &
in d. c. ad nostrā. vbi nec tex. obstat: quia ibi reprobatur cō
tractus ratione doli, nō ratione pacti de retrouendēdo,
vt patet intuēti: & similiter p sacrā scripturā, dicente do-
mino Leui. xxv. ꝙ omnis terra Israelitici populi sub redē
ptionis cōditione vēderetur. ¶ Secundū. Emere etiā cum
pacto de retrouēndēdo, & locare vēditori, ꝓ certo affictu,
nō est vsura, si fiat sine fraude: quia rē suā potest quisq; si
cut illi, ita & isti, puta vēditori locare, & cuilibet alij, sal
uis his q̄ suprà loco suo dicta sūt. Esset tn illicitū, si, ex pa
cto cōmodum & incōmodum pertineret ad vēditorem,
excepto cōstituto affictu, qa est cōtra naturā emptionis:
cùm rei emptæ cōmodū vel incōmodū pertineat ad emp-
torē. l. illud. ff. de peri. & com. rei. vēdi. nisi affictus esset
ita modicus, ꝙ vēditor releuaretur in eo, in quo grauat
cōtra naturā cōtractus. Esset etiā illicitū, quādo venditor
nō se posset quādo vellet ab huiusmodi cōductione libe
rare: qa cū talis obligatio vēdicet partē pretij. d. l. fundi
partē. & emptor solum iustū pretium rei soluat, sic supra
iustū pretiū habebit istā obligationē. Et idem est si vellet
emptor ꝙ vēditor obligaret se ad cōducendū, nisi in ali
quo alleuiaretur cōductor. Præsumitur autē vsura ex di-
cēdis parti. sequēti. & iterū quādo emptor venderet pro-
prios fundos ad huiusmodi cōtractus faciēdos: quia non
præsumitur incōtinēti velle cōtraria agere. l. nō ad ea. ff.
de cōdi. & demonst. ¶ Tertiū. Si autē qs emeret in frau-
dē, puta quia intendit mutuare, nō emere, nec vellet rem
sibi remanere, sed redimi, & si crederet vēditorē nō re-
empturū, nō emeret, vsura esset vēditione palliata. Hoc
autē secundū Doct. in d. c. ad nostrā. in foro cōtentioso
præsumitur ex tribus. Primò quādo pretiū est modicum
respectu rei: intellige vltra dimidiū. & facit l. quānis. §. si
cū essem. ff. ad Velle. & hoc maximè quādo posuit pactū
ꝙ nisi redimatur intra certū tēpus, postea redimi nō pos
sit: qa videtur pactū legis cōmissoriæ, scilicet mutuasse,
puta cētū, & recepisse pignus de cxxv. ita ꝙ nisi redimat
intra tale tēpus, sit amissum: verū est tamen ꝙ res nō tan
tū valet vēdita sub tali cōditione, ꝙ semper possit redi-
mi, quātā si vēderetur simpliciter, arg. l. fundi partē. ff. de
cōtrah. empt. Secūdò quando sit pactū vt restituatur ali-
qd plus quàm fuerit pretiū: vt not. in c. illo vos. de pig. &
do. Anto. in c. cū in diœcesi. de vsur. Tertiò si emptor cō
sueuit exercere vsuras. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de
ædil. edic. Quartò secūdū Io. And. in d. c. ad nostrā. in no-
uel. & Host. si apponat clausula ꝙ redimi nō possit ante
quinquennium vel decennium: sed tamen in rei veritate nō
est illicitū si fieret bona fide: vt qa vult facere aliqua tē
poralia meliorameta, puta impinguādo, quorū effectu ip-
se vult frui. Nō autē faciūt ꝓsumptionē de vsura ista tria
simul, scilicet pactū de retrouendēdo, modicitas pretij,
scilicet ꝙ nō sit vltra vel prope dimidiū, & datio in em-

phyteusim: qa ista iure permissa sunt, nec reperitur con-
trariū esse cautū. & tex. in d. c. illos vos. de pignorib. & in
c. ad nostrā. de empt. & vēd. loquūtur vel quādo aderat a-
lia coniectura vltra ista, videlicet qa emptor erat solitus
fœnerari, vel fiebat aliqd pactū cōtra naturā contractus.
¶ Quartū. Ad pleniorem autē prædictorū notitiā colli-
gendo ex quodā meo cōsilio registrato in Aur. ros. casu
xxxj. dico ꝙ iste contractus fit primò sic: Petrus emit ab
Henrico fundū B. pretio iusto, id est, mille aureis, & spō-
det se ei reuēditurū intra certum tēpus, puta x. annos, vel
quoties summa fuerit oblata: interim autē Petrus pcipit
fructus ex fundo, vel dat Henrico fundū ad officiū pēsio
ne iusta & æqua, iuxta dicēda §. sequēti. verbi gratia, ad
sex vel quinq; pro cētū. Et dico ꝙ licet, iuxta dicta ī hoc
§. Secūdò fit sic: Petrus enim emit cū ꝑdicto pacto dimi-
diū ipsius B. fundi ꝓ indiuiso florenis quingētis, & dat
Henrico ad affictū secūdū rationē ꝑdictā. Et dico ꝙ li-
cet, vt prius, cū sit eadē ratio, vt patet. Si tn in vtroq; casu
pretiū nō esset æquū, teneret emptor pretiū augere, aut
vēditor minuere: sed tamē cōtractus teneret, nisi esset er
ror vltra dimidiā: teneret etiā emptor, secundū aliquos,
restituere fructus pceptos pro rata diminutionis pretij.
Quod tamē nō est verū: quia si cōtractus tenet, res est Pe
tri, & cōsequēter omnes fructus: vnde tenetur solùm de
residuo pretij, & de interesse, si quod passus est venditor
ratione illius residui. Tertiò fit sic: Petrus emit cū ꝑdicto
pacto retrouēdendi totum B. quingentis florenis, & dat
Henrico ad affictū secundū rationē prædictā, ita tamē ꝙ
in tali affictu nō cōsideratur valor fundi, id est, mille, sed
quātitas pretij, id est cccccc. ita ꝙ cccccc. reddūt ei xxx. vel
xxv. ꝑcise: ac si emeret directū dominiū fundi valēs quin
quaginta, non empto vtili, quod tantundē valet. Et dico
ꝙ tūc est difficultas magna: & facio vnū fundamētū, scili-
cet ꝙ fundū B. diuidat in duas medietates, quæ sint C. &
deinde dico ꝙ pars C. tripliciter vēdi potest: primò scili
cet absolutè, siue per diuisum, siue per indiuisum, & secū
dò cum obligatione retrouenditionis: & sic minus valet
quàm absolutè sumpta. & tertiò cū hypothecatione reli-
quæ partis, scilicet D. ita ꝙ D. vēdi nō potest sine cōsen-
su eius q̄ emit C. vel ita ꝙ si emphyteuta seu liuellarius
cadat à C. cadat etiā à D. vel huiusmodi: & sic valet plus
quàm absolutè sumpta tantū, quātū æstimatur illa obliga
tio. Ad casū dico, ꝙ si emptor intēdit emere absolutè to-
tū B. quingentis aureis, est iniustitiæ & secundū iura re-
scinderetur cōtractus, si iniqtas sit vltra dimidiā, iuxta di
cta suprà in verbo Emptio. nec si detur postea ad affictū
secundū rationē dāti pretij & nō valoris, iustificatur cō-
tractus, quia posterius nō iustificat prius. Si verò intēdit
emere totū B. nō absolutè, sed cū obligatione reuēdēdi
& reaffictandi secundū rationē pretij dati, & nō valoris,
videtur velle Sum. Ros. ꝙ sit licitū: quia eū tali obligatio
ne nō valet nisi quingētos aureos: qd verū credere for-
tè qs posset, si cōsideratis dicendis seq. §. & cōditionibus
regionis arbitrio boni viri, neutra pars nimis grauaret:
qa perinde est ac si ematur dominiū & ius directū valēs
quinquaginta, & reddēs pēsionē regularē, id est quinq;
pro cētū, relicto tantundē de vtili apud venditorē. Si ve-
rò intēdit emere vnā medietatē B. absolutè, id est, sine hy
pothecatione alterius partis, & eā det ad affictū secundū
proportionē totius B. nulla est iniustitia. Si verò intendit
emere vnā partē cum hypothecatione reliquæ, & locare
pro rata, qd est quasi emere directū dominiū sine vtili,
est licitū. sed tamē oportet ꝙ illa hypothecatio soluatur,

nisi recompensetur per obligationē retrouendendi, quæ & ipsa aliqd valet. & in his bonus vir arbitrabitur. Quartò fit sic: Hēricus enim egens pecunia vēdit affictū nouū vel antiquū Petro sup omnibus bonis suis in genere, vel sup aliquibus in specie: de quo dic vt s.§.xij.& adde ꝙ si ille cōtractus est licitus, & est ibi vera vēditio, poterit deinde fieri pactū de retrouēdēdo, & locare etiā ipsi vēditori, secūdū quendā Veruec.& videtur expressum secūdùm eū.ff.de in diē addict.in l.ij.& in l.vbi aūt. Quintò etiā fit apparēter iste cōtractus aliquādo vbi est vera impignoratio.de quo j.Vsura iij.p totū. ¶Quintū.Sed cōtra prædicta arguit primò: quia Dominus Leuit.xxv. in hoc casu retrouēditionis iubet fructus cōputari in sortē, & cōsequēter emēs cū tali pacto nō facit eos suos. Solutio. Dico primò ꝙ illa iussio est iudicialis, seu ptinet ad precepta iudicialia: & cōsequēter nō obligat, nisi denuò statuatur, vt patet per S.Th.j.ij.q.ciij. Dico secūdò, ꝙ hoc fuit speciale in terra Promissionis, quā Dominus noluit posse vēdi, nisi sub cōditione vel pacto de redimēdo, ꝙ fructus cōputarētur in sortē, nō absolutē, sed proportionaliter. Voluit enī ꝙ omnis possessio vēdita in anno 50. libera sine pretio rediret ad venditorē. Et interim posset redimi: sed quātò pluribus annis emptor perceperat fructus, tantò minus pretiū restituebat proportionaliter: sicut, verbi grā, possessio vēdita aureis 50. in anno primo, in secūdo valebat solū xlix. in tertio, xlviij. & sic de alijs: ita ꝙ quātò minus restabat tēpus vsq; ad quinquagesimū annū, tanto minus valebat. Et ꝙ iste sit sensus, patet: qa si absolutè fructus in sortē debebāt cōputari, & nō secūdū proportionē, etiā ante annū xxx. vel quadragesimū, quęlibet possessio maximè bene frūctifera, fuisset libera, & nō solū in anno 50. ¶Secūdò arguitur. Nā in hoc cōtractu venditor nō habet intētionē vēdēdi, sed pignorādi multoties. Sed dico ꝙ simpliciter vult vendere: licet secundū qd, id est, si aliter facere posset, nollet vendere. Et quicqd sit de sua intētione, sufficit ꝙ dicat se velle vēdere, & emptori nō cōstet de opposito probabiliter: qa ad cōtractū esse simulatū oportet concurrere animū vtriusq;, scilicet emētis & vendētis, vt l.emptione.C.plus vale. quod agi. imò secūdū Bar.Cepo.de iure hoc sufficit, etiā si emptor sciret vēditorē fingere: licet nō in cōscientia. Imò secundū aliquos sufficit in cōscientia: si tamē emptor intende-
16 ret mutuare sup pignore, indubitatè esset vsura. ¶*Decimosextò quæritur, quomodo cognoscetur iustitia pensionis? Et dico ꝙ ad cognoscēdū qn pensio in hoc contractu & in alijs sit iusta, sciendū est secūdū quosdā, quos sequitur Sum. Ange. ꝙ licet locatio fieri possit ꝑ pretio totius reditus, quē domus aut possessio reddit: nō tñ sic fieri potest in isto cōtractu liuellario: qa talis tenetur manutenere suis expēsis. l.ij.C.de iur.emphyteu. & soluere pēsionē, licet pars rei pereat casu fortuito. Secus in cōductore: qa nō tenetur suis sumptibus manutenere: vt l. colonus.ff.loca.nec tenetur casu re pereūte sine sui culpa. de locato.ꝑpter. Vnde si emptor tantū vult de cēsu, quātū solueret simplex cōductor, cōtractus est iniustus & in fraudē vsurarū, intellige ꝑsūptiuè. Et propterea debet haberi respectus nō ad fructus si excedūt: sed ad quātitatē pecunię solutæ pro pretio: ita ꝙ talis pēsio multiplicata p xx. annos ascēdat ad totalē æstimationē rei sic locatæ, & sic erūt v. ꝑ cētenario, vt est tex. in auth. de nō alie. §.qa verò. & in auth.ꝑpetua.C.de sacro sanc. eccl. & ibi no.gl. Vn̄ si locaret simplicit ꝑ sex, nō pōt dari ad liuellū, nisi pro quinq;. Et quia cōiter grauatur talis in censu, ideo talis cōtractus videtur illicitus & in fraudē vsurarū, intellige ꝑsumptiuè. Sed de hoc s. §. priore. ¶Alij verò, quos sequitur Sūma Ro. dicūt, & verius, ꝙ licet plus accipiat dando in emphyteusim, quàm simpliciter locādo, ꝑ hoc nō censetur cōtractus vsurarius, nec illicitus. qd probatur ꝑ d.auth.perpetua.iūcta gl. de qua x.q.ij.perpetua. qa rei dandæ in emphyteusim, etiā si locādo sit parui aut nullius reditus, pēsio iusta est, q̄ in xx. annis adunata rei æstimationē cōtinet, vt habet in §.si verò alicuius. in authen.de nō ali.& ideo plus soluitur, qa in locatione habet respectus ad fructus: in emphyteusi nō, sed ad rei valorē: nec id qđ soluitur propter fructus, intelligē præcise & semper, sed in recognitionē directi dominij: intellige aliquando, vt voluit Bar.in l.j.C.de iur.emphyt. ¶Et pro maiori declaratione nota, ꝙ in hoc casu si fundus empt9 locat, pēsio iusta est, habito respectu ad fruct9 & reditū ex eo ꝑceptibilē. Si verò liuellatur seu datur in emphyteusim, q̄ duo, secundū Bar.& Sali.in l.j.C.de iur.emphy. sunt eiusdē naturæ solo noīe discrepantia, tūc aut fundus reddit fructus cōes: puta v.pro cētenario: aut multo plus, puta x.vel xij.vt cōiter in molēdino publici fluminis: aut multo minus, puta duo vel tria pro cētenario, vt in domib9 maximè pretiosis, q̄ multū valēt, & parū reddūt, eo ꝙ modica pēsiōe locent, habito respectu valoris: vt est tex. in l.fin.§.sin aūt.C.de bo.q̄ libe. vbi dicit Bald. ꝙ domus pretiosę sunt quodā modo steriles. Et si qdē reddit cōes, iusta pēsio est habito respectu ad valorē rei, qui est secūdū pecuniā solutā ad rationē v.pro 100. Si verò nō reddit cōes, tūc in locatione esset iusta habito respectu fructus vel reditus: sed in liuellatione, in molēdino quidem iusta pēsio videbitur quinq; pro cētū, vt habetur in d.§. quia verò. qa in rei veritate etiam ipse dominus deducta æstimatiōe magni periculi & magnis expēsis cōseruādi nō ꝑciperet nisi hoc vel circa: & cōsequēter cū in liuellatione omne periculū & oīs impēsa trāseat in accipientē, vt l.j.cū ibi no.C.de iure emphy. videtur ꝙ modica pensione debeat locari: sicut etiā propter prędicta vēderetur pretio modico respectu fructuū. In domo autē credo pēsionē esse iustā, si sit ea quæ liuellaretur alteri q eā nō vēdidisset: & alicubi est de more quinq; ꝑ cētenario vel quatuor cū dimidio: & si sit pretiosa, erit possibiliter pēsio maior quàm in simplici locatione: quia in liuellatiōe nō datur pēsio principaliter ꝑ respectū ad fruct9, sed in recognitionē dominij: vt not.Bar.i l.j.C.de iure emphy. Et sic patet, ꝙ dādo in emphyteusim iusta pēsio aliquādo est maior quàm locādo: cū illa sit iusta, q̄ in xx. annis collecta reddit ęstimationē: vt d.§.quia verò. Nec obstat ꝙ emphyteuta sentit incōmodū reparationis. d.l.j.& cōsequēter videt ꝙ debeat sentire cōmodū minoris solutionis: qa habet cōmodū iuris maioris q̄ habeat cōductor: qa habet vtile dominiū: nec pōt expelli ꝑ dominū, etiā si vellet rē in ꝑprios vsus habere. qđ secus est in colono.ff. loca.l.ædē.& si tēporis cursu res melioratur, sibi melioratur. Nō obstat etiā ꝙ si res ecclesiastica datur ī emphyteusim, fit diminutio sextæ partis: vt in d.auth.ꝑpetua re gistrata.x.q.ij.c.ꝑpetua. qa verū est in re ecclesiastica nō pretiosa: nec dicitur ꝙ sine illa diminutione dari nō possit: quinimo secūdū gl. ibi in verbo, sextā, pōt dari sine diminutione: imò plus accipi potest ī liuellatione quàm in simplici locatione, vt ꝑ eandē auth. probatū est. Nō obstat etiā ꝙ colono fit remissio propter sterilitatē, nō autē emphyteutæ. C.loca.l.licet. Nec ex hoc sequit, ꝙ debeat in emphyteuta necessariò pensio esse minor: quia habet plura cōmoda quàm colonus, vt dictum est: imò quando emphyteuta soluit magnā pēsionē, quod scilicet aliquando est possibile, licet dicat Bar. ꝙ cōmuniter est modica: tunc videt sentire idē Bar.in d.l.j. quòd remissio fiat emphyteutę, sicut & colono. de quo vide s. Emphyteusis.§.j. vbi distinguitur de emphyteusi propria & impropria. Non ob. etiā si dicatur, ꝙ si emphyteuta plus solueret q̄ perciperet, nō esset pœna cadere per triennium nō soluenti: quia hoc est ei pœna quando est vtile domino ꝙ cadat: qn̄ autē nō est vtile domino, potest inuitus retinere in emphyteusi: vt probatur in l.ij.C.de iur.emphy. in verbo, si voluerit. Non obstat, etiā si dicatur ꝙ iā pauper nō posset accipere in emphyteusim si pl9 solueret quàm perciperet: quia obligatiò personalis, cuiusmodi est emphyteuta, ita sequitur pauperem, sicut diuitē: quia sequit personā quocūq; vadat, siue sit in emphyteusi, siue in simplici locatione. l.quis ergo casus.ff.de pecu.

RVRSVS DE VSVRA TERTIO, Vbi sit, quantum ad pignorationes.

1 *Pignus ea legē datum, ut solutione in termino non facta sit uēditum, an sit licitum.*
2 *Posseßio an computetur in sortem in marito.*
3 *Maritus accipiens sex pro centum de dote nō soluta, an sit usurarius.*
4 *Gener lucrifaciens fructus, si accipiat pecuniam dotis ab alio, an ille quoque lucretur fructus. & nu. 5.*
6 *Hæredes mariti an lucrētur fructus, sicut maritus ipse, & quid si posseßio redeat ad uxorem. & nu. 7. 8. & 9.*
10 *Fructus pignoris ecclesiæ an computet clericus in sortem.*

VSVRA tertiò cōsiderari potest specialiter quomō inueniat in pignorationibus, in quibus vsura est vti pignore obligato, & non cōputare fructus in sortem: iuxta dicta s. Pignus. §.j. per totum. ¶Primò verò queritur,
1 *quid si Petrus de Henrico in pignus pro cētū mutuatis domū valentē cētū & decem, hoc pacto ꝙ si in termino statuto non soluerit, impignoratio sit venditio? Et dico ꝙ Archi. distinguit. Nā si Petrus eo anno nō cōputauit fructum domus in sortē, elapso termino tenet de domo & de vsufructu: quia cōtract9 nō tenuit, sed fuit vsurari9. Si verò cōputauit, tenet cōtractus, licet domus pl9 valeat: qa pœna cōuentionalis apposita est, nō obstāte pacto legis cōmissoriæ: de quo s. Pactū.§.xiiij.& hoc nisi fecisset in fraudē vsurarū: puta qa mutuās existimabat in termino nō posse fieri restitutionē, & inde se lucraturū illa decē, quæ domus plus valebat: secus si ad coercēdam morā
2 debitoris. ¶Secundò quæritur,* vtrū maritus recipiens possessionē cōputare debeat in sortem? Et dicit c.salubriter. eodem ti. ꝙ nō, si sustinet onera matrimonij: puta quia vxorē nutrit. & idem l.pater.ff.de doli exc. Pro quo aduerte, ꝙ ad iustitiā huius contractus multa requiruntur. Primò, vt dictū est, ꝙ maritus siue gener sustineat onera matrimonij. Secundò, ꝙ dos sit promissa simpliciter: quia si terminum ad soluendū eam dedisset, nihil posset percipere: quia ante moram nihil ei debetur, cùm etiam potuerit vxorē accipere sine dote: vt §.sequē. quod Sum. Ang. tenet indistinctè. Sed tu limita, nisi interuenisset cōuētio de aliquo interim dādo, secūdum Panor. post Cal. Quod aūt dicit Panor. in dicto c.salubriter. quòd si gener accepit pignus, & postea terminum dedit socero de dote soluenda, nihilominus poterit bona consciētia tenere fructus pignoris. Verū putat Sum. Ang. si dedit terminū ad redimēdū pignus: nō autē aliter si dedit ad soluēdam dotē. Sed nō oportet limitare: quia eo casu maritus est in vero interesse, & ratione eius pōt aliquid accipere, etiā ante terminū luēdi pignoris, etiā sine pacto, quando mallet sibi solui, iuxta dicta s. Vsura.j.§.xix. vbi de interesse agebatur. Tertiò requiritur, ꝙ fructus onera nō excedāt: vel si excedāt, habeātur de illo pluri, sicut de obnoxio restitutioni: quia cā cessante cessat effectus. de appel. cū cessante. quæ tamē onera cōmuniter æstimant secundū quātitatem dotis: quia secundū dotis quātitatem mulier alimentanda est. l.si cùm dotem.§.sin autē.ff.solu.matri.& de dona.inter virū & vxo.per vestras. Quartò requiritur secundū Ioan.And.& do.Anto.& Io.de Lig.in d.c.salubriter.& Lauren.de Rido.in suis contract. ꝙ illi fructus subijciantur fortunæ, id est, sint fructus possessionis, qui sunt incerti: nō aūt certa quantitas pecuniæ. Sed de hoc
3 dic vt in §.seq. ¶Tertiò quęritur,* quid si gener nō recipiat pignus, sed cautionē de dote numeranda: & interim à socero percipiat aliquos certos denarios ex pacto: puta sex ꝑ cētū? Et dico de hoc Doctor. scripsisse cōtraria. Nā Io.And.in d.c.salubriter. cū aliquibus alijs dicit, ꝙ nō licet: tū qa papa cōsultus super hoc respōdit de possessione, nō de pecunia: tum quia pecunia de se nō fructificat. Et cū eo sentit Anto.de Butrio, Io.de Lign.& Laurēt. de Ridol. Sed Pau.de Elea. Io.Cal. Petr.de Anchar.& Pan. in d.c.salubriter. contrarium tenent.& dicit Panor. quòd papa idem respondisset de pecunia si fuisset interrogatus. Dicit etiā ꝙ pecuniā fructificat hominis industria, sicut & terra: imò dici potest, ꝙ esto ꝙ pecunia non fructificet, ꝙ nihilominus vxor manducat & vestitur: & consequenter necesse est ex pecunia emere possessionē, vel ex ea negotiari, vt habeat vnde viuat, aut subleuare damnum. Et hæc opinio est verior: cū vtrobiq; sit eadem rō, id est onera, siue interesse: & sic idem est de pignore & cautione cū pacto. Concludit autem Panor. bene istā materiam dicens, ꝙ si à principio datus est terminus ad soluendā dotē sine pacto interuentionis pignoris, licet ex postfacto pignus traditū fuerit, nihil potest cōsequi gener: qa sicut potest vxorē ducere sine dote, & de proprio alere tenet: vt in d.ca. per vestras. ita & traducere potuit dato termino ad dotē soluendā. Si verò à principio interuenit datio pignoris, nō procedit opinio domi. Antonij. sed ꝙ nihil possit accipere, qa gener recipiendo pign9, videt cōlisus authoritate dicti c.salubriter.& recepisse pignus vt lucraret fructus in cōpensationē dilatæ dotis. Quod intellige præsumptiuè, & in foro cōtentioso, & in cōsciētia, etiā post aliquod tēpus arbitrio boni viri designandū, ad soluēdā dotē sine termino promissam, qa socer tunc est in mora. Potest etiam, secundū Panor. à principio gener cōuenire cū socero de aliquo soluendo annuatim vsq; ad solutionē dotis: dūmodo sit homo solitus mercari vel deponere pecuniā apud mercatorē. Sed omnia ꝑdicta intellige, si gener ex dote soluta fuerat fructū reportaturus ꝓbabiliter: aliàs nō, cū nullū patiatur interesse. Et ex dictis patet, quòd si gener antequā sustineat onera matrimonij ꝑcipiat fructus rei dotalis, qa non cedunt lucro mariti, sed accrescūt doti vel dotāti. ff. de vsur. l.videamus. la ij. secūdū gl. in d.c.salubriter. debēt restitui
4 mulieri. ¶Quartò quæritur,* vtrū si quis mutuet genero summā debitā ꝑ dote, & accipiat ab eodē genero possessionē quā habebat in pignus, possit talis mutuās lucrifacere fruct9 possessionis vt gener faciebat? Et dicit Bal. in rub.C.de vsur. ꝙ nō: qa mutata ꝑsona mutat priuilegiū, quoties ꝑsona est immediata causa priuilegij. l.prima.C. de ipo.lucra.descri.& l.locatio. aliàs incipit, licitatio.§.

fina.ff.de publi.sed qa hoc nō est priuilegium propter dotem,sed ius cōe propter interesse,ideo ratio est,qa cùm iste mutuans non propter interesse,sed propter lucrū mutuet,& accipiat,vsurarius est.Dicit tamen Rod.ꝙ si liberaliter mutuasset,& gener liberaliter in eum transtulisset omne suū ius in dicta possessiōe, licitè acciperet illos fructus,nō rōne mutui,sed donationis.Cōcor.Mo.

1 ¶ Quinto qritur,* quid si quis emat à genero ius prefatæ possessionis?Et dico ꝙ talis licitè faciet fructus suos: nec potest ibi esse vsura,nisi cōtrahat fraudulenter,& fin-

6 gat se emere,cū intendat mutuare.¶* Sexto quæritur, vtrū hæredes mariti possint similiter facere suos fructus dictæ possessionis,alimētādo vxorem eo anno quo dotē restituere nō tenētur,si sit in rebꝰ mobilibus,per l.vnicā. C.de rei vxorię actione.Et dicit Panor.post Ioan.And.& Host.in d.c.salubriter.ꝙ non,quia statim possent se expedire de muliere,reddēdo ei pignꝰ vel rem obligatā ꝓ dote:qđ non poterat maritus.de iureiur.tūa nos.el ij. imo etiam non lucrātur fructus dictarū rerū mobilium, si quid acceperūt:quia licet quo ad illas res mobiles nō sint in mora nisi post annum:tamen earū fructus quos habuerunt intra annū,post annū cum ipsis rebus restituere tenentur,secundū Salice.& Angel.in d.l.vnica.§.exactio. Et intellige primò si nō alunt relictā,nō aliter,vt ɜ.Dos. §.vlt.secūdò de prouenientibus ex illis,nō ex industria: quia si cum pecunia sunt lucrati,non tenentur de lucro.

7 ¶ Septimò quæritur,* quid si hæredes vxori relictæ assignēt possessionē in pignus?Et dicit Io.de Ligna.post Io. And.Host.& Innoc.in dicto c.salubriter.quòd nō lucratur fructus,sed tenetur cōputare in sortem.Vnde sit cauta,inquiūt,ne recipiat rem obligatā pignore,sed eam vēdi faciat,vel recipiat in solutū.ff.de re iudicata.l.à diuo Pio.aliàs fructus cōputabuntur in sortem,& dotem extenuabunt:vt in c.illo vos.de pignor.Summa autem Angel.dicit se tenere contrariū,& quòd facit fructus suos, 9 si aliunde non habet vnde viuat.Quod nō bene indistinctè dicitur,nisi intra annū non restituendæ dotis,vbi alimenta debentur relictæ.Alioquin extra illum annū siue habeat vnde viuat,siue non,vsuraria est,si sponte ita facit,malens sic lucrari quàm habere dotē:quia cū dilatio solutionis sit mutuum implicitè,secundùm omnes,ibi est mutuum cum lucro.Si autem dotem habere non potest, 10 sed violēter ei detinetur,nec posset se iuuare,eò ꝙ non fieret ei iustitia propter potentiā hæredum,secundū Archiepis.licitè recipit dictos fructꝰ,vel pecuniā,sine dotis extenuatione.Et idem secundùm eundem est,quādo illi sine magno detrimento dotem restituere non possunt: & illa cōpatiēs eam dimittit penes eos ad tēpus,interim, cùm non habeat vnde viuat,recipiens aliquid ratione interesse.secus autē,inquit,si fieret propter vtilitatē vtriusque,vt scilicet illi magis lucrentur,& illa ex integro capitali lucrū habeat.Intellige autem ꝙ si aliunde haberet victum,hoc fieri non posset:quia illi non tenerētur nec ad dotem nec ad interesse,siue alimēta intra annum,quo iure tenent dotem,vt suprà Dos.§.xxj.post annum verò secus.Vnde si ad eorum vtilitatē solùm eā illis dimitteret, veniret etiā interesse lucri cessantis,iuxta dicta ɜ.Vsura.j. 8 §.xix.xxv.xxvj.¶ Octauò quæritur,* vtrū valeat statutum ꝙ soluto matrimonio quādiu hęredes mariti pstiterint in dote soluēnda,teneantur certum quid date vxori relictæ,vnde se inde possit alere?Et dicit Sū.Ange.in verbo, Dos.§.vlt.ꝙ Panor.in cap.de prudentia.extrà,de do post diuor.restitu.refert Ioan.de Lig.in cle.ex graui.de vsur. tenere quòd valet.sed limitat ipse Pan.in ea quę nō habet vnde viuat aliūde.Sed istā limitationem dicit sibi nō placere.Ego autē dico primò,quòd Panor.ibi non refert illud;sed oppositum,scilicet quòd secundum Io.de Lig, statutū nō valet.& ita tenet ipse Ioan.& Imo.in dicta cle. & multi alij.& Matt.ibi dicēs ꝙ taliter statuentes incidunt in pœnam dictæ cle.& secūdò quod Panor.illud dictum Io.de Lig.non limitat:sed in c.salubriter.de vsuris limitat dictū contrariæ opinionis tenentis,ꝙ tale statutū valet,vt patebit.Et tertiò dico,ꝙ dicta limitatio licet nō conuenienter limitet istud dictum,ꝙ relicta facit fructus pignoris suos:et §.priore.cōuenientiśimè tamen limitat valorem dicti statuti facti in pœnam morosi,vel rationē interesse ante moram,vt patet ex sua doctrina,q̄ vbi suprà,est virtualiter hæc.Pro decisione,inquit,huius quæstionis,an valeat tale statutū,examinanda est alia.scan teneantur hæredes alere relictā donec persoluerint dotē, & placet,inquit,plꝰ mihi illa opinio,quę dicit ꝙ sic,si illa nō habet alia bona,etiā intra annū datū hæredi ad dotē persoluendā,vt tenet gl.& Bar.in §.exactio.l.vnica.C. de rei vxor.actione.& Specul.in ti.qui filij sint legi.Quo præsuppositio dicit ad præmissam quæstionē,ꝙ statutum valet in casu quo hæres tenetur alere relictā,loco alimētorū decernens certam quantitatem:cùm honestius sit hoc recipere,quàm alimenta minutatim.Et Car.in dicta cle.tenet ꝙ tale statutū vel consuetudo potest tolerari, dicens se ita consuluisse,& referens hoc statutū esse Paduæ.Hęc ex illo.Et ita patēt omnia prædicta:qa *quæsp* te mulier accipiebat ex pignore,erāt lucrū ex mutuo:q verò accipit ex statuto,sunt pœna legalis,*vel interesse* ge determinatū.Adde tamē ex Archi.ꝙ *etiā postquā* hæres est in mora soluēdæ dotis,idem est secundùm Cardi. quod Archi.limitat licere relictæ,quādo mallet dotem: aut si potest,nō vult, mota pietate hæredū:vt §.priore. ¶ Nonò quęritur,*quid si lucretur relicta aliquos fructꝰ ex pacto dotali?Et dicit Archi.post Laurent.de Ridol.ꝙ licitè eos percipit ex eo quòd ratione interesse cōuenti proueniat ex mora debitoris dotē non restituentis,vel ratione pœnę cōuentionalis.quod tamē limitat,nisi percipēret fructus ex possessiōe longè plus dote valēte.ma xime si debitor impotens sit ad restituendam dotem.

10 ¶ Decimò quæritur,*quid si clericus accipiat in pignus rē siue possessionē ecclesiæ?Et dico ꝙ fructus nō tenebitur computare in sortem:quia eos percipit quasi de suo. extrà eo.c.j.& c.cōquestus.& idē in decimis iniustè detē tis.de deci.c.fina.& secundū Rayn.idem esset de omni alia possessione iniustè detēta,siue sit ecclesiæ,siue laici, secūdū gl.& doctor.in d.c.j.& idem secūdū Ray.de omni possessione empta ex fructibus iniustè perceptis.

RVRSVS DEVSVRA quartò,quo ad cambia.

1 *Cambium aut ars campsoria quid sit.*
2 *Pecunia an possit cum pecunia permutari aut uendi,& quater nume.4 &* 5.
3 *Numisma an & qualiter uendi possit.*
6 *Cambiorum quot sint genera,& quibus modis exerceantur.*
7 *Cambium ad minutum an sit licitum.*
8 *Cambium reale per literas an sit licitum.*
9 *Cambium siccū an sit licitum secundùm varios eius modos & nu seq.*

VSVRA quartò considerari potest,vt sciatur quādo sit in cambijs,& quādo nō.Est autem in ista materia difficultas magna intelligētib.* veritatē illā explicare

taliter,vt intelligatur ab alijs,maximè rudioribus,ꝓpter intricationē contractuū:esset etiā difficultas maior intelligere qtomodo cābia celebrentur, propter subtilitates mercatorū tēporis nostri:est verò maxima ī his determinare veritatē,qđ opinionū varietas attestatur. Igitur operis ordine necessitatus diuino auxilio inuocato aggredior in re tā ardua determinare veritatē.¶*Primò au-

1 tē quæritur,quid sit ars cāpsoria & cābiū? Et dico multa pro responsione.¶ Primū.Sicut dictū est ɜ.in verbo,Negotiū,duplex est cōmutatio,distinguendo ex parte finis: vt etiā dicit Philosophus j.Polit.vna scilicet quasi naturalis & necessaria,scilicet rerū ad res vel pecuniās, ꝓpter necessitatē vitæ,q̄ propriè nō ad mercatores,sed ad œconomos & politicos pertinet,qui habent ꝓuidere familię aut ciuitati de necessarijs: alia denariorū, ad denarios, adde vel ad res,nō ad necessitatē vitæ,sed ad lucrū cōsequendū:quæ propriè dicitur negotiatio, & ex bono fine honestari pōt.¶ Secūdū.Pecunia cōsiderari pōt dupliciter.primò materialiter vt res quædā,puta aurū, argētum, & æs:& secūdò formaliter,vt pecunia,id est, inquātū monetata.& primo modo sicut locari potest,vt secūdū Doc. ad ostētationē,ita etiā potest vēdi:sed secūdo modo nec locari nec vēdi potest,cū nō habeat vsum à ꝓprietate distinctū, sed suo vsu distrahatur. Et sic intelligo opi. San. Th.& Archi.& aliorū dicētium,ꝙ non est vendibilis,sed regula & mēsura venaliū,scilicet formaliter sūpta.¶ Tertiū.Pecuniæ formaliter sumptæ duplex est vsus, secūdùm Philosophū ibi.Duplex est enim aliarū rerū vsus per se, *scilicet proprius ac principalis,q̄ tā in naturalibus quàm in artificialibus est ille,ad quē rei natura primò ordinat: vt panis ad esum,& vestimētū ad vestiēdū,* & sic de alijs: & cōmunis ac secūdarius,scilicet alius à primo, cui tamē res,inquātū talis,applicat:sicut respectu vestimēti cōmutatio,qa vestis applicatur venditioni & cōmutationi, inquantū vestis:nec vēditur vel cōmutatur pro simplici pāno.Et sic pecuniæ secundùm Philosophū primarius vsus est cōmutatio ꝓ venalibus necessarijs ad vitā: puta cibo, potu,vestitu,& huiusmodi:propter quæ habēda inuentū *est numisma*,vt q̄ vni patriæ vel personæ desunt,aliunde habeātur dato numismate.Secūdarius verò est cōmutatio pro alio numismate,& aurei ꝓ carlenis: quæ cōmutatio 3 orta est ex inæqualitate numismatū,dū habēti numisma magnū cōmodius erat paruū,nō inquantū talis materia, sed inquātū talis valoris erat:& sic etiā hic moneta formaliter sumitur.¶ Quartum.Lucrum autē ex cōmutatione numismatū,secundū Philosophū vbi ɜ. ortum habuit primò quidē à casu,dum accidit aliquod numisma, puta aureū alicubi plus æstimari,sicq; ibi plura ærea ꝓ eo dari q̄ alicubi:sed deinde humana industria adinuenit artificiosè vias lucrādi circa huiusmodi numismatū cōmutationes.¶ Quintū. Igitur ars campsoria est negotiatio in cōmutatione numismatū.cambiū verò secundū vsum loquentiū est actus huius artis,id est, cōmutatio numismatum:secundùm vocabulum autem est omnis cōmutatio siue rerū ad res,siue rerum ad pecunias, siue pecuniarū ad pecunias,quæ vulgo dicitur baratto. Sciendū tamē ꝙ cōmutatio sumitur largè,vt etiā conuenit venditioni, & strictè vt ab ea distinguitur : & sic est cābiū ꝓpriè:nō autē primo modo.sed large est cambiū differens à vendi-

2 tione sola materia:qa nō est nisi circa pecunias.¶*Secū dò quęritur,vtrū salua æqualitate iustitiæ pecunia possit cū pecunia permutari solùm salua æqualitate pretij legalis hinc inde: ita scilicet ꝙ una tāto pretio distrahatur, quanto distrahitur alia:aut certè data inæqualitate huius pretij possit aliter seruari æqualitas? Et dico ꝙ solutio huius q̄stionis pēdet ex alia,an pecunia vendi possit.Ad qđ dico,ꝙ si pecunia cōsideret formaliter & absolutè,id est,si cōsideret ipse valor pecuniæ secundū se,quē habet ex statuto legis,est inuēdibilis:qa sicut albedo nō pōt esse alba,sed est illud quo qd formaliter est albū:ita valor seu pretiū non potest appretiari,sed est illud quo alia appretiātur,seu regula appretiādi.Si verò cōsideretur ipse valor vt est in tali materia,puta auro,vel argēto,vēdi potest & appretiari ꝓ accidēs gratia materiæ.Qđ patet primò,quia locari potest secundū Doc.Secūdò,quia secūdū S.Th.& Philosophū j.Poli.supposita honestate finis licitū est luctari permutādo pecuniā cum pecunia:quod sub eodē principe esse nō posset,si semper daretur & accipe retur secūdū valorem legalem:& sic oportet ꝙ ex altera parte habeat rationē venalis,ex altera pretij.qa expresse S.Th.ij.de regi.princ.vult ꝙ possit qs vti numismate aliter quàm vt pretio rerū venaliū:& per consequens quis eo vtitur vt re venali:qa omnis res corporalis vtilis homini est aut pretiū,aut qd appretiabile: & tamē iste vsus est vsus pecuniæ inquātū pecunia,sed nō principalis.Verba autē S.Tho.ij.de regi.prin.c.xiiij.vbi probato per vnam rationē,ꝙ pondus & mēsura sunt magis necessaria quàm numisma,subiūgit aliā,sunt ista:Amplius autē pondus & mensura,inquantū talia,semper ordinātur ad mēsuranda & ponderanda:aliter per se nihil sunt: sed numisma,quātuis sit mēsura & instrumētū,in permutationibus tamen per se aliquid esse potest:puta si cōfletur, erit aliqd,videlicet aurū vel argentū:ergo nō semper ordinatur ad permutationes.& hoc etiā habet veritatē in alijs speciebus pecuniarū,imò amplius,vt in cāpsoria,quę nō propriè ordinatur vt sit mensura rerū venaliū,sed magis ad permutationes numismatis.hæc ille. Ex quibus patet ꝙ pecunia vti possumus tripliciter.Primò,vt mēsura venaliū,q̄ est p se & principalis vsus eius.Secūdò,vt est pecunia ꝓmutādo eā cū alia pecunia,vt in cābijs, q̄ est vsus eius p se,sed nō principalis:quo casu est venalis per accidēs,id est,gratia materię.Tertiò,vt re quadam, quo casu est venalis p se eo modo quo vēdit pro argēto facto seu monetato ad pondus.¶*Tertiò quæritur, vtrū numisma possit materialiter vēdi vel emi ꝓtio maiore vel minore q̄ sit legale, id est,illud qđ habet ex statuto cōmunitatis aut principis ratione suæ qualitatis?Et dico ꝙ sic dupliciter.Primò propter qualitatē numismatis faciētem illud esse carius possessori:quia sicut habēs equū valentē x.cōmuni æstimatione,pōt illū vendere xij. secūdū S. Th.& alios Doct.ita habens monetā ex statuto valētem lx.puta aureū bonum,possit illam vēdere lxij. si sibi sic valet,aut est cara.Secundò propter qualitatē numismatis faciētē illud plus aut minus valere in se q̄ valeat aliud numisma eiusdē pretij legalis.Mille enim libræ in auro materiali ter valent aut valere possunt plus quàm mille in pecunia ærea vel argētea:& in vna argētea vel ærea q̄ in alia. aut ratione ponderis:qa illa est cōpleta,ista defectiua ex sua origine vel attonsione:aut ratione deportationis,qa illa est cōmodior ad portādū quàm ista:aut ratione vniuersalis distractionis,qa illa in pluribus locis distrahitur suo legali pretio,nō ista:aut ratione piculi exbānitionis, cui plꝰ subiacet ærea vel argētea moneta quàm aurea,& vna argētea quàm alia:aut ratiōe cōmoditatis,qa illa est apti or alicui vsui q̄ alia:vt aurea ad ponēdū in medicina,nō autē argētea:& aurei Genuēses ad deaurādum magis q̄

Veneti:aut ratione inexpendibilitatis,puta qa aliqua pe
cunia alicubi vẽditur vbi nõ expenditur,cuius pretiũ in-
quantũ est res,minus est pretio legali quo alibi distrahi-
tur.Nec obstat si habebat valorẽ determinatũ à lege : qa
verũ est in ordine ad cõmutationes rerũ,non autẽ pecu-
4 niarũ:sed tũc taxatur arbitrio bonorũ.¶*Quartò quæ-
ritur,vtrũ pecunia vẽdi vel emi possit alio pretio q̃ lega
li ratione distantiæ localis?Et dico,ꝙ emptio & vẽditio
& alij contractus permutationis,qui fiunt de re aut circa
rem,variantur tripliciter.Nã aliquãdo fiunt in vno loco
pro eodẽ loco totaliter:vt quia res permutatæ ambæ ibi
sunt,& ibi sunt assignandæ:sicut si qs manualiter tradat
vinũ accipiens oleũ,aut aurũ accipiens argentũ vel æs,&
econuerso:& tunc res permutãtur secundũ pretiũ ibi cũ
rebus.Aliquãdo verò fiũt in vno loco pro alio totaliter:
vt qa ambæ res permutãdæ sunt in alio loco: sicut si duo
existẽtes Mediolani permutẽt res quas vterq; habet Ve-
netijs,assignãte quolibet eorũ rẽ suã Venetijs:& tũc per
mutantur res secundũ pretiũ quod habẽt Venetijs:quia
perinde est ac si Venetijs fieret pmutatio.Aliquãdo verò
fiũt in vno loco,partim pro illo,& partim pro alio:vt qa
altera rerũ permutãdarũ est in vno loco,& reliqua in a-
lio:sicut si duo Mediolanẽses cõtrahãt super aromatib⁹,
quæ alter habet Genuæ,& alter exhibet Mediolani ptiũ
vel aliã rẽ,puta frumẽtũ:& tũc oportet fieri æqualitatem
pensatis pretijs vtriusq; loci,& periculorũ ac expensarũ,
quæ ex altera parte, scilicet aromatũ accidũt. Vnde illa
aromata nõ æstimabũtur pretio quo vẽderent Mediola
ni,vt patet,nec quo venderẽtur Genuæ:qa licet quę sunt
Genuæ vendãtur pretio ibi currẽte,eodẽ tamẽ nõ ven-
dũtur Mediolani,licet plus ibi valerent si ibi essent: sed
existẽtia Genuę vẽdũtur Mediolani pretio quod de exi-
stentibus Genuæ inuenitur Mediolani : qa res iuste emũ
tur & vẽdũtur pretio currẽte tũc in loco vbi fit contra-
ctus,etiã si ibi venderentur minori pretio quàm in loco,
vnde cũ expẽsis & periculis sunt allata.Res itaq; distans
cõsiderata sub tali distãtia minus valet q̃ præsens. Et qđ
de alijs dixi,dico etiã idẽ de pecunia inquãtũ est vẽdibi
5 lis:qa nõ est differentiæ ratio. ¶*Quintò quæritur, vtrũ
numisma vẽdi vel emi possit pretio maiore vel minore
q̃ sit legale ratione distãtiæ tẽporis?Et dico ꝙ quãdo res
permutatæ non assignantur vel traduntur eodẽ tempo-
re,nõ potest esse nisi duobus modis,scilicet vel quia ista
exhibetur ante illã, vel illa ante istã.Et quidẽ si pretium
exhibeatur ante rẽ vẽditã,ratione anticipatæ solutionis
nõ licet emere rẽ minus pretio iusto, secundùm omnes
Doc.præcipuè S. Th. similiter nec vendere plus q̃n res
antẽ traditur,nisi in casib⁹,de quibus s̃.Vsura.ij.§.ij.scili
cet quãdo venditor erat rẽ seruaturus in tẽpus aliud:vel
si emptor nõ sit recepturus rẽ, nisi in tẽpore, de quo est
verisimiliter dubium de rei valore.vt ibi s̃.dictum est. Et
idem dico de emptione & venditione pecuniarum.
6 ¶*Sextò quæritur,quot sunt genera cambiorũ, & quib⁹
modis exerceantur?Et dico ꝙ omnia reducũtur ad tria.
¶Primum dicitur reale tantùm,quod etiam dicitur cam
bium ad minutũ:vt cùm Petro habenti aurũ campsor dat
argentũ,vel ecõtrario:aut habenti vnius generis mone-
tã,puta carlenos,dat monetã generis alterius,puta qua-
trinos:accipiẽs tñ pretiũ certũ pro suo labore, puta qua
trinũ pro libra.¶Secũdũ dicitur reale per literas, quod
fit duobus modis.Primò,quãdo campsor,Petro danti sibi
Mediolani certã summam,puta centũ,dat literas,quibus
certa summa,de qua cõuenerũt,reddit̃ illi Romæ aut Ve-
netijs,puta xcv.& reliquũ campsor lucratur pro suo labo
re.Secũdò cũ Petrus Mediolani habet certam summã a-
libi pl⁹ valentẽ,& quã vellet illuc deferre,puta Venetias,
vt illud plus lucretur:vel ecõtrario habet Venetijs,& vel
let habere Mediolani,& dat eam cãpsori, qui dat ei li-
teras,p quas dicta pecunia restituit̃ ei vbi vult:& ille ali-
quid soluit cãpsori pro suo labore. Et sic in hoc genere
semper cãpsor prius accipit quàm det.¶Tertiũ dicit̃ sic-
cũ ad instar arboris carẽtis humore vitali, & cõsequẽter
habẽtis apparẽtiã arboris,sed nõ existẽtiã:qa scilicet hoc
cambij genus secundũ communẽ opinionem,& secun-
dùm quod cõmuniter est in vsu,nõ habet propriè naturã
cambij,sed mutui & vsuræ:licet etiã aliquãdo ab aliqui-
bus licitè celebretur: quo casu iã nõ est siccũ,sed reale &
verũ cambiũ, differẽs à priori genere:quia in hoc semp
cãpsor primò dat,& deinde accipit.Habet autem hoc ge
nus multas species diuersis nominibus nominatas,scili-
cet p Venetias ad libras grossorũ,p Lugdunũ,p Lõdres,
per Bruges,& huiusmodi: & fiũt etiã multis modis.¶Pri
mo fit sic:Nã Petrus recipit Mediolani vel Florẽtiæ à cã
psore decẽ libras grossorũ tũc valentes cẽtũ florenos seu
cẽtũ aureos ex pacto,ꝙ in capite vnius mẽsis teneatur tã
tũ cãpsori Mediolani restituere, quantũ post decẽ dies à
celebratione cõtractus valebũt Venetijs decẽ libræ gros-
sorũ,quæ aliquãdo Venetijs valẽt plus, aliqñ min⁹:& sic
cãpsor aliquãdo perdit,aliquando lucratur:licet semper
speret lucrari,& lucretur vt plurimũ.Et si Petrus plus vult
pecuniã tenere,de mense in mẽsem renouatur cõtractus,
modo prædicto.Et in hoc cambio lucrum expectatur in
excremento probabili alicuius monetæ. ¶Secũdò fit sic:
Petro indigẽti Mediolani marcha auri,quæ valet lx. scu
ta,dat cãpsor nõ quidẽ lx.scuta in propria forma scuto-
rũ,sed valorẽ lx.scutorũ,nõ secũdũ valorẽ scuti in Lugdu
no,vbi cõiter valet xxx. grossos: sed secũdũ valorẽ scuti
in Mediolano,vbi cõmuniter valet xxviij. hoc pacto ꝙ
Petrus tẽpore feriarũ Lugdunẽsiũ reddat cãpsori Lugdu
ni lx.scuta:& sic sperat lucrari duos grossos pro scuto.Et
ita cõmuniter fit:licet aliqñ perdat,aliquãdo stet in capi
tali.Et isto modo lucrũ expectatur ex hoc ꝙ cãpsor illud,
cuius valorẽ dat,min⁹ æstimat,vbi illud dat,quàm vbi il-
lud reciperet.¶Tertiò fit sic:Petro dat campsor Medio-
lani centũ aureos,vt in fine triũ mensiũ respõderi faciat
in ciuitate Londrẽsi aut Brugensi alterius generis mone
tam,puta tot libras brelingorũ,quã monetã credit eo tẽ
pore ascendere ad summã maiorẽ data.Et in hoc modo
stat lucrũ in hoc ꝙ illa pecunia aut plus valet de p̃senti,
aut plus creditur valitura in posterũ.¶Quartò fit sic:Pe-
tro dat campsor Mediolani centũ aureos secũdũ valorẽ
aurei in Mediolano, vbi, verbi gr̃a, valet grossos xxxij.
hoc pacto vt tẽpore feriarũ reddat sibi centũ aureos se-
cundũ valorẽ auri in Londres aut Bruges,vbi valet gros
sos xxx.& sic lucratur grossos duos pro ducato in eo ꝙ
plus æstimat ducatũ quando eum dat,quàm quãdo illum
accipit:vel etiã hoc pacto vt in tali termino restituat sibi
secundũ rationẽ cambiorũ de Londres aut Bruges, licet
neuter habeat banchũ in Bruges,nec sit illic pecuniã al-
laturus aut recepturus: & in hoc cõsistit lucrũ vti modo
superiori.¶Quintò fit sic:Petro dat campsor Mediolani
cẽtũ aureos hoc pacto,ꝙ in fine vnius mẽsis respõderi fa
ciat totidẽ Romæ:vbi scilicet credit eos verisimiliter pl⁹
valituros.Et in hoc lucrũ consistit:quia plus valet aureus
vbi accipitur,quàm vbi datur. ¶Sextò fit pessimè, & di-
citur cambium recambium sic : Petro enim Mediolani
dat

dat campsor centũ aureos mutuo ad rationẽ cambiorum
de Londres,cum pacto ꝙ scribat literas,licet eas nõ mit
tat:& secundũ quod lucrant̃ cambia in eundo & redeun
do,ita accipit vltra sortẽ.¶Septimò fit specialiter in Ro-
mana curia sic:Clericus cõsequutus bñficiũ,& habẽs sol-
uere annatã,id est,primos fructus beneficij,vt dicitur,p
medietate cameræ apostolicæ accipit cẽtũ à cãpsore,ob
ligãs se illa restituere in partibus vbi est beneficiatus de
moneta ibi currẽte,& vltra lucrũ cõsequẽs varietatẽ mo
netarũ daturus quinq; p cẽtenario,vel sex,aut secundũ
quod conueniunt plus aut minus,aut iuxta prolixitatem
& breuitatẽ moræ in restituẽda pecunia:& fit instrumẽtũ
de mutuo de vsura tanquã totũ sit de capitali,ita ꝙ simu
tuũ est cẽtũ,& vsura quinq;,instrumentũ cõtinet centum
& quinq; mutuata tali tempore restituẽda. ¶Pro notitia
autem dictorum modorum aduerte.primò,quòd si Me-
diolani plus valet aureus vel scutum quàm Brugis,aut
Lugduni:quia scilicet Mediolani grossos xxxij.ibi verò
xxx.valet:cãpsor dãdo facit cõputũ super valore,& obli-
gat Petrũ ad reddẽdũ sibi tot grossos in auro:quo fit vt
campsor dans aureũ p grossis xxxij.recipiat eum pro
grossis xxx.& lucrat̃ aureos aliquos.si aũt valet Mediola
ni minus,fundat cõputũ suum super ducatos,& obligat
Petrum ad reddendũ sibi tot ducatos secũdũ valorẽ quẽ
habent alibi. ¶Aduerte secundò ꝙ mercatores in cur-
su & vsu cambiorũ nõ semper vtuntur moneta secundũ
valores quos vtũtur alij hoĩes negotiãtes,sed instituũt a-
lium:imò aliquando cõmutant verã monetã in fictã,sicut
si campsor dando aureos Mediolani, emat à Petro flore
nos Valẽtiæ pretio decẽ solidorũ p singulis,qui floreni
valẽt in cursu cambiorũ Valentiæ solidos xij.& tamẽ ibi
nulla est moneta talis.quo casu summa quædam est quæ
7 emitur pretio minore. ¶*Septimò quærit̃,vtrũ licitũ sit
cambiũ ad minutũ cũ aliquali lucro retinẽdo,scilicet ali
quid de vero pecuniarũ valore:puta quatrinũ p libra?
Et dico multa.¶Primũ.Hoc cambiũ est verè cãbiũ, & in
eo est possibiliter cõtractus permutationis verus:vñ dat̃
aurũ p argẽto,vel ecõtrario:aut vna moneta p alia dissi
mili in substãtia,puta argentea pro ærea:aut dissimili in
quantitate,puta attonsa pro cõpleta:aut in qualitate,pu
ta quatrini veteres pro nouis.Põt etiã ibi esse emptio &
vẽditio,vna pecunia tenẽte locũ rei venalis,alia ptij:qđ
tũc accidere põt,qñ valor vnius pecuniæ est maior vel
minor quàm valor legalis ratione suæ bonitatis aut ma
litiæ,iuxta dicta s̃.§.iij.¶Secũdũ.Quãtũ ad campsorẽ in
hoc cãbio dicit Io.de Lig.in c.fi.de vsur.post multa,ꝙ nõ
videt̃ bñ excusabilis,nisi attẽto interesse:quia attento
subiecto pecunia est inuẽdibilis,cũ omniũ rerũ estimatio
fit.ff.de fideius.l.si ita.Vñ vbi plus recipit,nõ est bñ tut⁹.
Lauren.quõ de Ridol.dicit hoc esse licitũ fraude cessan-
te:nec ibi esse vsurã,sicut nec mutuũ,nec venditionẽ pe
cuniæ,quæ est inuẽdibilis,secũdũ Arch.xiij.q.iiij.c.j.nec
ad pecuniã haberi respectũ,sed ad interesse laboris,ope
rarũ,pensionũ,salariorũ,periculorũ,& huiusmodi.Et idẽ
in veritate sensit Io.de Lig.si verba eius considerentur,
scilicet ꝙ sit licitum moderatè lucrari rõne interesse.&
idẽ Bal.dicẽs talẽ cõtractũ licitũ esse iure gentiũ & neces
sarium,ac naturali ratione munitum propter pericula &
dãna cãpsoris,vt ff.de nautico fœn.l.periculi.ff.de actio.
& oblig.l.traiectitię.§.de illo.& idẽ Alexãder de Al.& est
opinio cõis.Cui addo,ꝙ in omni arte licita cõmutãdo
habet̃ ratio pprij interesse:& qđ põt lucrari etiã rõne
vẽditionis pecuniæ aliquãdo,scilicet qñ dat bonam pro
mala:quia pecunia est vẽdibilis gratia materiæ,vt dictũ
est.Summa aũt Ang.& Rosel.adducit pro rõne ꝙ sit lici
tũ:qa minuere sortẽ nõ põt esse vsura,sed bene sortem
augere.ff.si cer.pe.l.rogasti.§.si tibi dedero.Sed ista ra-
tio locũ habet in Petro dante campsori:nõ aũt in cãpso
re:qa & si minuat sortẽ socij,suã tamẽ semp auget,cùm
lucrat̃.Et si det aureũ p pecunia,vult valorem aurei & ali
quid vltra. Si verò dat pecuniã p aureo,vult valorẽ pe-
cuniæ,id est aureũ,& aliqd vltra,qđ sibi retinet de pecu
nia valẽte aureũ.Et iõ cõclude ibi nõ esse vsurã,sicut nec
mutuũ:sed licitũ lucrũ est duplici rõne,scilicet interesse &
venditionis:licet possit ibi esse iniustitia immoderatè
accipiendo,in quo bonus vir arbitrabitur. ¶Tertium.
Quantũ verò ad eũ qui nõ est campsor,nec artem istam
exercet,vtrũ ex huiusmodi cambio possit aliqd lucrari,
sunt opiniones:quibusdam dicẽtibus ꝙ nõ indistinctè,
etiã rõne laboris in numerãdo:quia iste actus nõ est p-
priè mercenarius,sed solitus gratis cõcedi:quibusdam
etiã dicentibus ꝙ sic.Sed innixus rationib⁹ iam tactis di
stinguit:qa si nullũ patitur interesse vel periculũ notabi
le,nec dat monetã meliorẽ quàm accipiat,nihil lucrari
potest,cùm solũ his rationibus dictum sit hoc licere cam
psori.Si verò aliquod patitur interesse notabile,puta ma
gnã iacturã tẽporis numerãdo,vel aliqd huiusmodi,qđ
nõ soleat gratis cõcedi:vel si det pecuniam bonam pro
mala,licitè aliquid lucrabitur arbitrio boni viri.¶Quar
tũ.Quantum etiã ad ipsum campsorẽ & nõ campsorem,
licitũ est aliquando vendere monetam,vt dictũ est:& ali
quãdo accipere ad pondus,& aliã dare ad numerũ,& vl-
tra hoc aliquid lucrari ratione interesse,dicẽte Alex.de
Ales,ꝙ pecunia duplicẽ habet cõmutationem:vnã ex na
tura rei,siue ex pondere & materia:aliã ex determinatio
ne legis positiuæ,qua statutũ est vt talis moneta tantum
valeat:& ꝙ licitũ est cãpsori vnã monetã accipere ad põ
dus,& aliam dare secũdũ legis institutionẽ: quod intelli
ge quãdo suscepta ad pondus ibi exponi non potest vbi
suscipitur,rõne exbannitionis aut attõsuræ,vel huiusmo
di:aliàs est iniustitia:quia nõ susciperetur secundũ quod
valet.Et si deinde campsor eam transferat ad locum vbi
expẽditur,& ibi plus valet quàm ad põdus,hoc lucrat̃ ex
loci mutatione,cũ nulli faciat iniustitiã.¶Quintũ.Quan
tũ etiã ad campsorẽ & nõ campsorẽ,in hac manuali per-
mutatione monetarũ multiplex põt interuenire peccatũ
iniustitiæ,etsi nõ vsurę:videtur monetę falsę, vel mistæ,
vel attõsę,vł ptio maiore quàm currãt,& huiusmodi:aut
etiã si excessiuũ pretiũ proprij interesse accipiatur:circa
quod generalis regula dari nõ põt,sed arbitrio bonorũ
8 iudicabit̃.¶*Octauò quæritur,vtrũ licitũ sit cãpsori ali-
quid lucrari ex cãbio reali p literas?Et dico multa.¶Pri
mũ.In isto cãbio nõ est cõtractus mutui ex pte cãpsoris:
qa nõ dat primò,& postea recipit,vt fit in mutuo,sed ecõ
trario:qa primò recipit,& postea dat.similiter etiã non
est mutuũ ex parte Petri primò dantis,postea recipiẽtis:
quia in mutuo secũda acceptio fit post primã rationẽ tẽ
poris,in quo accipiẽs mutuũ indiget illo:hic fit rõne di
stantiæ locorũ,& nõ tẽporis:qa nisi talis distãtia impedi
ret,cãpsor redderet statim,id est,statim inciperet de reddi
tione tractare,nec differret,nisi pauco tpe arbitrio boni
viri ad talẽ actũ exercendũ necessariò reqsito:sicut & in
cambio manuali ad minutũ qui recipit aureũ,nõ dat in
eodẽ instãti monetã:sed mittit manũ ad capsam,& nume
rat,& huiusmodi facit quæ tẽpus requirunt,sed modicũ.
Vtrũ aũt sit ibi vẽditio:quidã dicũt ꝙ nõ:quia necessa-

rió alia res esset quæ daret, & quæ acciperet, scilicet res & pretiũ: quod nõ est, cùm aliquãdo eadẽ specie moneta detur & recipiat. Vtrũ etiã sit ibi locatio operarũ vel pecuniæ ad aliũ locũ ducẽdæ, qdã etiã dicũt ꝙ nõ, quia esset res eadẽ numero quæ daret & redderet, quod nõ est. Sed ego dico, ꝙ ibi põt esse emptio & venditio eo modo quo pecunia vẽdi potest, nõ obstante ꝙ sit eadẽ moneta, qa eadẽ potest esse pretiũ sui ipsius quando est in diuersis locis: qa Mediolani minus valet, quãdo ab eo distat, quàm quãdo est præsens. Potest etiã ibi esse permutatio aliqñ in genere: vt quãdo dat tantum, puta centum libræ, vt accipiatur tantũ de quacunq; moneta. Aliquando in specie, vt cũ datur tantũ de ista moneta speciali, vt tantũ de illa alia accipiatur: puta quia dat Petrus aureos Mediolanẽses Mediolani, vt Venetos accipiat Venetijs. Est etiã ibi locatio operarũ ad cõducendũ istã numero pecuniã formaliter vel æquiualenter. Est em̃ propriũ monetæ, ꝙ quãtũ ad valorẽ legalẽ ista nõ differt ab illa eiusdem valoris, sed sola materia. Est, inquã, locatio saltẽ reductiuè, quod volũt dicere qui dicũt ibi esse contractum innominatũ, scilicet do vt des vel vt facias. ¶ Secundum. Cũ hoc cambiũ, vt dictũ est, fiat dupliciter: si fit primo modo, puta quia Petrus dat Mediolani centũ, recepturus Venetijs solùm xcv, si ibi esset venditio vel permutatio, nõ esset differentia in licere & nõ licere, qa in vtroq; cõtractu oportet esse ęqualitatẽ dati & accepti: & esset illicitũ cãpsori lucrari illa quinq;: qa quod ipse dat Venetijs minus valet Mediolani, quàm quod ibi accipit. vñ potius deberet lucrari Petrus. Si verò fit ibi locatio operarũ, vt cõmuniter est, licitẽ illa quinq; lucratur, secũdũ omnes. quod præcipuè Bal. intẽdit in c. j. de plus pe. vbi dicit cõtractũ esse licitũ & necessariũ, & iure gentiũ ac naturali rõne munitũ: quia cãpsor subijt periculaviarũ, & nuntiorum damna, pensiones operarũ, & salaria factorũ, vt no. in l. periculi. ff. de nau. fœno. & l. traiectitiæ. ff. de actio. & obli. & l. qui Romæ. §. j. ff. de verb. obli. Vnde si qd lucratur, iustũ est, cũ industria accedat rei licitę. l. si hæres. ff. ad l. Falcid. Sed intellige ꝙ campsor hic ex duplici ratione lucrari potest. Primò ratione sui interesse accipiẽdo certũ quid. & sic loquitur Bal. Secũdò ratione valoris monetarum: quia scilicet per istũ modum aliquãdo pecunias suas reportat ad locũ vbi erũt ei cõmodiores, aut plus valent vel valebũt: quod licitũ est, vt patebit: nec oportet, si secũdo modo lucratur, ꝙ minuat de lucro rõne sui interesse: qa suũ interesse meretur primũ lucrũ: qaòd aũt accedat secundũ, nõ est ex cõditione Petri, cui nulla fit, iniustitia: sed ex cõditione campsoris. Et si obijciatur cõtra prędicta, ꝙ interesse cãpsoris aliquãdo nullũ est: quia campsor habet illic amicos aut factores ex alia cã, & monetas: & sic nõ oportet ꝙ monetã illuc deducat. Et dico ꝙ ista ꝓ accidẽs se habẽt ad casum, & sunt cõmoditates venientes ex cõditione cãpsoris, & nõ ex natura cõtract⁹, quas cãpsor gratis exhibere nõ teneat. ¶ Tertiũ. Si autem hoc cambiũ per literas fiat secũdo modo, ita scilicet ꝙ Petrus dat Mediolani aureos Venetos, vt eos vel eorum pretiũ ad rõnẽ cambij Venetiarũ habeat in Venetijs vbi plus valent: vterq; lucratur, scilicet cãpsor. & Petrus. campsor quidẽ, quia accipit pretiũ sui interesse, cũ teneat locũ translatoris pecuniarũ, vt in priori modo dicebat: & similiter Petrus propter maiorẽ valorẽ suę monetę in Venetijs: quod licet, secũdùm Laurẽ. de Ridol. & Archi. & omnes Sũmistas. Et intellige ꝙ potest esse licitũ ex duplici capite. Primò, si hic fit locatio operarũ, vt ī priori modo: qa campsor lucratur rõne sui interesse, & Petrus ex mutatione locali suæ rei, quæ plus valet ibi quàm hic. Secũdò si fit permutatio aut vẽditio: quia poterit esse equalitas iustitiæ arbitrio boni viri: quia licet illud quod cãpsor dat, plus valeat Venetijs quàm Mediolani quod accipit: tamẽ quod dat Venetijs, Mediolani, vbi fit permutatio, nõ plus valet. Hoc tamẽ casu nihil amplị⁹ posset accipere: qa si permutat aut vendit, nõ põt habere rationẽ de suo interesse locationis operarũ. Si tamẽ Petr⁹ ex hoc vellet lucrari ꝙ prius dat, deinde accipit, id est, ratione tẽporis interiacẽtis, esset ibi mutuũ & vsura formaliter. ¶ Quartũ. Si aũt istud cãbiũ per literas dicatur fieri etiã alio modo tertio, vt qa Petrus Mediolani dat testones, vbi plus valẽt, vt eos recipiat Venetijs, vbi min⁹ valẽt, si quidẽ interueniat vẽditio aut permutatio, cãpsor multiplicẽ iniustitiã facere posset: qa nõ licet ei aliquid accipere rõne sui interesse, quod nullũ est, cũ nõ teneat locũ trãslatoris seu locatoris operarũ: nec licet ei simpliciter ista permutatio vel vẽditio: qa habet inæqualitatẽ: cũ testoni, quos reddit, minus valeãt Mediolani, vbi cõtrahit, quàm accepti rõne distãtiæ localis. Si verò interueniat locatio, licitè cãpsor percipit totũ suũ interesse, si paciscantur ꝙ reddãtur testoni in specie, vt patet: qa vtrobiq; dãtur secũdũ quod valẽt: nec in aliquod dãnificatur Petrus plus quàm si nihil cũ campsore cõtraxisset, licet ipse suos testonos Venetias detulisset: & si cãpsor inde ex testonibus lucretur, est ex cõditione sua: quia eos habet exponere Mediolani: & proficiat sibi. Si verò nõ paciscantur ꝙ reddãtur testoni, sed summa accepta, nõ põt campsor capere totũ suũ interesse nisi summã integrã reddat Venetijs: sed tenetur de illo minuere quãtũ ex alia parte lucratur: qa hoc casu summa est quæ fulcipitur deferenda Venetijs: ideo debet integra reddi. Vnde iniustũ esset si acceptis duob⁹ testonib⁹ Mediolani, vbi valẽt xlviij, solidos, vellet reddere Venetijs solũ xlv. quos ibi valẽt, & cũ hoc sibi suũ interesse totũ persolui: qa duplici fauore mi ducaret. ¶*Nonò quæritur, quid sentiendũ sit in genere de cãbijs siccis ex parte campsoris, qui semper dat primò, deinde recipit? Et dico multa. ¶ Primũ. Loquendo ex parte cãpsoris in huiusmodi cambijs nõ potest esse contractus locatiõis operarũ, quia nõ suscipit aliquã summã trãsuehẽdã, sed potius trãsuehit Petrus, q accipit Mediolani, & reddit Lugduni: ideoq; lucrari nõ põt ratiõe interesse. Nec similiter contractus permutationis propriè, nisi quando vtraq; pecunia, danda scilicet & reddenda, iã est in esse: quia præsentis ad futurũ, sicut & certi ad incertũ nõ est ꝓportio, ꝓpriè. C. de rerũ permu. l. j. in glo quæ allegat l. qñ. eo. ti. vbi hoc sentiũt Bar. & Bal. potest aũt ibi esse mutuũ & emptio & vẽditio: vt patet ex dictis. Et sic possunt ibi esse tres cõtractus, scilicet mutui, vẽditionis, & permutationis aliquando: verùm quia raro ibi permutatio, sicut & præsentia vtriusq; pecuniæ, & do ibi est, eodẽ mõ est licita vel illicita, sicut & vẽditio qa vtrobiq; oportet equalitatẽ extremorũ seruari: dicimus ꝙ ibi sunt solũ duo cõtractus, nec apparẽt alius, scilicet mutui & emptionis seu vẽditionis. ¶ Secũdò. Tantis verbis posset viris doctis materia ista tota decidi vna breuissima regula, hac scilicet: Quoties arbitrio boni virũ & peritorũ in arte cãpsoria ps capiẽs cãbiũ nõ grauat, & distãtia tpis nihil lucri affert, nũquã est ibi peccatũ: si verò ps nimis grauet, vel distãtia tẽporis lucrũ affert, semper est ibi peccatũ, id est, iniustitia, vel vsura. Nã cũ sit mutuũ vel emptio in mutuo, si ratio tẽporis nihil lucri affert,

affert, nõ est peccatũ: si qd verò affert, est vsura. In emptione verò si interuenit ptiũ iustũ, nõ est peccatũ: si verò sit iniustũ, si quidẽ sit ad numeratũ, est iniustitia: si ad tẽpus, est vsura, quia & mutuũ cũ lucro: vt patet ex dictis suprà Vsura. ij. Si aũt lucrũ veniret partim ex tpe, ptim ex alio, puta distantia locali: est iniustũ, & restitutioni obnoxium solùm ex ea parte qua venit ex tẽpore: quia esset iniusta vẽditio: quæ tamen tenet, nisi esset iniusta vltra dimidiã: & cõsequenter sufficit pretiũ reducere ad æqualitatẽ, restituto eo quo pecunia distãs minus iusto emit, quia soluitur ante tps. Sed aduerte ꝙ lucrum non venit hic ex tẽpore eoipso ꝙ consideratur tẽpus, sed ex eo ꝙ campsor plus vult lucrari cũ eo qui accepta nõ restituit, nisi post tẽpus, quàm cũ eo qui restituit statim in tẽpore cõsueto ꝓ cambijs dari ad arbitriũ boni viri, vt possint cõmodè litteræ mitti, & pecuniæ coadunari & reddi. ¶ Tertiũ. Cũ huiusmodi cambia semper fiant cũ lucro vel spe lucri, nũquã licitè fiũt per cõtractũ mutui: qa esset ibi vsura formaliter ex vsuræ diffinitione: & consequenter sunt licita solũ per contractũ permutationis aut emptionis, cũ hi soli cõtractus hic accidant: & consequenter oportet seruare ibi leges permutationis & emptionis, & cõsequẽter qđ numisma datũ & acceptũ iustè appretietur, & hinc inde sit equalitas, quã contractus isti requirũt, cũ spectent ad iustitiam cõmutatiuam: & si pecunia quæ emitur à cãpsore, ematur minus eo quod nũc æstimatur ratione incerti valoris futuri, oportet ꝙ sit probabiliter dubiũ an tẽpore reddi*tionis vel solutionis plus aut minus sit valitura. extrà eo. c. ii. iuxta dicta etiã vt s. Vsura. iij. §. ij.* ¶ Quartũ. Ad iustè *appretiandum pecuniam* venalem cùm hac arte diffiniri *nõ possit*, oportet vt arbitrio boni viri, id est, iusti & *sapiẽtis*, pẽsatis cõditionibus ex qualitate numismatũ & distãtia locali, & alijs ad rẽ faciẽtib⁹. de quo s. §. iij. ¶ Quintũ. Quoties cãbia sicca nõ fiũt verè sed fictè, vt qa in eodẽ loco, puta Mediolani, pecunia datur à cãpsore, & recipitur: licet contractus fiat ad rationẽ cambij per Venetias aut Lugdunũ, semper præsumitur vsura, & semper est vsura, quia est mutuũ cũ lucro nomine cãbij palliatũ. Posset tamẽ ibi esse contractus emptionis pecuniæ futuræ licit⁹ eo modo quo dictũ est s. partic. iij. sed hoc in practica nõ seruatur. ¶ Sextũ. Quando etiã fiunt verè, vt qa pecunia datur Mediolani recipiẽda Lugduni, si hoc fiat nõ quia Petrus habeat, aut habiturũ se speret sine simili interesse tẽpore restitutionis pecuniã Lugduni, quã vult ꝙ cãbium habere Mediolani: sed ideo fiat, qa Petr⁹ indiget Mediolani pecunia, quã gratis habere nõ põt, sed solũ sub spe lucri per cãbia: secũdũ aliquos si hoc cõstat cãpsori, aut credit ꝓbabiliter, vel est paratus facere etiam si sciret, est vsura nomine cãbij palliata, qa fit in fraudẽ vsurarũ: sicut cũ à pauperibus emũtur boues quos nõ habẽt, de quo suprà Vsura. ij. §. vlt, nec est ibi vẽditio, aut permutatio, cũ nõ sit res venalis aut ꝓmutabilis nec in se nec in sua cã: sed est ibi mutuũ cũ lucro ex intẽtione. Si verò ꝓbabiliter dubitat, tenetur cessare à cõtractu, donec certificetur: alioquin exponeret se discrimini, contra c. iuuenis. de spon. Notãter dicitur, sine cõsimili interesse: qa si Petrus haberet Lugduni aliquẽ mutuãtẽ pecuniam gratis: licet *oporteret eũ* soluere aliqd ei q laborẽ sumeret accipiẽdi pecuniã & rndẽdi cãpsori eo mõ, quo alijs factoribus soluit certũ qd ꝓ cẽtenario, nõ esset illicitũ: quia illa pecunia restituenda habetur in fide amici. Sed ista opinio nõ videt vera: qa emptori & permutanti sufficit emere vel permutare iuste, id est, secũdũ æqualitatẽ absolutã iustitiæ, ab eo vel cũ eo q poterat licitè vẽdere aut permutare: nec tenet quærere vtrũ habeat rẽ vẽditã vel permutatã sine interesse, modò licitè habeat. Nec est simile de emẽte boues à paupere: qa ille nec habet nec est habiturus boues: iste aũt est habitur⁹ pecunias quas vẽdit aut ꝓ mutat. ¶*Decimò quæritur, qd dicendũ sit in specie de singulis modis cãbiorũ siccorũ ex parte cãpsoris, & primò quantũ ad cambiũ per Venetias? Et dico multa. ¶ Primũ. Cambium factum primo modo, id est, ad libras grossorũ, siue per Venetias: nõ potest esse locatio operarum, sicut nec generaliter in cambijs siccis, vt dictũ est: nec ꝓmutatio, quæ semp est certæ speciei ad certã speciem: qa licet hic sit certa summa quæ dat, quæ tamen reddẽda est, incerta est: põt hic esse mutuũ formaliter: põt etiã esse venditio pecuniæ futuræ in tali valore: sed erit vẽditio formaliter, id est, secũdũ formã exteriorẽ, & mutuũ virtualiter: qa secũdũ mentẽ S. Tho. quoties prius tẽpore traditur res vẽdita quàm pretiũ, vt in venditione ad tẽpus: vel ecõtrario, vt in anticipata solutione, est virtualiter mutuũ. vẽditio autẽ pura sine mutuo nõ est, nisi vbi res & ꝓtiũ eodẽ tpe exhibẽtur. Cognoscetur autẽ ibi esse mutuũ formaliter, aut vẽditio, ex verbis quibus vtunt cõtrahentes: vt si dicit campsor, Mutuo tibi hoc pacto, vel emo à te tale qd. vel dicat idẽ alijs verbis æquipollentib⁹. Et si de intentione nõ cõstat, & verba sunt cõia ad licitũ & illicitũ contractũ, vt da mihi sic, dabo tibi sic: debet interꝓtari iuxta licitũ: qa cæteris paribus potius voluerũt licitè contrahere. Vnde & secũdũ aliquos Iuristas si natura verborũ nõ habet repugnantiã ad naturam contractus, supple, etiã virtualiter intẽti, debent ei adaptari. ff. de dã. infect. l. dãni infect. ff. de vsur. l. si stipulatus. §. verũ. no. C. de loca. l. locationes. & ff. de cõdi. ob cau. l. si. Facit etiam qa omnis contractus præsumitur licitus, nisi probet illicitus. C. de vsur. l. si ea. & l. oleo. ff. de ꝓba. l. ab ea parte. & in dubio præsumit⁹ abesse dolus & culpa, nisi ꝓbetur. ff. de ꝓba. l. quæstione. §. qui dolo. Vtrũ aũt liceat hoc cambiũ, quod nõ est cambium in veritate. Laurẽ. de Rido. vt recitat Archi. laborat in saluãdo: & post multa tandẽ potius cõsuluit abstinendũ quàm soluat. Sed ex dictis patet responsio certa: quia si contractus fiat sub forma *mutui*, est formaliter vsura: qa & mutuũ est cũ spe principaliter lucri, etsi nõ semp cũ lucro: excusari tamen posset campsor rõne interesse eo modo, quo & lucrũ in mutuo: vt qa aliter volebat cãpsor de suis pecunijs lucrari, vel huiusmodi. Si verò fiat sub forma vẽditionis, est licitũ, si dubiũ ꝓbabile sit vtrũ tẽpore restitutionis decẽ libræ grossorũ plus, aut min⁹ sint valiturę, quàm sit id, quod nũc ꝙ eis solùitur: vt patet in c. ii. eo. tit. & intellige seruatis omnibus quæ sunt de ratione iustę venditionis. ¶ Secũdũ. Nõ obstat aũt ei quod dictum est hìc esse mutuũ, si arguat⁹ primò, qa in mutuo est obligatio ad restitutionem eiusdem in eodẽ genere, puta ducatorũ ꝙ ducatis, & monetæ pro moneta. ff. de sol. l. Paulus. quod nõ est hìc. Vñ si conuẽtio sit vt restitutio fiat in alio genere, puta restituẽdo vinũ ꝙ tritico, aut carlenos ꝙ ducatis, nõ est mutuũ, sed cõtractus innominatus. ff. si cer. pe. l. v. in prin. Dico em̃ ꝙ si hìc nõ sit venditio, & cõsequẽter sit mutuũ, obligatio ad restitutionem tanti in eodem genere, quantũ ad mensurã pecuniæ, quę est valor eius legalis: vt si datæ sunt decẽ libræ restituan⁹ decẽ, licet non quantum ad pecunię materiã: quia si data est moneta, potest reddi aurum, modò æquipolleat, & ecõtrario: quia aurũ & argentũ monetatũ quãtũ ad valorẽ legalẽ sunt eiusdẽ generis: quia decem

libre in auro, & decẽ in argento sunt idem pretiũ specie. Et si fiat pactũ de restituẽda certa moneta, aut erit emptio, aut aliàs erit rõne mutationis eius in valore legali: & sic stabit rõ mutui. Et si qd ista argumẽtatio valeret, concluderet q Iudæi publicè fœnerates nõ mutuẽt: qa nõ exigũt aurũ pro auro, sed solũ æquivalentẽ summã: & cõsequẽter nõ essent vsurarij. ¶ Tertiũ. Nõ obst. etiã si arguatur secũdò q mutuũ sit ad preces rogantis. ff. si cer. pe. l. rogasti. & cõsequẽter solũ cõtẽplatione accipiẽtis: vt in §. creditor. Insti. quib. mo. re cõtrahi. obli. & in l. si vt certo. §. cõmodatũ. ff. cõmo. hîc aũt & ĩalijs cãbijs siccis nõ est sic, cũ aliquãdo pecunia detur ad bñficiũ vtriusq;: vt cũ vn⁹ eget pecunia Mediolani, alius Lugduni. Dico eñ q dictæ leges & similes loquunt quando mutuũ dat eo modo quo dari debet: nõ aũt qñ datur ad vsurã: alioqn non mutuarẽt publici fœneratores: qa quod dat, est ad vtilitatẽ eorũ cũ inde lucrẽtur: & similiter accipientis aliquãdo, cũ inde rẽ suã ꝓcuret & augeat plus quàm vsura sit solita. ¶ Quartũ. Nõ ob. etiã si arguat̃ tertiò: quia non est mutuũ vbi is q dat, subst̃at periculo dati vt hîc: quia si libræ grossorũ minus valebũt, perdet campsor. Dico eñ esse mutuũ vbi dãs subst̃at periculo dati ex hoc q nõ trãsfert eius ꝓprietatẽ in accipientẽ: secus vbi subst̃at periculo lucri solũ, aut lucri cũ parte modica capitalis, quod casu fortuito incũberet accipiẽti, nõ dãti, vt hîc: vbi saltẽ salua est pars capitalis, quã valet moneta restituẽda, saltẽ vt
11 est talis ac tãta materia. ¶ *Vndecimò quærit̃, qd specialiter de cãbio secũdo modo, scilicet p Lugdunũ, in quo cãpsor dat Mediolani sexaginta scuta valẽtia xxviij. grossos, ꝓ singulis recepturus sexaginta Lugduni, vbi valent triginta: Et dico multa. ¶ Primum. In hoc cãbio nõ posset esse locatio operarũ ex parte cãpsoris vt loqmur, sicut nec in aliquo cãbio sicco: põt aũt ibi esse mutuũ, vt patet: & similiter vẽditio siue pecunia restituenda sit tpe & loco distãs, siue sit distãs loco & tpe, id est, futura, vt patet ex dictis. Põt etiã ibi esse ꝓmutatio, si vtraq; pecunia sit præsens tpe: etiã si esset omnino eiusdẽ rõnis, quæ datur & redditur, puta scuta: imò si esset eadẽ numero, qa ea quæ reddit̃ est affecta qualitate distãtiæ localis, & sic est aliquo mõ alia. vñ & minus valet seipsa nõ distãte: nõ aũt põt esse permutatio si pecunię reddẽda sit futura, qa valor erit incertus. ¶ Secũdũ. Si in cãbio isto sit mutuũ, erit ibi formaliter vsura: qa mutuũ est cũ spe principali lucri, licet nõ semp cũ lucro. Si verò sit ibi vẽditio marchæ præsentis tpe aut futuræ, erit licitus cõtractus si seruent ea q̃ptinẽt ad iustã vẽditionẽ, puta æqualitas iusti
13 pretij arbitrio bonorũ virorũ, cõsideratis q̃ habẽt rẽ facere maioris vel minoris ꝓtij, & huiusmodi. Et idẽ suo modo dic si sit ibi ꝓmutatio. ¶ Tertiũ. Tẽpus aũt mediũ inter dationẽ & receptionẽ ĩ hoc cõtractu tripliciter se potest habere. Primò vt necessariò cõsequit̃ distãtiã localẽ,
14 secũdũ quã nihil, nisi in tpe moueri põt. Secũdò vt in eo sit rerũ varietas, ita q̃ in principio alicuius tpis res vna venalis põt habere vnũ pretiũ, & in medio aliud, & in fine aliud, ꝓpter rerũ mutationes & euẽtus. Tertiò vt in eo pecunia cãpsoris manet otiosa ipsi cãpsori, licet alteri fortè fructuosa. Igitur si cãpsor vult dare minorẽ summã, ꝓ recipiẽda, aut, ꝓ data recipere maiorẽ, rõne maioris tpis, primo modo cõsiderati nõ est illicitũ: qa hoc nõ est gratia tẽporis, sed gratia distãtiæ localis, etiã si tps sit aliquãtulũ mai⁹ quàm hęc distãtia reqrat: qa dat̃ ad debitã & honestã cõmoditatẽ restituẽtis secũdũ arbitriũ bonorũ: qa nõ põt habitis literis semp statim reddere summã. Si vult dare minus, aut recipere plus rõne temporis cõsiderati secũdo modo, ẽt est licitũ aliqñ, qa hoc nõ est gratia tpis, sed rei in tẽpore, q̃ aliqñ plus aliquãdo minus valet: sicut marcha venalis Lugduni valet aliqñ plus, aliquãdo minus, secũdũ penuriã & abũdantiã venditorum vel emptorũ. Sed in hoc aduerte, q̃ nõ sit variatio iusti ꝓtij solũ ex hoc q̃ mercatores plus aut minus existiment aliquid valere, ex eo q̃ citius aut tardius tardeẽ, quasi sit vtilius vel minus vtile, vt videẽ existimasse domi. Pau. de Mo. in suo tract. de cã. & magister Raph. de Ponar. in tracta. de pagis. tũ qa sic nunquã esset iniustũ soluere minus rõne anticipatæ solutionis. quod reprobat̃ ab omnibus, maximè S. Tho. tũ etiã quia hoc esset cõsiderare otiositatẽ suæ pecuniæ, quã vterq; illorũ dãnat. Et si obijciat̃, q̃ res loco distãs minus valet: ergo & distãs tpe. dico q̃ res distãs loco minus valet, qa nõ reducitur ad ꝓsentẽ locũ sine labore & expẽsis & periculis: ad. præsens aũt tempus reducitur sine duobus primis, nõ sine tertio, id est periculo: & hac rõne minus valet: nõ aũt ex eo q̃ pecunia emẽtis sit otiosa. Si aũt vult minus dare, aut plus accipere rõne tẽporis tertio mõ, secũdũ oẽs, est vsura: sicut si cãpsor emit ad primas nũdinas, & eis aduenientibus prolongat terminũ ad secũdas, accepto alio lucro: secus si cõi existimatione in secũdis nundinis marcha esset plus valitura.
¶ Quartũ. Si gratia tẽporis tertio mõ cõsiderati cãpsor aliquid accipit, sicut ferè semp cõtingit, vẽditio erit iniusta, sed nõ rescindẽda: nisi iniustitia esset vltra dimidiã
12 partẽ iusti pretij. Vñ nõ oportet cãpsorẽ lucrũ totũ *restituere, sed ꝓ ea parte, quã tẽpus sibi attulit. ¶ *Duodecimò quærit̃, quid de alijs cambijs tertio & quarto modo, id est, per Londres & Bruges: aut etiã *quinto mõ*, qñ scilicet dãtur aurei Mediolani, vt restituatur Romę vbi plus valẽt: Et dico multa. ¶ Primũ. Omnes isti modi cõueniũt in vna rõne: quia in omnibus sperat̃ lucrũ ex vario pecuniarũ valore, vt dictũ est. ¶ Secũdũ. In his cãbijs non potest esse locatio, vt patet ex dictis: põt aũt ibi esse mutuũ & ꝓmutatio, si pecunię sunt tpe ꝓsentes, vt tũc valor certus sit & vẽditio, siue vtraq; sint ꝓsentia, siue data tãtũ vt patet ex dictis. ¶ Tertiũ. Erit aũt vsura si sit mutuũ & permutatio iusta: & similiter vẽditio, si seruent̃ requisita ad hos cõtractus, id est, æqualitas pretij ad rẽ arbitrio bonorũ, &c. De sexto autẽ modo iã patet ex dictis. hoc notato, q̃ nõ dicit̃ recãbiũ, nisi eadẽ sit ꝓsona, cui primò datũ est cãbiũ: qa qua rõne dicit̃ cãbiũ, qñ Mediolani datur pecunia pro Lugduno, dicitur etiã cãbiũ quando datur
13 Lugduni pro Mediolano. ¶ *Decimotertiò quæritur, qd de illo contractu, qui fit in curia Romana? Et dico q̃ Archi. illud dãnat tanquam magnã & manifestã vsurã: si tamẽ reduceretur ille contractus ad iustum contractũ, puta emptionis & vẽditionis, posset licitè fieri: sed ita de
14 facto nõ fit. ¶ *Decimoquartò quęrit*, qd dicendũ sit de bijs ex parte Petri cambiũ accipiẽtis? Et dico reducẽdo omnes cõclusiones in suũ principium, q̃ sicut qñ Petrus primò accipit à cãpsore, & secũdò dat, cambiũ est siccum ex parte cãpsoris: ita & qñ ipse Petrus primò dat, & secũdò accipit, est siccũ ex parte Petri: & de eo, vt de cãpsore, iudicandũ est ex dictis. Circa cambia multa dici possent ꝓpter mercatorũ varios modos & subtilitates: sed ex dictis possunt omnia decidi, & respõderi ad varia argumenta quæ fiũt, & ad varios casus circa istã materiã accidentes, qui omnes per prædicta decidi possunt. Ex quibus etiã dictis patet, q̃ male Sum. Ange. omnia cãbia siccã v distinctè dãnat; & peius Sũ. Ros. indistinctè comproba.

Rur

RVRSVS DE VSVRA QVINTO, vbi sit, quo ad montes, seu impræstita, vel loca communitatum.

1 *Ciuitas an compellere possit ciues ad sibi mutuandum.*
2 *Ciuitati quando detur sub fœnore, & an tàlis prouentus uendatur. num. sequent.*

soluerat vsuras,liberatꝰ est is,cui prius fuerat donata.l.o-
mnes debitores.ff.de act.& oblig.& etiã vsurariꝰ.Si verò
habuit titulo oneroso, nõ tenet restituere, quãuis postea
efficiat nõ soluẽdo. ex his patet respõsio ad multas quæ-
2 stiones sequẽtes. ¶Secũdò*quæritur,quid de vxore vsu-
rarij vel raptoris, quæ comedit de vsuris , vel rapinis, vel
malè acqsitis , aut restitutioni obnoxijs, q̃ omnia quantũ
ad hoc, quo ad Deũ æquipollẽt ? Et dico secũdùm Archi.
post Ray.in Sũ. ꝙ tenetur de omnibus quę sic consumit.
Quod limita primò,nisi vtiliter gerat negotiũ spoliatorũ
monendo vsurariũ ad restitutionẽ: qa quandiu huic cor-
rectiõi insistit cõtinuè opportunis horis,licitè recipit ex-
pensas,secũdùm Rod.ff.de neg.gest.l.ij. & l.Pomponius.
Quod videtur verũ,si sit aliqua spes emendationis:imò,
secũdũ aliquos,licet videat desperatus, nũquã est despe-
randũ de correctione:nõ tamẽ posset pro vna correctio-
ne, vel duabus toto anno de talibus viuere, secũdũ eũ.Et
cõcor. Vide. Veruec.& Host.Secũdò limita Rayn. nisi ibi
essent aliqua de iusto,ex qbus viueret, etiã si talia discer-
ni nõ possent: vel si possent, maritꝰ nõ permittit, secũdũ
Archid. Limita tertiò, nisi quandiu maritꝰ est soluendo,

secūdùm Alexan.Lom.& Rod. iuxta dicta in §.priore. Si autē cessent omnia prędicta,habet remedia multa. ¶ Primum,vt victū sibi aliunde quærat. ¶ Secundum, vt interpellet episcopū cogere maritū ad se pascendum de iusto, aut de licētia eius viuere de incertis, si qua sunt. distinct. lxxxviij.episcopus. quod intellige si maritus est soluēdo certa. ¶ Tertiū est,vt si aliter facere non pōt, viuat de rapto:qa necessitas nō habet legem.de consec.dist.v.discipulos.sed tamē tenetur parcē viuere, & cum animo restituendi poterit. ¶ Quartū, vt rehabeat dotē, & paraphernalia:& dādo honestæ psonæ inde ex iusto lucro viuat.de do.inter vi.& vxo.per vestras.In omnibus tamē prædictis tenet debitū reddere viro, nisi aliud subsit impedimētum:
3 arg.xxxiij.q.v,si dicat. ¶ Tertiò*quæritur, qd de filijs, & familia vsurarij? Et dico,q Arch.post Gerar.Odo.distinguit.Nā si vsurarius est soluēdo,& aliqua habet vltra obligata ad restitutionem,de illis viuere possunt:sed si nō est soluendo,quicqd pro victu, vel aliter accipiūt, restituere obligātur: quia efficaciter faciunt eū impotentē restituere. ¶ Excusari tamen tales, & consimiles possunt propter quinq;. ¶ Primò,propter procurationē, scilicet si causam spoliatorū agūt:vt §.priore. ¶ Secūdò,propter recōpen- 5
sationem, scilicet quia tantum ei restituunt,quantū accipiunt,vt emptor, & cōmutator, & seruiēs in mercātijs,& huiusmodi licitis augēdo substantiā eius. ¶ Tertiò, propter restitutionē, id est, si se restituturos proponāt, & ad hoc se habituros facultatē probabiliter spērāt. ¶ Quartò, propter ignorantiā, scilicet nesciēdo rē esse vsurariā,nec habendo causam hoc sciēdi. ¶ Quintò,propter necessitatem:vt qa filij,& filiæ in tali sunt ætate,q aliter viuere nō
4 possent. ¶ Quartò*quæritur , qd de filia vsurarij dotata? Et dico iuxta prædicta,maximē §.j. q si rē habuit datā in 6
specie pro vsuris,tenetur indistinctē restituere secundùm modificationē dandā j. §. vlti.de pignorib.emptis. Si verò habuit alia, nō tenetur, nisi per hoc pater fit factus nō soluēdo.& hoc secūdū Rod.si gener sciebat:quia si ignorabat,nihilominus,secūdùm eū,& Verue. poterit dotem missam accipere,& retinere, etiā si postea sciat,q sit nō soluēdo. Quod sequitur Supple. & Sūma Cōfes. ac Pisa. sed verius Sum.Ang.dicit sibi nō placere:quia nullo iure probat,nisi scilicet in bona fide dotē cōsumpsisset, & nō est factus locupletior.Si verò per hoc nō est factus nō soluendo,sed postea ex alia causa,nō tenetur gener:quia dotē habet ex titulo oneroso: nec soluto matrimonio tenebitur filia,secūdùm Federi.consi.xlj. quia licet tūc habeat dotē ex causa lucrativa:quia tamē illa nō est pecunia,quę trāsiuit in bonis mariti,ideo nō tenetur.& ita tenet Sum. Ang.Et licet do.Anto.& Pan. & Pet.de Anch.videātur tenere,q imò tenetur:quia licet nō sit illa pecunia data,tamen succedit loco eius:qa dos est quid vniuersale:vt no. 7
Bar.in l.j.ff.sol.mat. & in vniuersāli vna res succedit loco alterius.lege,Imperator.ff. de leg.ij.Item quia mulier nō habet quartā suam, id est, legitimā,nisi deducto ære alieno.l. Papinianus. §.iiij. de inoffi.testa. tamen opinio ista procedit de æquitate.Sed opi.Fede.quæ loquitur, quando filia nō est hæres,videt vera de rigore iuris.Et ita sentit Sū. Ros. nisi esset possessio empta ex pecunia vsuraria & data pro dote,per d.c.cū tu. quā qui vult sustinere,fa- 8
ciat tria præsupposita, quæ & ipse Fede.facit. Primum,q ista filia non erat hæres. Secundum,q pater eis dotē non dedit in fraudem creditorum. Tertium.q hæc filia nō recipit pecuniā vsurariā ab hæredibus mariti , sed maritus eam accepit,ideóq; sibi imputet, si pecuniam alijs debitā ipse accepit:de sua propria fuit dos mulieri restituta, maximè cùm pecuniæ vsurariæ dominium trāseat in accipientem ,licet cōpetat repetitio,maximè si est permista alteri: quia mistione dicitur cōsumi.ff.de solu.l.si alieni.ideóq; mulier nō tenetur.Nec obstat c.tua.de vsur.nec c.fi.de sepul.qa ibi intelligitur de filijs & extraneis,qui sunt hæredes. Non obstat,etiā si dicatur,q mulier recipit pecuniā cum onere suo: quia pecuniam, quā recipit ab hæredibus mariti, nō est onerata,nec debita his, qui patri eius soluerunt vsuras, licet psona patris esset obligata. Et posito,q bona vsurarij essent tacitè obligata, nō tamē bona generi,maximè post mistionē pecuniæ:qa ex hoc facta est sua, posita q esset personaliter obligatus creditoribus soceri. Nec obst.d.c.cū tu.de vsur.quod loquitur de possessionibus emptis'ex pecunia vsuraria:quia ista nō recipit pecuniam vsurariā,nec rē emptā ex illa:& præterea illa decretalis non dicit bona vsurarij esse tacitè obligata,sed q si nō habet vnde restituat, vēdātur possessiōes emptę ex pecunia vsuraria,vt de pretio satisfiat. quod certè idē esset, et si fuissent aliàs ex licita pecunia emptæ. Hęc ex Feder. qui etiā videtur tenere, q licet gener fuerit in fraudē, tamen secus est in eo,q ab ipso bona fide accipit. ¶*Quintò quęritur, quid faciat gener aut filia,qui dotē habuerūt, aut de rebus in spem datis pro vsuris,aut cū socer esset nō soluendo? Et dicit Gerar. Odo.q ille, per quem non stat quin restituatur,excusatur in cōscientia:quia vnus sine altero restituere nō pōt durante matrimonio : & si mulier præmoriatur,protestetur viro, & filijs de restitutione.Remedium tamen esset,vt etiā patet ex dictis,si pater est solvendo pro certis,& habet multa alia incerta,q episcopus ei dotē tanquā pauperi cōcedat, si nō est in reb' in specie habitis pro vsuris: aut cōponat cū creditorib'. ¶*Sextò quæritur, quid de famulis vsurarij, an scilicet licitè viuāt de bonis eius,& salariū recipiāt?Et dico,q si propter hęc nō fit impotens ad soluendum, nihil est dubij q possunt: sed si ille nō sit soluendo, distinguit. Nam si seruiūt ei ad mensem,vel ad associandū,aut generaliter ad aliquid,ex quo vsurario lucrum non resultat,idē est iudicijū sicut de vxore:nec possunt talia percipere, sed restituere tenēntur. Quod limita,nisi salariū præfuisset vsuris:& multo magis si seruiunt inutiliter, sicut circa canes & accipitres: & tūc est de vēdētibus eis res ad gulositatē, vel pōpā spectātes: quia dāt causam efficacē nō restituēdi. & facit l.ait prætor.ff.de his quę in fraudē credi.& l.fi.ff. de eo p quē fa. erit. Si verò seruiūt ei vtiliter:puta colēdo agrū,ædificādo domū,habēdo rerū curā:& gnaliter in eo,ex quo vtilitas resultat vsurario:tūc si talis vtilitas est æqualis iudictis quæ peipiūt,licitè percipiūt: quia per hoc nō fit impotēs ad soluēdum : si tamē acciperēt rem in specie habitā pro vsuris,tenētur. ¶ Septimò*quæritur,vtrū liceat creditori recipere ab vsurario pecuniā, quā illi mutuauit? Et dicit Ver.q sic,si bona fide mutuauit, vt ex illa cōmodū suū reciperet,& lucrādo fortè se liberaret, etiā si aliàs nō fit soluendo: & similiter si ignorabat probabiliter,q vellet eā inuti liter cōsumere,secūdū Pet.de Pal.& Astē.& Ros.sed si alia causa sciēter credidit:puta ad ludū in alea,vel ad dādū meretrici, nō pōt eam recipere:& si recipit, restituere tenetur. ¶*Octauò quęrit, vtrū creditor vsurarij ex contractu vel quasi,aut ex maleficio vel quasi, possit ab eo accipere quod ei debetur?Et dicit Veru.& Alexā.Lomb.q sic,dummodò rem vsurariā furtiuā autraptā nō recipiat in propria specie.Intellige etiā si vsurarius non sit soluendo: quia loquuntur indistinctè.& si esset soluendo,nō esset dubium.

Nono

9 ¶ Nonò quæritur,*vtrū ministrantes vsurario necessaria ad vitā possint recipere mercedē, si ille nō sit soluēdo?Et dico q quicquid sit quantum ad forum contentiosum,de quo glo.in c.quia in omnibus.de vsur.tamē in cōscientia possunt,nisi sint tales,qui ex p̄cepto tūc eleemosynā facere teneantur:quia & ipse vsurarius ex vsuris potest necessaria percipere, licet parcè, & cū timore,si aliter viuere nō
10 potest. ¶ Decimò quæritur,*vtrū locātes domos vsurario ad fœnus exercendū,possint recipere pensionē?Et dico q licet sint participes omniū peccatorū, quæ in eis er fœnore perpetrātur: nihilominus ratione cōtractus locationis, in quo lucrū transfertur in locantem, possent tale lucrum retinere. Quod Sum.Ros.limitat, nisi sit nō soluēdo . Sed verius de mēte Verue.& Alexan.Lom.etiā si nō sit soluē-
11 do:vt §. §.viij. ¶ Vndecimò quæritur,*vtrum prædicatores euntes ad raptores, vt eos ad pœnitentiā & restitutionē inducant,possint comedere de rapina?Et dicit Ray.q sic,siue inducant prędicatione generali, siue suasione speciali, maximè si cōmodè inuenire non possunt apud alios. de sen.excom.cum volūtare.Quod intellige cum moderamine, & si correctio probabiliter speretur, & si propter hoc nō subtrahatur facultas restituēdi in totū vel pro par
12 te magna. ¶ Duodecimò quæritur,*quid de dominis iciētibus Iudęos nihil habere prēter vsuras,& ad restitutionē eorū bona nō sufficere,accipiūt multa ab eis?Et dico secūdū eundē,q tenentur ad restitutionē si ex causa lucrativa percipiūt:possunt tñ accipere ab eis qđ sibi debent,sicut &
13 alij creditores. ¶ Decimotertiò quæritur,*vtrū restituere teneātur q eleemosynas suscipiūt ab vsurarijs? Et dico,q nō, si sunt soluēdo quo ad certa, nisi accepissent rē datā in specie pro vsuris:aliàs tenētur, nisi essent in casu quo creditores eis dare tenerētur:quia q̄ accipiūt, sunt creditorū. Et idē dic de tyrannis,qui habēt multa restituere. ¶ Deci-
14 mo quartò q̄ritur,*vtrū liceat emere pignora pdita apud vsurariū?Et dico de hoc me diffuse recitasse in Au. rosa, casu xix.nihil cōcludēdo,nisi q ratione dubietatis omnib. talis emptio dissuadēda est:sed tamē nolēti desistere non esse denegandā absolutionē,nec post factū restitutionem imponendā. Nunc aūt dico,q opinio quæ ibi ascribitur S. Th.secūdū aliquos,q in vsura dominiū transfertur,nō est S. Th.vt §.Vsura.vj. §.j.nec est vera,vt ibi patuit,maximè quo ad pignora:qa hoc casu videtur perdi ex pacto legis cōmissorię, quod pactum reprobatur in pignore.C.de pact.pig.l.fi. Nūc igitur determinās dico,q ea emere non licet,sed tenētur emētes,sicut & emēs rē furtiuā aut raptā: & secundū eandē distinctionē,de qua §.Emptio. §.iiij.excepto q retinere poterūt id quod verisimiliter vsurarius super illo pignore mutuauit:& si domin' pignoris nō extat,vel nō potest inueniri,nō est necesse dare pauperib', 2
nisi illud plus quod valet vltra pretiū quo ab vsurario empta est,secundū Sum. Ang.aut verius illud plus qđ valet vltra mutuū super eo datū. Ad motiua autē quę in Au. rosa, vbi §.tanguntur, vt patet ex dictis §.Vsura.vj. §.j.

RVRSVS DE VSVRA NONO, QVANTEM ad manifestos vsurarios,& pœnas eorum.

1 *Vsurarius manifestus quis dicatur.*
2 *Vsurarius an sit q velit plus ad credētiā quàm pro numerato.*
3 *Vsurarius an possit quis publicari post mortem.*
4 *Vsurariorum manifestorum quæ sint pœnæ.*
5 *Vsurarij testamentum quando valeat.& nunc.seq.*
6 *Vsurarius an exhumari debeat.*
7 *Vsurarum absoluens in confessione an teneatur.* 3
8 *Vsuras Iudæorū permittentes domini terrarum an teneantur.*

VSVRA nonò considerari potest quantū ad vsurarios manifestos,& eorū pœnas,ad quas infligēdas quis sit iudex,sunt opiniones.Nam Archid.in c.quid dicam.xiiij. q.iij.ponit diuersas opiniones, & approbat eam quæ est Laur.Hug.& Gof.scilicet q contra laicum laicus iudex,& cōtra clericū ecclesiasticus.quod etiā tenet Ioan. Cal.pro quo vide Panor.in c.post miserabilem.eo.tit.vbi not.iudicem laicū aliquādo se intromittere de vsuris. Gl. verò in c.dispēdiosam.de iud.videtur sentire q solus iudex ecclesiasticus habet iudicare.Pan.aūt in clem.j.de vsur. distinguit, dicēs primā opinionē procedere,vbi nō refertur quęstio, an id,quod petitur,sit vsura:sed est quęstio de soluto vel nō soluto.secundā verò,vbi est quæstio,an,quod petitur,sit vsura vel non.& idem Io.de Lig.& Fede.&, vt videtur,Bal. vt refert Arch. ¶ Primò autē quæritur,* quis sit manifestus vsurarius? Et dico quātū colligitur ex Io. And. & Pan.in c.quia in omnibus.eo.tit.& Io.And.& Archi.in c.j.de vsu.lib.vj.q est primò is, qui est vsurarius notorius de iure:puta quia cōuictus vel condemnatus de vsuris,seu coram iudice sponte confessus.c.cùm olim.& c.super quibusdam.de verb.signifi. ¶ Secūdò, qui est notorius de facto notorietate facti:puta quia tenet altare paratū,vel mutuat in camera omnibus volētibus,sicut meretrix in pstibulo patebit cuilibet:ar.de cohab.cle.& mulie.tua.& c.fi. & ita dicit Bar.in l.ij.ff.de furt.& Bal.in l.hæredes palam. ff.de testa. ¶ Tertiò,secundùm glo.in c.ij.de vsur.libr. vj. qñ quis coram sacerdote & testibus confessus est in articulo mortis se esse vsurariū,& mandauit restitui vsuras.& libros resignauit.quā glo.Feder.cōsi.viij.dicit verā quando simul cōcurrūt omnia cōtenta in ea:aliàs sola cōfessio extraiudicialis non facit aliquē esse manifestū vsurarium. de senten.excom.c.venerabilibus. §.secus.lib.vj.nec solū mandatū de vsuris restituēdis in genere, vel de illis personis quæ probauerint se illas soluisse:quia tunc nō simpliciter fatetur se vsurarium,sed mādat vsuras restitui si apparuerint.Et ita tenet Ange.de Peru.in consilio quod incipit, Astensis miles.imò plus dicit, scilicet q si quis confessus fuerit publicè se esse vsurarium manifestū in testamēto:tamē illa cōfessio non inducit notorietatē iuris aut facti: nec potest dici,q illo tūc cùm testatur aut sepelitur, fuerit vsurarius manifestus ex illa cōfessione: vnde oportet q concurrant omnia cōtenta in illa glo. Aliàs autē manifesti,sed non aliquo illorū trium modorum,sed aut per famā tantùm,aut alio modo à prædictis,non incurrunt ipso iure pœnas infrà positas,secundū cōmuniter doct.nisi publicentur per ordinarium loci ad quam publicationem faciendam sufficiunt certa argumēta cum fama.dicto c.tua. & licet nullus appareat accusātor,nihilominus ordinarius procedere potest ex officio. ¶ Secundò quæritur,*vtrū sit publicus vsurarius,q publicè vēdit rē ad tēpus plus,quàm ad numeratū vēdi potsit pretio rigido & summo? Et dico q sic:quia dicit Pan.in c.ad nostrā.de emp.& vēdi.q si est publicū & indubitatū,q plus quis vēdit ad credētiā quàm pro pretio statim soluēdo,testamentū eius nullū est ipso iure,propter dispositionē c.quāquā.de vsu.li. vj.quia tales sunt vsurarij:vt patet in simili in c.nauigāti.eo. tit.& sunt publici,ex quo publicè hoc exercēt,vt patet ī libris eorū. Nec obstat,q sunt ficti:quia in d.c.ad nostram.pœna contra vsurarios statuta exercetur etiā cōtra fictos vsurarios. quoniam in veritate sunt vsurarij.& facit l.non dubiū.C. de legi. ¶ Tertiò quæritur,*vtrū possit aliquis publicari vsurarius post mortem?Et dico q sic . Nam Fede.in consi.viij.& sequitur Panorm.in cap.cùm in diœcesi. de vsur.

dicit, ꝙ licet quis in vita nō fuerit declaratus vſurarius, & fecerat teſtamentū: nihilominus poſt mortem poterūt fieri probationes ad declarandum ꝙ erat manifeſtus. Et ita tenet Io. And. in c.j. de vſur. lib. vj. in nouel. & Gemin. ibidem. & omnes iſtæ erūt bonæ probationes: puta ſi differebat ſolutionē vt plus venderet: vt in c. in ciuitate. de vſur. Item ſi emit poſſeſſiones cum pacto retrouendēdi maiori pretio: vel ſecūdū Bal. in c.j. de feu. da. in vj. le. com. quando emit cū pacto de retrouendendo poſt quinquenniū, & nō ante: ſi eſt cōſuetus ſimiles cōtractus facere, preſumitur vſurarius. ar. c. illi vos. de pign. Item quando facit confeſſionem coram epiſcopo, ꝙ inſtrumentū eſt de vero & puro capitali: quia cenſetur colluſio in fraudem vſurarum, præſumptione præfati c. illo vos. ſecūdùm Bal. in l.j. C. de collu. dete. quod ca. in hoc articulo prævalet cōfeſsioni. & ſic fuit obtētū coram epiſcopo Tudertino, contra vnum qui multas tales cōfeſsiones fecerat fieri. Itē quando pars dicit in inſtrumento, ꝙ nō per ſimulationem, ſed per veram veritatem talē cōtractū facit, oritur præſumptio vehementiſsima, ſecundùm Bal. in l. iij. C. plus va. quod agi. & facit glo. in l. ſi quis ſub cōditione. ff. de condi. inſtitu. & quod no. gl. in l. cū allegas. C. de vſur. & dictū Ange. in l. ſicut. §. ſuperuacuū. ff. quibus modis pig. vel hypo. ſol. Item probatur vſurarius ex libris ſuis, vel per inſtrumēta, ſecundū Archi. in c. qui ſyncera. diſt. xlv. & probat per arg. d. c. itē dicit Bal. in d. l. donatio. C. de dona. ꝙ manifeſtus vſurarius probatur eſſe per priuatā ſcripturā. Item quādo eſt cōmunis opinio ꝙ ſit vſurarius: vt dicit Bal. in l.j. C. de ſac. ſanc. eccle. Itē quando tot & toties fœneratus fuit, ꝙ non poſſit niſi eſſe liquidū in populo: vt dicit Bal. in d. l.j. C. de fal. cau. adie. leg. Item quādo ex cōiecturis apparet vſurarius & indicijs: vt dicit Bal. in l. cū. proponebatur. ff. de lega. ij. & in l. ciues. C. de appella. Et breuiter dic, ꝙ iudex habet arbitrari ex additis cohērētijs ꝙ ſit manifeſtꝰ. de quo vide per Bal. in additio. ad Specu. in tit. de appel. in verſi. an autē ſit manifeſtus. ¶ Quartò quæritur, quæ ſit prima pœna vſurariorum manifeſtorū? Et dico, ꝙ prima eſt, ꝙ ſunt infames infamia iuris. C. ex quibus cauſis irro. infa. l. improbum. quod verū eſt etiā de iure ciuili: vt dicit do. Ant. in c. Raynutius. de teſta. & ita dicit no. Bar. in d. l. improbū. & per hoc fuiſſe determinatū, ꝙ ſi frater meus conſtituit vſurariū hæredē, poſſum rūpere teſtamentū per querelā inofficioſi. C. de inoff. teſt. l. fratres. & ſic de facto obtinuit. ſed multo magis ſunt infames de iure canonico: vt in c. infames. iij, q. vij. & vj. qō. j. infames. ¶ Secunda eſt, ꝙ ad cōmunionem altaris non ſunt admittē. di. de vſur. quia in omnibus. & intelligit Abbas & ſequitur Panor. ibidem ꝙ non debent admitti ad cōmunionē, id eſt, eccleſiā, quādo diuina celebrātur: quia aſsiſtētes tūc in eccleſia dicuntur admitti ad cōmunionē altaris: & placet Sum. Ange. vt confuſi reſipiſcant. ſicut dicimus de excōmunicatis. c. pia. de excep. lib. vj. Sed quia ſtatutū eſt pœnale, nō puto verū. Vnde dico cum Inno. ad communionē, id eſt, ſuſceptionē corporis Chriſti: vt quo ad hoc non ſit æquē malę conditionis vt excōmunicatus. ¶ Tertia, quia non admittuntur ad oblationē offerendam. de vſu. quia in omnibus. & qui eam receperit, ſuſpēſus ab officio manere debet, donec ad arbitrium epiſcopi ſatisfaciat. d. c. quia in omnibus. vbi tamen ſecundū Hoſt. Ber. & Ioā. And. Inno. eſt canon ferendæ, & nō latæ ſentētiæ, de quo j. §. eo. & compellitur ſacerdos reſtituere, dicto c. quia in omnib⁹. Et licet ſint opiniones cui reſtituere debeat, tū placet diſtinctio Io. And. qa reſtituetur vſurario, ſi iam reſtituere inchoauit, vel eſt paratus vt reddat ſpoliatis. Alioquin ſecūdū Goſt. & Inn. & Hoſt. reſtituet epiſcopo, vt reddat ſpoliatis. Quod intellige, quādo talis eſt epiſcopus ꝙ hoc faciet. poteſt tamē ab eis recipi eleemoſyna, ſi aliàs ſunt ſoluēdo. Hug. aūt videt velle idē eſſe de quolibet manifeſto peccatore: ſed gl. in c. oblationes. di. xl. concludere videtur ꝙ nō, niſi in caſibus expreſsis. quod Pā. vbi ſ. dicit æquius. ¶ Quarta eſt, quòd niſi ſatisfecerint, vt infrà, nō ſepeliantur in eccleſia ſepultura, dict. c. quia in omnibus. & additur ꝙ clericus contrauenies, ſcilicet in hac pœna, & prior, eſt ſuſpēſus ipſo facto ab executione ſui officij, ſecundùm Panor. in d. c. quia in omnibus. & verius, vt ibi patet, licet aliter ſenſerint Hoſtien. & Bernar. & Ioā. And. Et ſimiliter ipſo iure prędictas pœnas incurrūt vſurarij: nec requiritur hominis ſententia, ſecundùm eundem Pan. ibi. Imo hodie ſepeliētes tales ſunt excōmunicati ipſo facto, vt in cle. eos. de ſepultu. niſi ipſi cauerint, vt infrà dicam. vel ſi nō potuerūt, & ſigna contritionis oſtenderint hæredes eorū inquātum hæreditas ſufficit: vt no. in c. quanquam. de vſu. lib. vj. ¶ Quinta eſt, quòd recipi nō poſsint ad confeſsionē ſuorū peccatorum, donec de vſuris fuerit ſecundùm facultatē eorum plenius ſatisfactum, vel idoneè cautum his, quibus reſtituendum eſt, ſi ſunt præſentes: vel alij qui poſſent eis acquirere: vel, eis abſentibus, loci ordinario, vel eius vicario, vel presbytero parochiæ, in qua habitat, ꝓſentibus aliquibus fide dignis: vel tabellioni de mādato ordinarij ita ꝙ certa quātitas exprimatur in cautiōe, ſi eſt manifeſta, & apparet: vl' ſi nō apparet manifeſta, exprimatur ad arbitriū recipiētis cautionē, qui ſi receperit ſciēter minorē, de ſuo ipſe tenebitur: multo magis ſi nullā: aliàs null⁹ debet eſſe teſtis in eorū teſtamētis, nec recipere confeſsionē, vel impēdere abſolutionē, vl' ad ſepulturā recipere: & teſtamēta eorū ſunt irrita ipſo facto. Hæc omnia in c. quanquam. de vſur. lib. vj. Si tamē quis in præſentia cōfeſſus eſt ſacerdoti ſe vſuras extorſiſſe, ſed eſt occultū: hæredibus ad dictū eius nolētibus ſatisfacere, non debet tamē ſacerdos negare ſepulturā, ſecundùm Gemi. & Guil. quia nō debet illum publicare. Adde ꝙ nec etiā debet reuelare confeſsionem: debuit tamen ſacerdos illū inducere vt coram teſtibus fiteretur, & caueret. Et habet locum hoc c. ſecundū Gem. etiā in vſurario, qui nō eſt ciuis vel incola: per verbum, habitat, ita ꝙ tex. pōderat ſolam habitationē. Sed de hac pœna vide etiam infrà, §. v. ¶ Sexta eſt, quòd nullus debet intereſſe eorum teſtamētis, niſi ſatisfaciāt, vt §. priore. d. c. quāquam. ¶ Septima, quia teſtamēta eorū ſunt nulla ipſo iure ſi nō ſatisfecerint, vt ibidē. & idē eſt de codicillis ſecūdùm Bar. & Io. And. ibidē. ſed vide de hac pœna etiā j. §. vj. & vij. ¶ Octaua pœna eſt, ꝙ nulla vniuerſitas vl' collegium vel ſingularis perſona vſurarios nō oriūdos de terris ipſorū exercentes vel exercere volentes pecuniam fœnebrem permittat habitare in terris ipſorū, ſed eos expellat, nunquā de cætero eos admittūri: vt in c. vſurarū. de vſur. lib. vj. & incurrūt pœnam interdicti vniuerſitas vel collegium: epiſcopi verò & ſuperiores ſuſpenſionis, inferiores verò eccleſiaſtici ſententiam excommunicationis ipſo facto, ſi nō expulerint de terris ſuis intra tres mēſes: vl' ſi eis domos ad exercēdum fœnus locauerint, aut ſub quocūq; alio titulo cōceſſerint, etiā venditionis, ſecundū Io. And. quam pœnam ſi per mēſem ſuſtinuerint indurato animo, terræ eorū, quādiu in ipſis morātur, ſunt ipſo facto interdictæ. Alij laici debēt per excōmunicationē ad hoc idē cōpelli, nō obſtāte quocūq; eorū priuilegio. Et de hoc vide 5. Excōmunicatio. ix. §. xxxj. & j. §. vl. ¶ Nona pœna eſt

quia ſi vſurarius ſoluit alteri vſuras, repetere non poteſt, niſi prius ipſe reſtituat, quas extorſit, vel ille, cuius hæres eſt: vt in c. Michaël. eo. tit. quod tamē fallit in clerico, vel procuratore, q nomine eccleſię repetūt vſuras, quas ſoluerunt: nec eis poteſt opponi, quāuis ipſi ſint vſurarij, ſecundùm Pan. ibi. ¶ Decima eſt, quia quamuis vſurarius cedat bonis, nō habetur ei reſpect⁹ ne egeat, vt habetur in alijs debitorib⁹. de ſol. Odoardus. & de pig. c. ij. & ita no. gl. in d. c. qa in omnibus. ¶ Vndecima eſt, quia ad modū raptorum, & furū tenentur reſtituere non ſolùm rē acceptam pro vſuris: in c. cū tu. de vſur. ſed & fructus perceptos, & q percipi potuerunt à verò domino, ſecūdùm omnes doct. qui eſt malæ fidei poſſeſſor ſine titulo, vt patet ex dictis.

5 ¶ Quintò* queritur, de intellectu verborū poſitorū §. priore. in quinta pœna. Et dico, ꝙ nomine idoneę cautionis intelligitur pignora, vel fideiuſſores. l. ſi mādato Titij. §. fi. ff. man. quāſi dare nequeūt, ſecūdū Bar. & Io. And. iurabūt ſe hāc dare nō poſſe, & facturos quod promittūt. de ſen. excō. c. fi. §. illis. lib. vj. Illi etiā q poſſunt nobis acquirēre, ſunt filij, quos habem⁹ in noſtra poteſtate, & ſerui proprij. itē ſerui, in quibus habemus vſumfructū. item 8 ſerui alieni, quos bona fide poſsidemus tanquā ſeruos: vt Inſti. p quas perſo. nob. acq. §. j. Procurator aūt domino abſenti hāc perſonalē obligationē nō acquiret, per l. quē admodū. ff. de acqui. poſ. & l. generaliter. & l. quod meo. eo. ti. ſecūdū Bar. & Io. And. in d. c. quāquam. Per ordinarium aūt ſecundū Io. And. vbi §. intelligitur epiſcopus de iure. & idē de decano, archipresbytero, vel abbate, q aliàs de cōſuetudine iuriſdictionē haberet in ſpiritualib⁹ in Io 9 co, in quo vſurarius degit. qđ etiā dicitur de rectore paro chiæ, in qua vſurarius habitat, multo fortius intellige de rectore parochiæ debitoris læſi, cū ſit quaſi iudex eius, ſe 10 cundū Bar. & Io. And. & facit l. eū pro quo. ff. de in ius vo. ¶ Vtrū autē ſufficiat quicūque alius ſacerdos. Io. Cal. dicit quòd ſic: & ex hoc roborabitur teſtamentū. quod Lap. 11 cōcedit ad ſacerdotē ordinis mēdicantiū audientem cōfeſsionē taliū: nō de alio nō parochiali: quia ille de ordine mendicantiū expoſitus ad confeſsiones, eſt iudex ſibi cōſitentis per priuilegiū clauſum in corpore iuris. in cle. dudū. de ſepulc. Lau. autē ante factū cōſulit cū Lapo: poſt factū nō audet cōdemnare Cald. cū ex hoc nihil depereat ſpoliatis. Per hoc etiā quod dicitur de mundato ordinarij: arguit Ioan. Andre. quòd tabellio in hoc caſu non acquirit actionē extraneo ex ſua ſtipulatione, niſi hoc faciat 6 de mādato ordinarij. ¶ Sextò* quæritur, ſi vſurarius prius facit teſtamentū, poſtea cauet idoneè, vtrū valebit? Et tenuit Bar. & Io. Mon. quòd nō, per regulā, nō firmatur. de reg. iur. lib. vj. qa ab initio nullū fuit. Sed melius Io. And. tenet ſufficere, quòd ante mortē idoneè cauerit. Et ratio eſt, quia teſtamentū cōfirmatur morte. Itē quia omnia iura fauēt teſtamētis. l. j. C. de ſacroſan. eccle. & facit in arg. l. j. §. ij. ff. de leg. iij. vbi legata ad pias cauſas relicta facta à filiofamilias, & à ſeruo, licet tēpore teſtamēti inſpecto nō valeāt: ſi tamē emācipatus, vel manumiſſus perſeuerat in eadē volūtate, valebūt. Præfata aūt regula, nō firmatur. de 7 ſolo tractu tēporis loquitur. vide j. §. x. & xj. ¶* Septimò quæritur, vtrū nō valēte teſtamēto vſurarij, valeat codicillus, aut donatio cauſa mortis, aut teſtamentū, quo ad legata ad pias cauſas? Et dicit gl. in d. c. quanquā. quòd licet teſtamentū & codicillus videātur diuerſa, & cōſtitutio ſit pœnalis: tamē ſecūdùm Gul. & Gar. etiam codicillus forma prædicta nō ſeruata nō tenet, per tex. in prin. qui dicit in vltima voluntate: & quia largè codicillus eſt teſtamētum, quia mētis teſtatio: aliàs facile eſſet illā cōſtitutionē in hoc eludere. Et idem Bar. & Ioā. And. in d. c. quāquam. & idem dicit gloſ. in qualibet vltima voluntate.

¶ Quantum verò ad legata ad pias cauſas, ſecūdùm Gem. in d. c. quāquā. & do. Anto. & Pet. de Anch. & Lap. ſi vſurarius manifeſtus deceſsit pœnitēs, qa in eo apparuerūt ſigna cōtritionis, licet nō cauerit, nec cōſequēter valuerit teſtamentū, valebūt tū relicta ad pias cauſas. Et ita intelli ge & limita Bar. in l. j. C. de ſacroſan. ecc. dicētē nō valere etiam ad pias cauſas, ſcilicet ſi deceſsit impœnitēs. & idē dicit Bar. de quocūq;, quē cōſtaret in mortali deceſsiſſe. xxiij. q. v. placuit. Quantū aūt ad donationē cauſa mortis, dicit Lap. Paulū hīc tenere, ꝙ nō valet, ſi fiat ī teſtamēto, vel codicillo, q ſcilicet ſunt vltimæ volūtates: ſi verò fieret in actu ſeparato ab ipſo teſtamēto, ita quòd tranſiſſet in ſpeciē cōtractus, forſitā valeret, nō ſeruata forma d. caquāquā. quod loquitur de vltima volūtate. nā & donatio cauſa mortis in multis accedit cōtractui: vt l. ij. ff. de leg. j. in quo tū eſſet aduertendū, an eſſet facta de omnibus bonis, vel maiori parte: qa preſumeret facta in fraudē dictæ cōſtitutionis. ¶ Octauò* quæritur, an teſtamentum Iudæi vſurarij manifeſti ſit nullū ipſo iure ex diſpoſitione d. caquanquā? Et dicit Fran. de Are. in conſi. clviij. quòd non: qa canō generaliter loquens, nō videtur cōprehēdere Iudæos: licet poſſet Papa ꝓ crimine eccleſiaſtico, vel miſto pœnā ſpirituālē, vel tēporalē imponere infideli. quod tū facere nō videt in dubio faciendo cōſtitutionē generalē: quia de his, qui ſunt foris, nihil ad nos, ſecūdū Apoſtolū. ¶ Nonò* queritur, an in eo, q mutuauit ad vſuras, & tamē vſuras nō recepit, habeat locū pœna d. c. quāquā? Et dicit Gemi. ibi quòd nō, per tex. ibi dicentē de vſuris, quas re- 10 ceperant. ¶ Decimò* quæritur, quid ſi vſurarius iuſsit ſatisfieri, nō tamē cauit, ſed poſt mortē cauetur? Et dicit gl. in cle. eos. de ſepul. ſufficere quo ad ſepulturam, ſed non 11 quo ad validādū teſtamētū. Vide in §. ſe. ¶ Vndecimò* quæritur, quid ſi vſurarius dedit procuratorē ſpecialē ad cauēdum duraturū poſt mortē, qui mortuo vſurario cauit? Et dico, diſputādo determinatū ex hoc valere teſtamentū p glo. in d. c. quāquā. tenentem, ꝙ validetur teſtamentum ex cautione poſtea præſtita p vſurariū, per hoc, quia ibi dicitur, ꝙ teſtamēta vſuriariorum aliter facta, id eſt, cautione nō præſtita, nō valeant. & idem Ant. de But. Sed opponitur primò de dicta glo. quia videtur, ꝙ oporteat cautionē præſtari ante cōditū teſtamentū. Sed poteſt dici hoc precedere in eo, qui nō ſpecificè caueri mādarit: quia quādo ſpecialiter mādat, quādo cauetur retro, fingitur vſurariū cauiſſe tempore quo mandauit: & mandatum durat poſt mortem, quia confertur poſt mortem. ff. man. l. ſi verò. Secundò opponitur, quia videtur teſtamētum eſſe irritum ipſo iure cautione nō præſtita. d. c. quanquam. Vnde cùm tempore obitus teſtamentum fuerit inualidum, nō cōſtat ſcitari aliàs poſſet diu pēdere, an teſtamentū valeat, ſi diu ſtaretur ad cauendū. Sed tenendo glo. in d. c. quanquam. dicendum eſt teſtamētum valere, vt ſit æquitas: quia dici poſſet, ꝙ vſurarius volens cauere in forma d. c. quanquā. non potuit: quia nō habuit cui. & abſonum eſſet nō eſſe remedium. Et hoc videtur verū, quia ſatisfit menti illius c. quæ eſt vt reſtituātur vſuræ. ¶ Sed pro notitia dictorū in his duobus §. & ſ. §. vj. ſciendum eſt, ꝙ Bart. in l. filio præterito. ff. de iniuſt. rup. & irri. teſt. dicit, ꝙ Io. And. cum gloſſaret ſextū, dixit, quòd per cautionem poſtea præſtitam teſtamentum conualeſcit: poſtea videns ſuam opinionē reprobari à multis per l. j. §. ſi filius. de lega. iij. & l. ſi

filius.ff.de teſta.vbi nõ conualeſcit teſtamentũ impubes
ris aduenięte pubertate: vel ſi erat ſeruus, & efficit liber:
vel ſi erat captus ab hoſtibus, & reuertit: quãdo gloſſauit
Clementinas in clem.j.de ſepul.dicit, quòd teſtamentum
conualeſcit, quo ad ſepulturã: & ita intellexit dictũ ſuum
in d.c.quanquã. Dominus autẽ Nico.de Mata. antequam
fieret iſtæ glo. diſputauit hãc quæſtionẽ, & determinauit
q̃ teſtamentũ conualeſcit. Et vt contraria tollantur, dixit
ſic: Quãdoq; ab initio nõ valet teſtamentũ, quia teſtator
eſt inteſtabilis: & tunc ex poſtfacto non conualeſcit, vt d.
§.ſi filius. Quandoq; verò nõ valet propter defectũ hęre
dis, & tunc idem. Quandoq; ratione ſolennitatis: & tunc
ſimiliter idem: quia vno cõtextu debẽt adhiberi ſolẽnita-
tes. C.de teſta.l.cũ antiquitas. Quandoq; verò deficit, nõ
propter prædicta, ſed propter creditores, q̃ fraudãtur. Ad
propoſitũ d.c.quanquam. non facit vſurarium inteſtabi-
lem, ſed prohibet perſonas intereſſe tali teſtamẽto, dum
dicit, nullus teſtis vſurariorũ, &c. Proteſtatio etiã cautio
nis nõ eſt de ſolẽnitate teſtamẽti. quod patet, quia præſta
ri poteſt ante teſtamentũ per plures dies: vt id.c. quãquã.
Igitur cõfirmatur teſtamẽtum cautione poſtea præſtita:
quod poſtea Io. And. reperitur poſuiſſe nouel. in d.c. quã
quam. hæc Bar. Verũtamen ego dico, q̃ Ioã. And. in dicta
clemen. prima, non limitauit prius dictum ſuum: quia in
cap. quanquam. dicit cõualeſcere teſtamentũ ex cautione
præſtita poſtea, ſed tamen ante mortẽ: ita q̃ in eadem vo
luntate eſſe poterat vſurarius. in cle. verò dixit non con-
ualeſcere ex præſtita poſt mortẽ ſine procuratione, dato
ſpecialiter hoc ante mortem: in nouel. verò dixit con-
ualeſcere, ſi datus ſit procurator. & iſta tria tene. Vnde ſi
poſt teſtamentũ vſurarius ſolùm iuſsit hæredes reſtitue-
re, & illi poſt mortẽ eius cauẽt, nihil valet, niſi ad ſepultu-
ram, ſecundùm Archi. & idem ſentit Io. And. in nouel.

12 ¶ Duodecimò* queritur, quid ſi primò fecit teſtamentũ,
poſtea fit public⁹ vſurarius? Et dicit Paulus, q̃ infirmatur
teſtamentũ ex ſequẽti delicto. alleg. Inſtitu. quib. mod. te-
ſta. infirm. in principio. & §. hoc autẽ. & l. furioſum. C. qui
teſta. fac. nõ poſ. & Inſtit. eod. ti. §. item furioſi. qui loqui
tur in furioſo, qui fingitur mortuus, & in eadẽ voluntate
13 manere. ad qđ de bap. maiores. ¶ Decimotertiò* quæritˇ,
quid ſi vſurarius manifeſtus præſtita ſolenniter cautione
condidit teſtamentum: poſtea verò continuauit vitium
vſurarum, ſed nõ manifeſtè: & ſic deceſſit nulla alia facta
cautione? Et dico, q̃ Fede. determinauit nõ valere teſta-
mentum. Sed do. Io. de Fan. aliàs diſputans contrariũ de-
terminauit: & Lau. dicit ſe vidiſſe cõſilia plurima conclu-
dẽtia cũ Pau. & credit hoc verius. imò dico, q̃ in foro cõ-
14 tentioſo res nõ eſt dubia. ¶ Decimoquartò* quæritur, qd
de eo, q̃ cauere voluit, ſed morte præuẽtus ante horã ſpe
ratã nõ potuit? Et dico, q̃ Bal. de æquitate Canonica pu-
tat teſtamentũ valere. & idẽ Ang. de Per. Sed contrarium
videtur tenere glo. in d.c. quanquã. qui etiam vult, q̃ pri
uetur ſepultura in pœnam. & eſt verum de rigore iuris.

15 ¶ Decimoquintò* quæritur, quid ſi fœnerator occultus
nõ eſt cõfeſſus, nec cauit, & ſepultus eſt in cœmeterio, &
poſtea patet, q̃ erat vſurarius? Et dicit Gemi. q̃ ſi non fuit
confeſſus, & nõ apparuerunt alia ſigna cõtritionis, exhu-
mari debet, ſi diſcerni poſſunt ſigna ei⁹: ſi verò eſt cõfeſſus
& ſigna cõtritionis in eo apparuerũt, non exhumabitur,
per c. à nobis. el ij. de ſentẽ. excom. & hæredes ſatisfacere
cõpellentur. Et ſi in terminis huius quæſtionis creditо-
res veniãt ante ſepulturam, ſed hæredes vſurarij negent
eum debere, ſecundùm Gemi. & Guliel. niſi probatio ſit
prompta, nihilominus ſepelietur, & lis poſt ſepulturã pro
cedet: aliàs facile eſſet cuilibet impedire alicuius ſepultu
16 ram, & eum vituperare. ¶ Decimoſextò* quæritur, vtrum
audire debeat is, cui reſtituẽdæ ſunt vſuræ, ſi compareat
poſt terminũ edicti? Et dicit Gemi. ſecũdùm Lap. q̃ nõ, ſi
ſciuit, & non comparuit in termino: ſecus ſi ignorauit, &
17 idem puto, ſi fuit legimè impeditus. ¶* Decimoſeptimò
quæritur, an teneatur reſtituere ſacerdos, vel alius, q̃ acce
pit talem cautionem ab vſurario manifeſto, & eã poſtea
prece vel pretio relaxauit? Et dico q̃ ſic, ſi erat eius ſupe-
rior, ita ſcilicet, q̃ ſup eũ, vel hæredes habebat poteſtatẽ
coactionis: quia præſtat cauſam efficacem ad nõ reſtituẽ
dum: & ex officio tenebatur cogere. aliàs nõ tenetur: quia
par in parem non habet imperium. de elect. innotuit.

18 ¶ Decimooctauò* quæritur, vtrũ confeſſor recipiens v-
ſurarium publicũ, & confeſsionẽ eius, & eum abſoluens
contra formam d.c.quãquam. teneatur ad reſtitutionem?
Et dico q̃ ſic, ſi vſurarius aliter cauiſſet, aut ſatisfeciſſet ad
confuſionem euitandam, & huiuſmodi: quia præſtat cau-
ſam efficacem nõ reſtituendi. Secus ſi nullo modo feciſ
ſet. Et idem dicẽ de ſepelientibus cõtra formã d.c. quan
quã. quia tenentur, ſi hæredes ſatisfeciſſent, aut cauiſſent
ſi nõ fuiſſet ſepultus: aliàs nõ. Et dicit Gemi. quòd etiam
ſi non ſepeliunt, ſed fingunt, tamen incurrunt dictas pœ-
nas: quia hæc ſimulatio eſt in deluſum illius cõſtitutiõis.
In articulo tamen extremæ neceſsitatis, ſi cautionẽ facere
non poſſet, abſolui poſſet. de pœnitentia. diſtin. vij. c. ſi
quis. & idem ſi vſurarius nõ eſſet ſoluendo, nec inueniret
cautionem, tamen cũ iuramento, de quo ſ. §. v. & ad eui-
tandum ſcandalũ, bonũ eſſet hoc fieri de licẽtia epiſcopi.
19 ¶ Decimononò* quæritur, quid ſi vſurarius manifeſtus
impetret à Papa, q̃ poſſit liberè teſtari, facta mentione, q̃
ſit vſurarius manifeſtus? Et dicit Bal. in l. ſi qñ. C. de in off.
teſta. q̃ teſtari non poterit non ſeruata forma d.c. quan-
quam. per illum tex. quia nõ eſt veriſimile, q̃ Papa volue-
rit tollere totalẽ diſpoſitionẽ iuris cõmunis. & idẽ Laur.
Sed nihil videtur contrariũ, quia aliàs ille nihil petiũ
20 ſet, & Papa nihil cõceſsiſſet. ¶ Viceſimò* quæritur, quia
de notarijs, qui conficiũt teſtamẽta vſurariorũ manifeſto
rum contra formam prædictam? Et dico, q̃ non tenẽtur
ad reſtitutionem, licet peccent mortaliter, ſecũdùm Lau.
quia non præſtant cauſam efficacem ad non reſtituendũ,
cũ illa teſtamenta ſint ipſo iure nulla. Et idẽ de teſtibus.

21 ¶ Viceſimoprimò* quæritur, an vſurarius manifeſtus poſ
ſit eſſe teſtis in teſtamẽto? Et dicit Bal. in l.j. C. de teſta.q̃
non. ſecus ſi eſt occultus: quia vitiũ teſtis occultum non
22 vitiat teſtamentũ. ¶ Viceſimoſecundò* quæritur, quid de
dominis & communitatibus concedentibus Iudæis, vt fœ
nerentur, & locãtibus eis domos, & facientibus conuen-
tiones ſuper vſuris exercẽdis, & ſoluendis, per mutuũ ca-
piẽtes? Et dico, q̃ Barba. & Pau. de Caſtr. conſil. cclxvj. &
Pet. de Anc. conſi. ccxxx. & do. Alex. de Imo. & quidã alij
conati ſunt tenere, q̃ licitè hoc poſſunt cũ licẽtia ordina
rij: tum quia cedit ad bonũ cõmune: tum quia eſt con-
ſuetudo, de cuius initio memoria non extat, tolerata per
ſummũ pontificem etiã in terris eccleſiæ: tũ quia hoc nõ
eſt nutritiuum peccatorũ ex parte Chriſtianorũ. de vſur.
§. ea. Ex parte verò Iudæorũ nihil nobis de his, qui foris
ſunt. Vnde ſuperuacuæ rei videtur dare operã, qui arcere
nititur Iudæos à peccato. diſt. xlv. qui fyncera. Hæc ſunt
eorũ motiua. Sed dico, q̃ male cõſuluerũt, & q̃ peccant
mortaliter iſti, & ſunt excõmunicati, & tenẽtur ad reſtitu-
tionem omniũ vſurariũ ex tali conuentione ſolutarij
ſubſidiũ, ſi Iudæi non ſoluerint. & arguo ſic: Nam ſtatuen-
tes vel præſumentes iudicare q̃ vſuræ ſoluantur, ſunt ex
communicati. cle. j. de vſur. & conſequenter peccãt morta
liter: & cõſequenter tenentur reſtituere: quia dant cauſam
efficacẽ non reſtituendi. Sed iſti ſtatuũt vſuras ſolui: quia
talia pacta vel decreta facta ab his, qui habent poteſtatẽ cõ
dendi leges vel ſtatuta, dicũtur leges vel ſtatuta: vt in l. pe-
nul. §. ille. ff. de donat. inter virũ & vxorem. & in l. Cæſar.
ff. de publica. & vtrobique per Bar. per eundẽ Bar. in l. iiij.
§ actor. ff. de re iud. Et ratio, quia facientes talia pacta, ne
dũ intendũt ſe obligare, imò principaliter volũt obliga-
re omnes de ciuitate & diſtrictu, etiam eos qui non aſſen-
ſerunt: & conſequenter ſunt ſtatuta, cùm ex pactis meris
non obligentur niſi cõſentientes: vt in l.j. ff. de pact. Vnde
& ſecũdùm Lauren. & Ioan. de Imol. & Card. & glo. in dic-
ta cle. j. ipſa clem. habet locũ etiam in decretis factis cum
Iudæis. Ergo vera eſt noſtra concluſio: & ſic conſuluit do
minus Alex. de Neuo. Vicentinus, & multi doct. clariores
prædictis in ſcientia & conſciẽtia. ¶ Adde quòd in ca. poſt
miſerabilem. de vſur. præcipitur dominis vt cõpellant Iu
dæos vſuras reſtituere: & conſequenter à fortiori vt com
pellant eos non exigere. ¶ Adde ſecundò ſecundùm Ge-
minia. in c.j. de vſur. lib vj. pœnæ eiuſdem c. contra locan
tes domos vſurarij alienigenis, ligant locantes domos Iu
dæis. ¶ Adde tertiò, quòd ſecũdùm Lauren. & Panor. in di
cta clem. j. ſi prædicti prohiberẽt ne maiores vſuras Iudæi
exigerent, dum tamen non conſentiant de minoribus, nõ
incurrerent ſententiam excõmunicationis. ¶ Motiua au-
tem prædictorum ſunt nulla. Nam epiſcopus diſpenſare
non poteſt contra ius commune editũ per concilium, niſi
ex cauſa neceſſaria, & veriſimiliter non præcogitata, per il
lud quod no. Bal. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. vt ſu
prà Diſpenſatio. §. ix. Nec illa cõſuetudo eſt conſuetudo,
ſed corruptela continens, in ſe peccatum. xxxij. q. vij. flagi
tia. Nec tolerãtia papæ facit quòd liceat quod in ſe malũ
eſt, puta fœnerari, aut vſuras exigere: quia agentes & con-
ſentientes digni ſunt morte. Roma. j. Nihil etiam ad nos
de his qui foris ſunt, niſi ſi lædunt Chriſtianos, vel eis in-
furiantur: quia ſic pertinet ad eccleſiam: vt no. Innocen. &
doct. in c. ſuper his. de voto. & Hoſtien. & Ioan. Andre. &
communiter alij in c. gaudemus. de diuor. dicũt, quòd in-
fideles delinquentes contra legem naturæ vel ius diuinũ,
puniri poſſunt à iudice eccleſiaſtico, & ita in ꝓpoſito eſt:
vnde eccleſia ſe impedit in c. poſt miſerabilem. Illud igi-
tur verbum, nihil ad nos, ſecũdùm glo. in capit. Iudæi. de
Iudæ. intelligitur proprię, vt ſcilicet eis pœnam ſpiritua-
lem infligamus, vel vt faciamus eis canones, aut Chriſtia-
nam converſationem imponamus inuitis. diſtinct. xlv. ca.
de Iudæis. Nec valet quòd Chriſtiani efficientur vſurarij,
quod erit maius malum: quia licet cęteris paribus grauius
peccent Chriſtiani eodem genere peccati quàm Iudæi, ta
men aliquo reſpectu hîc grauius peccant Iudæi, & ſunt in
maius nocumentum Chriſtianitatis: tum quia Chriſtia-
nos ſpoliant non ſolùm ex auaritia, ſed etiam ex odio, &
lucrum ſæpe deferunt ad partes infidelium, & nunquam
reſtituunt. Quædam etiam de materia dicti c. quanquam.
ſpectantia merè ad forum cauſarum, recitat Archid. ij. par
te. tit. j. in capit. x. in fine. ¶ Ex his etiam & multis dictis
ſuprà elice quòd non licet locare domum alicui principa
liter ad hoc conducenti, vt ibi exerceat vſuras: ſicut nec lo
care gladium furioſo: quia niſi eſſet de ſe mortale, iura nõ
apposuiſſent excommunicationem quo ad vſurarios pu-
blicos adnenas.

¶ vsvs clauium declaratur ſuprà in verbo, Claues, per
totum.

¶ vsvs rationis, ſuprà Baptiſmus. iiij. §. viij.

DE VSV, ET VSVFRVCTV.

1 *Vſus quod ſit ius.*
2 *Vſusfructus quomodo conſtituatur, & in quibus rebus.*
3 *Vſufructuarius quam cautionem præſtare teneatur.*
4 *Vſufructuarius quam cautionem præſtet.*
5 *Cautio an ſit de ſubſtantia vſusfructus.*
6 *Vſufructuarius non præſtita cautione recipiens fructus, an te-
neatur eos reſtituere.*
7 *Vſufructuarius ſi non poteſt præſtare cautionem, quid iuris.*
8 *Teſtator an remittere poſſit ne cautio præſtetur ab vſufru-
ctuario.*
9 *Vſufructuarius ad quas impenſas teneatur.*
10 *Laudare ſeu recipere laudemium an ſit proprietarij vel vſufru-
ctuarij.*
11 *Vſusfructus quomodo amittatur.*
12 *Vſusfructus legato an grauetur hæres in legitima.*
13 *Vſufructuariã ſi teſtator ita relinquat vxorẽ, ne ab hærede mo
leſtetur, ſub pœna perdẽdi hæreditatẽ, qualiter hoc intelligatur.*
14 *Vſusfructus an intelligatur, ſi teſtator dicat, relinquo Titio fun-
dum ad vſumfructuandum.*
15 *Legato habitationis vel vſusfructus nõ derogatur per legatum
proprietatis.*

VSVS eſt ius vtendi rebus alienis ſalua rerũ ſubſtãtia,
ſecũdùm Azo. in Sũma. & glo. in l.j. ff. de vſu & hab.
Ex qua diffinitione infert gl. ibi, q̃ vſus propriè cõſiſtere
non poteſt in rebus quę ſolo vſu conſumũtur. ¶ Vſurarius
autẽ eſt, cui re tantùm ad vſum quotidianũ vti licet. Inſti.
de vſu & habi. §. j. Vnde vſuarius poteſt ſumere non ſolũ
quantũ ſibi expedit: ſed etiã ſibi & familiæ ſuæ. l. plenum.
in fi. ff. de vſu & habi. ¶ Vſusfructus autem eſt ius alienis
rebus vtendi & fruendi ſalua rerum ſubſtantia: quia eſt ius
in corpore, quo ſublato, & ipſum tolli neceſſe eſt. ff. de vſu
fructu. l.j. & Inſtit. eod. tit. in princip. & eſt ſolùm propriè
in rebus quæ vſu non conſumuntur. ff. eodem. l. omnium.
¶ A quo vſufructu dicitur vſufructuarius, qui ab emphy-
teuta differt: quia ille habet vtile dominiũ, iſte autem ſo-
lùm ius vtendi, & fruẽdi. Ab vſuario verò differt: quia is,
cui datur nudus fundi vſus, nihil habet vlterius in eo, niſi
vt oleribus, fœno, pomis, & huiuſmodi, vtatur ad vſum
quotidianũ, nihil alij venditurus aut daturus, & in eo mo
retur: ſic tamẽ vt domino fundi moleſtus non ſit, neq; his
per quos opera ruſtica fiũt: nec poteſt ius, quod habet, alij
vẽdere aut locare, aut gratis concedere: ſed vſufructuarius
ſic. Inſtit. de vſu & habit. §. j. ¶* Primò autẽ quæritur, quid
iura tradiderint de vſu & vſuario? Et dico multa. ¶ Primũ.
Si marito relictus ſit vſus domus, habitare poterit in ea ẽt
vxor, parentes, filij, ſerui, & liberti, & hoſpites recipi, ẽt ſi
penſionẽ habeat vnà cum hoſpite, & nõ ſeparatim domũ
inhabitet. Et idẽ dic in muliere, etiã ſi vidua erat, & poſtea
nupſit. ff. de vſu & habi. l. cui vſus. & l. cęterũ. & l. non ſolũ.
¶ Secundam. Si habitatio domus conceſſa eſt, non ſolùm
ipſe poteſt habitare cum prædictis, ſed etiam poteſt alteri
locare, etiã ſeparatim à ſe. & ſic habitatio eſt ius diſtinctũ
ab vſu & vſufructu: & qui habet habitationem, non habet
vſumfructũ, nec vſum. Inſt. de vſu & habitatio. §. & ſi cui.
¶ Tertiũ. Si pecoris vſus ſit relictus alicui, neq; lana, neq;
lacte, neq; agnis vti poterit, ſed ad ſtercorizãdũ, & modico
lacte vti poterit. ff. de vſu & ha. l. plenũ. §. ſed & ſi pecoris.
¶ Quartũ. Is cui legatur vſus ſyluæ, põt ĩcidere & vẽdere,
ſicut & vſufructuarius: quia aliàs nihil habiturus eſſet ex

legato.ff.de vſu & habitatione.l.diuus.& ibi gl.& Inſt.de vſu & ha.in prin.& ita indiſtinctè tenet Sum.Ang.Sed melius Sum.Ro.cũ Ang.de Are.limitat hoc verum, qñ ſylua diſtaret,& vectura lignorũ pl⁹ valeret quàm ſibi ligna neceſſaria:qa tũc in recõpẽſatione vecturæ de lignis poſſet vẽdere quãtũ attingit vectura lignorũ ſibi neceſſariorũ,& nõ plus:qa vſurarius tãtũ debet habere,quatũ ſua neceſſitas expoſcit,& nõ plus.Et hac rõne idẽ dici põt de frumẽto & vino qũ diſtarent,ar.l.adigere. §.quãuis.ff.de iu.patro.Hæc ex Ang.& rationabiliter.Ex quibus dicẽt vt parti.ſeq.¶ Quintũ.Si mihi legat⁹ eſt vſus vnius bouis,ſi aliũ cõmodè nõ habeo,iũgere poſſum cũ boue vicini mei, vt alternis diebus vtamur.aliter nullã cõmoditatẽ vſurarius haberet.ar.gl.allegatæ.Inſt.de vſu & ha.& in d.l.diuus.Vide etiã j.§.viij.parti.iij. ¶ Sextum.Si aũt legatus eſt mihi vſus magni palatij,& elegi ꝙ meo vſu certã partẽ eius,nõ poſſum de cętero variare,& aliã habere.l.diu⁹. §.licet.ff.
2 de vſu & ha.Hæc Ludo. ¶*Secundò quæritur,circa vſum fructum quomodo cõſtituatur?Et dico ꝙ pactionibus,ſtipulationibus,& familiæ erciſcundæ compoſitione & conſenſu:itẽ in teſtamẽto legãdo:vt ff.de vſufr.l.omnium.& l.vſusfructus pluribus.Item ſi quis legat habitationẽ ĩ domo ſua,perinde eſt ac ſi lẽgaret vſumfructũ habitatiõis:vt eſt caſus in l.cùm antiquitas.C.de vſufruct.& ideo poteſt locare vt ibi,& cõmodare.l.j. §.inter commodatum.ff. cõ
3 modati. ¶*Tertiò quæritur,in quibus rebus conſtituatur vſusfructus? Et dico ꝙ in omnibus quæ vſu non conſumũtur proprię,vt d.l.omniũ.ff.eo.in rebus verò,quę vſu conſumuntur,non conſtituitur propriè,ſed vtilitatis cauſa receptum eſt,vt etiam in his conſtituatur.Ergo conſtituitur in pecunia,vino,grano,& huiuſmodi:leſtit.eo. §. conſtituitur.Eſt aũt nota.ꝙ illud quod nõ renaſcitur, nõ dicitur in vſufructu.l.diuortiũ. §.ſi fundũ.& §.ſi vir in fundo.ff. ſol.ma.Vnde lapis,qui nõ renaſcitur,non eſt in vſufructu, & creta,& huiuſmodi:vnde talia vſufructu legato non veniunt.Arbores autem cæduæ,vt ſalices,& huiuſmodi,ſunt in vſufructu,ſed fructiferæ pro vſufructu cędi nõ poſſunt. 7
4 ¶*Quartò quæritur, ad quid teneatur vſufructuarius quãtum ad cautiõnẽ?Et dico,ꝙ tenetur præſtare cautionem, ꝙ rebus,quæ vſu non conſumũtur,arbitrio boni viri videtur,ſalua eorum ſubſtantia,ſicut quilibet vir bonus vtiẽ & fruitur re propria.in rebus verò,quæ vſu conſumũtur,debet pſtare cautionẽ de his exhibẽdis in ea æqualitate: vel ſi vult conſumere,ꝙ præſtabit æſtimationẽ illorum bonorum.de pign.c.vltim.in glo.& ff.de vſufruc.ea.re.quæ vſu conſ.l.j.ij.& iij.& d.§.conſtituitur.& debẽt æſtimari,cùm ſibi traduntur:vt l.j.C.de vſu & habit. Addit tamen Pan.in 8
